CATECHISMUS EX DECRETO SACROSANCTI CONCILIJ TRIDENTINI...

Chiesa cattolica, Pius 5.>, Serafino Croce, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
32
5 A
2
FONDO EBORENSE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CATECHISMVS EX DECRETO SACROSANCTI Concilij Tridentini.

Iuſſu Pij V. Pontif. Max. editus.

Nunc primum in Capita, Sectioneſq; diſtinctus varijſq; Patrum ſententijs, & auctoritatibus munitus.

Hac etiam poſtrema editione, ab innumeris pene mendis, in quibus, ob Typographorum incuriam inciderat à M.R.P. Seraphino Cruceio Ord. S. Auguſt. Congr. Obſer. Lombardiæ emendatus,

Pertinet ad Bibliothecam

Acceſſere duo Indices.

Quorum alter docet, qua ratione ea, quæ in hoc opere traduntur ad Euangelia Dominicalia, & aliorum aliquot Feſtorum, poſſint accommodari.

Alter rerum eſt, longè ijs locupletior, & ordinatior, qui hactenus editi ſunt.



SALODII, M. DC. XXXXV.

Apud Antonium Cominciolum. *Superiorum permiſſu.*

PIIS LECTORIBVS

TYPOGRAPHVS S.

HOc a me certè quidẽ ſuperioribus annis effectũ eſt, vt Catechiſmis tũ latina ſua, tum vulgari oratione factus meis ſæpius exierit Typis quã maxima diligentia mea perſpecta Nã præter quã quòd nulla inhæſit corruptela, nullaq; verborũ labes, vt aliàs in hac arte ſolet, illum etiam elegantibus figuris, ac imaginibus ornaui, quę ſuis opportunis diſtinctę locis fuere. Hanc ego curam, & operam meã ſcio gratam Lectoribus, approbatãque fuiſſe Verum cum eum modò Catechiſmum viderim, qui allias Lugduni, Venetijs etiam, atque alibi excuſus eſt, cognoui quoſdã illi acceſſiſſe declarationes, auctoritatũq; teſtimonia atq; vberrimos Indices, quę omnia intellexit maximo eßе vſui Concionatoribus, Curatis quoq; & Clericis, cęteriſq; religioſis viris, atque etiã pijs Chriſtianiſque ijs, qui veram ſtudent Orthodoxamque viuendi rationem ſequi, cuius vſo diuina poſſit obtineri gratia. Quare talẽ cenſui denuò edendum mihi Catechiſmũ, illi ſmet ſcilicet decoratũ Annotationibus, atq; Indicibus, & icones nihil hominus. ſignaq; illa mea apparere volui Quibus in rebus laboraui quidem, vt percõmodè, vt dignè, vt ſucitè omnia diſponerentur, ſibique Lectorum conciliarent aſſenſum quorũ gratia maiora etiam; pluraque velim præſtare poſſe. At vos quę potui queque in mea poſita ſunt cura, & induſtria, benignè accipite benigni Lectores: quos nẽpe rogo atq; obſecro, vt votũ, vt conatũ, vt ſedulitatẽ mei animi ametis, fauoreq; proſequamini, cũ meam omnem volũtatem, omnemque operam eo cõuerterim, vt quamdiu viuam, ex officina mea ſemper ad ſtudia veſtra perueniat emolumentum & decus. Valete.

INDEX CAPITVM,

Et Sectionum huius Operis.

PARS PRIMA.

PRæfatio agens de Paſtorum in Eccleſia neceſſitate, auctoritate, officio, & præcipuis doctrinę Chriſtianæ capitibus, diuiſa in ſect. 13. pag. 1. & ſeq.

Cap. I. De fide, & ſymbolo fidei, diuiſum in ſectio. 4. pag. 9. 10. 11.

Cap. II. De primo ſymboli articulo, Credo in Deum Patrem &c. diuiſum in ſect. 25. pag. 12.

Cap. III. De ſecnndo ſymboli articulo, Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum, diuiſum in ſectio. 12. pag. 26.

Cap. IV. De tertio ſymboli artic. Qui conceptus, &c. diuiſum in ſectio. 11. pag. 34.

Cap. V. De quarto ſymboli artic. Paſſus ſub Pontio, &c. diuiſum in ſectio. 16, pag. 42.

Cap. VI. De quinto ſymboli artic. Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis, diuiſum in ſectio. 15. pag. 52. & ſeq.

Cap. VII. De ſexto ſymboli artic. Aſcendit ad cęlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, diuiſum in ſect. 9. pag. 61.

Cap. VIII. De ſeptimo ſymboli artic. Inde věturus eſt iudicare viuos, & mortuos, diuiſũ in ſect. 11. p. 67.

Cap. IX. De octauo ſymboli art. Credo in Spiritum ſanctum, diuiſum in ſect. 8. pag. 73.

Cap. X. De nono ſymboli articulo, Sanctam Eccleſiam, &c. diuiſum in ſect. 27. pag. 79.

Cap. XI. De decimo ſymboli artic. Remiſſionem peccatorum, diuiſum in ſect. 12. pag. 95. & ſeq.

Cap. XII. De vndecimo ſymboli art. Carnis reſurrectionem, diuiſum in ſectio. 14. pag. 99.

Cap. III. De duodecimo ſymboli artic. Vitam æternam, diuiſum in ſectio. 13. pag. 108. & ſeq.

PARS SECVNDA.

(& ſeq

Cap. I. De ſacramẽtis in genere, diuiſ. in ſect. 32. p. 1

Digitized by Google

Cap. II. De Sacramento Baptiſmi, diuiſum in ſectio. 76. pagina 132. & ſeq.
Cap. III. De Sacraméto Confirmationis, diuiſum in ſect. 25. pag. 163. & ſeq.
Cap. IV. De Sacramento Euchariſtiæ, Miſſæ ſacrificio, & Cõmunione, diuiſum in ſect. 81. p. 175. & ſeq.
Cap. V. De Pœnitentię Sacramento, & tribus eius partibus, Contritione, Confeſſione, & Satisfactione, diuiſum in ſect. 80. pag. 214. & ſeq.
Cap. VI. De Sacramento extremæ Vnctionis, diuiſum in ſect. 16. pag. 253. & ſeq.
Cap. VII. De Sacramento Ordinis ſacri, diuiſum in ſect. 34 pag. 262. & ſeq.
Cap. VIII. De Sacramento Matrimonij, diuiſum in ſect. 34 pag. 279. & ſeq.

PARS TERTIA.

Cap. I. De Decalogo, diuiniſque legis obſeruandis, diuiſum in ſectio. 14. pag. 294. & ſeq.
Cap. II. De primo legis præcepto; Ego ſum Dominus, &c. diuiſum in ſect. 34. pag. 302. & ſeq.
Cap. III. De ſecundo legis præcepto: Non aſſumens nomen Domini, &c. diuiſum in ſect. 30. pag. 314.
Cap. IV. De tertio legis pręcepto. Memento, &c. diuiſum in ſect. 29. pag. 326.
Cap. V. De quarto legis præcepto: Honora patrem tuũ, &c. diuiſum in ſect. 22. pag. 336.
Cap. VI. De quinto legis pręcepto: Non occides, diuiſum in ſect 25. pag. 346.
Cap. VII. De ſexto legis præcepto: Non Mœchaberis, diuiſum in ſect. 13. pag 355.
Cap. VIII. De ſeptimo legis pręcepto: Non furtum facies, diuiſum in ſect. 25. pag. 361.
Cap. IX. De octauo legis præcepto: Non loqueris, &c. diuiſum in ſectio. 22. pag. 372.
Cap. X. De nono, & decimo legis pręcepto: Non concupiſces domum, &c. diuiſum in ſect. 23. pag. 383

PARS QVARTA.

Cap. I. De orõne, eiuſq; neceſſitate, diuiſũ in ſect. 4. p 393
Cap. II. De orationis vtilitate, diuiſum in ſect. 11. p. 395.

Cap. III. De partibus & gradibus orationis, diuiſum in ſect. 7. pag. 398.
Cap. IIII. De his quæ petenda ſunt, diuiſum in ſect. 5. p. 401
Cap. V. Pro quibus orandum ſit diuiſũ in ſect. 8. pa. 402.
Cap. VI. Quis orandus ſit, diuiſum in ſect. 8. pag. 405.
Cap. VII. De præparatione adhibenda ad orationem, diuiſum in ſect. 6. pag. 406.
Cap. VIII. Quæ ratio in orando requiratur, diuiſum in ſect. 9. pag. 410.
Cap. IX. De prœmio orat. Domin. Pater noſter qui es in cœlis, diuiſum in ſect. 19. pag. 413.
Cap. X. De prima petitione orationis Dominicæ, Sanctificetur nomen tuum, diuiſum in ſect. 9. pag. 423.
Cap. XI. De ſecunda petitione orationis Dominicæ, Adueniat regnum tuum, diuiſum in ſect. 19. p. 427.
Cap. XII. De tertia petitione orationis Dominicę, Fiat voluntas tua, diuiſum in ſect. 24. pag. 435.
Cap. XIII. De quarta petitione orationis Dominicę, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, diuiſum in ſect. 23. pag. 444.
Cap. XIIII. De quinta petitione orationis Dominicæ, Et dimitte nobis, &c. diuiſum in ſect. 23. pag. 456.
Cap. XV. De ſexta petitione orationis Dominicæ. Et ne nos inducas in tentationẽ, diuiſũ in ſect. pa. 465
Cap. XVI. De ſeptima petitione orationis Dominicæ, Sed libera nos à malo, diuiſum in ſect. 12 pag 475.
Cap. XVII. De extrema orationis Dominicę particula, quę eſt Amen diuiſum in ſect. 6. pag. 481.
Addidimus in fine Bullam Pij IV. quæ fidei profeſſionis formulam continet. pag. 484.

DEO GRATIAS.

IN-

INDEX EVANGELIORVM DOMINICALIVM.

Et aliquorum Feſtorum dierum.

Quo demonſtratur, quodnam huius Catechiſmi argumētum, ad quam partem cuiuſlibet Euangelij referri, & accommodari poſſit, iuxta id quod ab iis, qui hunc Catechiſmū conſuluerunt præcipitur, iam quidē ab iis editus, qui Burdegalæ huius Catechiſmi Latino Gallici edendi auctores fuerūt, non verò additis nonnullis aliis Euangeliis ad Romanę Eccleſiæ vſum Tridentini Concilij decreto emendatum accommodatus, & magna locorum Euangelij, & Catechiſmi acceſſione longe copioſior effectus.

Dominica prima Aduentus.

ERunt ſigna in Sole, & Luna, &c. Luc. 11.) Euangelij ad argumentum de iudicio generali traducendū eſt. Quare hic recurrat parochus ad articulū Symboli. Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos, pag. 67. & ſequent. prout faciendum præcipitur, pag. 10. vel ſecundum aliarum Eccleſiarum ritum.

Ecce Rex tu⁹ venit tibi, & c. Mat. 21.) Hic, opportune tractabit paroch⁹ ea, quę de incarnatione, & causis aduētus Chriſti Domini noſtri habentur, art. 2. & 3. Sym. Apoſtolici pag. 16. 34.

Inuenieris aſinam alligatā, & pullum cū ea ſoluite, & c.) D. Athanaſius in ſermone de verbis huius Euangelij oſtēdit ex hoc loco Apoſtolis, & eorū ſucceſſoribus factā eſſe poteſtatē ſoluendi eos, qui inſtar aſinorū peccatorum pondere preſſi, ad eos cōfugerent. Quare hic populo exponet parochus, quę habētur de confeſſione pag. 265. & ſeq. & abſolutione pag. 235. & de poteſtate remittendi peccata in Eccleſia, pag. 239. & ſeq.

Dominica ſecunda.

Cū Audiſſet Ioannes in vinculis, &c.) Tu es qui venturus es, &c. Matth. 11.) Iſta Ioannis interrogatio tam ſedula, oſtendit quando cū ſtudio curare debeamus, vt de rebus fidei, & nos, & ij, qui nobis ſubſunt rite & à Catholicis doctoribus inſtruamur. Vide quæ huic argumēto inferunt initio Catechiſmi vſque ad primum Symboli artic. 3. 14. 15. pag. 13. 21. 22. 23. & ſeq.

In vinculis) Fides vſq; ad vincula, immo ad necem vſque cum opus eſt, & à iudice vrgemur, profitenda eſt nec ſatis eam pectore incluſam habere, quātumuis rectam, & ſinceram, vt oſtenditur, pag. 13. & 14. vel erunt ſigna in Sole & Luna, &c. vt Dominica præcedenti.

Dominica tertia.

Confeſſus eſt, & nō negauit. Ioan. 14. Ex hoc loco ſimpliciter verū fateri docemur, nec intermiſcere iuſiurandum vt nobis fides adhibeatur. Vide quādo, & ſub quibus pœnis iurare prohibitū, pag. 384. & ſeq.

Quid ergo baptizas, ſi tu nō es Chri-

ſtis,&c.) Agendum hic de mini ...is baptiſmi, de quo pag. 142. & 143.

Et quomodo ſe ſe habeat in diſpenſatione ſacramentorum, Chriſtus Dñs, & miniſter, quantum ad effectum ſacramenti, ex pag. 127. & 128.

Cuius ego non ſum dignus, &c.) Hic monere parochus populũ ſibi creditum debet vt ſe ſe pro feſtis, natalitijs ad ſacram ſynaxim præparet, & agere, de cõdignatam hoſpitis (cuius corrigiam calceamenti ſoluere indignum ſe Ioannis Baptiſta cẽſet) ſuſceptione. Vide de præparatione ad Euchariſtiam, pag 203. & 204. vel, Cum audiſſet Ioannes in vinculis,) vt in Dominica præcedenti.

Dominica quarta.

Anno decimo tertio Imperij Tiberij Cęſaris, &c. Luc. 3.) Cur hic Principiũmũdi fiat mentio, eadẽ ratio afferri poteſt, quę afferτur pa. 41. de eodẽ Põtio Pilato.

Factum eſt verbũ Domini ſuper Ioannem, &c.) Quoniã Ioannes, nõ niſi à Deo legitimè vocatur officiũ verbi Dei prædicandi exercuit, ideo hic de legitima vocatione miniſtrorũ Eccleſię parochus diſſeret, ex pag. 320 & ſeq. legitimoſque eos miniſtros non eſſe, dicet, qui miſſi non ſunt vt traditur, ibid

In deſerto) Hic de probitate, & morũ integritate miniſtrorũ verbi (qui ſunt ſacerdotes) agatur ex pa. 277. & de caſtitate, quæ eis quando fiunt ſubdiaconi, indicitur, vt habetur pag. 171.

Prædicans baptiſmum pœnitentiæ.) Quomodo adulti, qui baptiſmum ſuſcipere debent, affecti eſſe debeant, & pręteritæ eos vitæ pœnitere, traditur pag. 148. & quomodo hic baptiſmus Ioannis reperi debuit, pag. 172.

Parate viam Dñi, rectas facite ſemitas Dei noſtri.) Hic de præparatione ad Euchariſtiã, de qua in ſuperiori Dñica. & de neceſſaria mandatorũ Dei obſeruantia, de qua pag. 363. vel, Et cõfeſſus eſt, & nõ negauit.) vt in Dominica præcedenti.

In die Natiuitatis Domini.

Peperit primogenitum filium ſuum, &c. Luc. 2.) explicatur articulus Symboli, Natus ex Maria Virgine. Quid eſt huius loci maximè proprius, de quo pa. 38. cum ſeq.

Eodem die ad Miſſam maiorem.

In principio erat Verbum, & Verbum erat, &c. Ioan. 3.) Quoniam hic locus, cũ agitur de æterna Chriſti Domine generatione adducitur p. 31. Hinc parochꝰ petet huius, loci expoſitionem.

Et Verbũ caro factum eſt. Hic exponatur myſterium incarnationis, prout habetur. pag. 35. & 36.

Gloriã quaſi vnigeniti à Patre.) Quomodo hic vnigenitus ſit etiam frater noſter, vide pag. 419.

Dominica infra Octauam Natiuitatis.

Tuã ipſius animam pertranſiuit gladius, &c. Luc. 2.) Ex hac Simeonis, prædictione anſam ſumere poterit parochus explicãdi, cur Deus fideles iã baptizatos quos filios habet cariſſimos, nõ eximat ab incõmodis vitæ huius, qua de re agitur p. 152. Et quo confugiendũ tunc ſit, de qua pag. 401. 402.

Non recedebat à templo ieiunis, & orationibus, &c.) De priuata, & publica oratione habes p. 411. Quomodo ad orationẽ, ieiuniũ, & eleemoſyna iungenda ſint pag. 412. Et quomodo iſta circa cõducant ad ſanctificationem peccatorũ, pag. 250. 251. & ſeq.

In Circumciſione Domini.

Et poſtquam cõſummati ſunt dies octo vt circunciderertur puer, &c. Luc. 2.) Quoniã circunciſione ſucceſſit baptiſmus, hic in genere dici poterit de vi, & efficientia ſacramentorũ nouæ legis ſupra antiquæ legis ſacramẽta, vt habetur pag. 123. & 124.

Vocatum eſt nomen eius Ieſus, &c.) Quã conuenienter hoc nomen inditum fuerit Chriſto Domino, & quare, vide p. 29. Obſeruandum hic etiam eſt pueris nunc in baptiſmo, vt olim in circũſione nomẽ eſſe imponendũ: cuius rei quę nam ſit ratio, & quale nomẽ pueri impomi debeat habes p. 160 Deniq; cũ impoſitio nominis ſit vna ex ceremonijs in baptiſmo viſitatis, hic de baptiſmi ceremonijs, & ritibus apta concio haberi poterit ex pagina. 158. & ſequent.

In die Epiphaniæ.

Vidimus ſtellam eius in oriente, &c. Matt. 2.) Quoniam non ineptè per hanc ſtellam philoſophica de Deo ſciẽtia poteſt intelligi ſicut per reſponſum ſacerdotũ fidei lumẽ, non male hic adaptari poterũt quę de differentia ſapiẽtiæ Chriſtianę a philoſophica, notitia habentur, pag. 14. & 15.

Et procidentes adorauerunt eũ, &c. Matth. 2.) Hic de adoratione Dei, quæ Latria dicitur, & ſimul de veneratione Sãctorũ quæ dulia nominatur. Vide in expoſitione Decalogi. p. 303. vſque ad ſecundum præceptũ. Hic agi etiã poteſt de Eucharistiæ veneratione & adoratione. Nam ſi eundem Chriſtũ, quem Magi adorauerunt præſentem in Eucharistia agnoſcimus, & cõfitemur? vt diſertis verbis probatur p. 188. ſi pij eſſe volumus, cur nõ æque ac Magi eum adorabimus? vide pag. 175. & ſeq.

Dominica infra Octauam Epiphaniæ.

Secundum conſuetudinẽ diei feſti, &c. Luc. 2.) De obſeruatione dierũ feſtorum, lege pag. 326. & ſeq.

Et erat ſubditus illis &c.) De officio liberorũ erga parẽtes, vide p. 340. & ſeq.

Dominica ſecunda poſt Epiphaniam.

Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ, &c. Io. 2.) De ſacramento matrimonij, vide pag. 272. & ſeq.

Hoc fecit Ieſus initium ſignorũ ſuorum.) Hæc conuerſio aquæ in vinũ, valet plurimum ad cõfirmandos rudiores in fide Tranſubſtãtionis, quæ fit in auguſtiſſimo altaris ſacramento, de qua vide pag. 194. ſeq.

Dominica tertia poſt Epiphaniam.

Ecce leproſus veniens adorabat eũ. Matth. 8.) Per leprã hæreſim ſignificari docẽt patres. Qui verò ſint cenſendi hæretici & qui a cætris Eccleſiæ vt olim leproſi, eijciendi habetur pag. 79. & 81.

Vade, oſtẽde te Sacerdoti) De honore ſacerdotibus Dñi, & Eccleſiæ præfectis exhibendo, vide pag. 341. & 342.

Vade oſtẽde te Sacerdoti, &c.) Longè excelliorem virtutẽ noſtris Sacerdotibus tributã docet Chryſoſtomus lib. 3. de Sacerdot. quã Moſaicis: quod illis oblatos ſibi leproſos non mundarent, ſed mũdatos tãtũ: eſſe declararẽt, noſtri verò Hominem peccati lepra maculatum, dum abſolutioni beneficium ritè præparato impẽdunt verè emundãt, & perfectæ ſanitati reſtituunt. Hic de poteſtate clauium Sacerdotibus conceſſa, vt habetur pag. 233. & 234.

Dominica quarta.

Aſcendente Ieſu nauiculã Matth. 8.) Inter multa quæ Eccleſiã repreſentãret eſt nauicula illa ſeu arca Noe, de qua p. 90. Hic ergo de Eccleſia Catholica, & notis quibus internoſcitur parochus agere poterit: prout habetur pagina 84. & ſeq.

Domine ſalua nos perimus.) Quoniã nullũ eſt tempus in quo ita hominũ vita, quã in propinquo animæ exitu, periclitetur ideo parochus ex hoc loco hortari poterit ſuos ſubditos, vt cũ mortis vies imitabit, ad Deũ maximè recurrant, & extremę vnctionis ſacramentum accipiant de quo pag. 253. & ſeq.

Qualis eſt, hic, quia vẽti, & mare obediunt ei.) Quomodo creaturę omnes eũ, quẽ à Deo ab initio acceperũt curſum, teneant, homine dempto, vide, pag. 436.

Dominica quinta.

Inimicus homo ſuper ſeminauit zizania. Matt. 13.) In Eccleſia duo ſũt hominũ genera, boni, qui tritici nomine deſignãtur, improbi nomine zizaniorũ. vide p. 82. & ſeq. Vel per zizania intelligũtur odia atque rixæ, quas pater diſſenſionis Diabolus ſeminare conatur in agro filiorum pacis, cuius morbi remedium habes. pag. 429.

Inimicus homo hoc fecit.) Deo odia dæmonũ in nos, & ad tẽtandũ audacia & peruerſitate, vide p. 408 409. & vt omnis mali culpæ auctor, mali vero pœnæ ſit exactor, vide pag. 479.

Dominica ſexta poſt Epiphaniam.

Simile eſt regnum cælorũ grano ſinapis) Quoniã iuxta Doctores per granũ ſinapis fides intelligitur, hic tractanda ſunt, quæ de eius neceſſitate habẽtur, p. 9. & quomodo ſcrutãda nõ ſint ea, quę fide credenda proponuntur, pag. 13. & eius excellentia, & quantũ differat Chriſtiana de Deo ſapientia à philoſophica diuinarum rerum notitia, pag. 14.

Cum autẽ creuerit, Fidem augeri poſſe traditur pag. 89.

Iterũ ſimile eſt regnũ cælorũ fermento, quod acceptũ mulier) Hãc mulierem Eccleſiam interpretantur, quæ in doctrina fidei, aut morum) fermentũ deſignata) errare non poſſe traditur. pag. ibid.

Donec fermentatũ eſt totũ.) Hic de cõmunione ſãctorũ & meritorũ participatione explicari poſsũt, quæ ſunt. p. 91.

Dominica in Septuageſima.

Simile eſt regnũ cælorũ Homini Patrifamilias. Matt. 20.) Hæc pater familias eſt Deus, qui, cur pater dicatur, habes p. 17. & ſeq.

Receperũt ipſi ſingulos denarios) denarij nomine cœleſtis beatitudo deſignatur, quam hic Pater familias alacriter, & [illegible] in vinea ſua, id eſt, [illegible] datorũ diuinorum laborãtibus, præſtat. De hoc vitę ęternę denario, lege quę diffusè traduntur pag. 427. & ſeq 408. Huius verò beatitudinis, conſequendę, certam viã ac rationé habes pag. ibidem. Item exhortatio, ad colendum hanc vineam mandatorum illuſtris habetur, pag. 298.

Singulos denarios, &c.) In cęlo tamé varietas eſt mercedis, & glorię, pro ratione laboris, & affectus, quo quis operatur pag. 113. & 114.

Dominica in Sexageſima.

Exijt, qui ſeminat ſeminare ſemé ſuũ, &c. Luc. 8.) Semen hoc in terrã ſparſum, eſt verbum Dei exponente Domino; de quo vide & quomodo ſit audiendũ, pagina 2.

Venit Diabolꝰ, &c.) De dęmonijs conatu, & impugnatione habes p. 431. & ſeq.

Et à ſollicitudinibus, & à diuitijs, &c.) Quantũ diuitiæ, & effrenes rerũ temporaliũ cupiditates impediant huius diuini ſeminis fructũ, habes, pag. 391. vbi hęc verba habentur.

Dominica in Quinquageſima.

Tradetur enim gentibus, & illudetur, &c. Luc. 18.) Christi milites eius crucem tanquam vexillũ ſui ducis contuétes ad arma pœnitétiæ ſumenda extimulentur ideo hoc euangeliũ ineunte Quadrageſima legitur, quod paſſionis dominicæ ſũma cõplectitur: quo loco nõ importunè parochꝰ exponet, quę de paſſione Domini ſinè traduntur, pa. 43. vel ſi in aliud tempus commodius differre malit, hoc argumentum, hodie alteram euangelij partem pertractabit, vt ſequitur.

Cæcus quidã ſedebat ſecus viã.) Hic cæcus genus humanũ denotabat, de cuius poſt peccatũ ſtatu miſero, vide pag. 446. & 447.

Ieſu Fili Dauid miſerere mei.) Hic quomodo Deũ aliter oremus, ac ſanctos ex hac formula demõſtrabis vt habes p. 406 Porrò ſi anguſtijs aut tribulationibꝰ prę mimus, aut re aliqua indigemꝰ, ad dominũ cũ hoc cæco nobis recurrẽdũ eſt, precibuſque ſollicitãdus Deus, vt nobis adſit. Vide de neceſſitate, & vtilitate orationis, pag. 393. & 394.

Quid tibi vis faciam.) Hic cauſas, ob quas clemétiſſimus Deus vult à nobis rogari, etiam ſi ſciat quibus rebus indigeamus, ex pag. 397. proferes.

Feria quarta Cinerum.

Cum ieiunati, &c Matth. 6.) Cũ quadrageſimæ ieiuniũ eo nomine ſit inſtitutum vt totius anni peccata hac quaſi ſolemni mulcta rediméremus: hodie parochus excitare ſidelem populũ debebit ad pœnitentiã amplectẽdã, de cuius neceſſitate ſcribitur pa. 215. & 216. Et quibus operũ generibus, pro peccatis ſatiſfacere poſſumus, pag. 250. & ſeq.

Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra. Vide aduerſus eos qui opes, cõgerere vndequaque ſtudent, pag. 364. & 387. & ſeq.

Theſaurizate vobis theſauros in cœlo. Quoniã parochi frequenter fidelem populũ ad eleemoſynas pauperibus erogãdas excitare debẽt, hic poſt ſtudioſè pręſtabunt ex his, quæ habentur pag. 368. 369. & 464. & 465.

Dominica prima Quadrageſimæ.

Vt tẽtaretur a Diabolo, &c. Matt. 14) Cũ ſit tentatio vita hominis ſuper terrã, vt dicit Iob 7. hic de tentatione agendũ, de generibus tentationum, ad quid permittãtur homines tentari, quibus armis tentationibus reſiſtendũ, &c. huiuſmodi, quæ habetur pag. 466. & ſeq.

Nõ in ſolo pane viuit homo.) De pane ſpirituali, de quo hic agit Chriſtus Dominus, vide pag. 451.

Angelis ſuis Deus mandauit, &c.) De Angelorum cuſtodia erga homines, pa. 414. & 415.

Dominum Deum tuum adorabis.) De adoratione Dei, quæ fide, ſpe, & charitate perficitur, vide pag. 303.

Dominica ſecunda Quadrageſimæ.

Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobũ, & Ioanné, & duxit eos, &c. Matt. 17.) Hoc afferri poſſunt ea, quæ, de loco, & tépore quo homines ad diuina contemplanda aptiores ſunt habentur. pag. 108. & ſeq.

Bonum eſt nos hic eſſe.) Hic tractari poſſunt, quæ de ſumma eorũ dignitate, qui Deo obediũt, habẽtur pag. 410. vel de intimis hominum ſanctorũ gaudijs, p. 465. Poterũt etiam parochi de duodecimo articulo hic habere ſermoné, de quo pag. 108.

Hic eſt filius meus dilectꝰ, &c.) Hic de paterna filij generatione latiſſimꝰ ſe offert dicendi cãpos, de qua pag 30. vel ſecun-

cundum aliarum Eccl. ſ.atum ritum.

Miſerere mei fili Dauid, Mat. 15)Hic typũ habens perfectę orationis, quantũ ſpectat ad duas conditiones, quæ in oratione maxime deſiderãtur fidem videlicet & perſeuerantiam, de quibus pag. 400. & 402.

Filia mea male torquetur a Dæmonio, &c.)Huius mulieris exemplo, Patres moueantur diligentem liberorum curam gerere, de qua pag. 305. & 306.

Dimitte eã quia clamat poſt nos, &c.) Si Apoſtoli ĩ hac vita de gẽtes adhuc pro ſe ſolliciti pro Chananæa interpellãt, & exaudiũtur, in cęlo multo nõ audiũt? Inquit D. Hieron. contra vigilantium. Hic de intereeſſione Sanctorum prout habetur pag. 306. & 307.

Dominica tertia Quadrageſimæ.

Erat Ieſus eijciens Dæmonem, & illud erat mutũ, &c. Lu. 11.) Dæmonis propriũ eſt, eũ, quẽ poſſidet, reddere mutũ ideſt a confeſſione peccati reuocare. Sed tamẽ nõ eſt alia ratio eijciendi Dæmones, quã vt linguam ſoluas ad detegendum coram Sacerdote peccatum Vide quæ de Confeſſione habentur pag. 230. & ſeq.

Omne regnum in ſeipſum diuiſũ deſolabitur.)Eccleſia eſt Chriſti regnũ, vt habetur pag. 433. Id autem vt in ſeipſum non ſit diuiſum, vnũ eſſe neceſſe eſt, vnde hic de vnitate Eccleſiæ agendum eſt ex pag. 84. 85. & ſeq.

Reuertar in domum meã) De relabentiũ in peccata grauitate, pag. 48. Et quid poſt confeſſionem agendũ, p. 250. & ſeq.

Tunc aſſumet alios ſeptẽ ſpiritus nequiores ſe)Hic locus pa. 468. inducitur ad probandũ non vnum tantum dæmonem, ſed plures etiam interdũ hominẽ tentare, patet autem ex hoc loco Dæmonem acrius eos tentare, qui ab eo defecerunt vt eſt pag. 455.

Beatus vẽter qui te portauit.)Glorificatione. B. Marię Virginis hoc Euãgeliũ cõcluditur, de qua habes pa. 37. 38. & 41.

Dominica quarta Quadrageſimæ.

Vnde ememus Panes, vt manducẽt hi, &c. Ioã 6.)Hic aptè explicari poterit illa petitio Dñicæ, orationis Panem noſtrũ quotidianum da nobis, pag. 465. & ſeq.

Notãdũ præterea quod panis iſte vim etiam habebat ſedãdi ſitim, vt tenẽt doctores. Ita, & panis Euchariſtiæ laicis pro calice eſt. Lege de communione ſub vna ſpecie, pag. 206. & 207.

Hoc autem dicebat tentans eũ.) Quomodo Deus hominem tẽtet, vide p. 4..

Diſtribuit diſcũbẽtibus.)Chriſtũ nõ diſtribuit ſ. dedit Apoſtoli, & illi diſtribuerunt turbæ. Matt. 14. 19. ſic a mundi initio per Patriarchas, & Prophetas, & poſt. a per Apoſtolos eorũq; ſucceſſores Deus, verbũ Dei, & ſacramenta ſub miniſtrat, vt habetur pag. 2. & 3. Chriſtus tamen eſt, qui hæc omnia præcipuè efficit, pag. 1. 7.

Hic eſt vere Propheta.) De gratiarum actione, pag. 393. 404.

Dominica in Paſſione.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioan 8.) Innocentia Chriſti in hodierno Euangelio cõuenienter profertur in medium, vt in promptu ſit nobis cauſa Dominicæ paſſionis, quã hodie repræſentare incipit Eccleſia, nimirum nõ propria illius delicta, ſed noſtra. De cauſis paſſionis Chriſti habes pag. 48.

Si veritatem dico vobis.)Hic a mendacio cauere docemur, de quo multa pagina. 456 380. 381.

Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, &c. De verbo Dei audiendo, pag. 39. & 384.

Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus, &c)ex hoc loco Parochus anſam poterit arripere ad excitandos ſuos fideles ad iniurias condonandas, quæ de re multa habẽtur pag. 352. 353 & 354. 407.

Sed honorifico Patrem, & vos in honorastis me) Chriſtus ſæpe, & a multis grauiter innouantur, ſed ab ijs maxime, qui eius verbum vel male interpretãdo, vel ad vana conuertendo polluunt, de quo pag. 324.

Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum.) Ex hoc loco perſpici poteſt, & tẽpus & genus mortis à Chriſto delectum fuiſſe, qua de re pag. 42. 43. 44.

Dominica in Ramis Palmarum.

Euangeliũ vt in prima Dominica Aduentus, de quo ibidem Cæterũ quoniã ad Euchariſtiã percipiendam ex præcepto Eccleſiæ eo tempore omnes diſcretione præditi obligãtur, ideo ex his Euãgelij verbis: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, ad eius ſumptionem fideles hortari poterit Parochus, ex his habentur pagina. 205. 206 183 202. & deinceps, & quoniã parentes, vt plurimũ negligentiſſimi ſunt ad liberos ſuos ad Euchariſtiæ perceptionẽ repræſentãdo, ideo eis maxime Parochus inculcabit, quæ de ętate ad quam pueri ad eam percipiendam tenentur iubetur, pag. 206.

In die ſancto Paraſceues.

Hoc die quoniā ſolēnis de myſterio paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti cōcio haberi ſolet; ideo pręterea, quę in expoſitione art. 4. Symboli habentur pa. 52 & ſeq. hęc inſuper, hoc die tractari poſſe videtur de ſingulari amore, quo Deus genus humanum proſecutus eſt, cum illud morte vnigeniti filij ſui redimere voluerit. de quo pag. 416. De primi parentis lapſu, & miſerijs, quæ illum conſecutæ, ſūt, de quibus pag. 435 & ſeq. Quomodo ex paſſione Chriſti omnis remiſſio peccatorū emanarit de quo pag. 454 & proinde omnia ſacramenta ex hac Chriſti paſſione virtutē acceperunt, vt eſt pag. 129. De ſacrificio Chriſti tā cruento, quā incruento, ex pag. 211. De ſatisfactione & merito Chriſti, de quo p. 148. Deniq; quomodo nulli vnquam patuit, ſed nec patere quidem poteſt aditus ad regnum cœlorū ſine hac redemptionis humanæ per Chriſtum fide, vt eſt pa. 50. idque eſſe ſummā, & cardinem totiꝰ Chriſtianæ religionis, ſcire Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum, vt habetur pag. 5.

Dominica Paſchæ.

Surrexit non eſt hic. &c. Marc. vlt.) De reſurrectione Dñi exponetur ar. ſym. Apoſtolici Tertia die reſurrexit a mortuis, pagina 56. & ſeq.

Feria ſecunda poſt Paſcha.

Duo ex diſcipulis Ieſus ibāt ipſa die in caſtellum, &c. Luc. 24.) Quoniā fieri vix potuit, vt Parochus omnia quæ ad reſurrectionē Chriſti pertinent. Pridie explicuerit, ideo hoc die poterit ea, quæ prętermiſit ex eo loco repetere.

Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriā ſuam.) Hic locus eſt proprius cauſas exponendi, ob quas neceſſe fuit Chriſtum reſurgere, quæ habentur pag. 54. & exēplo Chriſti fideles hortandi, vt omni ſtudio incūbant vt cœleſti regno potiantur, quod habetur p. 32. & de commodis tribulationibus, pag. 480.

Et factum eſt, dum recumberet cū eis accepit panem) Hic locus proprius eſt ad probandum vtramque Euchariſtiæ ſpeciem laicis neceſſario non exhibendam, de quo multa pagina 206. & ſeq.

Feria tertia poſt Paſcha.

Stetit Ieſus in medio diſcipulorū ſuorum. Luc. 24.) Hic de quatuor dotibus corporis glorioſi agi poteſt, vt habetur pagina 104. 105. 106.

Pax vobis.) Quoniā regnum Dei teſte Apoſtolo pax eſt, & gaudium in Spiritu ſancto: hic quale ſit regnum Chriſti in pios tractari poteſt, vt habetur, pagin. 430. & 431.

Prędicari in nomine eius pœnitentiā, & remiſſionem peccatorum) Quomodo pœnitentię prædicatio a Chriſto Apoſtolis iniūcta ſit ex hoc ipſo loco probatur. p. 94. Vnde poteſt tā expoſitione articuli de remiſſione peccatorū, quam ex his quę de ſacramento pœnitentię hic habētur longiſſimam habere concionem.

Dominica prima poſt Paſcha.

Cum ſero eſſet die illa vna ſabbathorum Io. 20.) Chriſti reſurrectio noſtræ eſt reſurrectionis exemplar, ideo quam maxime illa ſtabiliri neceſſe fuit, vt pariter noſtra ſtabiliretur. quibus autem tūc ſeri primis rationibus noſtra ſtabiliatur reſurrectio vide pa. 100 & ſeq. Vna ſabbathorū autē, quid ſit, vide p. 103. & ſeq.

Quorū remiſeritis peccata, &c. Ioā. 20) De poteſtate clauium ſacerdotibus cōceſſa pag. 233. & ſeq. 95. & ſeq.

Mitte digitum tuum in loca Clauorū, &c.) Qualia futura ſunt corpora poſt reſurrectionem, & cur Chriſtus, & martyr. cicatrices retinebūt, habes pa. 105 & ſeq.

Dominica ſecunda poſt Paſcha.

Ego ſū Paſtor bonus, &c. Ioan. 10.) Paſtoris nomine comprehēduntur non tātum Epiſcopi, & animarum rectores ſed etiā Reges, Magiſtratus, parentes, & magiſtri. Quid verò Paſtores huiuſmodi ouibus debeant, & quid viciſſim oues paſtoribus, habes pag. 342. 343. 344.

Mercenarius autē, & qui non eſt Paſtor) Quis ſit iſte mercenarius, & non Paſtor, vide pag. 264.

Et fiet vnum ouile, & vnus Paſtor) Hic de vnitate Eccleſiæ, de qua pagi. 84. 85. & Vnoque vniuerſali Eccleſiæ, Paſtore D. Petro, & D. petri ſucceſſor Romano Pontifice de quo pag. 84. 274. 275.

Dominica tertia poſt Paſcha.

Modicum, & non videbitis me, &c. Ioan. 16.) Efficax conſolationis genus, dum temporarius mœror pro Chriſto ſuſceptus æternis gaudijs compenſatur vide quæ de vita æterna habentur, pag. 108. & ſeq.

Vos vero contriſtabimini, mundus autem gaudebit. Quare peruerſi minus, pij verò acrius a dæmonibus infeſtētur, & proinde illi gaudeant, ille vero triſtētur, vide pag. 468.

Triſtitia veſtra vertetur in gaudium, &c.) Spe futurorum bonorũ quomodo alacri & cõſtanti animo aduerſa omnia tolerare debeamus, vide pag 108. Et cur Deus ſignat affligi bonos, pa. 469 & 470.

Dominica quarta poſt Paſcha.

Si non abiero paracletus non veniet: &c. Ioan. 16) De Spiritu ſancto, de que admirandis eius effectibus, & donis habes pag. 77. & 78

Arguet mundũ de peccato, &c.) Spiritus ſancti propriũ munus eſt corda ad cõpunctionem mouere, & peccantem intrinſecus arguere. Quæ autem contritio vera ſit, quaſque res eam habere debeat pagin. 225. & ſeq. Huc etiam referri poſſunt ea quæ de peccatis, quæ remitti non poſſunt habentur pag. 222.

Dominica quinta poſt Paſcha.

Si quid petieritis patrem in nomine meo. &c.) De oratione, & eius adiunctis hic proprius eſt dicendi locus, de qua pagina. 393. & ſeq.

Vſq; modo non petiſtis quicquam, &c. Hic propriè de modo quo Deũ Per Chriſtum orare debemus, de quo pagina. 477. Hic etiã locus p. 412. Adducitur ad probandum in nomine Chriſti orandũ eſſe.

In feſto Aſcenſionis Domini.

Aſſumptus eſt in cęlũ, & ſedet a dextris Dei, &c. Marc. 16.) Hoc in loco artic. Symbol Apoſtolici qui de Aſcenſione eſt explicabitur, vt habetur pag. 6. & ſeq.

Dominica poſt Aſcenſionem.

Cũ venerit paracletus, qui a Patre procedit. Io. 15) Hic de proceſſione Spiritus ſancti a Patre & Filio, ex pag. 77.

Vt omnis qui vos interfici, &c. Io. 16.) Hic præceptum Decalogi, Non occides exponit poterit, de quo pag. 346. & ſeq.

Arbitretur ſe obſequium, &c.) De omnibus aduerſis, & calamitatibus huius vitæ idẽ iudicandũ eſt, quod de his, quæ Chriſti cauſa patimur, nẽpe eas eſſe magnum Dei in nos beneuolentiæ ſignũ, vt habetur pag. 418.

In feſto Pentecoſtes.

Si quis diligit me, ſermonem meũ ſeruabit, &c. Ioã 14.) Spiritus ſanctus Ideo credentibus datur, vt ſermonẽ Dei qui Decalogo comprehenditur, ſeruare poſſint, ad quã rem, vt promptiores ſint, afferat Parochus quæ habentur initio explicationis Decalogi, pag. 298. & ſeq. Vel quoniam hic locus aducitur, ad probandum Dei mandata nõ eſſe impoſſibilia, ideo de hac re aget ex pag. 297.

Vel hodie exponet quæ tradũtur de Confirmationis Sacramento pag. 163. & ſequentibus. Quandoquidem tali die Apoſtolos, a Spiritu Sancto confirmatos fuiſſe docent Patres.

Feria ſecunda poſt Pentecoſten.

Sic Deus dilexit mundũ, vt filiũ ſuum vnigenitũ daret. Ioan. 3) Hic locus proprius eſt ac ea populo exponenda, quæ de eximia charitate cœleſtis Patris inge nus humanum in creatione? & gubernatione demonſtrata, ſed multo magis in redẽptione habentur pag. 413. 414 & ſeq.

Vt omnis qui credit in eũ nõ pereat) Hic quomodo fides in Chriſtũ omnibus hominibus ab omni æuo neceſſaria fuerit, docendum eſt ex, pag. 26. 27. 28.

Qui credit in eum non iudicatur.) De verbo credere habes p. 13 quæ hic accõmodare poteris, ex qua etiã dicẽdi forma Filium Dei verè Deum eſſe demonſtrabis, ex pag. 75. & 97.

Quia non credit in nomine vnigeniti filij) Quomodo Dei filius ſit vnigenitus poteris declarare ex his, quæ habentur p. 30. & contra qua ratione hic vnigenitus fratres habeat, vide pag. 32.

Feria tertia poſt Pentecoſten.

Qui non intrat per oſtium in ouile Ouiũ, &c. Ioan. 10.) Hic locus proprius eſt ad ea explicanda, quæ de legitima ordinatione miniſtrorum Eccleſiæ habentur pag. 261. & ſeq & de legitimo miniſtro ſacramenti ordinis pag. 275.

Et oues vocem eius audiunt.) De obedientia, & honore, qui debetur Epiſcopis, & ſacerdotibus agitur pag. 342. 343.

Alienũ autem non ſequuntur.) Hæreticorum Miniſtros non eſſe ſequendos, vide pag. 5. qui autem eos ſequuntur non oues, ſed hœdi ſunt, pag. 470.

In feſto Sanctiſſimæ Trinitatis.

Data eſt mihi poteſtas in cœlo & in terra, Matt. 28.) Hic explicãdi ſunt quos de regno Chriſti in pios, & ratione quã regnat in ſuis fidelibus habẽtur pa. 431

de

de regno etiam gloriæ eiuſdé ab deı é it poteſtate ipſius in ſactam. éi is tá in i-tuendis quá cóferendis p. 119. & de pote-ſtate item clauium eiuſdem, qua remit-tuntur peccata, pag. 90.

Baptizantes eos) Hic locus adducitur ad probandum quo tempore baptiſmus obligare cœperit p. 143. & adeo de neceſſitate eius é, & præſertim infantibus ea proferri poſſunt, quæ habétur p. 143. 145. Sedeícaps

In nomine Patris & Filij, & Spiritu ſancti) Hic de materia & forma baptiſmi quæ ſunt pag. 137. & 138. & ſequen. accurate agendum erit Hic cum de ſacroſ-ſanctæ & glorioſiſſimæ trinitatis myſterio poterút agere Parochi, de quo p. 18. & 19 docebut autem, ferum vulgus imperitú Sanctiſſimam Trinitaté pingi & formari nó poſſe, atque adeo ij quando pingatur illá picturá proprietates quaſdam illius exprimere vt habetur pag. 309. & 310.

Docentes eos ſeruare quæcumq; mandaui.) Hic de neceſſitate, & poſſibilitate ſeruandæ legis diuinæ proferentur, quę habentur pag. 297. 298.

In eadem Dominica.

Eſtote miſericordes ſicut, & Pater veſter cęleſtis & c. Luc. 6. De hoc Euágelio in Dñica 4. iuxta aliorú Eccleſiarú moré.

Date & dabitur vobis. Hic de cómunicádis cú proximis huius vitæ, ſubſidijs produci poſſunt quæ habentur pag. 369. 451. vel de eleemoſynis pag. 368 413.

Hypocrita, eijcie, primú trabem) De Hypocritis, quorú orationes Dominus reijcit, habes pag. 411.

Niſi quis renatus fuerit, &c. Ioan. 3.) Hic de neceſſitate baptiſmi, qui in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis cófertur de eius effectis, & vniuerſum quidquid de eo habet p. 130. & ſequétibus, explicabit 43

In Feſto Corporis Chriſti.

Caro mea vere eſt cibus, &c. Io. 6.) De Eucharistiæ ſacramento pag. 174. & ſeq.

Dominica ſecúda poſt Pentecoſten, quę eſt infra octaua corporis Chriſti.

Homo quidá fecit cœná magná, &c. Lu. 14.) cœnę noie, quę ſub finé diei ſumitur, cęleſtis gloria nobis ſignificatur, quá hic pater familias in fine vitæ clauſuris beatis donabit. In hoc argumentú, vide quæ ponuntur pag. 107. & 414. Vel cœnæ nomine cú paulo 1. Cor. 11 intelligitur Sacroſanctum Chriſti corpus in ſacramento altaris de quo vide ſupra pag. 176.

Et cęperú omnes ſimul excuſare) Quoniá oes hæ excuſationes ex mala cócupiſcentia proueniunt adeo hic aduerſus concupiſcentiæ pœnas agendú erit ex pa. 386. & ſeq. Simulq; miſeria noſtra ob oculos ponéda, quia ea reſpuimus, quę ſalutaria nobis ſunt, rebus autem perniciofis nos addicimus, vt hi fecerunt vide pag. 437. & 438

Villa neml, Vide in ſuperbos & ambitioſos, qui per hanc deſignantur quæ habentur pag. 405.

Iuga boum emi quinque) Vide in auaros pag. 363. 364.

Vxoré duxi.) Hic deteſtanda libido & cómendanda continétia & caſtitas, quæ aditú nobis ad cęlorú regnú facilé præbet vide p. 357. & ſeq. vel ſecúdú alios.

Homo quidá erat diues qui induebať &c. Luc. 16) de vanitate in veſtibus fugiéda vide, quæ habentur p. 360. Et quó neceſſarijs tantú rebus ad victú & veſtitú pertinentibus contéti eſſe debeamus p. 405. Sepultus eſt in inferno) Ecce quę pœna maneat improbis, qui morte præoccupati ſceleribus pleni decedút, de qua vide pag. 71. Vt portaretur ab Angelis.) Inter Angelorú officia hoc non poſtremum eſt, vide pag. 405.

In ſinum Abrahæ.) De receptaculis animarú poſt morté habes p. 54. 55. & 56.

Dominica tertia poſt Pentecoſten.

Gaudiú erit in cęlo ſuper vno peccatore pœnitentiá agente, &c. Luc. 15.) Inter cætera, quæ ad pœnitétiá agendá peccatoré ex ſtimulare debét eſt iſta cæli ſũ lętitia, qua perfruuntur ob peccatorum conuerſionem. Plura habes in hanc ſententiam pag. 306. & ſeq. vel Homo quidam fecit. Vt in Dominica præcedenti.

Dominica quarta poſt Pentecoſten.

Cú turbæ irruerétur in Ieſú vt audiret verbú, &c. Luc. 5) Vide ex hortationé ad audiendú diligenter verbum Dei pag. 2. & 3 & 6. Et quo pro captu cuiuſque tradenda ſit doctrina Euangelij 7. 1. 19; præſertim diebus feſtis audiendú, pag. 334.

Aſcendens in vná nauem, quæ erat Simonis, &c.) Petri nauem nó alterius ex Apoſtolis ingreſſus eſt Chriſtus, vt hoc ſuo facto inſinuaret Petrú cú ſucceſſoribus caput eſſe, & principem paſtorú Eccleſiæ de hac re, vide pag. 85. & ſeq. 275.

Exi à me Domine.) Qui ad ſacram ſynaxin accedunt, hoc Petri exemplo, & Centurionis, Mat. 8. agnoſcát eſſe ſe táti hoſpi-

hoſpitis preſertim indigniſſimos, Videq; de præparatione Eucharistiæ tempore. pag. 203. & ſeq. vel ſecundum aliarum Eccleſiarum ritum.

Eſtote miſericordes, ſicut, & pater &c. Luc. 6.) Vt Chriſtus nobis cõdonet prius cõdonare ipſi debemus ijs a quib⁹ læſi fuerimus. Vide explicationẽ illius petitionis, Dimitte nobis debita noſtra, &c. pag. 456. & ſeq. Vide de hoc Euang. in Dom. Trin.

Dominica quinta poſt Pentecoſten.

Auditis, quia dictũ eſt antiquis, Non occides, &c. Matt. 5.) Huius loci erit hoc decalogi præceptũ exponere, prout habetur pag. 341. Ego autẽ dico vobis omnis qui iraſcitur.) Hæc verba exponũtur pag. 349.

Auditis, quia dictũ eſt antiquis Nõ mœchaberis, &c.) Hic ſimiliter exponatur hoc prçceptũ, de quo habetur p. 357. vel Cum turbę irruerent in Ieſum. Vt ſupra.

Dominica ſexta poſt Pentecoſten.

Miſereor ſuper turbã, quia ecce iam triduo ſuſtinẽt me. Mar. 8. Preterea, quæ notata ſũt in Dñica quarta Quadrageſimæ poterit Parochus ea hic proferre, quæ de paternã Dei de hominibus cura, habentur pag. 414. 415. 416.

Si dimiſero eos ieiunos deficiẽt in via,) Hic per imbecillitatẽ hominũ, qui nullũ op⁹ Deo gratũ, ſine adiumẽto Dei poſsũt inſtituere agendũ eſt, vt habetur p. 443.

Dominica ſeptima poſt Pentecoſten.

Attẽdite à falſis Prophetis, &c. Mat. 7.) Hic cauendũ præcipitur ab hæreticis. Quis verò cẽſendus ſi hæreticus, habes p. 79 Quomodo aut hi cũ in Eccleſia nõ ſint ab ea puniri poſſint habes p. 83. Quib⁹ autẽ artibus hi falſi prophetę vtãtur ad impia ſua dogmata infũdẽda, habes p. 3

In ignem mittetur, &c.) De hoc igne infernali, pag. 71.

Sed qui facit volũtatẽ Patris mei, &c. Hęc ſentẽtia eſt veluti method⁹ breuiſſima, docẽs qua ratione ad regnũ cęlorũ prouenire poſſimus Quare quicunq; cupim⁹ illud adipiſci hãc ſentẽtiã prę oculis, habere debemus, vide p. 435. Et deinceps, vbi hæc tertia petitio, Fiat volũtas tua, ſicut in cœlo, & in terra, explicatur, vel, Miſereor ſuper turbam, vt in præcedenti Dominica.

Dominica octaua poſt Pentecoſten.

Redde rationẽ, villicationis tuę, L. 16.) De ratione reddenda, quã vnuſquiſque migrãs e vita vide pag. 70. & 71.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Ideo diuites à Deo bonis cumulantur, vt pauperib⁹ ex eis ſuccurrãt p. 452. Idẽ ad eleemoſynas ſuos poterit excitari Parochus, prout eſt p. 83. Hic etiã locus pro interceſſione Sanctorum facit, de qua pa. 306. 307. & 405. Vel Attendite à falſis prophetis, vt in præcedẽti Dñica, ſicque deinceps omnia Euãgelia, quę cõſequẽter in reliquis Dñicis proponuntur, in quibuſdã Eccleſijs in prçcedenti Dñica legi cõſueuerũt, quod notare ſuperſedebimus.

Dominica nona poſt Pentecoſten.

Fleuit ſuper illã Luc. 19.) Flet Chriſtus, vt nos flere doceat, quo vero in pęnitudine erratorũ ſint adhibendæ lachrymę & quam diligenter procurandę, habes pag. 276 Vbi de contritione agitur. 234.

Quia ſi cognouiſſes, & tu.) Sũma eſt ſtatus noſtri miſeria, nostrã miſeriã non agnoſcere, vide pag. 436. & 437.

Quia venient dies in te, & circundabũt te, &c.) Hieruſalẽ in exẽplũ ponitur ei⁹ hominis, qui multis a Deo beneficijs ornatus, male, eis in ſui perniciem abutitur vide pag. 481.

Dominica decima poſt Pentecoſten.

Hæc apud ſe orabat, Luc. 18.) Quibus, virtutib. oratio debeat eſſe comitata, vt Deo placeat, & ab eo exaudiatur, vide pag. 407. 408. & ſeq.

Deus propitius eſto mihi peccatori.) Hoc veri pęnitẽtis exemplum inter alia proponitur pag. 464. Quare cũ illius cũ aliorũ exẽplo, qui habẽtur ibidẽ 226. ad veram pęnitentiã Parochi fideles excitabunt Eſt præterea exẽplũ eorũ qui cum peccatores ſint, Deũ orant, & exaudiuntur. pag. 400. Denique quãta humilitate ad Deum præcaturi accedere debeamus hic demonſtrat pag. 407.

Qui ſe exaltat, humiliabitur.) Chriſti humilitatis exemplum maximum pondus habet ad noſtram ſuperbiam deprimendam pag. 40.

Dominica XI. poſt pentecoſten.

Et deprecabãtur eum, vt illi imponat manũ Mar. 7. Iſtorũ exemplo: qui Chriſtum, pro muto, & ſurdo, ad cũ adducto vt ſanaretur interpellant, monemur pro alijs orare: Quomodo vero id faciendũ, & pro quibus orandum habes pag. 403.

Miſit digitos in auriculas eius.) Chriſti

exemplo, pueris in baptiſmo, aures, oculi, pectu, humeri ſigno crucis recte inſignitur. Vide de his & alijs baptiſmi ceremonijs, & earũ ſignificatione p. 158. & ſ.

Suſcipiens in cœlum ingemuit, &c.) Cũ Deus ſit vbique, cur potius in cælũ, qua alio oculos cõuertamus & cur in cęlis eſſe dicatur p. 422. Præterea quoniam ſacræ litteræ nos ſurdos, & cæcos & omnibus mẽbris captos ſæpè appellant, vt habetur pag. 314. Hic de malis, quæ peccatum inuenit, vt ibidẽ habetur diſſerere Parochus commode poterit.

Dominica xij. poſt Pentecoſten.

Diliges Dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, &c. Luc. 10.) In hanc ſententiã populo proponantur, quę habentur initio explicationis Decalogi pag. 294 Vſq; ad ſecundũ præceptũ vel quia hoc Euãgelium concurrit cũ Dominica decimaſeptima, poſteriorem huius Euãgeli partem, puto pretermiſſa exponet.

Homo quidã deſcẽdebat ab Hieruſalẽ, Hiericho, &c. Hominis huius ita miſerabiliter à latronibus vulnerati noĩe Doctores intelligũt humanã naturã poſt Adę lapsũ quę quot qualia & quãta vulnera acceperit, habes pag. 27. 28. & pag. 432. 416. & ſeq. & ſæpe alias.

Samaritanus autẽ infundẽs oleũ &c.) Hic de ſacramẽtis agat Parochus, quę à noſtro Samaritano id eſt, à Chriſto inſtituta sũt, tamquã remedia cõtra vulnera humanæ naturæ per Adę lapsũ inflicta, vt, habetur pag. 121. 122.

Curã illius habe.) Nota gen⁹ humanũ & Eccleſiã vni homini a Chriſto cõmiſſam, qua de re, vide pag. 85. & ſeq.

Quis horum tibi videtur fuiſſe proximus?) Ex hoc loco quis ſit proximus explicatur pagina 373.

Dominica xiij. poſt Pentecoſten.

Ieſu præceptor miſerere noſtri. L. 17.) De nomine Ieſu vide pag. 28.

Ite oſtẽdite vos Sacerdotibus, &c. Vide quæ in hãc ſẽtẽtia dicta ſunt Dñica ſecũda poſt Epiph. vide præterea p. 133. Vbi nominatim hic locus adducitur. Quomodo itẽ beneficio cõtritionis peccata remittãtur, ex hoc loco prob. p. 229. Quæ tamen confeſſionem requirit, vt habetur pag. 327.

Dominica xiiij. poſt Pentecoſten.

Ne ſolliciti ſitis animæ veſtrę, &c. Ma. 6.) Quantũ immoderata ſollicitudo congerẽdarũ opũ cæteręq; cupiditates animæ ſaluti obſint, vide p. 287. & ſeq. Et huius morbi remediũ habes pa. 289. 290

Scit pater veſter, quod omnibus his indigetis, &c.) Etiã ſi Deus ſciat deſideria noſtra & indigentiam, cur ei preces porrigamus pagina. 397.

Primum quæ ite regnũ Dei, &c.) De ijs quę petenda ſunt. quo ordine habebit pag. 423 & 424 Porro hic commode ſecũdam petitio Dominicæ orationis tota explicabitur, vt habetur pag. 427. & 428.

Et hęc oĩa adijcientur vobis, &c. Quatenus temporalia petenda pag. 446.

Dominica xv. poſt Pentecoſten.

Et reſedit qui erat mortuus Luc. 7.) Si hic mortuus, & quidã alij ſunt reuocati ad vitam qũo intelligendum, quod Chriſtus primus oĩum reſurrexit, vide pa. 56. Hic tractari poterit art. Symboli Apoſt. penul. de Carnis reſurrectione p. 99 & ſe.

Dominica xvj. poſt Pentecoſten.

Si licet Sabbatho curare, &c Luc. 14.) Dei ſanctificatione dierũ feſtorum. & a quibus tũc abſtinẽdũ quid ve agẽdũ ſit, habes p. 333. & ſ. & maxime pa. 344. & ſ.

Cum inuitatus fueris ad nuptias, &c.) Hic locus eſt cohortandi Chriſtianos omnes, ne alij alijs ſe prę ferant, vt eſt p. 420. Ne ve ambitioſi ſint honorũque cupidiores, vt eſt pagina. 387.

Dominica xvij. poſt Pentecoſten.

Diliges Dñm Deũ tuũ, &c. Matt. 22.) Vide Euangeliũ Dominicæ 12. vt ſupra

Quid vobis videtur de Chriſto, &c.) Chriſtus quomodo ſit Dauidis filius, vide p. 36. Quomodo item nõ ſit filius Dauid ratione diuinitatis, habe pag. 30. 31

Dominica xviij. poſt Pentecoſten.

Videns autem Ieſus fidem eorum, &c. Matt. 6.) Ecce quantũ fide aliena moneatur. De us ad aliquod donum, alieni non modo nõ petenti, ſed ne cogitandi, quidẽ impertiendum. Hinc fit vt in baptiſmo infantes regenerationis fiãt participes, nõ quia mẽtis ſuæ aſſenſione credãt ſed quia ſuſceptorũ, vel parentũ, ſi fideles fuerint) ſin minus Eccleſiæ Catholicæ (vt ait Auguſtinus (fide muniantur pag. 145. & de patrinis, pag. 46.

Remittũtur tibi peccata tua. &c.) Chriſtũ vt hominẽ primũ omnium poteſtatẽ remittẽdorũ peccatorũ habuiſſe ex hoc loco probatur pa. 233. Porrò dũ ſacerdos

iuriſ-

iuriſdictionem habens vel ordinariam, vel delegatam, ritè pœnitenti peccata remitti non minus abſoluitur, quam hic paraliticus, quantum eſt ex parte ſacramenti. De forma abſolutionis habes pag. 221. & 218.

Hic blaſphemat, &c.) De blaſphemia habetur pag. 324. Et de iuramento pag. 316. & ſeq.

Dominica xix. poſt Pentecoſten.

Qui nuptias fecit filio ſuo, &c. Matt. 22.) Quibus de cauſis vir & mulier coniungi debeant, vide pag. 284 Et quę ſpōſæ magis ſint quærendæ pag. 281. Et de mutuis viri, & mulieris officijs pag. 291. Et quod Deum orandi cauſa certis temporibus à matrimonij officio abſtinere debent pag. 294 Item de tribus matrimonij bonis pag. 289.

De cōtumelia, derractione, murmuratione, cæteriſque vitijs, quibus proxim⁹ læditur, vide pag. 376. & ſeq.

Non habens veſtem nuptialem?) Veſtem hanc nuptialem veſtis candidā, vel ſudariolum, quod baptizatis datur deſignat, de quo pag. 158.

Mittite in tenebras exteriores, &c.) Dei ſententia, & pœna damnatorum pagin. 69. & ſequen.

Dominica xx. poſt Pentecoſten.

Erat quidem Regul⁹ cuius filius infirmabatur. Ioan 4.) Vnde tot miſeriæ, & aduerſitates, & quę quotque illæ ſint. pagin 447. & 448. Quo in malis, & reb⁹ aduerſis confugiendū. pag. 476. 477 Hic ex poni poterit vltima petitio Dominicæ orationis. Sed libera nos a malo. pagina 475. & ſeq.

Dominica xxj. poſt Pentecoſten.

Redde quod debes, &c. Matt. 18.) Reſtitutio pœnitēti eſt neceſſaria antequā abſoluatur, quia non dimittitur peccatū niſi reſtituitur malum ablatū, vt inquit Aug. Vide de reſtitutione pagina 367. & 368 Item de furto, rapina, vſuris, & alijs illicitis rerum vſurpationibus, pag. 362. 363. & ſeq.

Si nō remiſeritis, &c.) Hic exponatur Petitio illa orationis Dominicæ, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nōs dimittimus, &c. pag. 454. & ſeq

Dominica xxij. poſt Pentecoſten.

Magiſter ſcimus quia verax, &c.) Genus adulationis peſſimū quę ad proximi calumniā, & perniciem, adhibetur. De adulacione habes pag. 77.

Quia verax es, &c.) Demendacio, vide pagin. 18. 1. Vbi notatur hoc ipſum teſtimonium, ex hoc Euangelio decerptum.

Reddite quæ sūt Cæſaris Cæſari, &c.) Vide quæ debentur principibus, & ſuperioribus in poteſtate conſtitutis, pag. 342. & ſeq.

Dominica xxiij. poſt Pentecoſten.

Ecce principes vn⁹ acceſſit, & adorabat eū, dicens, &c. Matth. 9.) Hic diſſetentia, qua infideles, & Chriſtiani à morbis liberari cupiunt, de qua 477. & quomodo in morbis ad eum, non ad præſtigiatorum incantationes ſit recurrendū, ibid & pag. ſeq.

Filia mea modo defuncta eſt.) Hic de morte, & nouiſſimis, de quibus ſæpe ad populum agendū eſſe præcipitur, pagina. 72. 254.

Si tetigero tantum fimbriam veſtimēti.) Hic de reliquijs Sanctorum, & cultu, & veneratione earū aget Parochus, ex pag. 306. & ſeq.

Et cum veniſſet Ieſus in domum principis, &c.) Hic de oratione iuuandi mortuos per ſacrificium Miſſę, & orationes, de qua pag. 17. & 404. Vel in quibuſdā Eccleſijs legitur Euangelium Dominicę Quartę Quadrageſimę, de quo ibidem. Si plures ſint, Dominicę inter Pentecoſtes, & Aduentum, ſeruetur, quod de his in Breuiarij rubrices habetur.

Dominica xxiiij poſt Pentecoſten.

Cum videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco. Mat. 24.) Hic de ſignis pręcedentibus diē iudicij agendum eſt, de quibus pag. 68.

Orate autem ne fiat fuga veſtra, &c.) Hic locus ad probandum temporalia a Deo peti poſſe inducitur, pa. 448. vnde de hoc argumento Parochi etiam agere poterunt, de quo tū ibidem, tum pagina 402. agitur.

Sed propter electos breuiabuntur dies illi) Hic de dęmonum poteſtate poterit agi, qui quantum poſſunt, & quandiu volūt, homines tentare non poſſunt, vt habetur pag. 469. 470.

INDEX IN CATECHISMVM, ijs longè copioſior, qui hactenus editi ſunt.

A

ABbatibus permiſſum eſt, vt interdum minores ordines adminiſtrent, pagina. 276.
Abrahæ peregrinatio. 299
Abrahæ ſinus. 53
Abrenunciant Satanæ baptizandi, & cur. 160
Abſoluendi qui ſint. 243
Abſoluendi poteſtas quibus data. 234 235.
Abſolutionis forma. 220
Abſolutio quando pœnitentibus deneganda. 251
Abſolutio peccatorum eſt effectus pœnitentiæ. 230
Accedentia in Euchariſtiæ ſacramento manent ſine ſubiecto. 197
Accuſatores quo pacto non rectè ſuo funguntur officio. 379
Actiones Deo gratas ſine adiumento diuinæ gratiæ ſuſcipere non poſſumus. 436
Actio gratiarum erga Deum quomodo fiat in petitione de facienda Dei voluntate. 443
Actio gratiarum eſt vna partibus orationis. 399
Adam ſibi, & poſteris donum iuſtitiæ originalis amiſit. 446
Adam cibo indigebat in ſtatu innocentiæ ad reficiendas vires. 444
Inter Adam neceſsitas, & noſtris multum intereſt. ibid.
Adam non indiguiſſet multis rebus, quibus nos indigemus, ſi non peccaſſet, ibid. in Paradiſo voluptatis otioſus non erat futurus. ibid.
Adam, & eius poſteritas fructus ligni vitæ immortalix permanſiſſet. ibid.
Adam in Paradiſo nulla moleſtia affectus fuiſſet. ibid.
Adam poſteritas fructus vitalis arboris priuata. & horibili ſententia maledicta. 447
Adam & Chriſti comparatio. 39
Adulterum quid. 356
Adulterij interdicto, quæ peccata prohibeantur. ibid.
Adulterium quare prohibitum. ibid.
Adulterij interdicto omni impuritatis, & impu-

& impudicitiæ genus quo corpus polluitur prohiberi. 357
Adulterio intima animi libido prohibetur. ibid.
Adulterium inſignem turpitudinem notam inurit. 358
Adulterorum ſupplicium, & damna. 360.
Aduocatus tempore neceſſitatis pauperi gratis debet patrocinari. 379
Aduocatorum a ia officia. ibid.
Affectus carnis ita domitos habere vt omnino non excitentur, non eſt in hominis, etiam iuſtificati, poteſtate. 439.
Affinitas patrinorum cum quibus contrahatur. 144
Ad Agnitionem peccati quomodo homo perducatur. 456
Amen, quid ſignificet. 484 interpretatio 485. cur in ſacrificio Miſſæ reſeruatur ſacerdoti pronunciandum, ibidem. Cur in alijs precibus hac voce miniſter vtatur. ibid.
Amici amico periculosè ægrotanti quomodo perniciosè aſſententur. 387
Amor Dei in nos in redemptione erga homines oſtenſus maximè. 418
Angelorum creationes. 23
Angeli ab ortu ſui initio gratia præditi, & ſapientia & potentia ornati, ibidem.
Angelicæ ſalutationis adiunxit Eccleſia preces, & implorationem beatæ Virginis. 405
Angelorum plurimi ex cæleſtibus ſedibus deturbari. 23
Angelorum ſcientia qualis, ibid.
Angelorum poteſtas qualis. ibid.
Angelis quare virtutes dicti, ibid.
Angelus multa edocuit Tobiam, de ratione matrimonij. 284
Angeli quomodo adorentur. 305
Angeli quare humana ſpecie effingantur, & cum alijs. 309
Angelica Salutatione Deus laudatur. 405
Angelica ſalutatio eſt actio gratiarum. ibid.
Angelum cuſtodem ſinguli habent. 415
Angelorum cuſtodia erga homines, ibidem.
Angelorum obedientia erga Deum. 443
Angeli non adorantur vt Deus. 305
Angelorũ opera quotidie à maximis periculis liberamur. ibid.
Angelorum opera quanta Deus humano generis beneficia contulerit. 415
Angelos eſſe inuocandos ex Scripturis demonſtratur. 306
ab Anima Chriſti nunquam ſeparata eſt diuinitas. 44
In Anima Chriſti ab inſtanti ſuæ creationis fuit omnis gratiæ plenitudo. 37
Anima Chriſti cruciatus in inferiore ſui parte ſenſit. 39
Anima Chriſti, re, & præſentia ad inferos deſcendit. 52
Anima Chriſti deſcendens ad inferos communicauit meritũ paſſionis animabus patrum. ibid.
Anima eſt immortalis. 99
Animæ piorum ante Chriſti mortem in ſinum Abrahæ deferebantur. 55
Anima quæ peccauerit, quomodo mori dicatur, & ob peccatum parentum puniatur. 283
Animæ præter naturam perpetuo ſeparantur à corpore. 101
Anima ſeparata à corpore propenſionẽ habet ad corpus. ibid.
Anima duabus alis ad cœlum peruenit. 399
Animantia omnia præter hominem in eo ſtatu Permanſerunt, in quo creata ſunt.
Apoſtoli quare à Chriſto dati. 2
Apoſtolis auctoritas à Chriſto data. ibid.
Apoſtoli in duodecim articulos diſtinctum ſymbolum compoſuerunt. 10. & quare. ibid.
Apoſtoli cæremoniarum inſtitutores. 157
Apoſtoli à Domino Chriſmatis compoſitionem didicerunt. 167
Appetitio proprij boni rebus omnibus ingeneratur. 436
Appetere Deum à principio homini datam. ibid.
Appetitionibus corruptæ naturæ etiam reclamantibus, & aduerſantibus, voluntas remittendi iniurias ſufficit. 463
Aqua, vide Baptiſmus.
Archiepiſcopis partes quæ ſint. 275
Artibus malis, quæ acquiruntur noſtra non ſunt. 410
Articuli quare ſingulæ ſymboli ſententię ſint dicti. 10
de Articulo fidei primo. 11. & ſeq. de

Secundo 25. de Tertio 34. Quarto.42. de Quinto. 52. de Sexto. 61. de Septimo 67. de Octauo 73. de Nono. 79. de Decimo 54. de Vndecimo 99. de Duodecimo. 108
Articulus de Aſcenſione Chriſti eius maieſtatem,& gloriam declarat. 61
Aſcendit Chriſtus, vt homo corpore & animo in cœlos. 60
Aſcendens Chriſtus in cœlum ſedet ad dexteram patris,& quomodo intelligatur. 61
Aſcendit Chriſtus propria virtute. 59
Aſcenſio Chriſti eſt tanquam finis ad quem cætera myſteria referuntur, pagina. ibid.
Aſcenſionis in cœlum Chriſti cauſæ, pagina. 61
beneficia qua ex Aſcenſione Chriſti nobis donantur. 61
Aſſentatio vitium detrimentum. 376
Aſſentatores homines vitio obtrectationis peccant ſæpiſſimè. ibid.
Auari reprehenduntur. 370.386

B

Baptiſmi cognitio maximè neceſſaria 132. illud ſacramentum in quanta veneratione habendum 143. illud ſacramentum cum conditione non eſt ſine diſcrimine adhibendum. 157
Baptiſmus quare à Parochis ſit docendus. 133
quo temporeà Parochis de Baptiſmo diſerendum ſit. ibid.
Baptiſmi vox quid ſignificet. ibid.
Baptiſmi ſacramentum quibus nominibus ſignificatur. ibid.
Baptiſmi vt ſacramentum eſt,definitio. 134.
Baptiſmi ſacramentum quibus rebus cõficiatur. ibid.
aqua, quæ ib ſacro ſonte ab Baptiſmũ conficiendum aſſeruatur, non eſt ſacramentum. 135
Baptiſmi materia eſt aqua elementis. ibid. Aqua cur potiſſimum ad id inſtituta. 138
Baptiſmus ignis quis ſit. ibid.
Baptiſmi figurę & prophetiæ. ibid.
Baptiſmus pignus eſt redemptionis noſtræ. 418
Baptiſmus cur myſterium,ſeu ſacramentorum fides dicatur. 134
Aquæ in Baptiſmo quare Chriſma addatur. 136
Baptiſmi forma quæ. 137
hęc explicatur. 138
Baptiſmi forma apud Gręcos varia, pag. ibid.
cur Baptizabant Apoſtoli in nomine Ieſu, ibid. hoc quomodo intelligendum ſit declaratur. 141
Baptiſmus tribus modis confici poteſt. ibid.
in baptiſmo vnica an trina ablutio fiat, nihil refert. ibid.
in Baptiſmo caput abluendum ibid.
in Baptiſmo verba ſimul cum ablutione proferenda. ibid.
Baptiſmus à Chriſto domino inſtitutus & quando. ibid.
quando vis ſanctificandi per baptiſmũ fuerit tributa. ibid.
In Baptiſmo Chriſti tota Trinitas apparuit, & cur. ibid.
Baptiſmi leges, quo tempore homines teneri cæperunt. 142
Baptiſmi miniſtri, qui,& quot. 144
Baptizare ſacerdotes quare præſentes etiam epiſcopo poſſint. ibid.
ordo inter Baptiſmi miniſtros ſeruãdus. 145.
Baptizandos ſuſcipere quibus non liceat. 145
Baptiſmus neceſſarius ad ſalutem. ibid.
Baptiſmi ſacramentum pueris dandum, ibid.
Baptizantur pueri in fide parentum, & Eccleſiæ. 148
Baptizandi ſunt quam primum paruuli, 149
In Baptizandis adultis diuerſa ratio eſt ſeruanda ab ea, que in pueris. ibid.
Baptiſmus adultis quando ſit ſtatim cõferendus. 149
Baptizandi quomodo affecti eſſe debeant. 150
Baptizandi cur interrogentur, an velint baptizari. ibid.
quando Baptizandi amentes, & dormientes. ibid.
ad Baptiſmi gratiam conſequenda fides eſt neceſſaria. ibid.
Babtizandum peccatorum pœniteat oportet. ibid.
Baptiſmi ſacramentum omne peccatum condonatur. 152
in Baptiſmo prorſus tolluntur peccata, & radicitus euelluntur, ibid.

In baptizatis concupiſcentia remanet, ſed peccatum non eſt. 351
Baptiſmi proprius effectum peccatorũ omnium remiſſio. ibid.
peccata, & peccatorum pena per baptiſmum remittuntur. ibid.
pęnæ ciuilibus iudicijs perſoluendæ per baptiſmum non condonantur. 152.
poſt Baptiſmũ quare non reſtituamur in ſtatum naturæ integræ. ibid.
Baptiſmi fructus alij. 155
per baptiſmum Chriſto incorporamur. 156
cur poſt Baptiſmum ægræ virtutes exerceamus. ibid.
Baptiſmus characterem imprimit. ibidem.
Baptiſmum iterari ſacrilegium eſt. pagina. 154
Baptiſmus cœli aditum patefacit. 158
ceremoniæ, & precationes, quæ in Baptiſmo fiunt, ad tria capita rediguntur, & ab Apoſtolis emanarunt. ibid & 159
fons Baptiſmi conſecratur, addito oleo myſticæ vnctionis. ibid.
certi dies expectantur ad conſecrandam Baptiſmi aquam. ibid.
Baptizandi cur mox in Eccleſiam non admittantur. ibid.
Baptizandi fidei ſuæ profeſſionem faciunt. 160.161
Baptizandis quæ nomina imponenda, & quare. 162
Beatitudo æternæ vitæ nomine deſignata, 107. & cur ibid. amitti nunquam poteſt. 108. quid ſit. ibid. conprehendi non poteſt. ibid. omnium bonorum adeptione, & omnium malorum liberatione definienda, eſt. 110
Beatitudo eſſentialis in quo ſita. 119
Beati lumine gloriæ eleuantur ad diuinam eſſentiam videndam. 112
Beati quomodo Dei formam induant. 110
Beati omnes ijſdem præmijs non afficiuntur. 114
Beatitudinis imagines, & ſimilitudines. ibid.
Beatitudo accidentalis in quo conſiſtat. 132. conſtat omnibus bonis ibid.
Bella inteſtina hominis. 429
Bellum ſceleratis eſt cum Deo. 457
ſine Benedictionibus Dei opera noſtra proſperè non cedunt. 458
Benignitas Dei non vno modo eripit nos a malis. 479
Beſtias occidere, & eas edere liceat. pagina. 447
Balſphemare nomen Dei, & ſanctorum, deteſtabile ſcelus. 344
Bona humanæ vitæ quare optanda, & petenda. 444
Bona temporalia quomodo petenda. 445
Bona omnia Deo. 425
Bona temporalia a Deo pueri poſſunt. 445
Bona humanę vitæ ad bona diuina nos dirigunt. ibid.
Bona humanæ vitæ adiumenta ſunt ad diuinorum bonorum ademptionem. ibid.

C

CÆlorum præſtantia. 422
Charitatis præcepta duo. 335
Charitas proximi a charitate Dei ortum habet. 337
Charitatis officia quæ ſint. 351
Charitatis officiorum præſtantiſſimum quod. ibid.
Carnalis nequitia quæ ſit. 466
Caſtitas recte petentibus non negatur. 361
Caſtitas non ſolum virginibus, ſed qui cœlibem vitam agunt, & ijs qui matrimonio iuncti ſunt, conuenit. pag. 357
Caſtitatem ſeruare cupienti, quæ cogitanda. ibid.
Caſtitatis remedia, quæ in actione conſiſtant. 359.360
Catechiſmi neceſſitas. 4
Catechiſmi doctrina ad captum cuiuſcumque accommodanda. 6
Cauſæ ſecundę ſunt adminiſtræ Dei manus. 431
Ceremoniæ, & precationes, quę in baptiſmo fiunt ad tria capita rediguntur. 158
Ceremoniæ, quæ ad pęnitentiæ ſacramentum adhibentur. 221
Ceremoniæ, quæ in ſacramento extremæ vnctionis adhibentur. 256
Cereus quem tenet baptizatus quid ſignificet. 161
Character trium ſacramentorum effectus. 129
Character quid præſtet. 130

Characterem imprimit baptiſmus. 155
Characterem imprimit Confirmatio. 172
Characterem imprimit ordinis ſacramentum. 267
Chriſma in baptiſmo cur adhibeatur. 261
Chriſma materia confirmationis, epiſcopi conſecratione conficitur. 167
Chriſma, quare ex oleo, & balſamo conficiatur. ibid.
Chriſma cur ſacris precationibus conficiendum ab epiſcopo. 168
Chriſtianorum omniũ vnus ſpiritualis ortus, & vna nobilitas, & vnus pater, & ſunt ideo maxima neceſſitudine copulati. 420
Chriſtiani nunquam Deum in ipſorum obliuionem venire cogitare debent. 419
Chriſtiani cur Deum Patrem noſtrum inuocamus. 420
Chriſtiani qua ratione Chriſti fratres cenſeantur. ibid.
Chriſtiani alij alijs præferre ſe non debent. 421
Chriſtianorum dignitas ſumma eſt Dei eſſe filios. 422
Chriſtiani hominis ſcientia vno capite comprehenditur. 5
Chriſtiani doctoris opera in quo præcipue verſari debet. ibid.
Chriſtiani vita non in otio degẽda. ibi.
Chriſtiana philoſophia, & ſæculi ſapientia in quo differant. 414
Chriſtianus homo quantum Chriſto debeat. 32
Chriſtiani non de ſe ſolum, ſed de alijs ſolliciti eſſe debent. 451
Chriſtiani in omnibus calamitatibus Deum habent perfugium. 477
Chriſtiani quare ſancti dicantur. 84
Chriſti cauſa libenter ſtultitiæ fama ſubeunda. 430
Chriſtus quomodo in nobis regnet. 431
Chriſtus frater noſter. 439
Chriſtus Eccleſiæ caput primarium, caput vnum viſibile Eccleſiæ præfecit. 84
Chriſti ſanguinis triplex effectus. 183
Chriſti corpus mox atque formatum eſt ei, & anima atque diuinitas eſt adiuncta. 36
Chriſti tria in Eccleſiam inſignia beneficia. 67
Chriſtus imitandus in referenda noſtra voluntate ad voluntatem Dei. 433
Chriſtus verus animæ panis eſt. 453
Chriſti paſſionem myſterium maximam Dei potentiam & benignitatem oſtẽdit. [illegible]
Chriſti paſſionis patrocinium veniam peccatorum nobis meretur. ibid.
Chriſti aduentus duplex. 67
Chriſti regnum ſpirituale. 59
Chriſti nomen quid ſignificet. 29
Chriſtus à diuerſis naturis diuerſas proprietates accepit. 33
Chriſtus quare Dominus noſter dicendus. ibid.
Chriſtus non eſt dicendus filius Dei adoptione, ſed natura. 37
Chriſtus à Dauide origine traxit ſecundum carnem. 38
Chriſtus quare nouiſſimus Adam appellatus. ibid.
Chriſtus naſcens ſalutari doctrina nos inſtituit. ibid.
Chriſti ſanguine ſcelera noſtra expiantur. 84
Chriſtus ſacramentorum omnium auctor. 125
Chriſtus totus in ſacramento Euchariſtiæ continetur. 192
Chriſtus qua ratione ſit in ſacramento. 191.
Chriſtus qua ratione pœnitentiæ ſacramentum inſtituerit. 219
Chriſti & eius matris, & ſanctorum imagines pingi, non interdicitur præcepto legis. 310
Chriſti reſurrectio fraternitatem Chriſti cum hominibus non dirimit, pagina. 419
Chriſti diuinitas nunquam à corpore ſeiuncta. 43
Chriſtus pro peccatoribus paſſus. pagina. 48
Cibus multiplex, & delicatus non poſtulandus à Deo. 449
Cibus multiplex animæ, 458
Circunſtantiæ peccatorum ſunt in confeſſione patefaciendæ. 237
Clauium poteſtas eſt in eccleſia. 95
Clauium dignitas, & amplitudo. 95
Clauium poteſtatem non omnes habet, 97
Clauibus Eccleſiæ aditum in cœlum aperiri. 230
Clerici nomen vnde deductum, pagina 258

Clericorum corona vnde ortum habuerit, & quid ſignificet. 269
colere Deos alienos qui maximè dicti ſunt. 3(8
Communia tribus perſonis diuinis ſunt omnia opera ad extra. 35
communio vnum ex nominibus Euchariſtiæ. 177
ante Communionem præparatio qualis eſſe debeat, & quam ſit neceſſaria. 102
præparatio ad Communionem maxima neceſſaria eſt pacem cum alijs habere. 2?3
Communionem ſumpturus nihil habere debet, quod conſcientia grauet. 204
Communicare volens, aliquam etiam corporis curam habere debet. ibidem.
Communicandum ſepę eſſe demonſtratur. 205. quod ſuiſſe olim in eccleſia vſitatum oſtenditur. ibid.
Communicandum omnibus eſſe ſaltem in paſchate. 205
Communicandi ſub vna ſpecie quare eccleſia conſuetudinem approbauerit, 207. vide Euchariſtia. ibid.
Concupiſcentia in renatis remanet, ſed peccatum non eſt. 151
Concupiſcentia praua ſtirps malorum omnium eſt. 383
concupiſcentia rerum alienarum, & alienæ vxoris quid inter ſe differant. ibid.
concupiſcentia quid. 385
concupiſcendi vis recta Deo auctore à natura nobis inſita eſt. ibid. quæ bona nobis præſtet ſi rectæ rationi ſit conformis. ibid.
Concupiſcentia primorum parentum peccato deprauata. ibid.
concupiſcentiæ vis, ſi moderata eſt quaſdam vtilitates afferat. ibid.
Concupiſcentia quare à Paulo peccatum ſit dicta. 386
Non concupiſces, quem ſenſum habeat. 387.
Concupiſcenda non eſt aliena vxor. 388.
Concupiſcere alienam vxorem quam graue peccatum ſit. 389
Concupiſcendi vitio qui maxime elaborent. 392
Concupiſcentia Perpetua in membris noſtris latitat, 440
Concupiſcentia quomodo peccatum eſſe cognoſcatur. 476. quando eſt peccatum, ibid.
Concupiſcentię remedia. 389 & incommoda quæ ab ea emanant. 389
Confeſſarius qualis deligendus. 240
Nunquam debet audita in confeſſione manifeſtare. ibid.
Confeſſarius erga pænitentem quomodo ſe gerere debeat. 241
Citra confeſſionem ſalutem recuperare non poſſunt, qui peccatis ſunt obnoxij capitalibus. 234
Confeſſio contritionem perficit. 230
Confeſſio peccatorum, & eius neceſſitas. ibid.
Confeſſio quare inſtituta. 233
Confeſsionis vtilitas. 232
Confeſsio quid ſit, & cur accuſatio dicetur. ibid.
Iudicium eccleſiaſticum quid ſit in confeſsione, longe diſsimile eſt forenſibus iudicijs. ibid.
Confeſsio a Chriſto ob eius bonitatem & miſericordiam inſtituta. 233
Confeſsio ſacerdoti facienda. ibid.
Confeſsionis figuræ. 234
Confeſsionis legi quinam parere debeant. 235
Confeſsio quo tempore puero indicta. ibid.
Confeſsio integra eſſe debet. 236
Confeſsio nuda & aperta eſſe debet. 238
Item prudens & verecunda. Ibidem. Per internuncium, per litteras fieri non debet ibid. item frequens eſſe debet. 239
Confeſsio quando iteranda quando nõ. 238.
Confeſſionis miniſter idoneus, & legitimus quis ſit. 249
In confeſſione ſcelera non excuſanda. 242
Culpa eorum qui verecundia impediti peccata confiteri non audent. ibid.
Peccata diligenter peruestiganda antequam quis confiteatur. ibid.
Confeſſor quando à ſe pœnitentes dimittere debeat. 243. pudori quorundam confitentium quomodo conſulent. ibid.
Confidere oportet in officio precandi. 909.
Confirmationis ſacramentum. 163
Confirmationis nomen vnde dicatur, 164.

Confirmatio eſt vere ſacramentum. ibid.
Confirmationis ſacramentum a baptiſmo maxime diſiunctum. 169
Confirmationis ſacramenti Chriſtus au ctor. ibid.
Confirmationis ſacramentum Chriſma appellatum. 166
Confirmationis materia Chriſma. ibidem.
Confirmationis ſacramenti forma quæ ſit. 168
In confirmatione tria obſeruanda. ibidem.
Cōfirmationis ſacramenti miniſter proprius epiſcopus. 169
ad confirmationem quare patrinus aduocetur 17
affinitas quæ cum patrinis confirmationis contrahitur. ibid.
Confirmandi qua ætate eſſe debeant. 171
Confirmationis ſacramentum quomodo ſit neceſſarium. 170
Confirmationis ſacramentum ad vniuerſos fideles æque pertinent. 171
Confirmationis ſacramentum ſuſcipiẽtes adulti dolere debent de peccatis. ibid.
Confirmationis ſacramentum præcedere debet confeſſio adultis. 171
Confirmationis ſacramentum nouam gratiam tribuit. 172
Confirmationis vocabulum vnde deductum. ibid.
Confirmationis effectus. 173
Confirmatio non poteſt iterari. ibid.
Confirmationis ſacramẽti cæremoniæ, & ritus. 173
Confirmationis ſacramentum quo tempore potiſſimum adminiſtretur. 174
Conſilia Euangelica ſequi nemo obligatur, ea tamen contemnens peccat. 214
Contra eos, qui medicamentis vtuntur dæmonum arte compoſitis. 484
contritio cur peccati deteſtatio nominetur. 225. cur hoc nomine & alijs hæc pœnitentiæ pars dicatur. 224
Contritioni quid ib. dolor cur dicatur. ibid.
Contritionis vis, & efficacia. 225
Contritionis proprius dolor ad ſingula peccata mortalia adhibendus. 228
quandoque tamen contriti generatim ſuffi it. ibid.
ad contritionem veram quæ ſint neceſſaria. ibid.
Ad contritionem excitandum cum quis de peccatis non doleat, quid faciendum. 241
Coronæ vincentibus paratæ à Deo, dæmones, & alios hoſtes vincentibus. 475
Creationis opus ab ijs facilius creditur qui de Dei omni potentia non dubitant. 316
quare Deus creauit omnia. ibid.
de creatione Angelorum. 23
de creatione hominum ibid.
Creator viſibilium, & inuiſibilium, Deus. 24
quæ creauit Deus ea, & conſeruat pag. 25
Creatio omnibus perſonis Trinitatis communis. ibid.
Creatura noua in Chriſto quæ. 297
verbi huius, credo, in materia, fidei Euangelicæ acceptio, & profeſſio. 13
Credere quis propriè dicatur, 13. quid primo credendum. 12
Credens inquirendi curioſitate eſt, liber. 13
Credendum eſſe Deo. 14
Credens interiorem fidei actum aperta fidei profeſſione proferre debet. ibidem.
Crucis ſupplicium cur Chriſtus ſubijt. 4
Crucis ſignum quare in baptiſmo toties adhibeatur. 119
Cultus diuini cupidos homines eſſe quantum oporteat. 312
Cultus externus Deo præcipitur adhiberi tertio præcepto. 326
Cultus ſabbathi quo tempore ſublatus eſt. 327
Cultus diei feſti quare inſtitutus. 338
cupiditas vitioſa quare prohibeatur pa. 386
Cupiditates propriæ etiam iuſti aduerſantur.

D

DÆmones in exitu animæ quomodo nobis inſidientur. 259
Dæmones eos maxime tentant: qui ab eis defecerunt. 464
Dæmonum odium in homines implacabi.

cabile. 429
Dæmon ſimulans angelum lucis quę bona non ſunt tanquam bona poſtulare perſuadet. 441
Dæmonum externi impetus & impreſſiones. 67
Dæmones quare principes appellari, & rectores mundi tenebrarum. ibidem.
Dęmones perpetuum bellum nobiſcum gerunt. 468
Dęmones quomodo à nobis vincantur. 474
Dæmoneſque non oppugnent. 468. & quos maximè infeſtent. ibid.
Dæmonum vis alligata. 469
Dæmon quare malus præcipuè dicatur. 480 & peccati auctor. ibid.
Dæmoni, aſſignamus, omnia mala quæ in nos à proximis proficiſcuntur, tanquam auctori, & impulſori. ibid.
Debita, quæ dimitti poſtulamus. quæ ſint. 458
Cuius debiti ſolutio ſit ad ſalutem neceſſaria. ibid.
Debita quare dicantur noſtra. 459
De Decalogo. 294
Decalogus legum omnium ſumma, & epitome. ibid.
Decalogi præcepta decé ex duobus caritatis præceptis pendent. ibid.
Decalogi Deum eſſe auctorem credere, maximam vim habet ad homines excitandos ad eam legem ſeruandam. 295
Decalogi lex quanta maieſtate data. 299. Vide lex. Vide item præceptum 63
Deſcenſus Chriſti ad inferos cauſa. pag. 54
Ex deſcenſu Chriſti ad inferos nihil eius dignitati detractum eſt. ibid.
Deſcendere ad inferos cur Chriſtus voluerit. ibid.
Deſideria piorum exaudit Deus, 410
Detractionis vitium quam graue, & quanta incommoda ex hoc vitio cōſequantur. 375
Detractores qui dicendi ſint. ibid.
Detractoribus aures præbentes quantum peccent. 376
Deum vnum ſolum eſſe, non plures cōfitendum eſt. 16
Deum pœnitere quomodo intelligatur. 216.
Deus ſolus remittit peccata auctoritate propria.
Dei nomen creaturis cur aliquando tribuatur. 18
Deus generali ratione omnium hominum, peculiari vero Chriſtianorum Pater dicitur. 19
Deo omnipotentes vis tribuitur. 19
Deus omnipotens cur in ſymbolo, prætermiſſis certis attributis, dicatur. pagina. 20
Deus ſuam excellentiam etiam ethnicis cur manifeſtauerit. 15
Deo quomodo nulla fieri poſſit acceſſio. 424
Deus cur patris nomen tribuatur. 424
Deus omnium creator. 22
Deus quæ creauit conſeruat. 24
Deo, & non ſanctis, ſacrificium offertur. 210
Deus eſt legis auctor. 295
Deus quare fortis in decalogo, dicatur. 313
Deus totus eſt in ſingulis mundi partibus. 422
Deus auctor non eſt peccati. 470
Deus quare zelotes appellatus. 313
Deus quare pœnam ad tertiam, & quartam generationem comminetur. pagina. 313
Dei bonitas ſuperat eiuſdem iuſtitiam. ibidem.
Dei nomen quomodo ſit intelligendum. 317
Dei nomen quomodo honoretur. ibid.
Deo multa impoſita nomina. ibid.
Deus quibus modus laudandus. 318
Deus non habebit inſontem eum, qui nomen eius fruſtra aſſumpſerit. pagina 324
Deus primus diligendus, deinde parentes. 337
Deus deſideria piorum exaudit. 396
Deum omnium hominum pater vocatur. 414
Dei prouidentia erga homines. ibid.
Deus hominum non obliuiſcitur. pagina 415
Dei benignitas, & miſericordia erga homines. 419
Dei amor erga homines in redemptione oſtenſus. ibid.
Dei manus cum nos tangit, id non hoſtiliter facit, ſed amanter. 418
Deus quare caſtigat quos amat. ibid.
Deus calamitates noſtras non ignorat. 419

Deus omnium Deus eſt. 421
Deus eſt vbique, quomodo. 422
Deus quare in cęli eſſe dicatur. 223
Deus quomodo ex animo ametur. Pag. 424.
A Deo quid primum petendum. ibid.
Dei gloria quomodo petatur. ibid.
Dei nomen quomodo ſanctificari petimus. ibid.
Deo, non pretio aliquo, ſed amore ſeruiendum. 444
Deo ſeruire regnare eſt. 439
Dei nomen ſanctum, & terribile ſanctificatione non eget. 424
Dei nomen, re, non verbis tantum, ſanctificandum. 426
Dei prouidentia erga hominum ſalutem plane recta. 428
Dei potentia, & prouidentia. 429
Deus non ad otium, & inertiam nos vocauit. 434
Deus nunquam nos deſerit. ibid.
Deus adminicula nobis concedit, ad Regnum cælorum conſequendum. ibid.
Deum amare, vt par eſt, ſine diuinæ gratiæ adminiculo non poſſumus. pagin. 433
Deum amare ſine modo debemus. 229
Ad Chriſtianam prudentiam, niſi Deo auctore, & adiutore, nos aſpirare non poſſumus. ibid.
Deus in iuſtificatis mentem ſanat non carnem 438
Deus requirit ſummum amorem in opera, & ſtudio quod ei nauamus. pagina 442.
Dei opera omnia bona. 443
Deus omnibus operibus ſuis ſuam bonitatem impertiuit. ibid.
Deo voluntatem quare maximè colamus. ibid.
Dei viæ inueſtigabiles. ibid.
Deus nobis melius conſulit quam nos optare poſſimus. 444
Ad Dei gloriam omnia ad vſus vitæ neceſſaria ſunt referenda. 445
Dei infinita potentia colenda. 450
Deus promptus, & Paratus ad condonãdum peccata pænitentibus. 457
Deus beneficentiſſimus parens. 401
Deus iuſtitiæ retinentiſſimus. 459
Deus quomodo tenet ſuos. 240
Deus quomodo tentari ſinat bonos. ibid. 480
Dei benignitas nullis hominũ iniuriis exhauritur. 429
Deus negat propitius, quę concedit iratus. 396
Deus cur rogari vult, cum ſciat, quibus indigemus. 397
Deo magis curæ eſt noſtra ſalus, quam nobis. 453
Ad Deum confugere in malis naturale eſt. 454
Deus quomodo nos in tentationem inducere dicitur. 480
Deus dat vires ad Sathanas proſternendum. 473
Dei benignitas non vno modo eripit nos à malis. 478
Deus non vult nos ab omnibus incommodis ſolutos eſſe. 479
Deus dat ſolatia ijs, qui aduerſi præmuntur. ibid.
Deus vtitur dęmonum miniſterio in repetendis pęnis à ſceleratis. ibid.
diabolo ſeſe homines per peccatum addicunt. 458
Diaboli crudelis dominatus. ibid.
Diabolus quare mundi princeps & tenebrarum dicitur. 477
Diaboli proprium officium tentare homines. 480
Diabolus quo animo tentet homines. ibid.
Diabolus quare tentator vitatur, ibidem.
Diabolus quibus modis vtitur ad tentandum. ibid.
Dies Dominicus cur pro ſabbatho inſtitutu. 331
Cur diei Dominico alia feſti acceſſerunt. 332
Dies Domini Chriſti nouiſſius aduentus dicitur. 67
Die Dominico quid agere, & à quibus abſtinere fideles oporteat, pagina 328.
Diuitiæ non amandæ. 389
Diuites quare panem quotidianum petere debeant. 450
Diuites facultates ſuas Deo acceptas referant. 454
Diuites quare bonis cumulantur à Deo. ibid.
Diuortio nullo matrimonij vinculum diſrumpitur. 288
Doctoris legitimi opera neceſſaria fidelibus. 2
Doctrina catechiſmi ad captum, cuiuſque accommodanda. 6

Doctrinæ fidei Catholicę, quibus rebus contineatur. 7
Doctrinæ Chriſtianæ capita quatuor. ibid.
Domus vocabulo quid intelligatur. pa. 383
Dubitare in oratione non debemus, pagina 408

E

ECcleſiæ nomine quid ſit proprie intelligendum. 78
Eccleſia cur fidelium cetus vocetur. ibidem.
Eccleſiæ, & ſynagogæ differentia. pagina 81
Eccleſia multis nominibus vocatur. ib.
Eccleſiæ nomen multa ſignificat. 84
Eccleſia militans, & triumphans quales ſint. 81
Eccleſia militans, & triumphans vna eſt. 82
In Eccleſia ſunt boni, & mali ibid.
Eccleſiam credere quomodo ad articulos fidei pertineat. 90
Eccleſiæ quanta ſit maieſtas propter Euchariſtiæ miniſterium. 191
Eccleſiæ Catholicæ agnitione Dei nomen ſanctificatur. 426
Eccleſiæ prærogatiuæ. ibid.
Eccleſiæ eſt regnum Chriſti. 432
Eccleſiæ figuræ, & ſimilitudines. 83
quinam ab Eccleſiæ excludantur. ib.
Eccleſiæ Catholicæ proprietates & prerogatiuæ. 84
Eccleſia caput viſibile Pont. Rom. pagina 82
Eccleſia eſt vna. ibid.
Eccleſia cur ſancta appellatur. 83
Eccleſia cur Catholica ſit. 88
Eccleſiæ veræ dignoſcendæ à falſa certiſſima regula. 89
Eccleſia eſt Apoſtolica. ibid.
Eccleſia non poteſt errare, ibid.
Extra Eccleſiam verus Dei cultus non reperitur. 90
Eccleſia originem ſuæ veritatis traxit ab Apoſtoli 89
Eccleſiam vniuerſalem omnes tenere debent, qui ſalutem conſequi cupiũt. 89
Eccleſiæ auctor Deus. 90
Eccleſiam claues regni cœlorum habere fide intelligimus, ibid.
quare credere ſanctam Eccleſiam. & non in ſanctam dicatur. ibid.
Effudere ſe in conſpectu Domini quid ſit. 401
Eleemoſyna purgat peccata. 263
Eleemoſyna neceſſitas. 368
cohortatio ad Eleemoſynam faciendam. ibid.
Eleemoſynæ faciendæ cauſa parce viuendum eſt. 369
Eleemoſyna orationi addenda. 412
Eleemoſyna medicina eſt accõmoda a ſanandis animæ vulneribus. 4?4
Epiſcopi tantum, & ſacerdotes poteſtatem habent remittendi peccata. 96
Epiſcopi adminiſtratio quæ ſit. 275
Epiſcopus tantum ordines conferre ib.
Epiſcopi, & ſacerdotes, quomodo hónorandi. 263
Euchariſtiæ, & pœnitentiæ vſu qui aliquandiu carent, plurimum damni patiuntur. 131
Euchariſtiæ inſtitutio. 76
Euchariſtiæ dignitas, & excelentia. ibid.
Euchariſtiæ ſacramentum pluribus nominibus appellatur. ibid.
Euchariſtia, quare dicatur communio, viaticum, & cœna. 177
Euchariſtiam poſt cibum, & potum ſumere non licet. 178
Euchariſtia vere eſt ſacramentum, & vnum ex ſeptem. ibid.
In Euchariſtiæ ſacramento adoramus corpus, & ſanguinem Chriſti. 178
Quæ proprie ſacramenti rationem habeantur in Euchariſtia. ibid.
Euchariſtiæ à cæteris ſacramentis differentia. ibid.
Euchariſtiæ ſacramentum perfectum facit materiæ conſecratio. ibid.
Euchariſtia eſt vnum tantum ſacramentum, & non plura. ibid.
Euchariſtiæ ſacramentum tria ſignificat. 179
Euchariſtiæ ſacramenti materia duplex ibid.
Panem ex quo Euchariſtiæ cõficitur azymum eſſe conueniens eſt. 183 non tamen omnino neceſſarium. 182
Aqua modica vino quare admiſceatur in Euchariſtia. ibid.
Aquam in Euchariſtia adhiberi non omnino neceſſarium. ibid.
In Euchariſtiæ ſacramento quid ſignificet panis, & vinum. 183

Eucha-

INDEX
IN CATECHISMVM,
ijs longè copioſior, qui hactenus editi ſunt.

A

ABbatibus permiſſum eſt, vt interdum minores ordines adminiſtrent, pagina. 276.
Abrahæ peregrinatio. 299
Abrahæ ſinus. 53
Abrenunciant Satanæ baptizandi, & cur. 160
Abſoluendi qui ſint. 243
Abſoluendi poteſtas quibus data. 234 235.
Abſolutionis forma. 220
Abſolutio quando pœnitentibus deneganda. 251
Abſolutio peccatorum eſt effectus pœnitentiæ. 230
Accedentia in Euchariſtiæ ſacramento manent ſine ſubiecto. 197
Accuſatores quo pacto non rectè ſuo funguntur officio. 379
Actiones Deo gratas ſine adiumento diuinæ gratiæ ſuſcipere non poſſumus. 436
Actio gratiarum erga Deum quomodo fiat in petitione de facienda Dei voluntate. 443
Actio gratiarum eſt vna partibus orationis. 399
Adam ſibi, & poſteris donum iuſtitiæ originalis amiſit. 446
Adam cibo indigebat in ſtatu innocentiæ ad reficiendas vires. 444
Inter Adam neceſſitas, & noſtris multum intereſt. ibid.
Adam non indiguiſſet multis rebus, quibus nos indigemus, ſi non peccaſſet, ibid. in Paradiſo voluptatis otioſus non erat futurus. ibid.
Adam, & eius poſteritas fructus ligni vitæ immortalix permanſiſſet. ibid.
Adam in Paradiſo nulla moleſtia affectus fuiſſet. ibid.
Adam poſteritas fructus vitalis arboris priuata. & horibili ſententia maledicta. 447
Adam & Chriſti comparatio. 39
Adulterium quid. 356
Adulterij interdicto, quæ peccata prohibeantur. ibid.
Adulterium quare prohibitum. ibid.
Adulterij interdicto omni impuritatis, & impu-

& impudicitiæ genus quo corpus pol-
luitur prohiberi. 357
Adulterio intima animi libido prohibe-
tur. ibid.
Adulterium inſignem turpitudinem no-
tam inurit. 358
Adulterorum ſupplicium, & damna. 360.
Aduocatus tempore neceſſitatis pauperi gratis debet patrocinari. 379
Aduocatorum a ia officia. ibid.
Affectus carnis ita domitos habere vt omnino non excitentur, non eſt in hominis, etiam iuſtificati, poteſtate. 439.
Affinitas patrinorum cum quibus contrahatur. 144
Ad Agnitionem peccati quomodo homo perducatur. 456
Amen, quid ſignificet. 484 interpretatio 485. cur in ſacrificio Miſſæ reſeruatur ſacerdoti pronunciandum, ibidem. Cur in alijs precibus hac voce miniſter vtatur. ibid.
Amici amico periculosè ægrotanti quo modo perniciosè aſſententur. 387
Amor Dei in nos in redemptione erga homines oſtenſus maximè. 418
Angelorum creationes. 23
Angeli ab ortu ſui initio gratia præditi, & ſapientia & potentia ornati, ibidem.
Angelicæ ſalutationis adiunxit Eccleſia preces, & implorationem beatæ Virginis. 405
Angelorum plurimi ex cæleſtibus ſedibus deturbari. 23
Angelorum ſcientia qualis, ibid.
Angelorum poteſtas qualis. ibid.
Angelis quare virtutes dicti, ibid.
Angelus multa edocuit Tobiam, de ratione matrimonij. 284
Angeli quomodo adorentur. 305
Angeli quare humana ſpecie effingantur, & cum alijs. 309
Angelica Salutatione Deus laudatur. 405
Angelica ſalutatio eſt actio gratiarum. ibid.
Angelum cuſtodem ſinguli habent. 415
Angelorum cuſtodia erga homines, ibidem.
Angelorum obedientia erga Deum. 443
Angeli non adorantur vt Deus. 305
Angelorũ opera quotidie à maximis periculis liberamus. ibid.
Angelorum opera quanta Deus humano generis beneficia contulerit. 415
Angelos eſſe inuocandos ex Scripturis demonſtratur. 306
ab Anima Chriſti nunquam ſeparata eſt diuinitas. 44
In Anima Chriſti ab Inſtanti ſuæ creationis fuit omnis gratiæ plenitudo. 37
Anima Chriſti cruciatus in inferiore ſui parte ſenſit. 39
Anima Chriſti, re, & præſentia ad infero deſcendit. 52
Anima Chriſti deſcendens ad inferos communicauit meritũ paſſionis animabus patrum. ibid.
Anima eſt immortalis. 92
Animę piorum ante Chriſti mortem in ſinum Abrahæ deferebantur. 55
Anima quæ peccauerit, quomodo mori dicatur, & ob peccatum parentum puniatur. 283
Animæ præter naturam perpetuo ſeparantur à corpore. 101
Anima ſeparata à corpore propenſionẽ habet ad corpus. ibid.
Anima duabus alis ad cœlum peruenit. 399
Animantia omnia præter hominem in eo ſtatu Permanſerunt, in quo creata ſunt.
Apoſtoli quare à Chriſto dati. 2
Apoſtolis auctoritas à Chriſto data. ibid.
Apoſtoli in duodecim articulos diſtinctum ſymbolum compoſuerunt. 10. & quare. ibid.
Apoſtoli cœremoniarum inſtitutores. 157
Apoſtoli à Domino Chriſmatis compoſitionem didicerunt. 167
Appetitio proprij boni rebus omnibus ingeneratur. 436
Appetere Deum à principio homini datam. ibid.
Appetitionibus corruptæ naturæ etiam reclamantibus, & aduerſantibus, voluntas remittendi iniurias ſufficit. 463
Aqua, vide Baptiſmus.
Archiepiſcopis partes quæ ſint. 275
Artibus malis, quæ acquiruntur noſtra non ſunt. 410
Articuli quare ſingulæ ſymboli ſentẽtię ſint dicti. 10
de Articulo fidei primo. 11. & ſeq. de

Secundo 25. de Tertio 34. Quarto.42. de Quinto. 52. de Sexto. 61. de Septimo 67. de Octauo 73. de Nono. 79. de Decimo 54. de Vndecimo 99. de Duodecimo. 108
Articulus de Aſcenſione Chriſti eius maieſtatem,& gloriam declarat. 61
Aſcendit Chriſtus, vt homo corpore & animo in cœlos. 60
Aſcendens Chriſtus in cœlum ſedet ad dexteram patris,& quomodo intelligatur. 61
Aſcendit Chriſtus propria virtute. 59
Aſcenſio Chriſti eſt tanquam finis ad quem cætera myſteria referuntur, pagina. ibid.
Aſcenſionis in cœlum Chriſti cauſæ, pagina. 61
beneficia qua ex Aſcenſione Chriſti nobis donantur. 61
Aſſentatio vitium detrimentum. 376
Aſſentatores homines vitio obtrectationis peccant ſæpiſſimè. ibid.
Auari reprehenduntur. 370.386

B

Baptiſmi cognitio maximè neceſſaria 132. illud ſacramentum in quanta veneratione habendum 143. illud ſacramentum cum conditione non eſt ſine diſcrimine adhibendum. 157
Baptiſmus quare à Parochis ſit docendus. 133
quo tempore à Parochis de Baptiſmo diſſerendum ſit. ibid.
Baptiſmi vox quid ſignificet. ibid.
Baptiſmi ſacramentum quibus nominibus ſignificatur. ibid.
Baptiſmi vt ſacramentum eſt, definitio. 134.
Baptiſmi ſacramentum quibus rebus cóficiatur. ibid.
aqua, quæ ib ſacro fonte ab Baptiſmú conficiendum aſſeruatur, non eſt ſacramentum. 135
Baptiſmi materia eſt aqua elementis. ibid. Aqua cur potiſſimum ad id inſtituta. 138
Baptiſmus ignis quis ſit. ibid.
Baptiſmi figurę & prophetiæ. ibid.
Baptiſmus pignus eſt redemptionis noſtræ. 418
Baptiſmus cur myſterium, ſeu ſacramentorum fides dicatur. 134
Aquæ in Baptiſmo quare Chriſma addatur. 136
Baptiſmi forma quæ. 137
hęc explicatur. 138
Baptiſmi forma apud Gręcos varia, pag. ibid.
cur Baptizabant Apoſtoli in nomine Ieſu, ibid. hoc quomodo intelligendum ſit declaratur. 141
Baptiſmus tribus modis confici poteſt. ibid.
in baptiſmo vnica an trina ablutio fiat, nihil refert. ibid.
in Baptiſmo caput abluendum ibid.
in Baptiſmo verba ſimul cum ablutione proferenda. ibid.
Baptiſmus à Chriſto domino inſtitutus & quando. ibid.
quando vis ſanctificandi per baptiſmú fuerit tributa. ibid.
In Baptiſmo Chriſti tota Trinitas apparuit, & cur. ibid.
Baptiſmi leges, quo tempore homines teneri cæperunt. 142
Baptiſmi miniſtri, qui,& quot. 144
Baptizare ſacerdotes quare præſentes etiam epiſcopo poſſint. ibid.
ordo inter Baptiſmi miniſtros ſeruãdus. 145.
Baptizandos ſuſcipere quibus non liceat. 145
Baptiſmus neceſſarius ad ſalutem. ibid.
Baptiſmi ſacramentum pueris dandum, ibid.
Baptizantur pueri in fide parentum, & Eccleſiæ. 148
Baptizandi ſunt quam primum paruuli. 149
In Baptizandis adultis diuerſa ratio eſt ſeruanda ab ea, que in pueris. ibid.
Baptiſmus adultis quando ſit ſtatim cóferendus. 149
Baptizandi quomodo affecti eſſe debeant. 150
Baptizandi cur interrogentur, an velint baptizari. ibid.
quando Baptizandi amentes, & dormientes. ibid.
ad Baptiſmi gratiam conſequenda fides eſt neceſſaria. ibid.
Babtizandum peccatorum pœniteat oportet. ibid.
Baptiſmi ſacramentum omne peccatum condonatur. 152
in Baptiſmo prorſus tolluntur peccata, & radicitus euelluntur, ibid.

In baptizatis concupiſcentia remanet, ſed peccatum non eſt. 351
Baptiſmi proprius effectum peccatorũ omnium remiſſio. ibid.
peccata, & peccatorum pena per baptiſmum remittuntur. ibid.
pęnæ ciuilibus iudicijs perſoluendæ per baptiſmum non condonantur. 152.
poſt Baptiſmũ quaré non reſtituamur in ſtatum naturæ integræ. ibid.
Baptiſmi fructus alij. 155
per baptiſmum Christo incorporamur. 156
cur poſt Baptiſmum ægræ virtutes exerceamus. ibid.
Baptiſmus characterem imprimit. ibidem.
Baptiſmum iterari ſacrilegium eſt. pagina. 154
Baptiſmus cœli aditum patefacit. 158
ceremoniæ, & precationes, quæ in Baptiſmo fiunt, ad tria capita rediguntur, & ab Apoſtolis emanarunt. ibid & 159
fons Baptiſmi conſecratur, addito oleo myſticæ vnctionis. ibid.
certi dies expectantur ad conſecrandam Baptiſmi aquam. ibid.
Baptizandi cur mox in Eccleſiam non admittantur. ibid.
Baptizandi fidei ſuæ profeſſionem faciunt. 160.161
Baptizandis quæ nomina imponenda, & quare. 162
Beatitudo æternæ vitæ nomine deſignata, 107. & cur ibid. amitti nunquam poteſt. 108. quid ſit. ibid. conprehendi non poteſt. ibid. omnium bonorum adeptione, & omnium malorum liberatione definienda, eſt. 110
Beatitudo eſſentialis in quo ſita. 119
Beati lumine gloriæ eleuantur ad diuinam eſſentiam videndam. 112
Beati quomodo Dei formam induant. 110
Beati omnes ijſdem præmijs non afficiuntur. 114
Beatitudinis imagines, & ſimilitudines. ibid.
Beatitudo accidentalis in quo conſiſtat. 132. conſtat omnibus bonis ibid.
Bella inteſtina hominis. 429
Bellum ſceleratis eſt eum Deo. 457
ſine Benedictionibus Dei opera noſtra proſperè non cedunt. 458
Benignitas Dei non vno modo eripit nos a malis. 479
Beſtias occidere, & eas edere liceat. pagina. 447
Blaſphemare nomen Dei, & ſanctorum, deteſtabile ſcelus. 344
Bona humanæ vitæ quare optanda, & petenda. 444
Bona temporalia quomodo petenda. 445
Bona omnia Deo. 425
Bona temporalia a Deo peti poſſunt. 445
Bona humanę vitæ ad bona diuina nos dirigunt. ibid.
Bona humanæ vitæ adiumenta ſunt ad diuinorum bonorum ademptionem. ibid.

C

CÆlorum præſtantia. 422
Charitatis præcepta duo. 335
Charitas proximi a charitate Dei ortum habet. 337
Charitatis officia quæ ſint. 351
Charitatis officiorum præſtantiſſimum quod. ibid.
Carnalis nequitia quæ ſit. 466
Caſtitas recte petentibus non negatur 361
Caſtitas non ſolum virginibus, ſed qui cœlibem vitam agunt, & ijs qui matrimonio iuncti ſunt, conuenit. pag. 357
Caſtitatem ſeruaré cupienti, quæ cogitanda. ibid.
Caſtitatis remedia, quæ in actione conſiſtant. 359.360
Catechiſmi neceſſitas. 4
Catechiſmi doctrina ad captum cuiuſcumque accommodanda. 6
Cauſæ ſecundę ſunt adminiſtræ Dei manus. 431
Ceremoniæ, & precationes, quę in baptiſmo fiunt ad tria capita rediguntur. 158
Ceremoniæ, quæ ad pęnitentiæ ſacramentum adhibentur. 221
Ceremoniæ, quæ in ſacramento extremæ vnctionis adhibentur. 256
Cereus quem tenet baptizatus quid ſignificet. 161
Character trium ſacramentorum effectus. 129
Character quid præſtet. 130

Characterem imprimit baptiſmus. 155
Characterem imprimit Confirmatio. 172
Characterem imprimit ordinis ſacramentum. 267
Chriſma in baptiſmo cur adhibeatur. 261
Chriſma materia confirmationis, epiſcopi conſecratione conficitur. 167
Chriſma, quare ex oleo, & balſamo conficiatur. ibid.
Chriſma cur ſacris precationibus conficiendum ab epiſcopo. 168
Chriſtianorum omniū vnus ſpiritualis ortus, & vna nobilitas, & vnus pater, & ſunt ideo maxima neceſſitudine copulati. 420
Chriſtiani nunquam Deum in ipſorum obliuionem venire cogitare debent. 419
Chriſtiani cur Deum Patrem noſtrum inuocamus. 420
Chriſtiani qua ratione Chriſti fratres cenſeantur. ibid.
Chriſtiani alij alijs præferre ſe non debent. 421
Chriſtianorum dignitas ſumma eſt Dei eſſe filios. 422
Chriſtiani hominis ſcientia vno capite comprehenditur. 5
Chriſtiani doctoris opera in quo præcipue verſari debet. ibid.
Chriſtiani vita non in otio degēda. ibi.
Chriſtiana philoſophia, & ſæculi ſapientia in quo differant. 414
Chriſtianus homo quantum Chriſto debeat. 32
Chriſtiani non de ſe ſolum, ſed de alijs ſolliciti eſſe debent. 451
Chriſtiani in omnibus calamitatibus Deum habent perfugium. 477
Chriſtiani quare ſancti dicantur. 84
Chriſti cauſa libenter ſtultitiæ fama ſubenda. 430
Chriſtus quomodo in nobis regnet. 431
Chriſtus frater noſter. 439
Chriſtus Eccleſiæ caput primarium, caput vnum viſibile Eccleſiæ præfecit. 84
Chriſti ſanguinis triplex effectus. 183
Chriſti corpus mox atque formatum eſt ei, & anima atque diuinitas eſt adiuncta. 36
Chriſti tria in Eccleſiam inſignia beneficia. 67
Chriſtus imitandus in referenda noſtra voluntate ad voluntatem Dei. 433
Chriſtus verus animæ panis eſt. 453
Chriſti paſſionem myſterium maximam Dei potentiam & benignitatem oſtēdit. 456
Chriſti paſſionis patrocinium veniam peccatorum nobis meretur. ibid.
Chriſti aduentus duplex. 67
Chriſti regnum ſpirituale. 59
Chriſti nomen quid ſignificet. 29
Chriſtus à diuerſis naturis diuerſas proprietates accepit. 33
Chriſtus quare Dominus noſter dicendus. ibid.
Chriſtus non eſt dicendus filius Dei adoptione, ſed natura. 37
Chriſtus à Dauide origine traxit ſecundum carnem. 38
Chriſtus quare nouiſſimus Adam appellatus. ibid.
Chriſtus naſcens ſalutari doctrina nos inſtituit. ibid.
Chriſti ſanguine ſcelera noſtra expiantur. 84
Chriſtus ſacramentorum omnium auctor, 125
Chriſtus totus in ſacramento Euchariſtiæ continetur. 192
Chriſtus qua ratione ſit in ſacramento. 101.
Chriſtus qua ratione pœnitentiæ ſacramentum inſtituerit. 219
Chriſti & eius matris, & ſanctorum imagines pingi, non interdicitur præcepto legis. 310
Chriſti reſurrectio fraternitatem Chriſti cum hominibus non dirimit, pagina. 419
Chriſti diuinitas nunquam à corpore ſeiuncta. 43
Chriſtus pro peccatoribus paſſus. pagina. 48
Cibus multiplex, & delicatus non poſtulandus à Deo. 449
Cibus multiplex animæ, 458
Circunſtantiæ peccatorum ſunt in confeſſione patefaciendæ. 237
Clauium poteſtas eſt in eccleſia. 95
Clauium dignitas, & amplitudo. 95
Clauium poteſtatem non omnes habēt, 97
Clauibus Eccleſiæ aditum in cœlum aperiri. 230
Clerici nomen vnde deductum, pagina 268

Clericorum corona vnde ortum habuerit,& quid ſignificet. 269
colere Deos alienos qui maximè dicti ſunt. 368
Communia tribus perſonis diuinis ſunt omnia opera ad extra. 35
communio vnum ex nominibus Euchariſtiæ. 177
ante Communionem præparatio qualis eſſe debeat, & quam ſit neceſſaria. 102
præparatio ad Communionem maxima neceſſaria eſt pacem cum alij. habere. 203
Communionem ſumpturus nihil habere debet, quod conſcientiam grauet. 204
Communicare volens, aliquam etiam corporis curam habere debet. ibidem.
Communicandum ſepę eſſe demonſtratur. 205. quod tunc olim in eccleſia vſitatum oſtenditur. ibid.
Communicandum omnibus eſſe ſaltem in paſchate. 205
Communicandi ſub vna ſpecie quare eccleſia conſuetudinem approbauerit, 207. vide Euchariſtia. ibid.
Concupiſcentia in renatis remanet, ſed peccatum non eſt. 151
Concupiſcentia praua ſtirps malorum omnium eſt. 383
concupiſcentia rerum alienarum, & alienæ vxoris quid inter ſe differant. ibid.
concupiſcentia quid. 385
concupiſcendi vis recta Deo auctore à natura nobis inſita eſt. ibid. quæ bona nobis præſtet ſi rectæ rationi ſit conformis. ibid.
Concupiſcentia primorum parentum peccato deprauata. ibid.
concupiſcentiæ vis, ſi moderata eſt quaſdam vtilitates afferat. ibid.
Concupiſcentia quare à Paulo peccatum ſit dicta. 386
Non concupiſces, quèm ſenſum habeat. 387.
Concupiſcenda non eſt aliena vxor. 388.
Concupiſcere alienam vxorem quam graue peccatum ſit. 389
Concupiſcendi vitio qui maxime elaborent. 392
Concupiſcentia Perpetua in membris noſtris latitat, 440
Concupiſcentia quomodo peccatum eſſe cognoſcatur. 476. quando eſt peccatum, ibid.
Concupiſcentię remedia. 389 & incommoda quæ ab ea emanant. 389
Confeſſarius qualis deligendus. 240
Nunquam debet audita in confeſſione manifeſtare. ibid.
Confeſſarius erga pænitentem quomodo ſe gerere debeat. 241
Citra confeſſionem ſalutem recuperare non poſſunt, qui peccatis ſunt obnoxij capitalibus. 234
Confeſſio contritionem perficit. 230
Confeſſio peccatorum, & eius neceſſitas. ibid.
Confeſſio quare inſtituta. 233
Confeſsionis vtilitas. 232
Confeſsio quid ſit, & cur accuſatio dicetur. ibid.
Iudicium eccleſiaſticum quid ſit in confeſsione, longe diſsimile eſt forenſibus iudicijs. ibid.
Confeſsio a Chriſto ob eius bonitatem & miſericordiam inſtituta. 233
Confeſsio ſacerdoti facienda. ibid.
Confeſsionis figuræ. 234
Confeſsionis legi quinam parere debeant. 235
Confeſsio quo tempore puero indicta. ibid.
Confeſsio integra eſſe debet. 236
Confeſsio nuda & aperta eſſe debet. 238
Item prudens & verecunda. Ibidem. Per internuncium, per litteras fieri non debet ibid. item frequens eſſe debet. 239
Confeſsio quando iteranda quando nō. 238.
Confeſſionis miniſter idoneus, & legitimus quis ſit. 249
In confeſſione ſcelera non excuſanda. 242
Culpa eorum qui verecunda impediti peccata confiteri non audent. ibid.
Peccata diligenter peruestiganda antequam quis confiteatur. ibid.
Confeſſor quando à ſe pœnitentes dimittere debeat. 243. pudiori quorundam confitentium quomodo conſulent. ibid.
Confidere oportet in officio precandi. 909.
Confirmationis ſacramentum. 163
Confirmationis nomen vnde dicatur, 164.

Confirmatio eſt verè ſacramentum. ibid.
Confirmationis ſacramentum a baptiſmo maxime diſiunctum. 169
Confirmationis ſacramenti Chriſtus auctor. ibid.
Confirmationis ſacramentum Chriſma appellatum. 166
Confirmationis materia Chriſma. ibidem.
Confirmationis ſacramenti forma quæ ſit. 168
In confirmatione tria obſeruanda. ibidem.
Confirmationis ſacramenti miniſter proprius epiſcopus. 169
ad confirmationem quare patrinus aduocetur. 17
affinitas quæ cum patrinis confirmationis contrahitur. ibid.
Confirmandi qua ætate eſſe debeant. 171
Confirmationis ſacramentum quomodo ſit neceſſarium. 170
Confirmationis ſacramentum ad vniuerſos fideles æque pertinent. 171
Confirmationis ſacramentum ſuſcipiẽtes adulti dolere debent de peccatis. ibid.
Confirmationis ſacramentum præcedere debet confeſſio adultis. 171
Confirmationis ſacramentum nouam gratiam tribuit. 172
Confirmationis vocabulum vnde deductum. ibid.
Confirmationis effectus. 173
Confirmatio non poteſt iterari. ibid.
Confirmationis ſacraméti cæremoniæ, & ritus. 173
Confirmationis ſacramentum quo tempore potiſſimum adminiſtretur. 174
Conſilia Euangelica ſequi nemo obligatur, ea tamen contemnens peccat. 214
Contra eos, qui medicamentis vtuntur dæmonum arte compoſitis. 484
contritio cur peccati deteſtatio nominetur. 225. cur hoc nomine & alijs hæc pœnitentiæ pars dicatur. 224
Contritioni quid ib. dolor cur dicatur. ibid.
Contritionis vis, & efficacia. 225
Contritionis proprius dolor ad ſingula peccata mortalia adhibendus. 228
quandoque tamen contriti generatim ſuſſicit. ibid.
ad contritionem veram quæ ſint neceſſaria. ibid.
Ad contritionem excitandum cum quis de peccatis non doleat, quid faciendum. 241
Coronæ vincentibus paratæ à Deo, dæmones, & alios hoſtes vincentibus. 475
Creationis opus ab ijs facilius creditur qui de Dei omni potentia non dubitant. 316
quare Deus creauit omnia. ibid.
de creatione Angelorum. 23
de creatione hominum ibid.
Creator viſibilium, & inuiſibilium, Deus. 24
quæ creauit Deus ea, & conſeruat pag. 25
Creatio omnibus perſonis Trinitatis communis. ibid.
Creatura noua in Chriſto quæ. 297
verbi huius, credo, in materia, fidei Euangelicæ acceptio, & profeſſio. 13
Credere quis propriè dicatur. 13. quid primo credendum. 12
Credens inquirendi curioſitate eſt, liber. 15
Credendum eſſe Deo. 14
Credens interiorem fidei actum aperta fidei profeſſione profiteri debet. ibidem.
Crucis ſupplicium cur Chriſtus ſubijt. 4
Crucis ſignum quare in baptiſmo toties adhibeatur. 119
Cultus diuini cupidos homines eſſe quantum oporteat. 312
Cultus externus Deo præcipitur adhiberi tertio præcepto. 326
Cultus ſabbathi quo tempore ſublatus eſt. 327
Cultus diei feſti quare inſtitutus. 338
cupiditas vitioſa quare prohibeatur pa. 386
Cupiditates propriæ etiam iuſti aduerſantur.

D

DÆmones in exitu animæ quomodo nobis inſidientur. 259
Dæmones eos maxime tentant: qui ab eis defecerunt. 464
Dæmonum odium in homines implacabi.

cabile. 429
Dæmon ſimulans angelum lucis quę bona non ſunt tanquam bona poſtulare perſuadet. 441
Dæmonum externi impetus & impreſſiones. 67
Dæmones quare principes appellari, & rectores mundi tenebrarum. ibidem.
Dęmones perpetuum bellum nobiſcum gerunt. 468
Dęmones quomodo à nobis vincantur. 474
Dæmoneſque non oppugnent. 468. & quos maximè infeſtent. ibid.
Dæmonum vis alligata. 469
Dæmon quare malus præcipuè dicatur. 480 & peccati auctor. ibid.
Dæmoni, aſſignamus, omnia mala quæ in nos à proximis proficiſcuntur, tanquam auctori, & impulſori. ibid.
Debita, quæ dimitti poſtulamus. quæ ſint. 458
Cuius debiti ſolutio fit ad ſalutem neceſſaria. ibid.
Debita quare dicantur noſtra. 459
De Decalogo. 294
Decalogus legum omnium ſumma, & epitome. ibid.
Decalogi præcepta decé ex duobus caritatis præceptis pendent. ibid.
Decalogi Deum eſſe auctorem credere, maximam vim habet ad homines excitandos ad eam legem ſeruandam. 295
Decalogi lex quanta maieſtate data. 299. Vide lex. Vide item præceptum 63
Deſcenſus Chriſti ad inferos cauſa. pag. 54
Ex deſcenſu Chriſti ad inferos nihil eius dignitati detractum eſt. ibid.
Deſcendere ad inferos cur Chriſtus voluerit. ibid.
Deſideria piorum exaudit Deus, 410
Detractionis vitium quam graue, & quanta incommoda ex hoc vitio cõſequantur. 375
Detractores qui dicendi ſint. ibid.
Detractoribus aures præbentes quantum peccent. 376
Deum vnum ſolum eſſe, non plures cõfitendum eſt. 16
Deum pænitere quomodo intelligatur. 216.
Deus ſolus remittit peccata auctoritate propria.
Dei nomen creaturis cur aliquando tribuatur. 15
Deus generali ratione omnium hominum, peculiari vero Chriſtianorum Pater dicitur. 19
Deo omnipotentes vis tribuitur. 19
Deus omnipotens cur in ſymbolo, prætermiſſis certis attributis, dicatur. pagina. 20
Deus ſuam excellentiam etiam ethnicis cur manifeſtauerit. 15
Deo quomodo nulla fieri poſſit acceſſio. 424
Deus cur patris nomen tribuatur. 424
Deus omnium creator. 22
Deus quæ creauit conſeruat. 24
Deo, & non ſanctis, ſacrificium offertur. 210
Deus eſt legis auctor. 295
Deus quare fortis in decalogo, dicatur. 313
Deus totus eſt in ſingulis mundi partibus. 422
Deus auctor non eſt peccati. 479
Deus quare zelotes appellatur. 313
Deus quare pœnam ad tertiam, & quartam generationem comminetur. pagina. 313
Dei bonitas ſuperat eiuſdem iuſtitiam. ibidem.
Dei nomen quomodo ſit intelligendum. 317
Dei nomen quomodo honoretur. ibid.
Deo multa impoſita nomina. ibid.
Deus quibus modus laudandus. 318
Deus non habebit inſontem eum, qui nomen eius fruſtra aſſumpſerit. pagina 324
Deus primus diligendus, deinde parentes. 337
Deus deſideria piorum exaudit. 396
Deum omnium hominum pater vocatur. 414
Dei prouidentia erga homines. ibid.
Deus hominum non obliuiſcitur. pagina 415
Dei benignitas, & miſericordia erga homines. 419
Dei amor erga homines in redemptione oſtenſus. ibid.
Dei manus cum nos tangit, id non hoſtiliter facit, ſed amanter. 418
Deus quare caſtigat quos amat. ibid.
Deus calamitates noſtras non ignorat. 419

Deus omnium Deus eſt. 421
Deus eſt vbique, quomodo. 422
Deus quare in cęli eſſe dicatur. 223
Deus quomodo ex animo ametur. Pag. 414.
A Deo quid primum petendum. ibid.
Dei gloria quomodo petatur. ibid.
Dei nomen quomodo ſanctificari petimus. ibid.
Deo, non pretio aliquo, ſed amore ſeruiendum. 444
Deo ſeruire regnare eſt. 439
Dei nomen ſanctum,& terribile ſanctificatione non eget. 424
Dei nomen,re, non verbis tantum,ſanctificandum. 426
Dei prouidentia erga hominum ſalutem plane regia. 4.8
Dei potentia, & prouidentia. 429
Deus non ad otium, & inertiam nos vocauit. 434
Deus nunquam nos deſerit. ibid.
Deus adminicula nobis concedit, ad Regnum cælorum conſequendum. ibid.
Deum amare, vt par eſt, ſine diuinæ gratiæ adminiculo non poſſumus. pagin. 433
Deum amare ſine modo debemus. 229
Ad Chriſtianam prudentiam, niſi Deo auctore,& adiutore,nos aſpirare non poſſumus. ibid.
Deus in iuſtificatis mentem ſanat non carnem 438
Deus requirit ſummum amorem in opera,& ſtudio quod ei nauamus. pagina 442.
Dei opera omnia bona. 443
Deus omnibus operibus ſuis ſuam bonitatem impertiuit. ibid.
Deo voluntatem quare maximè colamus. ibid.
Dei viæ inueſtigabiles. ibid.
Deus nobis melius conſulit quam nos optare poſſimus. 444
Ad Dei gloriam omnia ad vſus vitæ neceſſaria ſunt referenda. 445
Dei infinita potentia colenda. 450
Deus promptus,& Paratus ad condonãdum peccata pænitentibus. 457
Deus beneficentiſſimus parens. 401
Deus iuſtitiæ retinentiſſimus. 459
Deus quomodo tenet ſuos. 240
Deus quomodo tentati ſinat bonos. ibid. 480
Dei benignitas nullis hominũ iniurijs exhauritur. 429
Deus negat propitius,quę concedit iratus. 396
Deus cur rogari vult, cum ſciat, quibus indigemus. 397
Deo magis curæ eſt noſtra ſalus, quam nobis. 453
Ad Deum confugere in malis naturale eſt. 454
Deus quomodo nos in tentationem inducere dicitur. 480
Deus dat vires ad Sathanas proſternendum. 473
Dei benignitas non vno modo eripit nos à malis. 478
Deus non vult nos ab omnibus incommodis ſolutos eſſe. 479
Deus dat ſolatia ijs, qui aduerſi præmuntur. ibid.
Deus vtitur dęmonum miniſterio in repetendis pęnis à ſceleratis. ibid.
diabolo ſeſe homines per peccatum addicunt. 458
Diaboli crudelis dominatus. ibid,
Diabolus quare mundi princeps & tenebrarum dicitur. 477
Diaboli proprium officium tentare homines. 480
Diabolus quo animo tentet homines. ibid.
Diabolus quare tentator vitatur, ibidem.
Diabolus quibus modis vtitur ad tentandum. ibid.
Dies Dominicus cur pro ſabbatho inſtitutu. 331
Cur diei Dominico alia feſti acceſſerunt. 332
Dies Domini Chriſti nouiſſius aduentos dicitur. 67
Die Dominico quid agere, & à quibus abſtinere fideles oporteat,pagina 328.
Diuitiæ non amandæ. 389
Diuites quare panem quotidianum petere debeant. 450
Diuites facultates ſuas Deo acceptas referant. 454
Diuites quare bonis cumulantur à Deo. ibid.
Diuortio nullo matrimonij vinculum diſrumpitur. 288
Doctoris legitimi opera neceſſaria fidelibus. 2
Doctrina catechiſmi ac captum,cuiuſque accommodanda. 6

Doctrinæ fidei Catholicę, quibus rebus contineatur. 7
Doctrinæ Chriſtianæ capita quatuor. ibid.
Domus vocabulo quid intelligatur. pa. 383
Dubitare in oratione non debemus, pagina 408

E

Eccleſiæ nomine quid ſit proprie intelligendum. 78
Eccleſia cur fidelium cetus vocetur. ibidem.
Eccleſiæ, & ſynagogæ differentia. pagina 81
Eccleſia multis nominibus vocatur. ib.
Eccleſiæ nomen multa ſignificat. 84
Eccleſia militans, & triumphans quales ſint. 81
Eccleſia militans, & triumphans vna eſt. 82
In Eccleſia ſunt boni, & mali ibid.
Eccleſiam credere quomodo ad articulos fidei pertineat. 90
Eccleſiæ quanta ſit maieſtas propter Euchariſtiæ miniſterium. 191
Eccleſiæ Catholicæ agnitione Dei nomen ſanctificatur. 426
Eccleſiæ prærogatiuæ. ibid.
Eccleſiæ eſt regnum Chriſti. 432
Eccleſiæ figuræ, & ſimilitudines. 83
quinam ab Eccleſiæ excludantur. ib.
Eccleſiæ Catholicæ proprietates & prerogatiuæ. 84
Eccleſia caput viſibile Pont. Rom. pagina 82
Eccleſia eſt vna. ibid.
Eccleſia cur ſancta appellatur. 83
Eccleſia cur Catholica ſit. 88
Eccleſiæ veræ dignoſcendæ à falſa certiſſima regula. 89
Eccleſia eſt Apoſtolica. ibid.
Eccleſia non poteſt errare, ibid.
Extra Eccleſiam verus Dei cultus non reperitur. 90
Eccleſia originem ſuæ veritatis traxit ab Apoſtoli 89
Eccleſiam vniuerſalem omnes tenere debent, qui ſalutem conſequi cupiũt. 89
Eccleſiæ auctor Deus. 90
Eccleſiam claues regni cœlorum habere fide intelligimus, ibid.
quare credere ſanctam Eccleſiam. & non in ſanctam dicatur. ibid.
Effundere ſe in conſpectu Domini quid ſit. 401
Eleemoſyna purgat peccata. 463
Eleemoſyna neceſſitas. 368
cohortatio ad Eleemoſynam faciendam. ibid.
Eleemoſynæ faciendæ cauſa parce viuendum eſt. 369
Eleemoſyna orationi addenda. 412
Eleemoſyna medicina eſt accõmoda à ſanandis animæ vulneribus. 464
Epiſcopi tantum, & ſacerdotes poteſtatem habent remittendi peccata. 96
Epiſcopi adminiſtratio quæ ſit. 275
Epiſcopus tantum ordines confert ib.
Epiſcopi, & ſacerdotes, quomodo honorandi. 263
Euchariſtiæ, & pœnitentiæ vſu qui aliquandiu carent, plurimum damni patiantur. 131
Euchariſtiæ inſtitutio. 76
Euchariſtiæ dignitas, & excelentia. ibid.
Euchariſtiæ ſacramentum pluribus nominibus appellatur. ibid.
Euchariſtia, quare dicatur communio, viaticum, & cœna. 177
Euchariſtiam poſt cibum, & potum ſumere non licet. 178
Euchariſtia vere eſt ſacramentum, & vnum ex ſeptem. ibid.
In Euchariſtiæ ſacramento adoramus corpus, & ſanguinem Chriſti. 178
Quæ proprie ſacramenti rationem habeantur in Euchariſtia. ibid.
Euchariſtiæ à cæteris ſacramentis differentia. ibid.
Euchariſtiæ ſacramentum perfectum facit materiæ conſecratio. ibid.
Euchariſtia eſt vnum tantum ſacramentum, & non plura. ibid.
Euchariſtiæ ſacramentum tria ſignificat. 179
Euchariſtiæ ſacramenti materia duplex ibid.
Panem ex quo Euchariſtiæ cõficitur azymum eſſe conueniens eſt. 183 non tamen omnino neceſſarium. 182
Aqua modica vino quare admiſceatur in Euchariſtia. ibid.
Aquam in Euchariſtia adhiberi non omnino neceſſarium. ibid.
In Euchariſtiæ ſacramento quid ſignificet panis, & vinum. 183

Eucha-

Euchariſtiæ ſacramenti forma. 184
In hac forma quæ ant. non abſolute neceſſaria. 185
Forma conſecrationis vini, & eius declaratio. ibid.
In ſacramento Euchariſtiæ tria ſunt maxime admiranda. 188
In Euchariſtia verum corpus Chriſti, & ſanguinem contineri, 189
Euchariſtiæ ſacramentum non eſt tantum ſignum corporis Chriſti. 190
In Euchariſtiæ ſacramento, totius Chriſtus continetur. 192
In Euchariſtiæ ſacramento quæ ſint ex concomitantia. ibid.
Duæ conſecrationes quare ſeparatim fiant in ſacramento Euchariſtiæ. 193
In qualibet vtriuſque ſpeciei particula Euchariſtiæ totius Chriſtus continetur. ibid.
Panis, & vini ſubſtantia poſt conſecrationem in ſacramento Euchariſtiæ non remanet. ibid.
Poſt conſecrationem quare Euchariſtiæ ſacramentum panis vocatur. 195
Conuerſio admirabilis in ſacramento Euchariſtiæ trãſubſtantiatio vocatur. ibid.
Euchariſtiæ ſacramentum non curioſè ſcrutandum. 191
Qua ratione Chriſtus ſit in Euchariſtiæ ſacramento. ibid.
Panis, & vini ſpecies in ſacramento Euchariſtiæ ſine aliqua re ſubiecta manet. 197
Euchariſtiæ ſacramentum quare ſub panis, & vini ſpeciei adminiſtrari Chriſtus inſtituerit 198
Euchariſtia fons omnium gratiarum. ibid.
Euchariſtia ea commoda animæ confert quæ cibus corporis. 199
Euchariſtia quomodo gratiam tribuat. ibid.
Prima gratia nemini tribuitur, niſi prius Euchariſtiæ Sacramentum voto perceperit. 200
Euchariſtia omnium ſacramentorum finis. ibid.
Euchariſtiæ figura eſt mana. ibid.
Euchariſtiæ vtilitates 201
Euchariſtiæ ſacramenti ſumendi tres modi. 202
Maximis bonis ſe priuant qui cum paratiſint ſacramẽtaliter ſumere Euchariſtiam, ſpiritu tantum accipiunt. ibid.
Euchariſtiã accipere nemini licet ante ſacramentalem confeſſionem, ſi ſacerdotis facultas data ſit, ſi peccatum mortale conſcientiam ſtimulet. 204
Ieiunij ad Euchariſtiæ ſacramentum accedere debemus. ibid.
Aliquod dies ab vxoribus abſtinendum ijs qui matrimonio iuncti ſunt, cum ad communionem accedere volunt. ibid.
Euchariſtiæ communio ſæpius iteranda. 205
Euchariſtiæ ſacramento quotidie alenda eſt anima. ibid.
Euchariſtiam olim fideles quotidie ſumebant. ibid.
ab Euchariſtiæ communione excipiuntur qui per ætatem rationis vſum non habent. 206
Euchariſtia quare infantibus negetur. ibid.
Euchariſtiæ ſacramentum amentibus non detur. 207
Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie laicis ſumere non licet. ibid.
quare Eccleſia conſuetudinem communicandi ſub vtraque ſpecie prohibuerit, ibid.
Solis ſacerdotibus poteſtas tradita eſt ſacramentum Euchariſtiæ conficiendi. 208
Euchariſtia eſt ſacrificium. 209
Euchariſtia victima Deo grauiſſima. ibid.
Euchariſtia à Chriſto inſtituta duabus de cauſis. 210
Euchariſtia, vt ſacramentum eſt merendi, vt autem ſacrificium non ſolum merendi, ſed etiam ſatisfaciendi vim habet. ibid.
Euchariſtiæ ſacrificium, quando inſtitutum. ibid.
Euchariſtiæ figuræ, & oracula. 211
Euchariſtiæ ſacramentum inexplicabile pignus charitatis eſt. 452
Euchariſtiæ ſacramentũ quare dicatur panis noſter. ibid.
Euchariſtiæ ſacramentum quare dicatur quotidianus panes. ibid.
Execrationes ſanctorum in ſcripturis ſunt prædictiones. 404
Exempla quæ ad bene ſperandum nos inducere poſſunt. 477
Exempla humanæ infirmitatis 476
Exitus petitionum noſtrarum Deo permittendus. 454

Exor-

Exorciſmi vſus in Baptiſmo. 159
Extrema vnctio. 252. vide vnctio.

F

FAlſum teſtimonium quid. 178
Falſi teſtimonij damna. ibid.
Falſum teſtimonium non ſolum in iudicio, ſed extra iudicium vetatur. pagina. 375
Falſum teſtimonium dicere contra ſe non licet. 373
in Falſis teſtimonijs mendacium numeratur. 374
Felicitas cur æternæ vitæ nomine ſignificetur. 108. hæc nequaquam comprehendi poteſt. ibid.
Felicitas in ominum bonorum aggregatione conſiſtit. ibid.
Felicitas in quo conſtat. ibid.
Felicitas ſemel adepta nunquam amittitur, ibid. vide Beatitudo.
Feſtorum dierum præceptum. 325
Feſti dies cur inſtituti. 328
Feſti dies præter ſabbathum alia apud Iudæus fuerunt. 331
Feſta dies præter diem Dominicum quare inſtituti ab Eccleſia. 332
dies Feſti celeberrimi in Eccleſia. ibid.
Feſtis diebus quibus peribus Chriſtiani ſe exercere debeant. 333
Fideles ad complectendam cœleſtem doctrinam quando ſint propenſiores. 301
Fides quid ſit, & quomodo ſit ad ſalutem conſequendam neceſſaria. 9
Fides vnde concipiatur. 2
Fidei multi gradus. 10
Notitia quæ fidei diſciplina, comparatur, multo certior eſt, quam quæ humanis eſt rationibus comprehenſa. 15
Fides de omnipotentia Dei quam neceſſaria, & vtilis. 21
Fides redemptionis ad ſalutem neceſſaria ſemper fuit. 26
Fides veterum, & noſtra eadem. 27
Fides pœnitentiá antecedat oportet 317
Fides non verè dicitur pars pœnitentię. ibid.
Fides neceſſaria in oratione. 408
fide firmos eſſe, caput eſt ad ritè orandum. ibid.
Fid es ad iuſtificationem neceſſaria. 58
Fides duodecim capitibus. cur, ab Apoſtolis comprehenſa. 10
Fides Chriſtianæ excellentia.
Fidei doctrina præter philoſophicas ſcientias eſt ad ſalutem neceſſaria. 15
Fides in matrimonij bonis numerata quid ſit. 258
Fiducia impetrandi à Deo quæ in oratione petimus vnde ſit. 409
Fiducia conciliat nomen patris in oratione. 447
Fiduciam orationis in nobis quæ iuuare poſſunt.
Figuræ, & prophetiæ conceptionis, & natiuitatis Ieſu Chriſti. 39
Figuræ crucis Chriſti. 44
Figuræ confeſſionis. 234
Filius Dei, & verè Deus eſt Ieſus Chriſtus. 31. 32
Filius Dei quomodo generatur. ibid.
Forma ſacramenti Euchariſtiæ declaratur. 184
Forma ſacramenti pœnitentiæ. 221
Forma ſacramenti extremæ vnctionis. 255
Forma confirmationis ſacramenti. 168
Forma aliorum ſacramentorum. vide in proprijs locis.
Formula orandi diuerſa ad Deum, & ſanctos. 426
Fornicationis peccati calamitas propria 360 variæ eius ſpecies 358 vide adulterium, & concupiſcentiam.
Fragilitati conſulendum. 360
de Furto non faciendo præceptum auditoribus inculcando maxime. 361
hoc præcepto Dei benignitas erga nos maxime percipitur. 34
hoc præceptum in duas partes diuiſam monſtratur. ibid.
Furti nomine quid intelligatur. 362
quare hoc præceptum ſub furti nomine, non rapinæ datum ſit. 313
furti, quod eſt iniuſta poſſeſſio, & vſus rerum alienarum variæ ſpecies. ibid.
Furandi etiam animus, lege Dei prohibetur. ibid.
Furtum quam graue ſcelus ſit. ibid.
Furti immanitatem declarant, quæ furtum conſequuntur. 364
Furtorum multa genera. ibid.
Furto ablata reſtituenda. ibid.
Furtum quibus rationibus ſit deteſtandum. 319
Fœnerari eſt rapinam committere, & quam graue ſcellus illud ſit. 366
Furti excuſationem nullam accepta Deus. 372

Excu-

Excuſationes quibus ſe homines defendunt in Furtis. ibid.
Fur diuinum nomen dedecorat. 371

G

GAudia intima ſanctorum. 453
Gloria inenarrabilis ſanctorũ. 109
Gloria Dei quomodo in oratione petatur. 423
Gloria quid. 432
Gradus quibus ad orationem accedimus. 407
Gratia quid. 432
Gratiæ diuinæ in baptiſmo virtutes adiunguntur. ibid.
Gratię regno plerumque hic excidimus ibid.
Gratia Dei præcedit conuerſionem. 255
Gratia Chriſti quomodo ex eo, quod nobis communicetur, copioſior appareat. 248
Gratiæ gratis datæ, & cæteri donatori ſunt Eccleſiæ communiæ. 113
Gratiam quo Euchariſtia conferat. 299
Gratiarum actio cum oratione iungenda. 412
Gradus in Eccleſia diuerſi non tollunt, fraternæ neceſſitudinis nexum. 421
Grauitas relabentium in ſcelera. 48

H

HÆreſis quam late ſerpſerit. 3
Hæreticis adhærentes, legitimis relictis Eccleſiæ paſtoribus damnantur. 452
Hæretici ſunt adminiſtri diaboli ad tétandos homines. 470
Hæreticorum artes quibus ſunt vſi ad impia dogmata infundenda. 5
Hæreticus quis dicatur. 79
Hæreticorum peſtis quo irrepſerit. 3
Hebræorum gentem quare Deus delegerit. 300
Hebraici populi liberatio ab Ægypto. 301.
Hæbreos duriſſima ſeruitute premi quare Deus permiſerit. 300
Hebræo populo promiſſa præſtità poſt 400. annos quare. ibid.
Homicidium prohibens præceptum auditu iucundum. 306
Homicidium prohibens præceptum duo continet. 347
Homicidium caſuale quando citra peccatum ſit. 348
Homicidium caſuale quando eſt peccatum. ibid.
Homicidium ſui ipſius interdictum. 349
Homicidium peccatum eſt nefariũ 350
Homicidio quod hoc præcepto non vetatur. 347
Homicidij quod ſint rei. 348
Homicidij voluntas eſt peccatum. 350
Hominem occidere priuata auctoritate vetitum eſt omnibus. 349
omnes Homines huius legis vi, Nõ occides, defenduntur. ibid.
Homo ad imaginem, & ſimilitudinem Dei formatus ſecundum animam. 23
Homo poſtremo creatus, non vi naturę, ſed diuino beneficio immortalis. ibid.
Homo quid debeat Deo. 418
Homo quæ bona per peccatum amiſerit. 435
Homo pueris comparatur. 437
Homo etiam iuſtificatus non ita habet domitos carnis affectus, vt illi poſtea excitari non poſſint. 438
Homo qua maledictione condemnatus poſt Adæ peccatum. 447
Homo nullus eſt, qui ſe peccatorem nõ debeat vere agnoſcere. 455
Homo ne vnius quidem diei victũ per ſe parare poteſt. ibid.
Homines nos perſequentes Dei miniſtri ſunt. 353
Homines diuini cultus, quam cupidos eſſe oporteat. 479
Homines comparantur ægris, & ijs qui guſtum amiſerunt 436
Homines ruina prima. 26
Hominis inhabilitas. 429
Hominis imbecillitas tanta eſt, vt ſine Dei auxilio peccata vitare non poſſit. 441
Hominis inſcitia, & imbecillitas. 466
Hominum miſeriæ propter peccatum primi parentis. 431
Hominum omnis labor, niſi Deus faueat, inanis eſt. 447
Honor Deo habendus quomodo, & vbi præcipiatur. 303
Honorare quam vim habeat. 436
Honoris vox rite in præcepto poſita. ibid.
Honorandi à nobis patres cuiuſcumque generis. ibid.

Honoris officia quæ in parentes conferri debent. 340
Honor mortuis parentibus tribuendus. 341.
Honorantes parentes, quos fructus percipiant. 346
Honoribus parentes, etiam ſi citò moriantur, huius præcepti præmium capiant. 344
& Honorandis parentibus præceptum explicatur. 335
Hoſtes humani generis, quando aſſerre aduerſus nos artes excogitant. 465
Humiliter regnum Dei à nobis petendum. 435
Hypocritæ ex animo non orant. 411
Hypocritarum mos in orando fugiendus. ibid.

I

IEiunium & eleemoſyna orationi ſocianda. 413
Ieſum Chriſtum filium Dei credentes quam vtilitatem capiant. 25
Ieſus Dei filius ſolus potuit nos Deo reconciliare. 26
Ieſus quid ſignificet. 27
Ieſus nomen quomodo alia eius nomina contineat. ibid.
Ieſus Chriſtus, rex, ſacerdos, & propheta ſupremus. 29
Ieſus filius Dei, & verus Deus. 30
Imagines pingere qua ratione prohibitum eſt. 307
Imagines pingere abſoluere non eſt prohibitum. ibid.
Imaginem Trinitatis pingere quomodo liceat. 309
Imagines Angelorum cur fiant. ibid.
Imagines Chriſti, & Sanctorum in Eccleſia habere non ſolum licet, ſed maximo fidelium bono factum eſt. ibid.
ad Imaginem ſanctorum cum quis orationem dominicam pronunciat, quid ſentire debeat. 406
Impiorum pœna duplex damni, & ſenſus. 71
Incarnatio verbi quanti facienda. 35
Incarnationis myſterium non vna perſona confecit. ibid.
per Incarnationem nulla facta eſt naturarum confuſio. ibid.
Incarnationis verbis opus, quare ſpiritui ſancto peculiari quadam ratione tribuitur. 32
In Incarnationis myſterio quædam ſupra naturæ ordinem, quædam naturæ vi effecta. ibid.
Mirabilia, quæ in verbi Incarnatione acciderunt. ibid.
Incarnationis Ieſu Chriſti myſterium quanto pietatis ſtudio recolendũ. 40
Incommoda omnia æquo animo ferenda. 470
Indigentiam habemus externarum rerum ad victum vitamque excolendam. 446
Indignari non debemus cum noſtras preces non exaudit Deus. ibid.
Infantes vide Baptiſmus.
Infelicitas hominis quomodo cognoſci poſſit. 419
Inferorum nominis ſignificatio. 52
Inferorum loca quot ſint. 53
Inferorum ad loca quomodo Chriſtus deſcenderit, vide animæ Chriſti deſcenſus. 53
Infidelis ad fidem conuerſus primam vxorem retinet. 288
Ingratitudo hominum erga Deum. 483
Inhumanitas in egenos fugienda ab eo quia Deo vult exaudiri. 408
Inimicorum dilectio præſtantiſsimum charitatis officium. 352
Inimicos diligentes ſunt filij Dei. 462
Inimicis non eſt iraſcendum, ſed Diabolo. 430
Inimicis parcendum ſit volumus nobis peccata dimitti. 461
Inimici diligendi. ibid.
Inimicis non parcentes quid a Deo petere debeant. 463
Inimici inuiſibiles quales. 467
Iniurias obliuiſci eſt Chriſtianis omnino perſuadendum. 462
Iniurias obliuiſci quomodo probandum. ibid.
Iniuria remittenda ab eo, qui vult, vt Deus ſibi ignoſcat. 408
Iniuriarum obliuionem a nobis requirit Deus. 461
Iniurias qui condonant, quæ commoda capiant. 353
Iniurias condonare nolentes in quæ incommoda incidant. ibid.
Remedia ad deponendas iniurias. 35
Iniurias remittendi voluntas ſufficit reclamantibus corruptæ naturæ appetitionibus. 463
Iniuriarum obliuio eſt optima eleemoſy-

moſyna. 465
Iniurias non obliuiſci in animo habentes, vt debent hac precationis conditione, dimitte nobis debita noſtra ſicut, & nos & cur. 463
Inſtrumenta quibus quæritur & inuenitur regnum Dei paranda. 429
Interpretatio Cypriani verborum ſicut In cœlo, & in terra. 443
Interpretatio huius vocis Amen. 474
Inuocans Deum in ſuis calamitatibus eum honorat, & contrafaciens Deum inhonorat. 324
Iraſci quãdo ſit peccatũ, vel nõ ſit. 319
Iudex omnium Chriſtus quare futurus. 67
de iudicio finali. ibid. quare Chriſtus ad iudicandum venturus. ibid.
Iudicium Chriſti de nobis duplex fiet. ibid.
Iudicij generalis neceſſitas. ibid.
Iudicium cur non perinde Patri, & Spiritui ſancto ac filio tribuatur. 67
Iudicium præcedentia ſigna. ibid.
Iudicij forma, & ratio. ibid.
Iudicantis Chriſti ſententia verba explicantur. ibid.
Iudicij vniuerſalis articulus, quam vtilis. 72
Iudices venales rapinas cõmittunt. 366
Iudices in iudicando quot peccata poſſint committere. 375
Iudicia forenſia iure & ex legibus adminiſtranda. 378
Iurans quæ conſiderare debeat. 320
Iurando peccat, qui iniuſtum aliquid promittit. 310
Iurare cur liceat. ibid.
Iurandi neceſſitas excuſationem habet. 321
Iurandi nimia conſuetudo multa mala parit. 312
Iurans temere graui peccato ſe adſtringit. ibid.
Iurare falſum prohibitum eſt ſecundo præcepto. ibid.
Iurare falſum eſt peierare, & quod modis peierant homines. ibid.
Iurans verum, quod eſſe putat falſum periurus eſt. ibid.
Iurans falſum, quod putat eſſe verum, quando peierat. ibid.
Iurans peccatum mortiferum, vel contra conſilia Euangelica, vt peccat. 323
Iurans per falſos Deos peccat. ibid.
Iurans leuibus coniecturis adductus peccat. ibid.
Iuramentum promiſſorium non ſeruans periurus eſt. ibid.
Iurandi præcepto quare minæ adiunctæ. 324
ad iurandum malè ſumma hominum procliuitas eſt. 325
Iurandi lex quæ iubeat, & quæ prohibeat. 315
Iurandi frequens vſus minime laudandus quamuis iuſiurãdum in ſe ſit bonum. 317
Iurare quare ſit inſtitutum, & quando. ibid.
Iurare quid. ibid.
Iurare per creaturas, iuſiurandum eſt. ibid.
Propter peccatum male iurandi diuerſis ſupplicijs affligimur. 325
Iuriſdictionis poteſtas vnde probatur. pag.
Ius naturale, ſeu lex naturæ quid ſit. pag.
Ius naturæ violant qui inimicis non parcunt.
Iuſiurãdũ in iudicio quomodo fiet. 319
Iuſiurandum non exigitur à pueris inte pubertatem. 320
Iuſiurandum quando ſit laudabile. 321
Iuſiurandum à fide originem habet. ibid.
Iuſiurandum ad quem finem tendere oporteat. ibid.
quomodo iuſiurandum à Chriſto prohibeatur. ibid.
Iuſiurandum à malo eſſe quomodo Chriſtus dixerit. ibid.
Iuſiurandum per execrationem 318
Iuſiurandum aſſertorium, & promiſſorium. ibid.
Iuſiurandum vt rectum, ſanctum quod ſit quæ requirantur. ibid.
Iuſiurandum quomodo in veritate præſtetur. 319
Iuſtificari mentem ſanat Dei gratiam. non carnem.
Iuſtificari non poteſt, qui non eſt paratus ad omnia Dei præcepta ſeruanda. 297
Iuſtificatio peccatorum eſt infinitę Dei potentię opus. 94. fit per ſacramenta. tanquam inſtrumenta. ibid.
Iuſtitia originalis ſupra naturæ facultatem homini à Deo data. 14
Iuſtititia iuramenti comes, maxime in promiſſis requiritur. 410

La-

L

Labor omnis in Paradiſo iucundus fuiſſet. 447
Labore manum ea quærenda, quæ pauperibus tribuamus. 369
Lacrymæ in pœnitentia ſummopere optandæ. 2 6
Lex natu æ à lege ſcripta non diuerſa. 296
Lex in decalogo contenta, non eſt noua lex, ſed naturæ lex illuſtrata. ibid.
Legis iuſſa difficultatem non habent. 297
Legem mandans, dat etiam vim eam implendi. ibid.
Legem à Deo accepiſſe quantum ſit beneficium. ibid.
Lex cur tali in loco, & tali tempore data ſit. 301
Legi obtemperandum. ibid.
Legis obſeruantiæ fructus. 298
ad Legem obſeruandum propenſiores nos reddit, ſcire Deum eſſe dominum noſtrum. 3 4
Lex omnis ad præcepta ſeruanda, homines, præmio, aut pœna inducit. 311
Legis ſeruandæ modus, & ratio. 321
Lege non concupiſcendi præſcripta quid à Deo prouiſum ſit. 383
Lex Dei intimo animi ſenſu ſeruanda. ibid.
Legum diuinarum & humanarum differentia. ibid.
Lex diuina quaſi ſpeculum quoddam eſt, in quo naturæ noſtræ vitia intuemur. ibid.
Libellorum famoſorum auctores damnantur. 286
Libellus repudij ab Euangelica lege damnantur. 286
Libello repudij ſeparati rurſus coniungi poſſunt. 289
Liberum arbitrium homini datum. 25
Linguæ vitium communiſſimum. 372
Loquacitas in oratione prohibetur: non longe preces. 411
Loquacitas vitanda. 383
Lucris honeſtis tranquillitas in eſt.
Lumen diuinum quid in nobis faciat.

M

Magiſtratibus politicis honor deferendus. 342. ijs quando eſt obtemperandum, & quando minime. 343
Mala cum patimur, ad Dei auxilium confugimus. 476
à Malis cum non liberamur, non indignari debemus. 481
Malorum omnium liberationem non petimus. 478
Mali quædam, quæ communiter mala putantur, ſunt tamen fructuoſa. ibidem.
Mala illa deprecamur, quæ nullam animæ vtilitatem afferre poſſunt, ibidem.
Quibus malis liberari petendum ſit. ib d.
Mala quæ in nos à proximis proficiſcuntur, dæmoni aſſignanda. pagina 480
Malorum liberatio a Deo poſtulanda. 476
Mala animæ, & corporis deprecari debemus. 455
Maledictio qua condemnatus eſt homo poſt Adæ peccatum. 447
Maria, Dei, & hominis mater, verè, & propriè dicitur. 37
Maria, verè Mater Dei quare. 38
Mariæ perpetua, & incorrupta virginitas in partu ſeruata. ibid.
Mariæ in partu Spiritus ſanctus affluit. ibid.
Maria cum Eua confertur. 39
Maria ex regibus orta. 38
Mariæ fœlicitatem gratulamur, cum eam Angelica ſalutatione ſalutamus 404
Mariam iure oramus, vt nobis peccatoribus veniam ſua intercessione conciliet. ibid.
Maria mater miſericordiæ. ibid.
Maria aduocata noſtra. ibid.
Mariæ merita apud Deum præſtantiſſima. ibid.
Mariæ ſumma voluntas adiuuandi humanum genus. ibid.
Mariti quæ ſint officia. 291
Materia ſacramenti Euchariſtiæ duplex.

c

plex. 180
Materia ſacramenti extremæ vnctionis. 255
Materiam aliorum ſacramentorum, vide in proprijs locis.
Matrimonium vnde dictum. 28
Matrimonij ſacramentum varijs nominibus appellatum. ibid.
Matrimonij definitio, & eius declaratio. ibid.
In matrimonio quæ reperiantur res, quarum tamen nulla, niſi coniunctio eſt matrimonium. 282
Matrimonium inire non poſſunt, qui legibus matrimonij conſortio excluduntur. ibid.
Matrimonij vis, & natura in quo conſiſtit. ibid.
Conſenſus matrimonium efficit. ibid.
Conſenſus verbis, quæ præſens tempus ſignificant, exprimatur. ibid.
Conſenſus alterius tantum ad matrimonium coniungendum ſatis eſſe non poteſt. ibid.
Matrimonij obligatio qualis. 282
Matrimonium non contrahitur per verba futurum tempus ſignificantia. ibid.
Verborum loco in matrimonio nutus & ſigna ſufficiunt. ibid.
Ad verum matrimonium concubitus neceſſario non requiritur. ibid.
Matrimonij duplex ratio eſt, vt eſt officium naturæ & vt eſt ſacramentum. 284
Matrimonium, vt eſt officium naturæ à Deo inſtitutum. ibid.
Matrimonium indiſſolubile inſtitutum ibid.
Matrimonium quibus cauſis inſtitutũ. ibid.
Matrimonium natura vt ſacramentum eſt. 285
Matrimonium quid ſignificet. ibid.
Matrimonium ſacramentum eſſe, & num de ſeptem legis Euangelicæ ſacramentis probatur. 286
Matrimonij ſacramentum à Chriſto inſtitutum. 287
Matrimonium gratiam ſignificat, & tribuit. 286
Matrimonij ſacramentum quantum præſtet matrimonijs ante legem. 298
Matrimonia Iudæorum ſanctiora fuerunt matrimonijs gentilum. ibid.
Matrimonium neque lege naturæ, neque in lege ſcripta decorem ſuum retinuit. ibid.
Matrimonium duorum tantum, & non plurium coniunctione definitur. pagina. 289
Matrimonij vinculum nullo diuortio diſſolui poteſt. ibid.
Matrimonium diſſolui non poſſe vtiliſſimum eſt. 290
Matrimonia fidelium perfectione, & nobilitate, Gentilium, & Iudæorum Matrimonijs longe præſtant. ibid.
Matrimonij bona tria. ibid.
Matrimonia clandeſtina, neque vera, neque rata eſſe poſſunt. 293
Matrimonijs impedimenta tradenda ſunt. ibid.
Matrimonium contrahentes quomodo affecti eſſe debeant. ibid.
ad matrimonium contrahendum parentum conſenſus requirendus. 294
Matrimonij vſus quis eſſe debeat. ibi.
Matrimonij officio interdum, orandi cauſa abſtinendum. 295
Medicina à Deo homini data. 478
in medicinæ remedijs quomodo ſpes ponenda. ibid.
Meditationes de Chriſti paſſione. 44
Mendacium quid ſit. 323
Mendacium dicere in vtilitatem proximi non licet. 375
Mendacio fallere, ioco, & officij cauſa indignum eſt. 378
Mendacij ſumma miſeria, & turpitudo. 380
Mendacij pater dæmon. ibid.
Mendacium quot in commoda ſocietati humanæ inferat. 380
Mendacia excuſare, error eſt. 381
Mendacio nemo ſtudeat.
Mens bona à Deo vbi poſtuletur.
Merendi ampla occaſio eſt patienti animo labores, & incommoda ferre. pag. 250
Mereri poſſumus cum diuina gratia vitam æternam. 249
Meretur oratio noſtra exaudire per meritum Chriſti. 412
Meritum noſtrum ex diuina gratia ortum habet. 249
Meritis paria reddentur præmia in cælis. 112

Mereatur fructum paſſionis, qui ſacrificio Euchariſtiæ communicant. pagina. 210
Meritum præmij gloria immortalis operibus noſtris tribuitur. 248
Meritum operum noſtrorum ex merito paſſionis Chriſti pendet. ibid.
Meritum noſtrum non obſcurat Chriſti paſſionem, ſed multo clariorem reddit. ibid.
Meritorum communicatio eſt in Eccleſia. 92
Miniſter ſacramenti baptiſmi proprius. 143.
Et qui extra ordinem miniſtrare hoc ſacramentum poſſit. 143
Miniſtrorum Baptiſmi ordo quis ſeruandus ſit. ibid.
Miniſter proprius ſacramenti confirmationis. 169
Miniſtrum confeſſionis ſcientia & prudentia præditum eſſe oportet. 240
Miniſter pœnitententiæ duplici poteſtate, ordinis ſcilicet, & iuriſdictionis præditus eſſe debet. 239
Miniſtri ſacrificium facientes, Chriſti perſonam ſuſcipiunt. 212
Miſeria hominis in hac vita demonſtratur. 445
Miſeria ſumma humani generis quæ mala ſunt non vt mala iudicare.
Miſeriæ humanæ cauſa potiſſima. pagina. 433
Miſeria hominis propter peccatum primi parentis quot, & quantæ. pagina. 436
Miſeriæ hominum vnde. 45
Miſſæ ſacrificium idem eſt cum eo quod in cruce oblatum eſt. 212
Miſſæ ſacrificium non eſt nuda commemoratio ſacrificij in cruce peracti, ſed vere propitiatorium. ibid.
Miſſæ ſacrificium pro mortuis offertur, & illis prodeſt. 213
Miſſæ ſacrificium propitiatorium ſacrificium. ibid.
Miſſæ omnes communes dicendæ, ibidem.
Miſſæ ritus non ſunt inanes, & ſuperuacanei. ibid.
Mœchari, prohibitum eſt precepto ſexto. 355
Mœchia quare poſt homicidium prohibeatur. ibid.
Præceptum de Mœchia quibus verbis tractandum. ibid.
Mœchię præcepti duplex vis. ibid.
Mœchia ſeu adulterij nomine quid prohibeatur. ibid.
reliqua de Mœchia vide in Adulterio, & fornificatione.
Mortem Chriſtus in ligno Crucis cur perpeſſus ſit. 40
Mortem Chriſti Parochi ſæpe exponere debent. 41
Mortem Chriſtus verè ſuſtinuit. pagina. 42
Mortem Chriſti ſubiuit ſponte. ibidem.
Locum mortis, & tempus ipſe delegit. ibid.
Mulier quare ex latere viri formata, non ex pedibus aut ex capite. pagina. 292

N

Natiuitas Chriſti duplex non facit duos filios. 32
Neceſſitate noſtra cognita ad patrem adire cogimur. 447
Neceſſitati noſtræ quæ ſuper ſunt cum alijs communicanda. 451
Nequitia carnis, & ſpiritus. 467
Nomen Dei Tetagrammaton non pronunciare inanis eſt ſuperſtitio. 316.
Nomina quare imponenda baptizatis. 161
Nomina gentilium imponentes baptizatis reprehenduntur. ibid.
Nomina Deo impoſita quot. 515
Nomini diuino quomodo verus honorat tribuatur. 316
Nomen clerici vnde deductum. pagina. 268
Nomen Dei quomodo ſanctificari petatur. 424
Nomen Dei cur à gentilibus blaſphematur.
Nomen Dei quomodo in infidelibus ſanctificari poſſit. 426
Et in peccatoribus. ibid.
Nomen Dei ſanctum & terribile ſanctificatione non eget. 425

Nomen Dei re non verbis tantum ſanctificandum. 427
Nota certa iudicandi quæ ſit praua, quæ recta petitio. 446
Nouiſſimorum commemoratio ſæpe populo facienda,& cur. 72

O

Obedire debent omnia diuinæ voluntati. 443
Obſeruatio legis neceſſaria ad ſalutem. 299
Obtrectatio vitium peſſimum. 376
Obtrectatorum multa genera. ibid.
Odium Dei maximum omnium peccatorum. 314
Odium proximi multa peccata ſequuntur. 355
Odium dæmonum in nos infinitum. 167
Officium Parochi, quod auditoribus præſtare debet. 446
Omnis doctrinæ ratio fidelibus tradenda, in ſcripturam & traditionem diſtribuitur. 7
Opera,quæ ſine fide, & charitate fiunt, grata Deo eſſe non poſſunt. 249
Opera noſtra inania ſunt propter ſcelerum noſtrorum immanitatem. pagina. 447
Opera noſtra ex Chriſti gratia merentur. 248
Operibus regnum Dei comparatur. 435
Operibus cum gratia Dei factis diuinæ legi ſatisfacere poſſumus. 249
Operibus noſtris vitam æternam conſequi poſſumus. ibid.
Opus nullum Deo gratum ſine gratia Dei nullus præſtare poteſt. 444
Opus redimendi hominum genus eminet inter opera gubernationis & creationis. 416
Orandus primo Deus, deinde ſancti. 405
Orandus Deus aliter & aliter ſancti. ibid.
Orandi optimus modus. 400
Pro quibus orandum. 400. & fuſius. 404
Orandi ſancti, & qua ratione, vt noſtri miſereantur. 406
Orandi ratio optima. 410
Orandum eſt, in ſpiritu, & veritate. ibid.
Orandi in ſpiritu conſuetudinem infideles habent. 418
Orandum in nomine Chriſti. 412
Orandus Deus, cum proximus nos lædet,& quomodo. 410
Orantes Deo honorem habemus. pagina. 395
Oranti maieſtas diuina fit propior. 482
Orare intra cubiculum quid ſit. 412
Orantem Chriſtianum pro alijs Deus libenter audit. 420
Orare alij pro alijs debemus. ibid.
Orantes,cum Deo colloquuntur. 482
Orantium fructus,& munera. ibid.
Orare ſicut oportet debemus, & qui non ſic orent. ibid.
Orandi modus effundendi voce, Scripturæ exprimunt quis ſit. 400
Orationis, ſeu petitionis, ſeu gratiarum actionis multi ſunt gradus. ibidem.
Quos peccatores in oratione Deus exaudiat,& iuuet. ibid.
Oratio ad Deum neceſſaria. 395
Orationis neceſſitatem quibus rationibus fideles intelligent. ibid.
ratione dæmones fugamus. ibid.
Orationes pias ſemper exaudit Dominus. 297
Cur aliquæ non exaudiantur. ibid.
Chriſtus in oratione pernoctabat. 345
Orationis vtilitas,& fructus. 396
Oratio eſt quoddam religionis argumentum. ibid.
Oratione Deo nos ſubiectos eſſe profitemur. ibid.
Oratio eſt cœli clauis. ibid.
Oratione ampliſſima dona conſequimur. ibid.
Oratio quibus partibus conſtet. 400
Orationis partes præcipuæ duæ. ibid.
Oratio eorum, qui nondum fidei lucem acceperunt, quomodo exaudiatur. ibid.
Orationum quæ fiunt in Eccleſia in die paraſceues antiquas. 424
Oratio requirit aſſiduitatem. 411
In Oratione ſanctorum feruor imitandus, & petitioni gratiarum actio adiun-

iungenda. ibid.
Oratio noſtri deſiderij interpres eſt. 424
Oratio Dominica quotidie recitanda. 456
Oratio quorum non exaudiatur a Deo. 401
Orationes pro impijs fieri debent. 463
Orationes pro mortuis in purgatorio ab Apoſtolis fluxere. 404
Orationes pro peccantibus ad mortem non proficiunt. ibid.
Orationem Dominicam ante imagines ſanctorum pronuncians quid ſentire debeat. 406
Oratio humilis eſſe debet. 407
Orationis præparatio. ibid.
In Oratione qui vult exaudiri, a quibus eſt ſceleribus abſtinendum. ibid.
Orationem noſtram facit execrabilem contemptus diuinæ legis. 408
Oratio dubitationem non admittit. ibi.
Oratio mentalis vocalem non excludit. 410
Oratio mentalis principem locum tenet. ibid.
Orationis vocalis propria vtilitas, & neceſſitas. ibid.
Oratio priuata & publica. 411
Orationis dominicæ expoſitio. 414
Oratio pro altero facta Deo gratior, quam pro ſe. 420
Oratio niſi poſtulet cæleſtia, aut cum cæleſtibus coniuncta inanis eſt. pag. 423
Orationes ſunt arma contra Satanam. 424
Orationes in principio timoris plenæ, in fine exultationis. 483
Ordo ſeruandos in orationes. 476
Ordo quid. 267
Ordinis ſacramentum multos habet gradus, & varias functiones. ibid.
Ordo ſacer inter Eccleſiæ ſacramenta quare enumerandus. ibid.
Ab ordinis ſacramento omnia alia ſacramenta pendent. 263
Ordinis dignitate nulla in terris excellentior. ibid.
Ordinati rite ſunt legitimi Eccleſiæ miniſtri. 264
Ordinandi quales eſſe debent, & hi quem finem ſibi proponere debeant. 265
Ordinis ſacramento initiati præcipua gerunt Eccleſia munera. ibid.
Ordinis poteſtas ad qua ſe extendat. 268
Ordines miniſtrorum quare plures, instituti. 266
Ordinis ſacramenti quis ſit miniſter legitimus. 275
Ordines ſeptem qui. 268
Ordines maiores & minores. ibid.
Ordo oſtiarij & munus. 270
Ordo lectoris, & officium. ibid.
Ordo exorciſtarum & munus. ibid.
Ordo acolytorum & munus. ibi.
Ordo ſubdiaconi, & officium. 271
Ordinibus ſacris perpetua continentia imponitur. ibid.
Ordo diaconi, & munus. 271
Ordo ſacerdotis, ibid. vide Sacerdos & Sacerdotium. 273
Ordines ſacri fiunt ſtatis diebus, quibus etiam ieiunia indicuntur. pagina. 273
Ordinandi prius ſacramento pœnitentiæ conſcientiam purgent. ibid.
Ordinis ſacramentum pueris & furioſis non conferendum. 277
Qui ætatis annus in ſingulis ordinibus expectandus. ibid.
Ordinis ſacramentum gratiam confert. 278
Ordinis ſacramentum charactere in imprimit. ibid.
Originalis iuſtitia donum homini datum. 24
Originale peccatum ex Adam propagatum. 26

P

Panis nomine multa in diuinis literis ſignificari. 448
Panis nomine omnia neceſſaria victui, & veſtitui intelliguntur. pagina 449
Panis ad neceſſitatem non ad luxuriam petendus. ibid.
Panis a nobis iure acquirendus non iniuria, vel fraude. 450
Panis quare quotidianus appellatus. ibid.
Panis aſſidue a Deo petendum quare. ibid.

Panem quotidianum quomodo diuites petere debeant. 451
Panis ſpiritualis. 452
Panis qui Chriſtus eſt, incredibili lætitia profundis piorum animos pagina. 453
Panis noſter ſubſtantialis Chriſtus in Euchariſtiæ ſacramento continetur. ibid.
Parentibus honor quis debeatur. pagina. 341
Parentibus in neceſſitate ſubueniendum eſt. 341. iiſdem etiam mortuis honor tribuendus. ibid.
Parentum officia erga filios. 346
Parentes nimiam ſeueritatem, & indulgentiam fugiant. ibid.
Parochi qui ſine diſcrimine cum conditione iterum baptizant, ſunt irregulares. 156
Paſſionis Chriſti myſterium maxime Dei potentiam, & benignitatem oſtendit. 455
Paſſionis Chriſti tempus quare obſeruatur. 40
Paſſionis Chriſti cauſa. 45
Paſſionis Chriſti hiſtoria populo ſæpe inculcanda. 41
Paſſionis Chriſti beneficium quæ ratione contemplari conueniat. pagina. 47
Paſſus eſt Chriſtus pœnas grauiſſimas. 47
Paſſiones Chriſti acerbiores, quam ſanctorum. 50
Paſſio Chriſti quæ commoda nobis conferat. ibid.
Paſſio Chriſti nobis veniam peccatorum promiſerit. 460
a paſſione Chriſti omnis ſatisfactione vis,& ratio fluxit. ibid.
Paſtorum Eccleſiæ verba tanquam Dei verba recipienda. 3
Baſtores etiam hodie neceſſe eſt verbum Dei prædicare. 3
Patris vox quid in Deo ſignificet. pagina. 18
Pater quare dicatur prima perſona in diuinis. 340
Patris nomine qui vocentur. ibid.
Patres cuiuſcunque generis à nobis honorandi. ibid.
Pater quare in principio orationis poſitus. 414
Pater omnium Deus. ibid.
Patrum veteris legis polygamia excuſatur. 287
Patriarcharum,& Prophetarum, & noſtras fides eadem. 27
Patriarchæ olim quot, & eorum gradus. 275
Patrini quare adiuncti ad baptiſmum præter ſacramenti miniſtros. 143
Patrinorum vſus antiquus. 143. quod eſſe debeant.
Patrinorum affinitas cum quibus contrahitur. ibid.
Patrini partes. 145
Patrinos in baptiſmo eſſe quibus non liceat. ibid.
Patrinus quare ad confirmationem vocetur. 170
Patrini confirmationis, quam affinitatem contrahant. ibid.
Patrini cauſarum officia.
Peccatum, & peccati pœna, ex Adam ad nos permanauit. 26
Peccata quædam remitti non poſſe quomodo intelligatur. 222
Peccata cogitationis quantum referat à Deo fuiſſe prohibita. 484
Peccata omnia mortalia etiam cogitationis in confeſſione aperienda. pagina. 236
Peccata diligenter perueſtiganda ad ea confitenda. 242
Peccata in Eccleſia quomodo remittantur. 100
Peccata pœnitentibus condonare, ſemper promptus, eſt, & paratus Deus. 458
Peccata quare debita dicantur. 460
Peccata ſine Dei auxilio vitare non poſſumus. 442
Peccati culpa dimiſſa, pœna non remittitur. 241
ad Peccati veniam conſequendam tria requiruntur. 455
Peccati veniam poſtulans qualiter affectus eſſe debeat. ibid.
Peccati peſtis teterrima. 457
ad Peccati condonationem dolor, & malorum ſenſus quam ſit neceſſarius. 457
Peccatum conſequuntur duo. 248
Peccatum, ideſt, peccati fomes, vbi habitet. 430
Peccatorum noſtrorum immanitate auct-

auerſus a nobis Deus, noſtris non be-
nedicit. 4?7
Peccata omnes addictos eſſe. 4?6
Peccatorum recordatio qualis eſſe debeat. 456
Peccatorum turpitudo. ibid.
Peccatorum, etſi eius actio tranſierit, macula tamen, & reatus permanet. 458
Peccatum ſemper inſequitur ira Dei. ibid.
Peccatis Deus offenditur. ibid.
Peccatorum remiſſionem petentes excuſatione non vtimur. 460. quomodo noſtra ſint. ibid.
Peieratis qui iurando iuſtitiam deſerit. 323
Peierare varijs modi ſolemus. ibid.
Summa hominum procliuitas ad peierandum. 325
Pericula, in quibus aſſiduè verſamur ante oculos ponenda. 466
Periurium cauſa eſt cur diuerſi ſupplici s affligantur. 325
Permiſſio in Deo quomodo intelligatur. 471
Perſonarum diuinarum proprietate. 18
Perſona prima in diuinis, quare, pater dicatur. ibid.
Quæ ad diuinas Perſonas pertinēt ſubtilius exquirere non oportet. 19
Petere quid primum à Deo debeamus. 424
Petere regnum Dei non ſatis eſt ad illud acquirendum. 429
Petere vt Deus noſtris cupiditatibus non ſatisfaciat, difficile in animum inducimus. 441
Petere non debemus abundantem & exquiſitam copiam ciborum. 449
Petere ſubſidia rerum humanarum à Deo poſſumus. 448
cur hæc à Deo petere liceat.
Petere non ſibi, ſed omnibus, eſt proprium, Chriſtianæ charitatis. pagin. 451
Petere dimitti debita, quid ſibi velit. 459
Petere debemus, malorum depulſionē, ſi id ad gloriam Dei faciat. 477
Petere non debemus, vt omnino non tentemur. 472
Petere non debemus, omnino ab omnib[us] malis liberari. 472
[P]etere debemus, vt Domini manus [n]o[bis] ſuppeditet ſalubres. 451
Petenda à Deo, quæ ſint. 401
Petendum quid ſine adiunctione. 4?2
Petentibus pijs hominibus ſi quid negat Deus, argumentum eſt id ei, vtile non fuiſſe. 481
Cur cum petitio de regno Dei cū omnibus coniungatur, ea tamen ſeparatim facienda ſit. 429
Petitio, fiat voluntas tua, quem ordinem habeat. 442
Petitiones quibus corporis, & animæ ſubſidia ponuntur quæ ſint. 445
Petitionum ordo ſequi debet ordinem rerum expetendarum. 424
Petitio omnis noſtra ad cæleſtia referri debet. 413
Petitores, & accuſatores quomodo ſuo officio non rectè fungantur. 579
Petrus ſummus Pontifex, & caput omnium Apoſtolorum. 85
Petrus à Chriſto caput Eccleſiæ conſtitutus. 86
Petri ſucceſſor eamdem cū Petro poteſtatem habet. ibidem.
Philoſophi quid de Deo ſenſerint. 15
Philoſophia Chriſtiana à ſeculari ſapientia, quid differat. 14
Pœnas grauiſſimas quas Chriſtus perpeſſus eſt. 40
Pœnitentiæ vſu carere diutius plurima damna effert. 231
Pœnitentiæ ſacramentum eſt neceſſarium. 214
Pœnitentia reiterari debet. 215
Pœnitentia ſecunda naufragij tabula
Pœnitentia multiplex. ibid.
Pœnitentiæ nominis varia notio, & poteſtas. ibid.
Pœnitere Deum, per tranſlationem dicimus. 216
Pœnitentiæ variæ ſignificationes, in quo differant. ibid.
Pœnitentiam fides antecedat neceſſe eſt. 217
Pœnitentia virtus eſt, & ſacramentum. 218 219
Pœnitentia vt virtus eſt, quid ſit. ibid.
citra Pęnitentiam nullus condonationem peccatorum obtinere poteſt. pag. 223

Pœnitentia quid ſit. 224
Per pœnitentiam cur peccatum non ita dimittatur, ſicut in baptiſmo pagina 246
Per pœnitentiam Chriſto aſſimilamur. 247
Pœnitentia hæc intima quare ſit virtus. 217
Pœnitens verè quid ſibi proponere debeat. ibid.
quibus gradibus ad pœnitentiam liceat aſcendere. 218
Pœnitentia regnum cælorum ſacræ litteræ pollicentur. ibid.
Pęnitentia exterior, eſt ſacramentum. 219
Pœnitentiæ ſacramentum quare Deus inſtituerit. 219
Pœnitentia ſacramenti, materia, & forma. 220
Pœnitentiæ cærimoniæ, & ritus. 221
Pœnitentiæ ſacramenti fructus. pagina 224
Pœnitentia nos in Dei gratiam reſtituit. ibid.
Pœnitentiæ partes integralès. 225
Pœnitentia quibus ex partibus conſtet. 224
Pœnitentia publica quare publico peccato indicatur. 247
in Pœnitentia duo animaduertenda. 248
Pœnitentia pœna à nobis ſuſcepta Dei animaduerſionem anteuertit. ibidem.
Pontificem Romanum catholica Eccleſia patrem orbis terrarum appellat. 269
Pontifex Rom. eſt Eccleſiæ caput viſibile. 83
Eius auctoritas patrum ſententijs roboratur. ibid.
Pontifici Romano ſumma dignitas, & iuriſdictio iure diuino data. pagina 276
Pontifex Rom. moderator vniuerſalis Eccleſiæ, Petri ſucceſſor, & Chriſti verus, & legitimus Vicarius. ibid.
Poſtulatio de regno Dei magnam vim donorum, & copiam continet. 429
Poſtulatio dimittendi debita de quibus intelligatur. 459
Poteſtas Eccleſiaſtica duplex eſt, ordinis, & iuriſdictionis. 204
Præcepta omnia legis Moſaycæ ex decem pendet præceptis, & illa decem, ex duobus. 295
Præceptum primum decalogi. 302
Præceptorum ordinis ratio. 309
Præceptum duplex continetur in verbis primi præcepti. ibid.
Præceptorum omnium primum, & maximum, eſt primum. 305
Præcepto primo non prohibetur ars ſculpendi, pingendi, & fingendi. pagina 308
Præceptum primum quare à ſecundo ſeparatim traditur. 315
Præcepti ſecundi lex quid prohibeat, & quid iubeat. 316
Præceptis de diligendis parentibus vſus latiſſime patet. 338
Præcepta decalogi duabus tabulis inciſa, & quare. ibid.
Præceptum de diligendis parentibus quare matrem explicet. 341
Præcepta vltima duo quare ſimul coniuncta. 337
Præcepta duo poſtrema qui ſeruat cætera omnia ſeruat. 383
quo pacto hæc inter ſe differant. ibid.
ex Præceptis his duobus poſtremis quanta ad homines promanet vtilitas. 385
Præceptorum duorum vltimorum duplex neceſſitas. 383
Prædicatio diuini verbi nunquam intermittenda. 3
Prædicare non debet aliquis, niſi mittatur. 2
Prædicatio verbi Dei fidem nobis acquirit. 2
Prædicantium verbum Dei auctoritas. pag. 3
Præmia victoribus propoſita. 474
Præparatio ad orationem in quo conſiſtat. 407
Præparatio ante communionem qualis & quam neceſſaria. 202
Præparatio ad communionem requirit, vt ieiuni accedamus. 240
Præſidia quot, & quanta Deus nobis ad conſequendam ſalutem conceſſerit.
Precatione dominica ſinguli quotidie vti debent. 452
Precantes omnes Eccleſiæ nomine precan-

cantur. 463
Preces Deo aſſidue faciendæ. 18
Preces pro proximis faciendæ, etiam ſi ab illis læſi, fuerimus. 480
Preces Chriſtianorum, & infidelium in quo differant. 477
Preces cum non audit Deus, indignari non debemus. 481
Preces quæ in litanijs fiunt Dominicam orationem explicant. 479
Pretium crucis Chriſti quanti ſit. pagina 460
Prophetæ planius de Eccleſia, quam de Chriſto locuti ſunt. 79
Prophetæ falſi exierunt in mundum. pag. 3
Prophetarum falſorum impietas, quam longè ſit progreſſa. 3
Prouidentia Dei erga homines. pagina 429
Proximus quid ſit. 431
Prudentiam ad ſalutem neceſſariam, niſi Deo auctore comparare non poſſumus.
Pudicitia & continentia omni ſtudio colenda. 342
Purgatorius ignis probatur. 51
Purgatorius ignis ante Chriſtis aduentum Iudæis perſuaſis. 55

R

Rapina maius peccatum, quàm furtum. 363
Rapinæ & quot earum genera. 365
Raptores qui dicendi. ibid.
Redemptionis pondere, quid acceperimus. 418
Regnum Dei ante omnia poſtulandum. 428
Regni Dei multæ ſignificationes. pagina 431
Regnum Chriſti non eſſe de hoc mundo quomodo intelligendum. pagina 432
Regnum Dei in nobis qualę. ibid.
Regnum Dei intra nos quomodo intelligendum. ibid.
Regni cœlorum prædicatio eſt initium & ſignum Euangelij. 428
Regnum Dei quomodo petendum. pagina 433
Regnum Chriſti quare iuſtitia dicatur. 433
Regnum gloriæ Dei quid. ibid.
Regnum gloriæ ſemel adeptum nunquam amittitur.
Regnum gratię prius ponendum, quàm gloriæ. 433
Regni Chriſti, quod eſt Eccleſia petitur à Deo propagatio. ibid.
Regni Chriſti deſiderium quibus rationibus in nobis exaltabitur. 4
Regnum Dei quomodo inueniant peccatores. 434
Regnum Chriſti quomodo petatur vt in nobis ſit. 455
Regni Chriſti excellentia. 434
Regni cœlorum conſequendi adminicula à Deo nobis conceſſa. 445
Regnum cœlorum ingredi cupientes petere debent à Deo, vt fiat voluntas eius. 436
Rei per legitimum magiſtratum interrogati mentiri non poſſunt. 378
Reliquiarum ſanctorum virtus vnde confirmetur. 308
Remedia ad diuerſas noxias cupiditates. 389
Remedia ægrotantis animæ pœnitētia, & Euchariſtia. 464
Remedia ſanitatum tantum pro ſunt quantum Deo volueris. 478
Remiſſio peccatorum, eſt cumulus bonorum, quibus per Chriſtum ſumus affecti.
Remiſſio peccatorum in Eccleſia repetitur 92. eiuſque poteſtas. 94
Remiſſionem peccatorum nemo ſine pœnitentia conſequitur. 250. & 260
Remiſſa culpa, non ſemper pœna, quæ peccato debetur, condonatur. 245
Remittendi peccata poteſtatem Chriſtus epiſcopis, & ſacerdotibus in Eccleſia conceſſit. 96
Remittuntur peccata in Eccleſia virtute clauium. 95
Remittendi peccata poteſtas nulli homini ante Chriſtum conceſſa. 97
Renati inter huius vitæ miſerias ſolida gaudia non deſtituuntur. 156
Reſtitutio pęnitenti eſt neceſſaria. 229. & ſulſus. 267
cur cogendi ſunt, vt Reſtituant. 251
Reſurrectio Chriſti, & de eius glorioſo myſterio. 55
Chriſtus ſua virtute Reſurrexit. ibid.

Re-

Reſurrectio Chriſti quas ob cauſas neceſſaria fuerit. 59
Reſurrectio Chriſti quot commoda humano generi attulerit. 60
Reſurrectionis beneficio Chriſtus primus omnium eſt effectus 56. hoc quomodo intelligendum ſit exponitur. 57
Reſurrexiſſe Chriſti tertia die, quomodo intelligatur. ibid.
Reſurrectionis Chriſti myſterium maxime neceſſarium ad credendum. ibidem.
Reſurrectio Chriſti, quæ nobis eſſe. 58
Reſurrectionis Chriſti finis. Exempla ſumenda proponat. 60
Reſurrexiſſe aliquem ſecundum ſpiritum ex quibus indicijs colligatur. ibid.
Reſurrectio quibus ſcripturis ſtabiliatur. 98. ſimilitudines, & rationes quæ idem probant. 101
Reſurgentia corpora qualia ſint futura. 105
Reſurrectionis mortuorum fide fides noſtra innititur. 99
Reſurrectio hominis quare reſurrectio carnis dicatur. 100
Reſurgentium varia conditio. pagina. 103
Reſurrecturi, omnes morituri ſunt, nemine excepto. ibid.
Reſurgent corpora noſtra immortalia, & eadem. ibid.
Reſurrectio mortuorum probatur, pagina. 99
eorum qui Reſurgent dotes. 105
ex Reſurrectionis articulo qui fructus capiantur. 107
Romanam Eccleſia omnium mater, & magiſtra. 312
Romanæ Eccleſiæ deſertores damnantur. 452

S

Sabbathi celebritas quare in ſacris litteris ſæpiſſime præcipiatur. pagina. 326
Sabbathum quid ſignificet. 329
Sabbathum quare Domino conſecratam. ibid.
Sabbathum ſignum fuit. 33
Sabbathum cœleſte, & ſpirituale quod ſit. 331
Sabbathum quare in diem Dominicum tranſlatum. ibi.
Sabbathum qua ratione colendum. ibid.
Vide feſti dies Dominicus.
Sacerdotibus ſolis data eſt facultas ſacramentum Euchariſtiæ conficiendi. 208
hi quamuis improbi ſacramentum conſecrare, & miniſtrare poſſunt. 209
Sacerdotes quando Chriſtus inſtituerit. 221
Sacerdos quilibet in neceſſitate quemlibet pœnitentem abſoluere poteſt. 240
Sacerdotibus ad victum neceſſaria ſuppeditanda. 289
Sacerdotium Chriſti excellentius eſt ſacerdotio legis naturæ & legis ſcriptæ. 266
Sacerdotum Chriſti poteſtas in diiudicanda peccati lepra, quantum differat à poteſtate ſacerdotum legis veteris. 221
Sacerdos quare presbyter nominetur. 273
Sacerdos ſilentio peccata in confeſſione audita comprimat. 240
Sacerdotes dij, & Angeli vocantur. 263
Sacerdotes noui teſtamenti cæteris omnibus præſtantiores. ibid.
Sacerdotum poteſtas maxima. ibid.
Sacerdotes mercenarij, qui. 264
Sacerdotes per oſtium Eccleſiæ ingredientes, qui ſunt. ibid.
Sacerdotes in omni lege fuerunt. 266
Sacerdoti ab epiſcopo quanta poteſtas tradatur. 267
In Sacerdotibus ordinandis ceremoniæ. 265
Sacerdotalis ordo tametſi vnus eſt, varius tamen, & dignitatis & poteſtatis gradus. 275
Sacerdotes ſimplices, qui. ibid.
quid in eo qui Sacerdos creandus eſt requirendum. 277
Sacerdos quam cognitionem habere debeat. ibid.
Sacerdotis duo munera. ibid.
Sacerdotio initiandi quem finem ſibi pro-

propenere debeant. 215
Sacerdotij dignitate nulla in terris excellentior. 263
Sacerdotij onus nemini temerè imponendum. 264
Qui ad Sacerdotium vocati dicantur a Deo. ibid.
Sacerdotij poteſtas duplex. 266
Sacerdotij euangelici poteſtas à Chriſto ortum habet. 267
Sacerdotium externum non cadit in omnes Chriſtianos. 274
Sacerdotium duplex, internum, & externum. 273
Sacerdotij munera propria. 275
Sacerdotij functio præcipua. ibid.
Sacramenti nomen quomodo accipiatur. 115
Sacramentum quid. 117
Sacramentum quid ſit vberius explicatur. 119
Sacramentum non vnam tantum rem præſentem deſignat, ſed plures, pagina. 1 1
Sacramenta nouæ legis in quo excellant veteris legis ſacramenta. pagina. 124
Sacramenta ſeptem vnde ex ſcripturis demonſtrentur. 125
Sacramentorum virtus æqualis non eſt. 126
Sacramentum, & ſacrificium in quo differant. 210
Sacramenti definitio ex Auguſti. pagina. 117
Sacramenta inter eas res. quæ ſignificant, referuntur. 117
Sacramenta ſunt ſigna rei ſacræ. 118. ibidem.
Sacramenta ſunt ſigna a Deo tradita. 119
Sacramenti ſacra res eſt gratia Dei. ibid.
Sacramentum ſanctitatem ſignificat. & efficit. 168
Sacramenta non ſunt imagines ſanctorum, & cruces. 119
Sacramenta plures res ſignificant. pagina. 121
Sacramenta legis Euangelicæ quare instituta. 122
Sacramentum quodlibet ex duobus conficitur, ex materia, & forma. 123
Sacramenta nouæ legis formam verborum præſcriptam habent, a quali diſcedatur, ſacramenti ratio conſtare non poteſt. 124
Sacramentorum cæremoniæ ſine peccato prætermitti non poſſunt. ibidem.
Sacramenta quare cum ſolemnibus ceremonijs miniſtrentur. ibid.
Sacramentorum numerus. ibid.
Sacramentorum differentia inter ſe. 126
Sacramentorum auctor Chriſtus. pagina. 127
Sacramenta quare per homines Deus miniſtrari voluerit. ibid.
Sacramentorum miniſtri Chriſti perſonam gerunt. ibid.
Sacramenta nouæ legis impura conſcientia miniſtrantes, quam pernicioſum ſit ipſis miniſtris. 121
Sacramentorum effectus. 129
Sacramenta gratiam iuſtificantem conferunt. ibid.
Sacramentum vt eſt matrimonij bonum quid ſit.
Sacramentorum miniſtri, ſua prauitate, effectus ſacramentorum impedire non poſſunt. 127
Sacramentorum effectus cur initio mirabiliter deſignari. 129
Sacramenta, quibus rationibus veneranda ſint. 130
Sacramentorum nouæ legis excellentia ad vetera comparatorum. pagina. 129
Sacramenta tria characterem imprimunt. ibid.
Sacramentorum vſu Chriſtianum ædificium fulcitur. 131
Sacramentum Euchariſtiæ ſoli Sacerdotes conficiunt. 208
Sacramenta per improbos, ſi quæ ad eorum rectam rationem attinent, rite ſeruentur, conficiuntur. pagina. 209
Sacrament, & ſacrificij differentia. 210
Sacrificium vni Deo, & non ſanctis offertur. ibid.
Sacrificium noſtrum quando fuerit inſtitutum. ibid.
de ſacrificio doctrinæ vnde hauſta. 211

Sa-

Sacrificium quibus figuris, & propheтijs deſignatum fuerit. ibid.
Sacrificium vnum ſunt, cruenta, & incruenta hoſtia. ibid.
Vide Miſſa, & Sacerdos, & Euchariſtia ſacrificium idem eſt, quod in Miſſa, & quod in cruce oblatum eſt. ibid.
Sal in baptiſmo quare adhibeatur. pagina. 159
Saliua quare nares, & aures in baptiſmo tingantur. 160
Sancti quomodo nobis inuocentur. 305
Sanctorum communio quam vtilis, & quid ſignificet. 87
Sanctorum cultus non aduerſatur primo præcepto. 505
In Sanctis venerandis Dei gloria non minuitur, ſed augetur. 306
Sanctorum patrocinium non eſt ſuperuacaneum. 1307
Chriſtus etſi mediator propoſitus ſit non propterea ſequitur quin ad Sanctorum gratiam confugere liceat, ibid.
a Sanctis quomodo petere poſſimus, vt noſtri miſereantur. 406
Sanctorum imagines pingi non prohibentur diuino præcepto. 309
Satanæ auſus. 468
Satanæ incurſibus, qui maximè omnium petantur. ibid.
Satan non poteſt tentare, quando, & quantum vult, ſed quando, & quantum a Deo permittitur. 469
Satan quibus rebus vincatur. 474
De Satisfactione doctrina. 244
Satisfactio variè accipitur. ibid.
Satisfactio quæ nobis Deum placatum reddidit ſolius Chriſti eſt. ibid.
Satisfactio canonica quæ. ibid.
Satisfactio a nobis ſumpta, quæ ſit. 245
Satisfactio quæ eſt ſacramenti pars, quæ ſit. ibid.
Satisfactione cur opus ſit poſt peccatorum remiſſionem. 246
Ad ſatisfactionem neceſſe eſt, vt homo ſit in gratia. 249
Satisfactione ſunt affectiones, quæ extrinſecus inferuntur. 250
Satisfactionis definitio, & neceſſitas. 245
Satisfactio noſtra Chriſti ſatisfactionem non obſcurat, ſed multo clariorem reddit. 848
Opera pœnalia, & afflictiua ſuſcipiuntur in ſatisfactione. 250
Omne ſatisfactione genus ad tria præcipuè confertur opera. ibid.
Satisfacere vnus pro altero poteſt. pagina. 250
Satisfacturum ſe proximo, ſi quid de re aut exiſtimatione detraxeris, polliceri debet pœnitens priuſquam a peccatis abſoluatur. 251
In Satisfactionis pœna irroganda, quid ſit ſeruandum. 252
Satisfactionis opera a Sacerdote indicta pœnitens ſæpe etiam vltro ſuſcipiat. ibid.
Scelerati in Eccleſia participatione meritorum non gaudent. 93
Sepulturæ Chriſti cur fiat expreſſa mentio in ſymbolo. 46
Sepultura, paſſio, & mors Chriſti, vt homini, non vt Deo conuenit. pagina. 47
Serui aliorum non ſunt per cupiditatem ſollicitandi. 388
Seruire Deo, nihil magnificéntius. 440
Sicut in cęlo, & in terra, ad tres primas poſtulationes referri oſtenditur. 425. aliæ item eius clauſulæ expoſitiones. 445
Sicut particula cum dicimus, ſicut, & nos, quam vim habeat. 461
Signa a Deo inſtituta, tam in veteri quam in nouo teſtamento. 119
inter ſigna omnia verba maximam vim habent. 124
Signa a natura adinuenta, & diuinitus data. 118. 119
Signa quæ dicantur. 118
Signa ante iudicium quæ. 71
Signaculum totius orationis Dominicæ eſt vox Amen. 482
Spes impetrandi maximum pondus ad impetrandum affert. 408
Spes noſtra in amore in Deum tota nitatur. 443
Spem vnde habere debeamus impetrandi veniam peccatorum. 458
Spes in tentationibus ex quibus naſcatur. 472
Spiritualis nequitia, quæ ſit. 467
Spiritus ſancti perſonam non debemus

mus ignorare. 73
Spiritus ſancti nomen alijs perſonis commune eſſe poteſt. 74
Spiritus ſancti perſonæ cur proprium nomen tributum non ſit. 74
Spiritus ſanctus, Patri, & Filio in omnibus omnino equalis. 75
Spiritus ſanctus eſt Deus. ibid.
Spiritus ſanctus eſt vna Trinitatis perſona per ſe ſubſiſtens. 76
Spiritum ſanctum a Patre, Filioque procedere demonſtratur. 77
Spiritus ſancti admirandi effectus, qui, quales, & quanti. 78
Spiritus ſanctus quare Dominus appellatus. 76
Spiritui ſancto cur opera quædam, & dona peculiariter tribuatur. pagina. 77
Spiritus ſanctus noſtrarum orationum auctor eſt. 409
Superbia magnopere Deum offendit. 408
Symboli neceſſitas quæ ſit. 10
in Symbola propoſita quomodo curioſè ſcrutanda non ſint.
in Symbolo quomodo dogma de veritate Euchariſtiæ includantur. 191
Symbolum ab Apoſtolis compoſitum & quare ſic appellatum. 10
Symbolum in tres partes diſtributum. pag. 11

T

Tentaré quid ſit. 469
Tentari homines in malam partem, vel in bonam quid ſit. ibid.
Tentat, qui non impedit tentationem. 470
Tentat Deum quis in oratione. 407
Tentatio in hac vita triplex eſt.
Tentationum fluctibus agitari in precationis portum confugiamus. pagina. 469
in Tentationem ne inducamur orandus eſt Deus. 466
Tentatio eſt vita hominis ſuper terram. 472
in Tentationem inducere quomodo Deus dicatur. 470
in Tentationibus ſuperandis duxitur Chriſtus eſt ſocij ſancti. 473
Tentator quare diabolus dicatur.
Terra in media mundi parte conſiſtit, & quomodo creata. 23
Teſtem iuratum iudex reijcere non poteſt. 373
Teſtes in iudicio caueant, ne, quod exploratum non habeat, pro certo affirment. 379
Teſtimonij falſi non dicendi præceptum. 372
Quid precepto non dicendi falſum Teſtimonium prohibeatur. 373
Teſtimonium falſum dicere aut mentiri propter amicum non licet. pagina. 374
Teſtimonium falſum in ſeipſum dicere non licet. 330
Teſtimonium falſum, quod vocat Apoſtolus. 374
Teſtimonij falſi damna. ibid.
Teſtimonium eſt confeſſio laudis Dei. 374
Teſtimonij veri in rebus humanis maximus vſus. ibid.
Tondendi caput in coronæ ſpeciem conſuetudinem Petrus primus induxit. 269
Tonſura prima quid ſit. 268
Traditione Apoſtolica declaratur purgatorius ignis. 53
Traditione patrum peruenit ad nos forma verborum extremæ vnctionis. 236
Traditione Apoſtolica capilli in coronæ ſpeciem clericis tondentur. pagina. 269
Traditio Apoſtolorum qua Epiſcopus à tribus Epiſcopis conſecratur. pagina. 276
Traditio de numero ſacramentorum. 124
Traditione Apoſtolica Epiſcopus eſt miniſter ordinandi ad ſacros ordines. 275
Tranſubſtantiatio in Concilijs approbata, in ſcripturis fundamentum habet. 194. eam patres quomodo agnouerint. 195. quomodo fiat Tranſubſtantiatio. 196
Tribulationum commoda. 481
Trinitatis opera ſūt indiuiſa ad extra. 77
Trinitas apparuit in baptiſmo Chriſto, & cur. 142

Vaſa

V

VAſa ſacra, nemo non conſecratus tangere poteſt. 208
Verbum Dei in honoratur, vel male interpretando, vel iocando. 333
Verba paſtorum Eccleſiæ tanquam Dei verba recipienda. 2
Verba inter omnia ſigna maximam vim habent. 124
Verbi prædicatione, & ſacramentorum vſu Chriſtianum ædificium fulcitur. 131
Verba incarnatio 39. vide incarnatio.
Verbum Dei cibus eſt animæ. 452
Verbi Dei fames quare à Deo mittatur. ibid.
Verum confiteri debent rei, & ſontes, cum ex iudici forma interrogantur. 378
Verum tacere interdum licet, ſed extra iudicium. 379
Veſtis candida in baptiſmo data, quid deſignet. 161
Vicarium poteſtatis ſuæ Eccleſiæ Chriſtus præfecit. 87
Victoria contra diabolum quomodo paretur. 473
Victoria omnis eſt a Deo. 474
Vigiliæ tentationes vincunt. ibid.
Vir vxorem diligere debet, & vxor virum 286
Viri officium erga vxorem. 293
Virginitas coniugio præſtantior. 284
Vita æterna, quid ſignificet. 109
Vita quantum bonum ſit, etiam ſi multis ſit calamitatibus obnoxia. pagina. 111
Vita hæc quam calamitoſa. 430
Vita hominis tentatio. 372
Vita & ſalus noſtra ex Deo pendet. 451
a Vitio linguæ innumerabilia mala proficiſcuntur. 372
Vnctionis extremæ ſacramentum quare ſic dictum. 254
Vnctio extrema eſt vere ſacramentum, ibid. & vnum tantum. 255
Vnctionis extrema materia, & forma, & ritus. 255-250
Vnctionis extremæ ſacramentum quibus ſit conferendum, & quibus non 257
Vnctionis extremæ ſacramentum a Chriſto inſtitutum. 256
Vnctionis extremæ ſacramentum quo tempore adhibeatur. 257
Vnctionis extremæ ſacramentum ſuſcipere apti non ſunt qui rationis vſu carent. 259. & pueri. ibid.
Vnctionis extremæ commonitio ſæpe populo facienda. 254
Vnctionis extremæ forma cur verbis fiat deprecatorijs. 256
quæ partes corporis ſint vngendæ pagina. 258
Vnctionis extremæ ſacramentum potest iterari. ibid.
Vnctionis extremæ præparatio. pagina 259
Vnctionis extremæ miniſter. pagina. ibid.
Vnctionis extremæ vtilitas. ibid.
Vnctionis extremæ tempus opportuniſſimum. 260
Vnctionis extremæ ſacramentum ſuſcipientes ægroti quare non ſanentur. 261
Vocationi ſuæ quiſque acquieſcat 444
Voluntas Dei vt fiat, quare petamus. 436. & 438
Voluntas dei quam fieri petimus eſt voluntas ſigni. 440
Voluntas Dei, vt fiat, qui maxime petere debent ibid.
Voluntas ſigni quæ. ibid.
Voluntas tua fiat, quomodo Deo ex animo dicendum. 442
Voluntatem ſuam Chriſtus ad patris voluntatem retulit in maximo acerbiſſimæ mortis dolore. ibid.
Voluntatem diuinam totum mundum cognoſcere debemus petere. ibid.
Voluntas Dei in terra ſeruanda, ſicut in cœlo ſeruatur. 443
Voluntas Dei ſumma omnium ratio eſt. 445
Voluntate Dei omnia eueniunt. ibidem.
Voluntatem Dei quare maxime colamus. 424
Voluptarij homines non faciunt voluntatem Dei.


Votum

Votum non ſeruans periurus eſt. 324
Vſura quid ſit. 366
Vxoris,& viri mutua officia. 291
Vxoris partes erga virum. ibid.
Vxor viro ſubdita ſit. ibid.
Vxorum multitudo eſt contra primam Matrimonij inſtitutionem. 287

Z

ZElus, quis Deo tribuendum. pag. 312

Deo Ieſu Chriſto, æterno Deo, æternique Dei Filio, laus & gloria.



CATECHISMI ROMANI.

Præfatio,

Agens de Paſtorum in Eccleſia neceſitate, auctoritate, officio, & præcipuis doctrinæ Chriſtianæ capitibus.

SECTIO PRIMA.

Homo non poteſt, ſuis relictus viribus, veram ſapientiam, & obtinendæ beatitudinis certas rationes conſequi.

EA eſt humanæ mentis, & intelligentiæ ratio; vt, cum alia multa, quæ ad diuinarum rerum cognitionem pertinent, ipſa, per ſe, magno adhibito labore, & diligentia inueſtigauerit, ac cognouerit; maximam tamen illorum partem, quibus æterna ſalus comparatur, cuius rei in primis cauſa homo conditus, atque ad imaginem, & ſimilitudinem Dei creatus eſt, naturæ lumine illuſtrata cognoſcere, aut cernere nunquam potuerit *a* Inuiſibilia quidem Dei, (vt docet Apoſtolus) à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas. Verùm *b* myſterium illud, quod abſconditum eſt à ſæculis, & generationibus, ita humanam intelligentiam ſuperat; vt, niſi manifeſtum fuiſſet ſanctis, quibus voluit Deus fidei munere notas facere diuitias gloriæ ſacramenti huius in gentibus, quod eſt Chriſtus, nullo ſtudio homini ad eam ſapientiam aſpirare licuiſſet.

Theolog. in 2. ſent. di. 26. id oſtendunt. Conſulatur ſexta ſectio primi art. ſimboli, & 3. ſec 12. c. de oratione Dominica.

a Rom. 1. 20.

b Col. 1. 26 Dei gratia fideiq; munere homo veram ſapientiam conſequitur. Tho. 2. 2. qu. 174. art. 6. in corpore.

Sect. 2 Vnde tam prçclarũ fidei munus concipiatur.

Cum autem, *c* fides ex auditu concipiatur, perſpicuum eſt, quam neceſſaria ſemper fuerit ad æternam

c Rom 10. 17.

ſalutem conſequendam doctoris legitimi fidelis opera, ac miniſterium; ſiquidem dictum eſt *a* Quomodò audient ſine prædicante? quomodo verò prædicabunt, niſi mittantur? Et quidem ab ipſius mundi origine clementiſſimus, ac benigniſſimus Deus ſuis nunquam defuit; ſed *b* multifariè, multiſque modis locutus eſt Patribus in Prophetis, eiſq; pro tēporū conditione, ad cæleſtē beatitudinē certum, ac directum iter monſtrauit.

a Ro. 10. 14. 15

b Hebr. 2. Prophetæ. Deus miniſterio docentiū fidem animis hominum inſtiliat. Tho. 2. 2. qu. 6. ar. 1. Hoc luculenter docet B. Aug. in libris de doctrina Chriſtiana.

Sect. 3. Chriſtus in hunc mundum uenit ad docendam fidem, quam poſtea Apoſtoli, & ſucceſsores eorum propagarunt.

Sed quoniam prædixerat daturum ſe doctorem iuſtitiæ *c* in lucem gentium, vt *d* eſſet ſalus eius vſque ad extremum terræ, *e* nouiſſimè locutus eſt nobis in filio, quem etiam, voce è cœlo delapſa a magnifica gloria iuſſit, *f* vt omnes audirent, eiuſque præceptis obtemperarent. Deinde verò filius alios *g* dedit Apoſtolos, alios Prophetas, alios Paſtores, & Doctores qui verbum vitæ annunciarent, *h* ne circumferremur, tanquam paruuli, fluctuantes omni vento doctrinæ, ſed firmò fidei fundamento adhærentes *i* coędificaremur in habitaculum Dei in ſpiritu ſancto.

c Iſa. 40. 6.
d Pſal. 49.
e Heb. 1. 2. Chriſtus is eſt
f 2. Pet. 1. 17.
g Ad Epheſ. 4. 12. Apoſtoli, & Diſcipuli, quorum legitimi ſucceſſores ſunt Eccleſiæ Paſtores hi ſunt. Videatur principiū ſeſſionis quintę Conc. Trid.
h Eph. 2. 14.
i Epheſ. 2. 22

Sect. 4. Quomodo uerba Paſtorū Eccl. ſint recipiēda.

Ac, ne quis *k* verbum auditus Dei ab Eccleſiæ miniſtris, tanquam verbum hominum, ſed (ſicut verè eſt) verbum Chriſti acciperet, ille ipſe Saluator noſter tantam auctoritatem eorum magiſterio tribuendam eſſe ſtatuit, vt diceret: *l* Qui vos audit, me audit: &, qui vos ſpernit, me ſpernit. Quod quidem non de ijs tantùm, cum quibus ſermo habebatur, intelligi voluit, verùm de omnibus etiam, qui legitima ſucceſſione docendi munus obirent, *m* quibus ſe omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi affuturum eſſe pollicitus eſt.

k 1. Th. 2. 13.
l Lu. 10. 16.

Quanta ſit auctoritas euangelizantium. Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 1 decreto de ſacramen. ord.
m Mat. 18. 20.

Sect. 5. Veritate iam manifeſtata, hodie etiam neceſſarium eſt Paſtores verbum Dei predicare.

At verò, cum hæc diuini verbi prędicatio nunquam intermitti in Eccleſia debeat; tum certè hoc tempore maiori ſtudio, & pietate elaborandum eſt, vt ſana, & incor-

Verbi Dei perpetua eſſe dēt in Eccleſ. prędicatio.

in corrupta doctrina, tanquam pabulo vitæ, fideles nutriantur, & confirmentur *a* Exierunt enim falſi Prophetæ in mundum, de quibus dixit Dominus: *b* Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant: vt *c* varijs doctrinis, & peregrinis Chriſtianorum animos deprauarent. Qua in re illorum impietas, omnibus ſathanæ artibus inſtructa, tam longè progreſſa eſt, vt nullis ferè certis finibus contineri poſſe videatur. Ac, niſi Saluatoris noſtri præclara illa promiſſione niteremur, qui ſe adeo ſtabile Eccleſiæ ſuæ fundamentum poſuiſſe affirmauit *d*, vt portæ inferi aduerſus eam præualere nunquam poſſint; maximè verendũ eſſet, ne hoc tempore, tot vndique hoſtibus obſeſſa, tot machinis tentata, & oppugnata, concideret. Nam, vt omittamus nobiliſſimas prouincias, quæ olim veram, & Catholicam religionem, quam à maioribus acceperãt, piè, & ſanctè retinebant, nunc autem, derelinquentes viam rectam, errauerunt, atque in eo ſe maximè pietatem colere palam profitentur, quod à patrũ ſuorum doctrina, quàm longiſſimè receſſerunt; nulla tã remota regio, aut tam munitus locus, nullus Chriſtianæ Reip. angulus inueniri poteſt, quò hæc peſtis occulta irrepere non tentarit.

a 1. Ioan. 4. 1. Infra de Sacrament. ord. ſect. 3. &c. Hier. 23. 21.
b Heb. 13. 9.
c Mat. 16. 18.
Hæreſis; quã latè ſuperit.

Sect. 6 Catechiſmis potiſſimùm hęretici Chriſtianorum animos deprauare ſtuduerunt.

Qui enim fidelium mentes corrumpere ſibi propoſuerunt, cum fieri nullo modo poſſe intelligerent, vt cũ omnibus corã colloquerẽtur, & in eorũ aures venenatas voces infunderent, idem alia ratione aggreſſi multò facilius, ac latius impietatis errores diſſeminarunt. Nam, pręter illa ingentia volumina; quibus Catholicã fidem euertere conati ſunt (à quibus tamen cauere, cum apertam hęreſim continerent, non magni fortaſſe laboris, ac diligentiæ fuit) infinitos etiam libellos conſcripſerunt, qui, cũ pietatis ſpeciem pręſeferrẽt, incredibile eſt, quàm facilè incautos ſimpliciũ animos deceperint.

Quo actu hæretici ſuit vſi ad impia ſua dogmata infundenda.
Catechiſmorũ apud hæreticos pernicies.

Sect. 7 Peſtilentibus Pſeudo prophetarum uocibus, & ſcriptis occurrendũ S. Synodus rectè ſtatuit.

Quamobrẽ Patres Oecumenicę Tridentinę Synodi,

Tr. Syn. ſeſſ. vlt. ſub fin.

cũ tanto, & tã pernicioſo huic malo ſalutarẽ aliquã medicinam adhibere maximè cuperent, non ſatis eſſe putarunt grauiora Catholicæ doctrinæ capita contra noſtri temporis hæreſes decernere; ſed illud præterea ſibi faciendum cenſuerunt, vt certam aliquam formulam, & rationem Chriſtiani populi ab ipſis fidei rudimentis inſtituendi traderent, quam in omnibus Eccleſijs illi ſequerentur, quibus legitimi Paſtoris, & doctoris munus obeundum eſſet.

Duplex antidotum peſtis graſſantis.
Primum.
Secundum

Sect. 8. Neceſſe fuit etiam Oecumenici Concilij ſtudio, ſummique Pontificis auctoritate, poſt tot doctrinę Chriſtianę conſcriptas inſtitutiones, nouum Catechiſmum in paſtoribus proponere.

Multi quidem adhuc in hoc ſcriptionis genere cum magna pietatis, & doctrinæ laude verſati ſunt; ſed tamen Patribus viſum eſt maximè referre, ſi liber ſanctæ Synodi auctoritate ederetur, ex quo Parochi, vel omnes alij, quibus docendi munus impoſitum eſt, certa præcepta petere, atque depromere ad fidelium ædificationem poſſint, quemadmodum *a* vnus eſt Dominus, vna fides, ita etiam vna ſit tradendæ fidei, ad omniaque pietatis officia populum Chriſtianum erudiendi, communis regula, atque præſcriptio.

Editionis huius Catechiſmi ratio. Vide ſecundã ſectionem primi c. de ſymbol. Apoſt.

a Epheſ. 4. 5.

Sect. 9. Non ſunt exactè vniuerſæ noſtræ religionis dogmata hic diſcuſſa.

Ergo, cum multa ſint, quæ ad Chriſtianæ religionis profeſſionem pertinere videantur, nemo exiſtimet illud ſanctæ Sinodi propoſitum fuiſſe, vt omnia Chriſtianæ fidei dogmata, vno libro comprehenſa, ſubtiliter explicarentur (quod ab ijs fieri ſolet, qui ſe profitentur vniuerſæ religionis inſtitutionem, & doctrinam tradere; id enim & infiniti operis fuiſſet, & inſtituto minus conuenire perſpicuum eſt) ſed quoniam parochos, ſacerdoteſque animarum curatores earum rerum cognitione inſtruendos ſuſcepit, quæ paſtoralis muneris maximè propriæ ſunt, & ad fidelium captum accommodatæ, ea tantùm in medium afferri voluit, quæ hac in re pium paſtorum ſtudium, ſi in difficilioribus diuinarum rerum diſputationibus non ita verſati fuerint,

Comparatio huius Catechiſmi cum alijs Catholicorum Catechiſmis.
Paſtorib. præcipue inſeruit hęc inſtructiò & per eorum miniſterium omnibus Chriſtianis.
Multa, quę ad Paſtoris officium pertinẽt tractantur ferè poſteriori parte cuiuſq. ſeſſ Concil. Trid. vbi agitur de reformat.

rint,

ſint, adiuuare poſſent. Quæ cum ita ſint, antequam ad ea ſigillatim tractanda accedamus, quibus huius doctrinæ ſumma continetur, inſtitutæ rei ordo poſtulat, vt pauca quędam exponantur, quę paſtores conſiderare, ſibique ante oculos proponere in primis debent.

Sect. 10. *Cum paſtores animarum onus inſtituendi ſuſcipiunt, quid illis potiſſimùm, vt rite ſuo fungantur munere, ſit conſiderandum.*

Paſtores omnes ſuã doctrinã eo debent primum referre, vt omnes intelligant, quantum beneficium. Deus generi humano per Chriſtum pręſtiterit, quod eſt primum.

Igitur, vt ſciant quònam veluti ad finem omnia eorum conſilia, labores, & ſtudia referenda ſint, quoue pacto id, quod volunt, faciliùs conſequi, & efficere poſſint, illud primũ videtur eſſe, vt ſemper meminerint omnẽ Chriſtiani hominis ſcientiã hoc capite comprehendi, vel potius, quemadmodum Saluator noſter ait. *a* Hęc eſt vita eterna, vt cognoſcant te ſolũ verũ Deum, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum Quamobrẽ in eo pręcipuè Eccleſiaſtici doctoris opera verſabitur, vt fideles ſcire ex animo cupiant: *b* Ieſum Chriſtũ, & hunc crucifixum; ſibique certo perſuadeant, atque intima cordis pietate. & religione credant, *c* aliud nomen non eſſe datum hominibus ſub cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri; *d* ſi quidẽ ipſe propitiatio eſt pro peccatis noſtris. At verò, *e* quia in hoc ſcimus quoniã cognouimus eũ, ſi mandata eius obſeruemus, proximũ eſt, & cũ eo, quod diximus, maximè coniunctum, vt ſimul etiam oſtendat: vitã à fidelibus, non in otio, & deſidia degendã eſſe; verũ oportere, vt, *f* quemadmodum ipſe ambulauit, ita & nos ambulemus, *g* ſectemurq; omni ſtudio iuſtitiã, pietatẽ fidem, charitatẽ, manſuetudinẽ: dedit, enim. *h* ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorẽ bonorum operum, quę Apoſtolus Paſtoribus pręcipit, vt loquãtur, & exhortẽtur. Cum autẽ Dominus, ac Saluator noſter non ſolũ dixerit, ſed etiã exemplo ſuo demonſtrarit. *i* Legem, & Prophetas ex dilectione pendere: Apoſtolus deinde confirmauit *k* charitatem eſſe finem præcepti, ac *l* legis plenitudinem; dubitare nemo poteſt hoc, tanquã præcipuum munus, omni diligentia curandũ eſſe, vt fidelis populus ad immenſã Dei erga nos bonitatẽ amandã excitetur, ac diuino

a Ioan 17. 3.
b 1. Cor. 2.
c Act. 4. 12.
d Ioan 2. 2.
e 1. Io. 2. 3.

Secundum quod Paſtores docendo debent reſpicere, ſunt mandata Chriſti, adquę ſubditi ſunt excitandi.

f 1. Ioan. 2. 6.
g 2. Ti. 2. 22.

Opera eſſe fidei adiungenda, nec quenquam in hac ſola ſibi debere blandiri clarè oſtenditur c. 11. ſeſ. 6. cõcil. Trid. & ca. 20. eiuſdem.

Paulus Præcipit Paſtoribus vt fideles excitent ad pietatis, & charitatis, opera, quod eſt tertium.

h ad Ti. 2. 14.
i Matt. 22. 40.
K 1. Tim. 1. 5
l Rom 13. 11.

Solida felicitas hominis eſt Deo integre per amorem adhærere.

a Pſal. 72. 25.
b 1. Cor. 13. 8.
Omnis doctrina Catholica doctoris ad charitatem dirigenda eſt.

Declaratur, quomodo plenitudo legis ſit dilectio.

Virtus nulla perfecta ſine charitate.

Paſtori auditorũ circũſtantiæ conſiderãdę & inter docendũ ad captum cuiuſque reſpiciendum.

quo iam ardore incenſus, ad ſummũ illud, & perfectiſſimum bonum rapiatur, cui adhęrere ſolidã, & veram fœlicitatem eſſe is planè ſentit, qui illud Prophetæ dicere poterit, *a* Quid enim mihi eſt in cęlo, & à te quid volui ſuper terrã? Hæc nimirũ eſt via illa excellentior, quam idem *b* Apoſtolus demonſtrauit, cũ omnem doctrinę, & inſtitutionis ſuę rationem ad charitatem, quę nunquam excidit, dirigeret. Siuè enim credendum, ſiue ſperandum, ſiue agendum aliquid proponatur, ita in eo ſemper charitas Domini noſtri cõmendari debet, vt quis perſpiciat omnia perfectæ Chriſtianę virtutis opera non aliunde, quàm dilectione ortũ habere, neque ad alium finem, quam ad dilectionem referenda eſſe.

Sect. 11. Non ſatis eſt Paſtores ad duos illos fines in docendum reſpicere, ſed ſe ad captum cuiuſque debent accommodare.

Cum autem, in omni re tradenda, plurimum interſit, vtrũ hoc, an illo modo aliquid doceas; tùm verò hoc in Chriſtiani populi inſtitutione maximi mométi exiſtimãdum eſt. Obſeruanda eſt enim audientiũ ętas, ingeniũ, mores, conditio, vt, qui docẽdi munus exercet, omnia omnibus *b* efficiatur, vt & omnes Chriſto lucrifaciat, & *c* ſeipsũ fidelẽ miniſtrũ, & diſpenſatorẽ probare poſſit, ac, *d* veluti ſeruus bonus & fidelis, dignus ſit, qui ſuper multa conſtituatur à Domino. Neque verò vnius tãtũ generis homines fidei ſuę cõmiſſos eſſe arbitretur, vt pręſcripta quadã, & certa docendi formula erudire, atque ad veram pietatem inſtituere ęquè omnes fideles poſſit; ſed, cũ alij veluti modò geniti infantes ſint, alij in Chriſto adoleſcere incipiant, nõnulli verò quodamodò cõfirmata ſint ętate, neceſſe eſt diligẽter cõſiderare, quibus *f* lacte, quibus ſolidiore cibo opus ſit, ac ſingulis ea doctrinæ alimenta prębere, quę ſpiritum augeant, *g* donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionis filij Dei, in virũ perfectũ, in menſurã ętatis plenitudinis Chriſti. Id verò Apoſtolus in ſeipſo omnibus obſeruandum indicauit, cũ *h* dixit, ſe Gręcis, & barbaris, ſapientibus, & inſipientibus debitorẽ eſſe, vt videlicet intelligerẽt, qui ad hoc miniſteriũ vocati sũt, ita in tradẽdis fidei myſterijs, ac vitę pręceptis doctrinam

b 1. Cor. 9. 10. 22.
c 1. Cor. 4. 1.
d Mat. 25. 23.
1. Pet. 2. 22
f 1. Cor. 2. Hebr. 5. 12.
g Eph. 4. 13.

Paulus veri Paſtoris exemplar.

h Rom. 1. 14.

nam ad audientium ſenſum, atque intelligentiã accommodari oportere, vt, cum eorum animos, qui exercitatos ſenſus habẽt, ſpirituali cibo expleuerint, ne interim paruulos fame perire patiantur, vt, *a* qui panẽ petãt, & non ſit, qui frangat eis. Neque verò cuiuſquam ſtudium in docendo retardari debet, propterea quòd interdum neceſſe ſit auditorem earum rerũ præceptis inſtrui, quę leuiores, & humiliores vidẽtur, nec ſine moleſtia ab ijs potiſſimùm tractari ſolent, quorum animus in ſublimiũ rerum contemplatione verſatur, ac conquieſcit. Nam, ſi ipſa ęterni Patris Sapientia in terras deſcẽdit, vt in carnis noſtrę humilitate cœleſtis vitę pręcepta nobis traderet; quem non compellat charitas Chriſti, *b* vt paruulus fiat in medio fratrum ſuorũ, &, tanquam nutrix fouens filios ſuos, ita cupidè proximorum ſalutem deſideret; vt, quod de ſe ipſo Apoſtolus teſtatur, *c* eis velit non ſolũ Euangelium Dei, ſed etiam animam tradere?

a Thre. 4. 4. Non eſſe hoc exercitum ob rerum leuitatem contemnendum.

Ab exemplo Chriſti.

b 1. The. 2. 7.

c Ibid. 2. 8.

Sect. 12 Cum Deus viſibilem ſui præſentiam nobis ſubduxerit, Paſtores eius verbum haurient ex Scriptura. et traditionibus.

Omnis autem doctrinæ ratio, quæ fidelibus tradenda ſit, verbo Dei cõtinetur, quod in ſcripturã traditioneſq; diſtributum eſt. Itaque in harum rerum meditatione Paſtores die, nocteque verſabuntur, memores illius D. Pauli admonitionis, quam ad Timotheum ſcriptã, omnes, quicumque animarum curæ prępoſiti ſunt, ad ſe pertinere exiſtimabunt. Eſt autem hæc admonitio in hunc modum. *d* Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Eſt enim *e* omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonũ inſtructus. Sed quoniã, quæ diuinitus tradita fuerunt, multa ſunt & varia, vt nec ita facilè, aut animo comprehendi, aut etiam mente comprehenſa, memoria teneri poſſint, vt, cum ſe obtulerit docendi occaſio, eorum parata ſit, & prompta explicatio, ſapientiſſimè maiores noſtri totã hanc vim, & rationẽ ſalutaris doctrinæ, in quatuor hęc capita redactam, diſtribuerunt, Apoſtolorum Symbolum, Sacramenta, Decalogũ,

Doctrina fidei Catholicę ſcriptura, & traditionibus continetur.

d 1. Tim. 4. 13
e 2. Tim. 3. 16 17.

De verbo Dei ſcripto, & nõ ſcripto extat peculiare decretum ſeſſ. 4. Concil. Trid. Traditionum Eccleſiæ varietas.

Traditiones ī quatuor capita diſtributæ. Primum.

Secundum.

Tertium.

a 1. Tim. 1. 5.

Quartum.

Traditionum quatuor capita ſunt veluti cõmunes ſcripturæ loci ad quorum aliquod omnis labor docentis reſpicere debet.

Dominicã orationē. Nam omnia, quæ Chriſtianæ fidei diſciplina tenenda ſunt, ſiue ad Dei cognitionē, ſiue ad mundi creationem, & gubernationem, ſiue ad humani generis redemptionem ſpectent, ſiue ad bonorum præmia, & malorum pœnas pertineant, Symboli doctrina continentur. Quæ autem ſigna ſunt, & tanquam inſtrumenta, ad diuinam gratiam conſequendam, hæc ſeptē ſacramentorum doctrina complectitur. Iam verò quæ ad leges referuntur, *a* quorum finis eſt Charitas, Decalogo deſcripta ſunt. Quidquid denique ab omnibus optari, ſperari, ac ſalutariter peti poſſit, Dominica precatione comprehenditur. Quare ſequitur, vt, explanatis quatuor his quaſi communibus ſacræ ſcripturæ locis, nihil ferè ad eorum intelligentiam, quæ Chriſtiano homini diſcenda ſunt, deſiderari poſſit.

Sect. 13. Qua methodo Parochi explicationē Euangelij cum Catechiſmi explicatione coniungent.

Vide indicem nouum, quem huic operi adiunximus.

Itaque viſum eſt monere Parochos, vt quoties vſu venerit, vt illi aliquid interpretentur Euangelij, vel quemuis alium diuinę ſcripturę locum, intelligant eius loci, quicunque is fuerit, ſententiam cadere ſub vnum aliquod quatuor illorum capitum, quæ diximus, quò, tanquam ad eius doctrinæ fontem, quod explicandum ſit, confugient; exempli cauſa, ſi explanandum ſit illud Euangelium primæ Dominicæ Aduentus: *b* Erunt ſigna in Sole, & Luna, &c. quę ad eam rationem pertinēt, tradita ſunt illo ſymboli Articulo: Venturus eſt iudicare viuos, & mortuos: quibus inde aſſumptis, Paſtor vna, eademque opera fidelem populum & Symbolum, & Euangelium docebit. Quare in omni docendi, & interpretandi munere, hanc conſuetudinem tenebit dirigēdi omnia ad prima illa quatuor genera, ad quæ referri vniuerſam diuinæ ſcripturæ vim, atque doctrinam diximus. Docendi autem ordinem eum adhibebit, qui & perſonis, & tempori accommodatus videbitur: nos Patrum auctoritatem ſecuti, qui in initiandis Chriſto Domino, & in eius diſciplina inſtruendis hominibus, à fidei doctrina initium fecerunt, operæ pretium duximus, quę ad fidem pertinent, priùs explicare.

b Luc. 21. 29.

Paſtores Eccleſiarum debere ſuas conciones iuxta huius Catechiſmi doctrinam inſtituere ſtatuitur. ca. 7. Decreto de reform. ſeſſionis 14. Cōcil. Trid. A fidei doctrina incipiendum.

De fide, & ſymbolo fidei pars prima.

CATECHISMI ROMANI.

Pars Prima.

DE FIDE, ET SYMBOLO FIDEI,

CAP. I.

Sect. I. *Quid ſit fides hoc loco, et quæ eius ad ſalutem neceſſitas.*

SEd, quoniam in diuinis litteris multiplex eſt fidei ſignificatio, nos hic de ea loquimur, cui omnino aſſentimur veris, quę tradita ſunt diuinitùs. Hanc autem ad ſalutem conſequendam eſſe neceſſariam nemo iure dubitabit, pręſertim cum ſcriptum ſit: *a* Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Cum enim finis, qui ad beatitudinem homini propoſitus eſt, altior ſit, quàm vt humanæ mentis acie perſpici poſſit, neceſſe ei erat ipſius à Deo cognitionem accipere. Hęc verò cognitio nihil aliud eſt, niſi fides, cuius virtus efficit, vt id ratum habeamus, quod à Deo traditum eſſe ſanctæ Matris Eccleſię auctoritas comprobarit. Nulla enim fidelibus poteſt accidere dubitatio in ijs, quorum Deus auctor eſt, *b* qui eſt ipſa veritas. Ex quo intelligimus, quantum inter hanc fidem, quàm à Deo habemus, interſit, & illam, quàm humanæ hiſtorię ſcriptoribus adhibemus. Fides autem quamquam late pateat, & magnitudine, ac dignitate differat; eſt enim ſic in ſacris litteris *c* Modicæ fidei, quare dubitaſti? &, *d* Magna eſt fides

Tho. 2. 2. qu. 11 art. 1. deficitionem fide examinat.
a Ad Hebr. 11. 6.
Quam ſit fides ad iuſtificationem, & ſalutem conſequendam, neceſſaria reperatur ex ſeſ 6. Conc. Tri. Decr. de iuſti pręſertim c. 6. 7. 8.
fidei definitio illuſtretur:
Quod autem ſit Eccleſię de vero ſéſu ſcripturarum, & verbi Dei iudicare, ſeſs. 4. Cõc. Trid. decr. de editione, & vſu ſacrorũ librorũ oſtenditur.
b Io. 1. 26 Fides catholica etſi vna ſit, tamen ex perſonarũ qualitate diuerſos habet gradus ita Thom. 2. 2 queſt. 5. art 5.
c Matt. 4. 31.
d Luc. 17. 18.

a Mat. 15. 26. b Ad Galat. 5. Iac. c. 7. 20. De vnitate fidei agit. Tho. 2. 2. qu 4 art. 6.

fides tua, & Adauge nobis fidem. Item *a* Fides ſine operibus mortua eſt Et *b* Fides, quę per charitatem operatur. Tamen eſt idem genere, & diuerſis fidei gradibus eadem definitionis vis, & ratio conuenit. Quam verò fructuoſa ſit, & quantam ex ea vtilitatem capiamus, in articulorum explicatione dicetur.

Sect 2. *Quando, & qua de cauſa hęc duodecim ab Apoſtolis ſint tradita.*

De fide tractant Doctores in 3. ſent. qu. 23. 24. 25.

Quæ igitur primum Chriſtiani homines tenere debent, illa ſunt, quę fidei duces, doctoreſque ſancti Apoſtoli diuino ſpiritu afflati duodecim Symboli articulis diſtinxerunt. Nam, cum mandatum à Domino accepiſſent, *c* vt, pro ipſo legatione fungentes, in vniuerſum mundum proficiſcerentur, *d* atque omni creaturæ Euangelium prędicarent, Chriſtianæ fidei formulam componendam cenſuerunt, vt .ſ. *d* idipſum omnes ſentirent, ac dicerent, neque vlla eſſent inter eos ſchiſmata, quos ad fidei vnitatem vocaſſent, ſed eſſent perfecti in eodem ſenſu, & in eadem † ſententia.

c Mat. 28. 20. d Mar. 16. 15. 1. Cor. 10.

Sect. 3. *Symbolum vnde ſit dictum.*

† Quamuis vulgata editio habeat ſcientia, Græca tamen, & Syriaca, & manu ſcripta exemplaria habent ſententia.

Hanc autem Chriſtianę fidei, & ſpei profeſſionem à ſe compoſitam, Apoſtoli Symbolum appellauerunt; ſiuè, quia ex varijs ſententijs, quas ſinguli in commune contulerunt, collata eſt: ſiue, quia ea veluti nota, & teſſera quadam vterentur, qua deſertores, *e* & ſubintroductos falſos fratres, qui Euangelium adulterabant, ab ijs, qui verè Chriſti militię ſacramento ſe obligarent, facilè poſſent internoſcere.

e Galat. 24. Primam expoſitionem ſequitur Tho. 2. 2. qu. 1. art. 9.

Sect. 4 *Quæ Symboli huius ſit neceſſitas, & quot in partes diuidatur.*

Chriſtiano præcipue credendum eſt Deum, eſſe trinum & vnum

Credo in Deum. Cum multa in Chriſtiana religione fidelibus proponantur, quorum ſingillatim, vel vniuerſè certam, & firmam fidem habere oportet; tum verò illud primò, ac neceſſariò omnibus credendum

eſt

eſt, quod (veluti veritatis fundamentum, ac ſumma) de diuinę eſſentię vnitate, & trium perſonarum diſtinctione, earumque actionibus, quę pręcipua quadam ratione illis attribuuntur, Deus ipſe nos docuit. Huius myſterij doctrinam breuiter in Symbolo Apoſtolorum comprehenſam eſſe Parochus docebit. Nam, vt maiores noſtri, qui in hoc argumento piè, & accuratè verſati ſunt, obſeruauerunt, in tres potiſſimum partes ita diſtributum videtur; vt in vna, diuinę naturę prima perſona, & mirum creationis opus deſcribatur: in altera, ſecunda perſona, & humanę redemptionis myſterium in tertia, tertia item perſona, caput, & fons ſanctitatis: noſtrę varijs & aptiſſimis ſententijs concludatur. Eas autem ſententias, ſimilitudine quadam à Patribus noſtris frequenter vſurpata, articulos appellamus. Vt enim corporis membra articulis diſtinguuntur; ita etiam in hac fidei confeſſione, quidquid diſtinctè & ſeparatim ab alio, nobis credendum eſt, rectè, & appoſitè articulum dicimus.

Tho 2.2.qu.2. art.8.

Symboli Apoſtolici tres partes tribus perſonis diuinis ſunt accommodatæ.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Singulæ Symboli ſententię quæ ſunt veluti fidei Apoſtolicæ decreta cur articuli vocati.

Quid articul. Sic Tho. 2. 2. qu. 1. art. 6. & in eadem qu. artic. 7. docet eſſe principia per ſe nota, & art. 8. cur eo modo numerent.

CAP. II.



PETRVS.

Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem Cœli, & Terræ.

Sect. 1. Explicatur breuiter primus articulus.

Primi articuli breuis expoſitio, quę poſtea minutim examinatur.
a Gen. 1.2.& ſequent. Pſal.32 6.135. 5 Act.14.15.17 24.
Syngula Symboli verba.

HIs verbis ea ſententia ſubiecta eſt: Certò credo, ac ſine vlla dubitatione profiteor Deum Patrē, primā.ſ Trinitatis perſonā, *a* qui ſua omnipotenti virtute cęlū ipſum & terrā, & omnia, quę cęli & terrę ambitu cōtinentur, ex nihilo cōdidit, & condita tuetur, ac regit; neq; eum ſolū corde credo, & ore confiteor, verū sūmo ſtudio ac pietate, ad illū, veluti ſummū & perfectiſſimū bonum, contendo. Hęc igitur ſit breuis quędam primi huius articuli comprehenſio. Sed, quoniam magna myſteria in ſingulis ferè verbis latent, ea nunc diligentiùs Parocho perpendenda ſunt: vt, quantū Dominus permiſerit, ad eius maieſtatis gloriā contemplandam cū timore, & tremore fidelis populus accedat.

2 Cre.

2 *Credendi verbum quid ſignificet.*

Igitur credendi vox, hoc loco putare, exiſtimare, opinari, non ſignificat, ſed, vt docent ſacræ litteræ, certiſſimæ aſſenſionis vim habet, qua mens Deo, ſua myſteria aperienti, firmè conſtanterque aſſentitur. Quamobrem is credit (quod ad huius loci explicationem attinet) cui aliquid ſine vlla hæſitatione certum, & perſuaſum eſt. Neque verò exiſtimare, quiſquam debet, fidei notitiam minùs certam eſſe, quòd ea non cernantur, quæ nobis credenda fides proponit. Etenim diuinum lumen, quo ea percipimus, tametſi rebus perſpicuitatem non afferat; nos tamen de his dubitare non ſinit; Deus enim, *a* qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris, *b* vt non ſit nobis opertum Euangelium, ſicut ijs, qui pereunt.

Verbi huius, Credo in materia fidei euangelicæ acceptio, & profeſſio. Thom. 2. 2. qu. 2. art. 1.

Conferantur hæc cum ſectione I ſuperioris capitis.

Fidei notitia propter infallibilem, quæ a Deo mentibus infunditur, veritatem eſſe certam.

a 2. Cor. 4. 6. b Ibid. 7.

3 *Quę in Symbolo proponuntur, non curioſè ſcrutanda, ſed ſimpliciter aſſerenda ſunt.*

Iam verò ex ijs, quæ dicta ſunt, conſequitur eum, qui cæleſti hac fidei cognitione præditus eſt, inquirendi curioſitate liberum eſſe. Deus enim, cum iuſſit nos credere, non diuina iudicia ſcrutanda, eorumque rationem, & cauſam perquirendam nobis propoſuit, ſed immutabilem fidem præcepit, quæ efficit, vt animus in æternæ veritatis notitia conquieſcat. Ac profectò, cum Apoſtolus teſtetur: *c* Deus verax eſt, *d* omnis autem homo mendax: ſi arrogantis, & impudentis hominis eſt graui ac ſapienti viro aliquid affirmanti fidê non habere, ſed præterea vrgere, vt, quod dixerit, rationibus, aut teſtibus probetur; cuius temeritatis, atque adeò ſtultitiæ fuerit, Dei voces audientem, cæleſtis, ac ſalutaris doctrinæ, rationes requirere? Fides itaque, ſecluſa omni non ſolum ambiguitate, ſed etiam demonſtrandi ſtudio, tenenda eſt.

Curioſus veritatis indagator eſt modicę fidei.

c Ad Ro. 3. 4. d Pſal 116. 11

A minori ad maius.

Fides non fert ambiguitatê, nec demonſtrationem requirit.

4 *Non ſufficit ad ſalutem credere, ſed etiam fidem profiteri neceſſarium eſt.*

Verum illud pręterea doceat Parochus, eum, qui dicit, Credo, præterquam quòd intimum mentis ſuæ aſſenſum declarat, qui interior fidei actus eſt, debere id, quod

Fidei actus interior, & exterior.

Actio fidei interior voce declaranda.

quod animo incluſum habet, aperta fidei profeſſione prefferre, ſummaque alacritate palam fateri, ac prędicare. Oportet enim fideles eum ſpiritum habere, quo fretus Propheta dixit: *a* Credidi, propter quod locutus ſum: imitari Apoſtolos, qui ad Principes populi reſponderunt: *b* Non poſſumus, quę vidimus, & audiuimus, non loqui; Diui Pauli pręclara illa voce excitari *c* Non erubeſco Euangelium: Virtus enim Dei eſt, in ſalutem omni credenti: Item, quo maximè huius ſententię veritas confirmatur, *d* Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

a Pſal 115 10.
b Act. 4, 20.
c Ad Roma. 16.
d Ad Rom. 10 10.

5 *Fidei Chriſtianę excellentia.*

In Deum. Hinc iam Chriſtianę ſapientię dignitatem & pręſtantiam, ex eaque, quantum diuinę bonitati debeamus, cognoſcere licet, quibus datum eſt, ſtatim ad rei pręſtantiſſimæ, maximèque expetendę cognitionem, quaſi fidei gradibus aſcendere.

Chriſtianæ ſapientiæ, quę fide, ſpe, & caritate perficitur, dignitas.

6 *Quantum differat Chriſtiana de Deo ſapientia à philoſophica rerum diuinarum notitia.*

In hoc enim multum inter ſe differunt Chriſtiana Philoſophia, & huius ſęculi ſapientia, quòd hęc quidē naturalis tantùm luminis ductu ab effectibus, & ab ijs, quę ſenſibus percipiuntur, paulatim progreſſa, non niſi poſt longos labores, vix tandem *e* inuiſibilia Dei contemplatur, primamque omnium rerum cauſam & auctorem agnoſcit, atque intelligit; contra verò illa humanę mentis aciem ita exacuit, vt in cęlum nullo labore penetrare poſſit, atque diuino ſplendore colluſtrata, primò ęternum ipſum luminis fontem, deinde, quę infra ipſum poſita ſunt intueri, *f* vt nos vocatos eſſe de tenebris in admirabile lumen, quod eſt apud Apoſtolorum principem, cū ſumma animi iucunditate experiamur, *g* & credentes, exultemus lętitia inenarrabili. Rectè igitur fideles primo ſe in Deum credere profitentur, cuius maieſtatem, ex *h* Hieremię ſententia incomprehenſibilem eſſe dicimus: *i* Lucē enim, vt ait Apoſtolus, inhabitat inaceſſibilem, quem nullus hominum vidit, ſed nec vidère poteſt Cum enim ad Moyſem loqueretur: *k* Non videbit me, inquid, homo, &

Profuerit hæc conferre cum ijs, quæ de cæleſti, & perfectiori Dei cognitione, ſect. 6. art. 12. explicantur.
e Rom 1. 20.
Obſcurā quādam Dei cognitionē philoſophia vix præbet.
Chriſtiana ſapientia ad certā Dei notitiā adducit Fidei ſumma Symbolo comprehenſa.
f 1. Petr. 29.
g 1. Petr. 18.
h Ier. 32. 19.
i 1 Tim. 6 16.
k Exod. 33. 20

& viret. Nam, vt mens noſtra Deum, quo nihil eſt ſublimius, perueniat, neceſſe eſt eam omnino à ſenſibus abſtractam eſſe: cuius rei facultatem in hac vita naturaliter non habemus. Sed quamuis hęc ita ſint, *a* non reliquit tamen Deus, vt inquit Apoſtolus, ſemetipſum ſine teſtimonio, benefaciens, de cęlo dans pluuias, & tēpora fructifera, implens cibo, & lętitia corda hominū. Quę cauſa fuit Philoſophis, nihil abiectum de Deo ſentiendi, &, quidquid corporeum, quidquid concretum, & admiſtum eſt, ab eo longiſſimè remouendi, cui etiam bonorum omnium perfectā vim, & copiam tribuerunt, vt ab eo, tāquam à perpetuo quodā, & inexhauſto fonte bonitatis, ac benignitatis, omnia, ac omnes creatas res, atque naturas, perfecta bona dimanare; quem ſapiētem, veritatis auctorem, & amantem, iuſtum, beneficentiſſimum, & alijs nominibus appellauerunt, quibus ſumma, & abſoluta perfectio continetur; cuius immenſam, & infinitam virtutem omnem complentem locū, & per omnia pertinentē eſſe dixerunt. Hoc ex diuinis litteris longè melius conſtat, & illuſtrius, vt illo loco *b* Spiritus eſt Deus item *c* Eſtote vos perfecti, ſicut & Pater veſter cęleſtis perfectus eſt, tum, *d* Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius; & illud, *e* O altitudo diuitiarum ſapientię & ſcientiæ Dei; deinde, *f* Deus verax eſt *g* Ego ſum via, & veritas, & vita; pręterea, *h* Iuſticia plena eſt dextera tua; denique, *i* Aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione. poſtremo, *k* Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Et, Si aſcendero in cęlum, tu illic es; ſi deſcendero in infernum, ades: ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, &c. Et *l* Nunquid non cęlum, & terram ego impleo? dicit Dominus. Magna & pręclara hæc ſunt: quæ de Dei natura ſacrorum librorum auctoritati conſentanea, & conſequentia ex rerum effectarum inueſtigatione Philoſophi cognouerunt: quamquam in eo etiam cæleſtis doctrinę neceſſitatem cognoſcimus, ſi animaduertamus, fidem non ſolum hoc præſtare, quemadmodum ſupra dictum eſt, vt, quæ viri tantū ſapientes longo ſtudio conſecuti ſunt, ea rudibus quoque, & imperitis hominibus ſtatim pateāt, atque in prom-

a Act. 14. 16. Deus ſuam excellentiam & bonitatē Ethnicis, quo ſe magis à terrenis ſenſibus abducerent. per ea quæ facta ſunt, oſtentauit.

Certius, et clarius ſe Deus hominibus cognoſcendum præbuit ſuo verbo.

b Ioan. 4. 24.
c Matt. 5. 18.
d Hebr. 4. 13.
e Rom. 12. 53
f Rom. 3 4.
g Ioan. 14. 6.
h Pſal 41. 12.
i Pſal. 144. 16.

k Pſa. 130. 7. 8 9.

l Hie. 23. 24.

Ad Philoſophica de Deo notitiam cur neceſſaria fuerit fidei doctrina.

promptu ſint: verum, vt rerum notitia, quæ fidei diſciplina comparatur, multo certior, atq; ab omni errore purior in mentibus noſtris inſideat, quam ſi eas ipſas res, humana ſcientia comprehenſas, animus intelligeret. Sed quantò præſtantior diuini numinis cognitio cenſenda eſt, ad quam non communiter omnibus naturæ contemplatio, ſed propriè credentibus fidei lumen aditum patefecit? Hæc autem Symboli articulis continetur, qui nobis diuinæ eſſentiæ vnitatem, & trium perſonarum diſtinctionem, tum verò ipſum Deum eſſe vltimũ hominis finem aperiunt, à quo cæleſtis, æterneque beatitudinis poſſeſſio expectanda ſit; ſiquidem à Diuo Paulo didicimus, *a* Deum inquirentibus ſe remuneratorem eſſe. Hæc quanta ſint, & an eius generis ſint bona, ad quæ humana cognitio aſpirare potuerit, multò ante eundem *b* Apoſtolum Iſaias Propheta his verbis oſtendit: *c* A ſęculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit, Deus, abſque te, quæ præparaſti expectantibus te.

a Hebr. 11. 6.
b 1. Cor. 2. 5. 9
Iſaiæ. 64. 4.

7 *Vnum Deum eſſe, non plures Deos, confitendum eſt.*

Sed ex his, quæ diximus, vnum etiam Deum eſſe, non plures Deos confitendum eſt; Nam, cum Deo ſummam bonitatem, & perfectionem tribuamus, fieri non poteſt, vt id, quod ſummum, atque abſolutiſſimum eſt, inueniatur in pluribus. Quod ſi cui aliquid ad ſummum deeſt, eo ipſo imperfectus eſt; quare, nec Dei natura illi conuenit. Hoc autem multis ſacrarum litterarum locis comprobatur, ſcriptum eſt enim; *d* Audi, Iſrael, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt. præterea eſt Domini iuſſum. *e* Non habebis Deos alienos coram me? deinde per Prophetam ſæpe admonet: *f* Ego primus, & ego nouiſſimus, & abſque me non eſt Deus. Apoſtolus etiam palam teſtatur: *g* Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma.

d Deut. 6. 4.
e Exod. 20. 3.
f Iſaiæ 44. 6. & 48. 12. & 47. 4.
Apoc. 1. 18. & 21. 13.
g Eph. 4. 5.

8 *Creatis naturis Dei nomen interdum tribuitur, ſed impropriè.*

Neque verò nos moueat, quod interdum ſacræ litteræ Dei nomen creatis etiam naturis imponunt. Nam,

quod

quod *a* prophetas & iudices Deos appellarunt, non gentium more factum eſt, quæ ſibi plures Deos ſtultè, & impiè finxerunt, ſed quadam loquendi conſuetudine ſignificare voluerunt excellentem aliquam virtutem, vel functionem, quæ à Dei munere illis conceſſa ſit. Deum igitur natura, ſubſtantia, eſſentia, vnum, quemadmodum ad confirmandam veritatem in *b* Symbolo Nicœni Concilij dictum eſt, Chriſtiana fides credit, & profitetur: ſed altius etiam aſcendens ita vnum intelligit, *c* vt vnitatem in Trinitate, & Trinitaté in vnitate veneretur: de quo nobis myſterio nunc dicere incipiendū eſt.

a Exod. 7. 13. et 22. 27.
Pſal. 31. 6.
Prophetæ, et iudices interdum Dij vocati propter excelentem quádam virtuté, quæ in illis elucebat Vid. ſect. 6.
vlt. artic. et Sym. Nic.
b Athanaſ. in Symbol.

9 *Deus generali ratione omnium, hominum, peculiari autem Chriſtianorum pater dicitur.*

Sequitur enim in Symbolo, Patrem: ſed, quoniam Patris vox non vna ratione Deo tribuitur, illud priùs declarandum erit, quæ ſit magis propria huius loci ſignificatio. Deum nonnulli etiam, quorum tenebris fides lucem non attulit, æternam ſubſtantiam eſſe intellexerunt, à qua res ortæ eſſent, & cuius prouidentia omnia gubernarentur, ſuumq. ordinem, & ſtatum conſeruarent. Ex humanis igitur rebus ducta ſimilitudine, quemadmodùm eum, à quo familia propagata eſt, cuiuſque conſilio, & imperio regitur, patrem vocabant: ita hac ratione factum eſt, vt Deum, quem omnium rerum opificē, & rectorē agnoſcebant, Patrē appellari voluerint. Eodē nomine ſacrę etiā litterę vſę ſunt, cum de Deo loquentes vniuerſorū creationē, poteſtatē, admirabilemq. prouidentiam ei tribuendā indicarent, legimus enim, *d* Nunquid nō ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te? & alibi, *e* Nūquid nō Pater vnus omnium noſtrū? Nunquid non Deus vnus creauit nos? At verò multò frequentiùs, & peculiari quodam nomine, præſertim in noui Teſtamenti libris, Deus Pater Chriſtianorum dicitur, qui *f* non acceperunt ſpiritum ſeruitutis in timore; ſed acceperunt ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamant, Abba pater *f* eam enim charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus; *g* quod ſi filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, *h* qui eſt primogenitus in multis fratribus; nec confunditur vocare nos fratres,

Deus primatis et generali ratione dicitur hominum pater, quia eos vt res cęteras produxit et ſingulari prouidentia gubernat.
Hæc de re plura initio.
c. 9. de oratione Dominica
c Deut. 23. 9.
d Mal. 2. 10.
Deus ſecundo peculiariter dicitur pater fidelium propter adoptionem.
e Rom. 8. 19.
Quæ obiter hic attinguntur, latius ſec. 7. de precatione Dominica explicabūtur.
f. 1. Ioan. 3. 1.
g Rom. 8. 17.
h Hebr. 2. 11.

Siue igitur communem creationis & prouidentiæ, ſiue præcipuam ſpiritualis adoptionis cauſam ſpectes, meritò fideles, Deum Patrem ſe credere profitentur.

Pia meditatio circa nomen Pater in diuinis, & de perſonarum proprietatibus. a Tim. 16.

10. *Ex hac voce Patris quę colligenda myſteria, & de diſtinctione perſonarum in diuinis.*

Verùm, præter eas notiones, quas explicauimus, Patris nomine audito, ad altiora myſteria mentem erigendam eſſe Parochus docebit. Quod enim *a* in luce illa inacceſſibili, quam inhabitat Deus, magis reconditũ, & abſtruſum eſt, quodque humana ratio, & intelligentia non conſequi, aut ne ſuſpicari quidẽ poterat, id Patris vocabulo diuina oracula nobis aperire incipiũt. Indicat autem hoc nomen in vna diuinitatis eſsẽtia nõ vnam tãtum perſonã, ſed perſonarum diſtinctionẽ credendam eſſe. Tres enim ſunt in vna diuinitate perſonæ: Patris, quià nullo genitus eſt: Filij, qui ãte omnia ſæcula à Patre genitus eſt: Spiritus ſancti, qui itidẽ ab ęterno ex Patre, & Filio procedit. Atqui Pater eſt in vna diuinitatis ſubſtantia prima perſona, qui cũ Vnigenito Filio ſuo, & Spiritu ſãcto, vnus eſt Deus, vnus eſt Dominus, nõ in vnius ſingularitate perſonæ, ſed in vnius Trinitate ſubſtãtiæ. Iam verò hę tres perſonę, cũ in iis quidquam diſſimile, aut diſpar cogitare nefas ſit, ſuis tãtummodo proprietatibus diſtinctę intelligũtur. Pater ſiquidẽ ingenitus eſt: Filius à Patre genitus; Spiritus ſanctus ab vtroque procedit. Atque ita triũ perſonarũ eãdem eſsẽtiam, eandẽ ſubſtantiam cõfitemur, vt in cõfeſſione veræ ſempiternæque Deitatis, & in perſonis proprietatẽ, & in eſsẽtia vnitatẽ, & in Trinitate ęqualitatẽ, piè, & ſãctè colendã credamus. Namq; cum Patris primam eſſe perſonã dicimus, hoc nõ ita accipiendũ eſt, perinde ac ſi aliquid in Trinitate, prius aut poſterius, maius aut minus cogitemus; abſit enim hæc à fideliũ mentibus impietas, cum eãdem æternitatẽ, eãdem gloriæ maieſtatem in tribus perſonis Chriſtiana religio prędicet. Sed Patrem propterea, quod ipſe ſit principium ſine principio, primã eſſe perſonam verè, & ſine vlla dubitatione affirmamus: quæ quidem, vti Patris proprietate diſtincta eſt, ita in vnã illam præcipuè hoc conuenit, quod Filium

Tertio Patris nomen vnius eſſentiæ plures eſſe perſonas arguit.

Præfat. Miſſæ de S. Tri. Trinitas non ex diſſimilitudine eſſentiæ, ſed externa diſtinctione proprietatum, quæ in perſonis diuinis inueniũtur, exiſtimanda eſt, In Trinitate nihil maius, aut minus Symbol. Athan.

Primæ Trinitatis perſonæ cur Pater nomẽ tribuatur

Patris proprietas filium ab æterno genuiſſe.

lium

lium ab æterno genuerit: ſemper enim Deum ſimul, & Patrẽ fuiſſe nobis ſignificatur, cũ Dei, & Patris nomina coniuncta in hac cõfeſſione pronunciamus. Verum, quoniã in nullius rei, quã in huius omniũ altiſſimę, ac difficillimę, notitia, atque explicatione, aut periculoſiùs verſari, aut grauiùs errare poſſumus: doceat Parochus, religiosè retinẽda eſſe eſsẽtię, & perſonę propria vocabula, quibus hoc myſteriũ ſignificatur, vt ſciant fideles, vnitatẽ eſſe in eſsẽtia, diſtinctionẽ autẽ in perſonis. Sed hæc ſubtiliùs exquirere nihil oportet, cũ meminerimus illi⁹ vocis: *a* Qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria; ſatis enim videri debet, quod fide certũ, & exploratũ habemus, nos à Deo (cuius oraculis non aſsẽtiri extremæ ſtultitię, atq; miſerię eſt) ita edoctos eſſe: *b* Docete, inquit, omnes gẽtes, baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſãcti. Rurſus *c* Tres sũt, qui teſtimoniũ dant in cœlo, Pater, Verbũ, & Spiritus ſãctus, & hi tres vnũ ſunt. Oret tamẽ aſſiduè, ac precetur Deũ, & Patrem, qui vniuerſa ex nihilo condidit, *d* diſponitq; omnia ſuauiter; qui *e* dedit nobis poteſtatem, filios Dei fieri, qui Trinitatis myſteriũ, humanę mẽti patefecit, oret, inquã, ſine intermiſſione, qui diuino beneficio hæc credit, vt aliquando in æterna tabernacula receptus, dignus ſit, qui videat, quæ tanta ſit Dei Patris fęcunditas, vt ſeipsũ intuens, atq; intelligẽs, parem, & æqualẽ ſibi filiũ gignat; quo vè modo duorũ idẽ plane, & par charitatis amor, qui Spiritus Sãctus eſt, à Patre, & Filio procedẽs, genitorem, & genitũ ęterno, atq; indiſſolubili vinculo interſe cõnectat: atq; ita diuinę Trinitatis vna ſit eſsẽtia, & triũ pſonarũ pfecta diſtinctio.

Diuinitatis vnitas in eſſẽtia, Trinitas in perſonis admittenda.

a Prou. 25. 27.

b Mat. 28. 19. c 1. Ioan. 5. 7. precibus agẽdũ apud Deũ, vt altiſſimũ Trinitatis myſteriũ fide hic tantum comprehẽſum aliquando & ipſi degustemus. d. Sap 8. 1 e Ioan. 1. 12.

11 *Nomine omnipotentis quid hic intelligamus.*

Omnipotentem ſolent ſacrę ſcripturæ multis nominibus Dei ſummã vim, & immensã maieſtatẽ explicare, vt oſtendãt, quãta religione, & pietate illius ſanctiſſimũ nomen colendum ſit, ſed in primis doceat parochus, illi omnipotentem vim frequentiſſimè tribui. Ipſe enim de ſe dicit *f* Ego Dominus omnipotens; & rurſus Iacob, cũ filios ad Ioſeph mitteret, ita illis precatus eſt: *g* Deus autẽ meus oĩpotens faciat vobis eũ placabilẽ. deinde verò

Dei maieſtas multis nominibus in ſcripturis exponitur.

Omnipotẽtia Deo frequentius tribuitur f Gen. 17. 1. g Gen. 43. 14.

a Apoc. 1. 8.
† Apoc. 16. 14.

in Apoc. ſcriptum eſt, *a* Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, omnipotẽs; & alibi † Dies magnus Dei omnipotẽtis appellatur. Nonnunquã etiã pluribus verbis illud idẽ ſignificari ſolet. Atq; huc pertinet quod dicitur. *b* Nõ erit impoſſibile apud Deũ omne verbũ, *c* Nunquid manus Domini inualida eſt? Item. *d* Subeſt tibi, cũ volueris, poſſe, & alia generis eiuſdẽ. Ex quibus varijs dicẽdi formis id percipitur, quod vno omnipotẽtis verbo comprehendi perſpicuũ eſt. Intelligimus autẽ hoc nomine, nihil eſſe, nihil animo, & cogitatione fingi poſſe, quod Deus efficere nequeat; etenim nõ ſolùm hæc, quę tametſi maxima ſunt, aliquo tamen modo in cognitionẽ noſtram cadunt, efficiẽdi poteſtatẽ habet, nimirum, vt omnia ad nihilum recidant, atque vt plures mundi ex nihilo repente exiſtant; verum etiã multò maiora in illius poteſtate ſita ſunt, quæ humanæ menti, & intelligentiæ ſuſpicari, non licet.

b Luc. 1. 37.
c Nu. 11. 23.
d Sap. 12. 18.
Omnipotens ideo Deus cẽſetur, quia omnia poteſt, quæ ſummæ eius perfectioni non repugnant.

12 *Cum Deus ſit omnipotens, peccare tamen, vel falli non poteſt.*

Mentiri, fallere, ignorare vel peccare ſunt actiones imbecillitatis non omnipotentiæ.

Neque verò, cum omnia Deus poſſit, mentiri tamen aut fallere, aut falli, aut peccare, aut interire, aut ignorare aliquid poteſt. Hæc enim in eam naturam cadunt, cuius imperfecta actio eſt. Deus verò cuius perfectiſſima ſemper actio eſt, ideo hæc non poſſe dicitur, quia, poſſe ea infirmitatis eſt, non ſummæ & infinitę omnium rerum poteſtatis, quam ille habet. Ita igitur Deũ omnipotentem eſſe credimus; vt ab eo tamen longè omnia abeſſe cogitemus, quæ perfectæ eius eſſentiæ maximè coniuncta, & conuenientia non ſunt.

13 *Cur alijs nominibus quę de Deo dicuntur, prætermiſſis, ſolius omnipotentiæ in Symbolo fiat mentio, quæque ſint eius fidei vtilitates.*

Omnipotentiæ vox quam multa ſuo ambitu concludat.

Rectè autem, ſapienterque factum Parochus oſtendat, vt, prætermiſſis alijs nominibus, quæ de Deo dicuntur, hoc vnum nobis credendum in Symbolo proponeretur. Nam, cum Deum omnipotentem agnoſcimus, ſimul etiam fateamur neceſſe, eſt eam omnium rerum ſcientiam habere, omnia item eius ditioni, & imperio

ſubie

ſubiecta eſſe. Cum verò omnia ab eo fieri poſſe, non dubitemus, conſequens omnino eſt, vt cætera etiam explorata de illo habeamus, quæ ſi deſint quomodo omnipotens ſit, prorſus intelligere nõ poſſumus. Præterea nulla res tam ad fidem & ſpem noſtram cõfirmãdã valet, quàm, ſi fixum in animis noſtris teneam⁹, nihil nõ fieri à Deo poſſe, quidquid enim deinceps credere oporteat, quamuis magnum, & admirabile ſit, rerumque ordinẽ ad modũ ſuperet illi tamẽ facilè humana ratio, poſtquã Dei omnipotẽtis notitiã perceperit, ſine vlla hæſitatione aſſentitur; quin potiùs, quò maiora ſint, quæ diuina oracula doceant, eò libentiùs fidem eis habendã eſſe exiſtimat. Quod ſi boni etiã aliquid expectandũ ſit nũquam animus rei magnitudine, quã exoptat, frangitur; ſed erigit ſeſe, atq; cõfirmat, ſæpè illud cogitãs, nihil eſſe, quod ab omnipotenti Deo effici nõ poſſit. Quare hac fide pcipuè munitos nos eſſe oportet, vel cũ admirãda aliqua opera ad proximorũ vſum, & vtilitatẽ edere cogimur, vel cum à Deo precibus impetrare aliquid volumus, Alterum enim ipſe Dominus docuit, cum Apoſtolis incredulitatem obijciens diceret: *a* Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic: Tranſi hinc illuc, & trãſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. De altero autem S. Iacobus ita teſtatus eſt: *b* Poſtulet in fide, nihil hæſitans, qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur, non ergo æſtimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Domino. Multa præterea hæc fides commoda, atque vtilitates nobis præbet, In primis vero ad omnem animi modeſtiam, & humilitatẽ nos inſtituit; ſic enim inquit Princeps Apoſtolorũ *c* Humiliamini ſub potenti manu Dei; monet etiam nõ eſſe trepidãdũ, vbi non ſit timor, ſed vnũ Deum timendũ eſſe, in cuius poteſtate nos ipſi, noſtraq; omnia poſita ſunt; inquit enim Saluator noſter *d* Oſtendam vobis, quem timeatis; Timete eũ, qui poſtquã occiderit, habet poteſtatẽ mittere in gehennã. Vtimur deinde hac fide ad immenſa erga nos Dei beneficia cognoſcenda, & celebranda. Nam, qui Deum omnipotentem cogitat, tam ingrato animo eſſe non poteſt, quin ſæpius exclamet, *e* Fecit mihi magna, qui potens eſt.

Omnipotentiæ ſtudio fidem, & ſpem maximè cõfirmat.

Fides omnipotentiæ quantò ſit maximè neceſſaria.

a Mat. 17. 19.

b Iac. 1. 6. 7.

Omnipotentiæ fides humilitatem, & confidentiam bonã præſtat.

c 1. Petr. 5. 6.

d Luc. 12. 5.

Omnipotentiæ opinio ad laudandum Deum fideles excitat.

e Luc. 1. 49.

14 *Omnipotentiæ vox non ita Patri hic tribuitur, vt de Filio, vel Spiritu ſancto etiam non dicatur*

Sed, quòd Patrē omnipotentem in hoc articulo vocamus, neminem eo errore duci oportet, vt arbitretur ita illi hoc nomen tributum eſſe, vt Filio etiam, & Spiritui ſancto commune non ſit. Nam, quemadmodum Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum, neque tamen tres Deos, ſed vnum Deum eſſe dicimus; ita æquè Patrē, ac Filium, & Spiritum ſanctum omnipotentem, neque tamen tres omnipotentes, ſed vnum omnipotentem eſſe confitemur. At verò præcipua quadam ratione Patrem, quia omnis originis fons eſt, hoc nomine vocamus; vti etiam Filio, qui æternum Patris verbum eſt, ſapiētiam; & Spiritui ſancto, qui vtriuſq; amor eſt, bonitatem tribuimus, quāuis hæc, & alia huiuſmodi nomina communiter de tribus perſonis, ex Catholicę fidei regula, dicantur.

a Athanaſ. in Sym.

15 *Quo pacto, quaque de cauſa Deus cœlum, & terram creauerit.*

Deus vt ſuam bonitatē alijs cōmunicaret, mundū ex nihilo creauit.

Creatorem cœli, & terræ. Quam neceſſarium fuerit, omnipotentis Dei cognitionem paulò antę fidelibus tradi, ex ijs, quæ nunc de vniuerſorum creatione explicanda erunt, perſpici poteſt. Tanti enim operis miraculum faciliùs creditur, quod nullus de immenſa creatoris poteſtate dubitandi locus relinquitur. Deus enim nō ex materia aliqua mundum fabricatus eſt, ſed ex nihilo creauit, idque nulla vi, aut neceſſitate coactus, ſed ſua ſponte, & voluntate inſtituit. Neque verò vlla alia fuit cauſa, quæ illum ad opus creationis impelleret, niſi vt rebus, quæ ab ipſo effectæ eſſent, bonitatem ſuam impertiretur; nam Dei natura, ipſa per ſe beatiſſima, nullius rei indigens eſt, vt inquit David: *b* Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Quemadmodū autē ſua bonitate adductus, *c* quęcūq voluit, fecit; ita non exemplum aliquod, aut formā, quæ extra ſe polita eſſet, cū vniuerſa cōderet, ſecutus eſt. Verū, quia rerum omnium exēplar diuina intelligentia continetur, id ſummus artifex in ſeipſo intuens, ac veluti imitatus, ſumma ſapiētia, & infinita virtute, quę ipſius propria

b Pſal. 15. 2. Deus in rerū creatione nulla idea exumſeca vſus eſt, ſed ex ſeipſo exēplar ſumpſit.
c Pſal. 113. 3.

pria eſt rerum vniuerſitatem initio procreauit: *a* ipſe enim dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt. a Pſal. 148. 5.

16 *Quid per cœlum, & terram hoc loco intelligendum ſit.*

Verum cœli, & terræ nomine, quidquid cœlum, & terra complectitur, intelligendũ eſt. Nam, præter cœlos, *b* quos opera digitorum eius Propheta appellauit, Solis etiam ſplendorem, Lunæque & cęterorum ſiderum ornatum addidit, atque *c* vt eſſent in ſigna, & tempora, & dies, & annos, ita cœlorum orbes certo, & conſtanti curſu temperauit, vt nihil perpetua eorum conuerſione mobilius, nihil mobilitate illa certius videri poſſit. b Pſal. 8. 4. c Gen. 1. 14.

17 *De creatione cœlorum ſpiritualium, id eſt Angelorum.*

Præterea ſpiritualem naturã, innumerabileſque Angelos, qui Deo miniſtrarent, atque aſſiſterent, ipſe ex nihilo creauit, quos deinde admirabili gratiæ ſuæ, & poteſtatis munere auxit atque ornauit. Nam, cum illud ſit in diuinis litteris, *d* Diabolum in veritate non ſteriſſe: perſpicuum eſt, eum, reliquoſque deſertores Angelos, ab ortus ſui initio, gratia præditos fuiſſe, de quo ita eſt apud S. Auguſt. Cum bona voluntate, id eſt, cum amore caſto, quo illi adhærent, Angelos creauit, ſimul in eis & condens naturam, & largiens gratiam. Vnde ſine bona voluntate, hoc eſt, Dei amore, nunquam S. Angelos fuiſſe, credendum eſt. Quod autem ad ſcientiam attinet, extat illud ſacrarũ litterarũ teſtimoniũ: *e* Tu Domine mi rex, ſapiens es, ſicut habet ſapientiam Angelus Dei, vt intelligas omnia ſuper terram, Poteſtatẽ denique eis tribuit diuinus Dauid illis verbis. *f* Potentes virtute, facientes verbũ illius; atq; ob eam rem ſæpe in ſacris litteris *g* virtutes, & exercitus Domini appellãtur. Sed quamuis omnes ij cęleſtibus donis ornati fuerint; plurimi tamẽ, qui à Deo parente, & creatore ſuo defecerunt, ex altiſſimis illis ſedibus deturbati, atque in obſcuriſſimũ terrę carcerẽ incluſi, ęternas ſuperbię ſuæ pœnas luunt, de quibus princeps Apoſtolorũ ſcribit in hunc modum *h* Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarũ tradidit cruciãdos, in iudiciũ reſeruari.

d Ioan. 8. 43. Angeli oẽs in gratia creati Aug. lib. 7 de ciu. Dei ca. 9. Sapientes Angeli.

e 2. Reg. 14. 14

f Pſal. 10. 20. Aug. cur virtutes, vel exercitus Domini dicantur.

g Pſal. 23. 10. & 45. 8. & 5. 6 Na. 6. 3. Angeli Apoſtatę in æternas pęnis conie cti.

h 2. Pet. 2. 4.

18 De terræ creatione.

a Pſal. 103. 5.
Terra orbis centrum.
b ibid. 8.
Terræ ornatus & plantis, & animantibus.
h Gen. 1. 27. 28. & 2. 7.
Homo immortalis & impaſſibilis creatus etiam ſecũdum corpus Hominis anima liberi arbitrij particeps creata & in illa non dominans ſenſitiui apetitus inſtituta.
Anima cum originali iuſtitia creata amiſſa poſt. Adæ peccatum iuſtitia, etiam liberũ hominis arbitrium ſit extinctum, declaratur. ſeſſ. 6. Concil. Trid. Concil. 4. 1. & 6. de iuſtific.

At verò, *a* terram etiam, ſuper ſtabilitatem ſuam fundatam, Deus verbo ſuo iuſſit in media mundi parte conſiſtere, effecitque *b* vt aſcenderent montes, & deſcenderent campi in locum, quem fundauit eis; ac, ne aquarum illam inuiſundaret, terminum poſuit, quem non tranſgredientur, neque conuertentur operire terram. Deinde non ſolùm arboribus, omnique herbarum, & florum varietate conueſtiuit, atque ornauit, ſed innumerabilibus etiam animantium generibus, quemadmodum antea aquas, & aera, ita etiam terras compleuit.

19 De creatione hominis.

Poſtremò Deus ex limo terræ *e* hominem ſic corporè effectum, & conſtitutum effinxit, vt non quidem naturæ ipſius vi, ſed diuino beneficio immortalis eſſet, & impaſſibilis. Quod autem ad animam pertinet, eum ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam formauit, liberumq; ei arbitriũ tribuit; omnes prçterea motus animi, atque appetitiones ita in eo temperauit, vt rationis imperio nunquam non parerent. Tum originali iuſtitiæ admirabile donum addidit, ac deinde cçteris animantibus prçeſſe voluit: quæ quidem facilè erit Parochis ad fidelium inſtitutionem ex ſacra Geneſis hiſtoria cognoſcere.

20 *Cæli, & terrę viſibilia omnia, & inuiſibilia comprçhenduntur.*

c Pſal. 88. 12.
cæli & terræ nomine omnia viſibilia & inuiſibilia denotantur.
Symb. Nic. apud Ruff. ib. 10. 7. & in geſtis Concilij.

Hæc igitur de vniuerſorum creatione, cœli & terræ verbis intelligenda ſunt, quæ omnia breuiter quidem Propheta complexus eſt illis verbis: *c* Tui ſunt cæli, & tua eſt terra, orbem terræ, & plenitudinem ejus tu fundaſti; ſed multo etiam breuiùs Patres Nicœni Concilij, additis in Symbolo duobus illis verbis, viſibiliũ, & inuiſibilium, ſignificauerunt. Quæcunque enim rerum vniuerſitate conprçhenduntur, atque à Deo creata eſſe confitemur, ea vel ſub ſenſum cadunt, & viſibilia dicuntur, vel mente, & intelligentia percipi à nobis poſſunt, quæ inuiſibilium nomine ſignificantur.

21 *Res Dei virtute conditæ citra ipſius gubernationem & prouidentiam ſubſiſtere non poſſunt.*

Nec vero ita Deum creatorem, atque effectorem omniũ credere oportet, vt exiſtimemus, perfecto, abſolutoque opere, ea, quæ ab ipſo effecta ſunt, deinceps, ſine infinita eius virtute, conſtare potuiſſe. Nam quemadmodum omnia, vt eſſent, creatoris ſumma poteſtate, ſapiẽtia, & bonitate effectũ eſt; ita etiam niſi conditis rebus perpetua eius prouidentia adeſſet, atque eadem vi, qua ab initio cõſtitutæ ſũt, illas conſeruaret, ſtatim ad nihilum reciderẽt. Atque id Scriptura declarat, cùm inquit: *a* Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatum non eſſet, conſeruaretur?

Res conditæ Dei virtute, & prouidentia ſubſiſtunt, & gubernantur. Plura de Dei prouidentia, dicentur ſect. 16. c. 9. de precatione Dominica, & ſectiõ 4. ſecundæ petitionis.

a Sap. 11. 26.

22 *Deus ſua gubernatione ſecundarum cauſarum vim non euertit.*

Non ſolum autem Deus vniuerſa, quæ ſunt, prouidentia ſua tuetur, atque adminiſtrat, verumetiam, quæ mouentur, & agunt aliquid, intima virtute ad motum atque actionem ita impellit, vt, quamuis ſecundarum cauſarum efficientiam non impediat, præueniat tamen; cum eius occultiſſima vis ad ſingula pertineat, & quemadmodum Sapiens teſtatur, *b* Attingat à fine vſque ad finem fortiter, & diſponat omnia ſuauiter. Quare ab Apoſtolo dictum eſt, cùm apud Athenienſes annunciaret Deum, quem ignorantes colebant: Non longè eſt ab vnoquoque noſtrum, in ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus.

Deus ita res à ſe cõditas gubernat, vt non tantum ſecundarum cauſarum virtutem non euertat, ſed quod hãc etiam præueniat.

Conferatur hic locus cum ſect. 3. pr. petitionis Dominicæ orationis

b Act. 17. 27. 28.

23 *Rerum creatio ſoli Patri tribuenda non eſt.*

Atque hæc de primi articuli explicatione ſatis fuerint; ſi tamẽ illud etiam admonuerimus, creationis opus omnibus ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis perſonis cõmune eſſe. Nam hoc loco, ex Apoſtolorum doctrina, Patrem creatorem cœli, & terræ confitemur: in ſcripturis ſacris legimus de Filio: *c* Omnia per ipſum facta ſunt: & de Spiritu ſancto: *d* Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, & alibi: *e* verbo Domini cœli firmati ſunt; & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

Creationis opus toti Trinitati commune eſt. Vide Sect. 3. art. 3

c Ioan. 1. 3.

d Gen. 1. 2.

e Pſal. 32. 6.

C A P. III.

A N D R E A S.

Et in Ieſum Chriſtum, Filium eius vnicum, Dominum noſtrum.

1 *De ſecundo articulo, & de profeſſionis eius vtilitate.*

Confeſſio æternæ Chriſti Natiuitatis eſt noſtræ ſalutis eſt fundamentum.

a 1 Ioan. 4. 15

b Mat. 16. 17.

Iuſtitia originalis deperdita per ſolum Dei filium recuperata.

MIrificam, & vberrimã eſſe vtilitatẽ, quę ex huius articuli fide, & confeſſione confluxit ad humanũ genus, & illud ſancti Ioannis teſtimonium oſtendit; *a* Quiſquis confeſſus fuerit, quoniam Ieſus eſt filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo: & beatitudinis præconium declarat, quod à Chriſto Domino tributum eſt principi Apoſtolorum; *b* Beatus es Simon Barlona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt. Hoc enim fundamentum firmiſſimum eſt noſtræ ſalutis, ac redemptionis.

De peccato originali pluribus dicetur in tertia petitione orationis Dominicę, & initio quartæ petitionis.

c Gen. 2. 19. 27

Trid. Syn. ſeſſ. 5. cap. 1. & 2. & ſeſſ. 6. cap. 1.

Peccatũ Adæ ad poſteros propagatum Concil. Trid. ſeſſ. 9. c. 1. & 3.

Genus humanum non potuit alicuius creaturę viribus reſtitui. Vide Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 1. 2.

2 *Vnde magnitudo beneficij hoc articulo propoſiti potiſſimùm cognoſcatur.*

Sed, quoniam admirabilis huius vtilitatis fructus maximè ex fœliciſſimi illius ſtatus ruina intelligitur, in quo Deus primos homines collocarat; incumbat in hanc curam Parochus, vt fideles communium miſeriarum, & ærumnarum cauſam cognoſcant. Cùm enim à Dei obedientia deſciuiſſet Adam, interdictuḿq; violaſſet illud: *c* Ex omni ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas; in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris; in ſummam illam incidit calamitatem, vt ſanctitatem, & iuſtitiam, in qua conſtitutus fuerat, amitteret, & reliqua ſubiret mala, quæ ſancta Tridentina Synodus vberiùs explicauit. Propterea verò peccatum, & peccati pœnam in vno Adam non conſtitiſſe commemorabit, ſed ex eo, tanquam ex ſemine, & cauſa, ad omnẽ poſteritatẽ iure permanaſſe.

3 Nullus

3 Nullus præter Chriſtum genus humanum potuit reſtaurare.

Cum igitur ex altiſſimo dignitatis gradu concidiſſet noſtrum genus, ſubleuari inde, & in priſtinum locum reſtitui nullo modo poterat, hominum, aut Angelorum viribus: quare reliquum erat illud ruinæ, & malorum ſubſidium, vt Dei Filij infinita virtus, aſſumpta carnis noſtræ imbecillitate, *a* infinitam tolleret peccati vim, *b* & nos reconciliaret Deo in ſanguine ſuo.

a Ioan. 1.20.
b Rom. 5.10.

4 Citra redemptionis fidem nullus vnquam ſaluari potuit, & propterea Chriſtus à mundi initio ſæpè prænunciatus eſt.

Redēptionis fides ad ſalutē ſemper neceſſaria, & mox poſt hominis lapſum diuinitus fuit oſtenſa.

Huius autē redēptionis fides, & confeſſio hominibus ad ſalutem conſequendā neceſſaria eſt, ſemperque fuit, quā Deus initio præmōſtrauit. Nam in illa damnatione humani generis, quæ ſtatim peccatum conſecuta eſt, oſtenſa etiam fuit ſpes redēptionis illis verbis, quibus proprium Diabolo damnū, quod ex liberatione hominum facturus erat, denunciauit: *c* Inimicitias ponā inter te, & mulierem; ſemen tuum, & ſemen illius; ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius: & deinceps eandē promiſſionē ſępè confirmauit, maioremq; ſui conſilij ſignificationem ijs præſertim hominibus dedit, quibus voluit ſingularē beneuolentiā præſtare; inter cæteros, verò cū *d* Patriarchę Abrahæ ſępe numero hoc myſterium ſignificaſſet, tum eo tempore apertiùs declarauit, cum ille Dei iuſſis obediens, filium ſuum vnicum Iſaac immolare voluit, inquit enim; *e* Quia feciſti hanc rem, & non perperciſti filio tuo vnigenito † benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris: poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ. Ex quibus verbis facilè colligi poterat, ex progenie Abrahæ futurum, qui omnibus ab immaniſſima Sathanæ tyrannide liberatis, ſalutē afferret: illum autē Dei filium, natū ex ſemine Abrahæ, ſecūdū carnē, fore neceſſe erat. Non ita multò poſt Dñs, vt eiuſdē promiſſionis memoria conſeruaretur, idem fędus cū Iacob, Abrahæ nepote ſan-

Primum ſub lege naturæ.

c Gen. 3.15.

d Gen. 12.1. & 17. 19. & 18.18.

e Gen. 22.17. 18.

† Propter me eſt in vulgata editione: quæ quis in M.S Hebræ, & Cald. exemplaribus non ſit ſed in Græcis merèperiatur.

Siue igitur communem creationis & prouidentiæ, ſiue præcipuam ſpiritualis adoptionis cauſam ſpectes, meritò fideles, Deum Patrem ſe credere profitentur.

Pia meditatio circa nomen Pater in diuinis, & de perſonarum proprietatibus. a Tim. 16.

10. *Ex hac voce Patris quę colligenda myſteria, & de diſtinctione perſonarum in diuinis.*

Verùm, præter eas notiones, quas explicauimus, Patris nomine audito, ad altiora myſteria mentem erigendam eſſe Parochus docebit. Quod enim *a* in luce illa inacceſſibili, quam inhabitat Deus, magis reconditũ, & abſtruſum eſt, quodque humana ratio, & intelligentia non conſequi, aut ne ſuſpicari quidẽ poterat, id Patris vocabulo diuina oracula nobis aperire incipiũt. Indicat autem hoc nomen in vna diuinitatis eſsẽtia nõ vnam tãtum perſonã, ſed perſonarum diſtinctionẽ credendam eſſe. Tres enim ſunt in vna diuinitate perſonæ: Patris, quià nullo genitus eſt: Filij, qui ãte omnia ſæcula à Patre genitus eſt: Spiritus ſancti, qui itidẽ ab æterno ex Patre, & Filio procedit. Atqui Pater eſt in vna diuinitatis ſubſtantia prima perſona, qui cũ vnigenito Filio ſuo, & Spiritu ſãcto, vnus eſt Deus, vnus eſt Dominus, nõ in vnius ſingularitate perſonæ, ſed in vnius Trinitate ſubſtãtiæ. Iam verò hę tres perſonę, cũ in ijs quidquam diſſimile, aut diſpar cogitare nefas ſit, ſuis tãtummodò proprietatibus diſtinctę intelligũtur. Pater ſiquidẽ ingenitus eſt: Filius à Patre genitus; Spiritus ſanctus ab vtroque procedit. Atque ita triũ perſonarũ eãdem eſsẽtiam, eandẽ ſubſtantiam cõfitemur, vt in cõfeſſione veræ ſempiternæque Deitatis, & in perſonis proprietatẽ, & in eſsẽtia vnitatẽ, & in Trinitate ęqualitatẽ, piè, & ſãctè colendã credamus. Namq; cum Patris primam eſſe perſonã dicimus, hoc nõ ita accipiendũ eſt, perinde ac ſi aliquid in Trinitate, prius aut poſterius, maius aut minus cogitemus; abſit enim hæc à fideliũ mentibus impietas, cum eãdem æternitatẽ, eãdem gloriæ maieſtatem in tribus perſonis Chriſtiana religio prędicet. Sed Patrem propterea, quod ipſe ſit principium ſine principio, primã eſſe perſonam verè, & ſine vlla dubitatione affirmamus: quæ quidem, vti Patris proprietate diſtincta eſt, ita in vnã illam præcipuè hoc conuenit, quod Filium

Tertio Patris nomen vnius eſſentiæ plures eſſe perſonas arguit.

Præfat. Miſſæ de S. Tri. Trinitas non ex diſſimilitudine eſſentiæ, ſed externa diſtinctione proprietatum, quæ in perſonis diuinis inueniũtur, exiſtimanda eſt, in Trinitate nihil maius, aut minus Symbol. Athan.

Primæ Trinitatis perſonæ cur Pater nomẽ tribuatur

Patris proprietas filium ab æterno genuiſſe.

lium ab æterno genuerit: ſemper enim Deum ſimul, & Patrē fuiſſe nobis ſignificatur, cū Dei, & Patris nomina coniuncta in hac cōfeſſione pronunciamus. Verum, quoniā in nullius rei, quā in huius omniū altiſſimę, ac difficillimę, notitia, atque explicatione, aut periculoſiùs verſari, aut grauiùs errare poſſumus: doceat Parochus, religioſè retinēda eſſe eſsētię, & perſonę propria vocabula, quibus hoc myſteriū ſignificatur, vt ſciant fideles, vnitatē eſſe in eſsētia, diſtinctionē autē in perſonis. Sed hæc ſubtiliùs exquirere nihil oportet, cū meminerimus illi⁹ vocis: *a* Qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria; ſatis enim videri debet, quod fide certū, & exploratū habemus, nos à Deo (cuius oraculis non aſsētiri extremæ ſtultitię, atq; miſerię eſt) ita edoctos eſſe: *b* Docete, inquit, omnes gētes, baptizātes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sācti. Rurſus *c* Tres sūt, qui teſtimoniū dant in cœlo, Pater, Verbū, & Spiritus sāctus, & hi tres vnū ſunt. Oret tamē aſſiduè, ac precetur Deū, & Patrem, qui vniuerſa ex nihilo condidit, *d* diſponitq; omnia ſuauiter; qui *e* dedit nobis poteſtatem, filios Dei fieri, qui Trinitatis myſteriū, humanę mēti patefecit, oret, inquā, ſine intermiſſione, qui diuino beneficio hæc credit, vt aliquando in æterna tabernacula receptus, dignus ſit, qui videat, quæ tanta ſit Dei Patris fęcunditas, vt ſeipsū intuens, atq; intelligēs, parem, & æqualē ſibi filiū gignat; quo vè modo duorū idē plane, & par charitatis amor, qui Spiritus Sāctus eſt, à Patre, & Filio procedēs, genitorem, & genitū ęterno, atq; indiſſolubili vinculo interſe cōnectat: atq; ita diuinę Trinitatis vna ſit eſsētia, & triū pſonarū pfecta diſtinctio.

Diuinitatis vnitas in eſſētia, Trinitas in perſonis admittenda.

a Prou. 25. 27.

b Mat. 28. 19.
c 1. Ioan. 5. 7.
Precibus agēdū apud Deū, vt altiſſimū Trinitatis myſteriū fide hic tantum cōprehēſum aliquando re ipſa degustemus.
d Sap 8. 1
e Ioan. 1. 12.

11 *Nomine omnipotentis quid hic intelligamus.*

Omnipotentem ſolent ſacrę ſcripturæ multis nominibus Dei ſummā vim, & immensā maieſtatē explicare, vt oſtendāt, quāta religione, & pietate illius ſanctiſſimū nomen colendum ſit, ſed in primis doceat parochus, illi omnipotentem vim frequentiſſimè tribui. Ipſe enim de ſe dicit *f* Ego Dominus omnipotens; & rurſus Iacob, cū filios ad Ioſeph mitteret, ita illis precatus eſt: *g* Deus autē meus oīpotens faciat vobis eū placabilē, deinde verò

Dei maieſtas multis nominibus in ſcripturis exponitur.

Omnipotētia Deo frequentius tribuitur.
f Gen. 17. 1.
g Gen. 43. 14.

in Apoc. ſcriptum eſt, *a* Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, omnipotēs; & alibi † Dies magnus Dei omnipotētis appellatur. Nonnunquã etiã pluribus verbis illud idē ſignificari ſolet. Atq; huc pertinet quod dicitur. *b* Nō erit impoſſibile apud Deũ omne verbũ, *c* Nunquid manus Domini inualida eſt? Item. *d* Subeſt tibi, cũ volueris, poſſe, & alia generis eiuſdē. Ex quibus varijs dicēdi formis id percipitur, quod vno omnipotētis verbo comprehendi perſpicuũ eſt. Intelligimus autē hoc nomine, nihil eſſe, nihil animo, & cogitatione fingi poſſe, quod Deus efficere nequeat; etenim nō ſolum hæc, quę tametſi maxima ſunt, aliquo tamen modo in cognitionē noſtram cadunt, efficiēdi poteſtatē habet, nimirum, vt omnia ad nihilum recidant, atque vt plures mundi ex nihilo repente exiſtant; verum etiã multò maiora in illius poteſtate ſita ſunt, quæ humanæ menti, & intelligentiæ ſuſpicari, non licet.

a Apoc. 1. 8.
† Apoc. 16. 14.
b Luc. 1. 37.
c Nu. 11. 23.
d Sap. 12. 18.
Omnipotens. ideo Deus cēſetur, quia omnia poteſt, quæ ſummæ eius perfectioni non repugnant.

12 *Cum Deus ſit omnipotens, peccare tamen, vel falli non poteſt.*

Neque verò, cum omnia Deus poſſit, mentiri tamen aut fallere, aut falli, aut peccare, aut interire, aut ignorare aliquid poteſt. Hæc enim in eam naturam cadunt, cuius imperfecta actio eſt. Deus verò cuius perfectiſſima ſemper actio eſt, ideo hæc non poſſe dicitur, quia, poſſe ea infirmitatis eſt, non ſummæ & infinitę omnium rerum poteſtatis, quam ille habet. Ita igitur Deũ omnipotentem eſſe credimus; vt ab eo tamen longè omnia abeſſe cogitemus, quæ perfectæ eius eſſentiæ maximè coniuncta, & conuenientia non ſunt.

Mentiri, fallere, ignorare vel peccare ſunt actiones imbecillitatis non omnipotentiæ.

13 *Cur alijs nominibus quę de Deo dicuntur, prætermiſſis, ſolius omnipotentiæ in Symbolo fiat mentio, quæque ſint eius fidei vtilitates.*

Rectè autem, ſapienterque factum Parochus oſtendat, vt, prætermiſſis alijs nominibus, quæ de Deo dicuntur, hoc vnum nobis credendum in Symbolo proponeretur. Nam, cum Deum omnipotentem agnoſcimus, ſimul etiam fateamur neceſſe, eſt eam omnium rerum ſcientiam habere, omnia item eius ditioni, & imperio ſubie

Omni Potentiæ vox quam multa ſuo ambitu concludat.

ſubiecta eſſe. Cum verò omnia ab eo fieri poſſe, non dubitemus, conſequens omnino eſt, vt cætera etiam explorata de illo habeamus, quæ ſi deſint quomodo omnipotens ſit, prorſus intelligere nõ poſſumus. Præterea nulla res tam ad fidem & ſpem noſtrã cõfirmãdã valet, quàm, ſi fixum in animis noſtris teneam', nihil nõ fieri à Deo poſſe, quidquid enim deinceps credere oporteat, quamuis magnum, & admirabile ſit, rerumque ordinẽ ad modũ ſuperet illi tamẽ facilè humana ratio, poſtquã Dei omnipotẽtis notitiã perceperit, ſine vlla hæſitatione aſſentitur; quin potiùs, quò maiora ſint, quæ diuina oracula doceant, eò libentiùs fidem eis habendã eſſe exiſtimat. Quod ſi boni etiã aliquid expectandũ ſit nũquam animus rei magnitudine, quã exoptat, frangitur, ſed erigit ſeſe, atq; cõfirmat, ſæpè illud cogitãs, nihil eſſe, quod ab omnipotenti Deo effici nõ poſſit. Quare hac fide pcipuè munitos nos eſſe oportet, vel cũ admirãda aliqua opera ad proximorũ vſum, & vtilitatẽ edere cogimur, vel cum à Deo precibus impetrare aliquid volumus, Alterum enim ipſe Dominus docuit, cum Apoſtolis incredulitatem obijciens diceret: *a* Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic: Tranſi hinc illuc, & trãſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. De altero autem S. Iacobus ita teſtatus eſt: *b* Poſtulet in fide, nihil hæſitans, qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur, non ergo æſtimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Domino. Multa præterea hæc fides commoda, atque vtilitates nobis præbet, In primis vero ad omnem animi modeſtiam, & humilitatẽ nos inſtituit; ſic enim inquit Princeps Apoſtolorũ *c* Humiliamini ſub potenti manu Dei; monet etiam nõ eſſe trepidãdũ, vbi non ſit timor, ſed vnũ Deum timendũ eſſe, in cuius poteſtate nos ipſi, noſtraq; omnia poſita ſunt; inquit enim Saluator noſter *d* Oſtendam vobis, quem timeatis; Timete eũ, qui poſtquã occiderit, habet poteſtatẽ mittere in gehennã. Vtimur deinde hac fide ad immenſa erga nos Dei beneficia cognoſcenda, & celebranda. Nam, qui Deum omnipotentem cogitat, tam ingrato animo eſſe non poteſt, quin ſæpius exclamet, *e* Fecit mihi magna, qui potens eſt.

Omnipotentiæ cognitio fidem, & ſpem maximè cõfirmat.

Fides omnipotentiæ quanto ſit maximè neceſſaria.

a Mat. 17. 20.

b Iac. 1. 6. 7.

Omnipotentiæ fides humilitatem, & confidentiam bonã præſtat.

c 1. Petr. 5. 6.

d Luc. 12. 5.

Omnipotentiæ opinio ad laudandum Deum fideles excitat.

e Luc. 1. 64.

CAP. II.



PETRVS.

Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem Cœli, & Terræ.

Sect. 1. Explicatur breuiter primus articulus.

Primi aticuli breuis expoſitio, quę poſtea minutim examinatur.

HIs verbis ea ſententia ſubiecta eſt: Certò credo, ac ſine vlla dubitatione profiteor Deum Patrē, primā.ſ Trinitatis perſonā, *a* qui ſua omnipotenti virtute cęlū ipſum & terrā, & omnia, quę cęli & terrę ambitu cōtinentur, ex nihilo cōdidit, & condita tuetur, ac regit; neq; eum ſolū corde credo, & ore confiteor, verū ſūmo ſtudio ac pietate, ad illū, veluti ſummū & perfectiſſimū bonum, contendo. Hęc igitur ſit breuis quędam primi huius articuli comprehenſio. Sed, quoniam magna myſteria in ſingulis ferè verbis latent, ea nunc diligentiùs Parocho perpendenda ſunt: vt, quantū Dominus permiſerit, ad eius maieſtatis gloriā contemplandam cū timore, & tremore fidelis populus accedat.

a Gen. 1. 2. & ſequent. Pſal. 32 6. 135. 5 Act. 14. 15. 17 24.

Syngula Symboli verba.

2 *Credendi verbum quid ſignificet.*

Igitur credendi vox, hoc loco putare, exiſtimare, opinari, non ſignificat, ſed, vt docent ſacræ litteræ, certiſſimæ aſſenſionis vim habet, qua mens Deo, ſua myſteria aperienti, firmè conſtanterque aſſentitur. Quamobrem is credit (quod ad huius loci explicationem attinet) cui aliquid ſine vlla hæſitatione certum, & perſuaſum eſt. Neque verò exiſtimare, quiſquam debet, fidei notitiam minùs certam eſſe, quòd ea non cernantur, quæ nobis credenda fides proponit. Etenim diuinum lumen, quo ea percipimus, tametſi rebus perſpicuitatem non afferat; nos tamen de his dubitare non ſinit; Deus enim, *a* qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris, *b* vt non ſit nobis opertum Euangelium, ſicut ijs, qui pereunt.

Verbi huius, Credo in materia fidei euangelicæ acceptio, & profeſſio. Thom. 2. 2. qu. 2. art. 1. Conferantur hæc cum ſectione I ſuperioris capitis. Fidei notitiá propter infallibilem, quæ a Deo mentibus infunditur, veritatem eſſe certam. a 2. Cor. 4 6. b Ibid. 7.

3 *Quæ in Symbolo proponuntur, non curioſè ſcrutanda, ſed ſimpliciter aſſerenda ſunt.*

Iam verò ex ijs, quæ dicta ſunt, conſequitur eum, qui cæleſti hac fidei cognitione præditus eſt, inquirendi curioſitate liberum eſſe. Deus enim, cum iuſſit nos credere, non diuina iudicia ſcrutanda, eorumque rationem, & cauſam perquirendam nobis propoſuit, ſed immutabilem fidem præcepit, quæ efficit, vt animus in æternæ veritatis notitia conquieſcat. Ac profectò, cum Apoſtolus teſtetur: *c* Deus verax eſt, *d* omnis autem homo mendax: ſi arrogantis, & impudentis hominis eſt graui ac ſapienti viro aliquid affirmanti fidẽ non habere, ſed præterea vrgere, vt, quod dixerit, rationibus, aut teſtibus probetur; cuius temeritatis, atque adeò ſtultitiæ fuerit, Dei voces audientem, cæleſtis, ac ſalutaris doctrinæ, rationes requirere? Fides itaque, ſecluſa omni non ſolum ambiguitate, ſed etiam demonſtrandi ſtudio, tenenda eſt.

Curioſus veritatis indagator eſt modicę fidei. c Ad Ro. 3. 4. d Pſal 116. 11 A minori ad maius. Fides nonfert ambiguitatẽ, nec demonſtrationem requirit.

4 *Non ſufficit ad ſalutem credere, ſed etiam fidem profiteri neceſſarium eſt.*

Verum illud prætereà doceat Parochus, eum, qui dicit, Credo, præterquam quòd intimum mentis ſuæ aſſenſum declarat, qui interior fidei actus eſt, debere id, quod

Fidei actus interior, & exterior. Actio fidei interior & voce declaranda.

quod animo incluſum habet, aperta fidei profeſſione prǫferre, ſummaque alacritate palam fateri, ac prǫdicare. Oportet enim fideles eum ſpiritum habere, quo fretus Propheta dixit: *a* Credidi, propter quod locutus ſum: imitari Apoſtolos, qui ad Principes populi reſponderunt: *b* Non poſſumus, quǫ vidimus, & audiuimus, non loqui; Diui Pauli prǫclara illa voce excitari *c* Non erubeſco Euangelium: Virtus enim Dei eſt, in ſalutem omni credenti: Item, quo maximè huius ſententiǫ veritas confirmatur, *d* Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

a Pſal 115 10.
b Act. 4, 20.
c Ad Roma. 16.
d Ad Rom. 10 10.

5 *Fidei Chriſtianǫ excellentia.*

Chriſtianæ ſapientiæ, quǫ fide, ſpe, & caritate Perficitur, dignitas.

In Deum. Hinc iam Chriſtianǫ ſapientiǫ dignitatem & prǫſtantiam, ex eaque, quantum diuinǫ bonitati debeamus, cognoſcere licet, quibus datum eſt, ſtatim ad rei prǫſtantiſſimæ, maximèque expetendǫ cognitionem, quaſi fidei gradibus aſcendere.

6 *Quantum differat Chriſtiana de Deo ſapientia à philoſophica rerum diuinarum notitia.*

Profuerit hæc conferre cum ijs, quæ de cæleſti, & perfectiori Dei cognitione, ſect. 6. art. 12. explicantur.
e Rom 1. 20.
Obſcurã quãdam Dei cognitionẽ philoſophia vix præbuit.
Chriſtiana ſapientia ad certã Dei notitiã adducit Fidei ſumma Symbolo comprehenſa.
f 1. Petr. 29.
g 1. Petr. 18.
h Ier. 32. 19.
i 1 Tim. 6 16.
k Exod. 33. 20

In hoc enim multum inter ſe differunt Chriſtiana Philoſophia, & huius ſǫculi ſapientia, quòd hǫc quidẽ naturalis tantùm luminis ductu ab effectibus, & ab ijs, quǫ ſenſibus percipiuntur, paulatim progreſſa, non niſi poſt longos labores, vix tandem *e* inuiſibilia Dei contemplatur, primamque omnium rerum cauſam & auctorem agnoſcit, atque intelligit; contra verò illa humanǫ mentis aciem ita exacuit, vt in cǫlum nullo labore penetrare poſſit, atque diuino ſplendore colluſtrata, primò ǫternum ipſum luminis fontem, deinde, quǫ infra ipſum poſita ſunt intueri, *f* vt nos vocatos eſſe de tenebris in admirabile lumen, quod eſt apud Apoſtolorum principem, cũ ſumma animi iucunditate experiamur, *g* & credentes, exultemus lǫtitia inenarrabili. Rectè igitur fideles primo ſe in Deum credere profitentur, cuius maieſtatem, ex *h* Hieremiǫ ſententia incomprehenſibilem eſſe dicimus: *i* Lucẽ enim, vt ait Apoſtolus, inhabitat ineceſſibilem, quem nullus hominum vidit, ſed nec vidère poteſt Cum enim ad Moyſem loqueretur: *k* Non videbit me, inquid, homo,

&

& viret. Nam, vt mens noſtra Deum, quo nihil eſt ſublimius, perueniat, neceſſe eſt eam omnino à ſenſibus abſtractam eſſe: cuius rei facultatem in hac vita naturaliter non habemus. Sed quamuis hęc ita ſint, *a* non reliquit tamen Deus, vt inquit Apoſtolus, ſemetipſum ſine teſtimonio, benefaciens, de cęlo dans pluuias, & tēpora fructifera, implens cibo, & lętitia corda hominū. Quę cauſa fuit Philoſophis, nihil abiectum de Deo ſentiendi, &, quidquid corporeum, quidquid concretum, & admiſtum eſt, ab eo longiſſimè remouendi, cui etiam bonorum omnium perfectā vim, & copiam tribuerunt, vt ab eo, tāquam à perpetuo quodā, & inexhauſto fonte bonitatis, ac benignitatis, omnia, ac omnes creatas res, atque naturas, perfecta bona dimanare; quem ſapiētem, veritatis auctorem, & amantem, iuſtum, beneficentiſſimum, & alijs nominibus appellauerunt, quibus ſumma, & abſoluta perfectio continetur; cuius immenſam, & infinitam virtutem omnem complentem locū, & per omnia pertinentē eſſe dixerunt, Hoc ex diuinis litteris longè melius cónſtat, & illuſtrius, vt illo loco *b* Spiritus eſt Deus item *c* Eſtote vos perfecti, ſicut & Pater veſter cęleſtis perfectus eſt, tum, *d* Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius; & illud, *e* O altitudo diuitiarum ſapientię & ſcientiæ Dei; deinde, *f* Deus verax eſt *g* Ego ſum via, & veritas, & vita; pręterea, *h* Iuſtitia plena eſt dextera tua; denique, *i* Aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione. poſtremo, *k* Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Et, Si aſcendero in cęlum, tu illic es; ſi deſcendero in infernum, ades: ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, &c. Et *l* Nunquid non cęlum, & terram ego impleo? dicit Dominus. Magna & pręclara hæc ſunt: quæ de Dei natura ſacrorum librorum auctoritati conſentanea, & conſequentia ex rerum effectarum inueſtigatione Philoſophi cognouerunt: quamquam in eo etiam cæleſtis doctrinę neceſſitatem cognoſcimus, ſi animaduertamus, fidem non ſolum hoc præſtare, quemadmodum ſupra dictum eſt, vt, quæ viri tantū ſapientes longo ſtudio conſecuti ſunt, ea rudibus quoque, & imperitis hominibus ſtatim pateāt, atque in prom-

a Act. 14. 16.

Deus ſuam excellentiam & bonitatē Ethnicis, quo ſe magis à terrenis ſenſibus abducerent. per ea quæ facta ſunt, oſtentauit.

Certius, et clarius ſe Deus hominibus cognoſcendum præbuit ſuo verbo.

b Ioan. 4. 24.
c Matt. 5. 18.
d Hebr. 4. 13.
e Rom. 12. 53
f Rom. 3. 4.
g Ioan. 14. 6.
h Pſal. 47. 12.
i Pſal. 144. 16.

k Pſa. 130. 7. 8 9.

l Hie. 23. 24.

Ad Philoſophica de Deo notitiam cur neceſſaria fuerit fidei doctrina.

promptu ſint: verum, vt rerum notitia, quæ fidei diſciplina comparatur, multo certior, atq; ab omni errore purior in mentibus noſtris inſideat, quam ſi eas ipſas res, humana ſcientia comprehenſas, animus intelligeret. Sed quantò præſtantior diuini numinis cognitio cenſenda eſt, ad quam non communiter omnibus naturæ contemplatio, ſed propriè credentibus fidei lumen aditum patefecit? Hæc autem Symboli articulis continetur, qui nobis diuinæ eſſentiæ vnitatem, & trium perſonarum diſtinctionem, tum verò ipſum Deum eſſe vltimũ hominis finem aperiunt, à quo cæleſtis, æterneque beatitudinis poſſeſſio expectanda ſit; ſiquidem à Diuo Paulo didicimus, *a* Deum inquirentibus ſe remuneratorem eſſe. Hæc quanta ſint, & an eius generis ſint bona, ad quæ humana cognitio aſpirare potuerit, multò ante eundem *b* Apoſtolum Iſaias Propheta his verbis oſtendit: *c* A ſęculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit, Deus, abſque te, quæ præparaſti expectantibus te.

a Hebr. 11. 6.
b 1. Cor. 2. 5. 9
Iſaiæ 64. 4.

7 *Vnum Deum eſſe, non plutes Deos, confitendum eſt.*

Sed ex his, quæ diximus, vnum etiam Deum eſſe, non plures Deos confitendum eſt; Nam, cum Deo ſummam bonitatem, & perfectionem tribuamus, fieri non poteſt, vt id, quod ſummum, atque abſolutiſſimum eſt, inueniatur in pluribus. Quod ſi cui aliquid ad ſummum deeſt, eo ipſo imperfectus eſt; quare, nec Dei natura illi conuenit. Hoc autem multis ſacrarum litterarum locis comprobatur, ſcriptum eſt enim; *d* Audi, Iſrael, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt. præterea eſt Domini iuſſum. *e* Non habebis Deos alienos coram me? deinde per Prophetam ſæpe admonet: *f* Ego primus, & ego nouiſſimus, & abſque me non eſt Deus. Apoſtolus etiam palam teſtatur: *g* Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma.

d Deut. 6. 4
e Exod. 20. 3
f Iſaiæ 44. 6. & 48. 2. & 47. 4.
Apoc. 1. 18. & 21. 13.
g Eph. 4. 5.

8 *Creatis naturis Dei nomen interdum tribuitur, ſed impropriè.*

Neque verò nos moueat, quod interdum ſacræ litterę Dei nomen creatis etiam naturis imponunt. Nam,

quod

quod a prophetas & iudices Deos appellarunt, non gentium more factum eſt, quæ ſibi plures Deos ſtultè, & impiè finxerunt, ſed quadam loquendi conſuetudine ſignificare voluerunt excellentem aliquam virtutem, vel functionem, quæ à Dei munere illis conceſſa ſit. Deum igitur natura, ſubſtantia, eſſentia, vnum, quemadmodum ad confirmandam veritatem in b Symbolo Nicœni Concilij dictum eſt, Chriſtiana fides credit, & profitetur: ſed altius etiam aſcendens ita vnum intelligit, c vt vnitatem in Trinitate, & Trinitatē in vnitate veneretur: de quo nobis myſterio nunc dicere incipiendū eſt.

a Exod. 7. 13. et 22. 27. Pſal. 31. 6. Prophetæ, et iudices interdum Dij vocati propter excelentem quādam virtute, quæ in illis elucebat. Vide ſect. 6. huius artic. et 8. Sym. Nic. b Athanaſ. in Symbol.

9 *Deus generali ratione omnium, hominum, peculiari autem Chriſtianorum pater dicitur.*

Sequitur enim in Symbolo, Patrem: ſed, quoniam Patris vox non vna ratione Deo tribuitur, illud prius declarandum erit, quæ ſit magis propria huius loci ſignificatio. Deum nonnulli etiam, quorum tenebris fides lucem non attulit, æternam ſubſtantiam eſſe intellexerunt, à qua res ortæ eſſent, & cuius prouidentia omnia gubernarentur, ſuumq. ordinem, & ſtatum conſeruarent. Ex humanis igitur rebus ducta ſimilitudine, quemadmodum eum, à quo familia propagata eſt, cuiuſque conſilio, & imperio regitur, patrem vocabant: ita hac ratione factum eſt, vt Deum, quem omnium rerum opificē, & rectorē agnoſcebant, Patrē appellari voluerint. Eodē nomine ſacrę etiā litterę vſę ſunt, cum de Deo loquentes vniuerſorū creationē, poteſtatē, admirabilemq. prouidentiam ei tribuendā indicarent, legimus enim, d Nunquid nō ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te? & alibi. e Nūquid nō Pater vnus omnium noſtrū? Nunquid non Deus vnus creauit nos? At verò multò frequentiùs, & peculiari quodam nomine, præſertim in noui Teſtamenti libris, Deus Pater Chriſtianorum dicitur, qui f non acceperunt ſpiritum ſeruitutis in timore; ſed acceperunt ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamant, Abba pater f eam enim charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus; g quod ſi filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, h qui eſt primogenitus in multis fratribus; nec confunditur vocare nos fratres,

Deus primatis et generali ratione dicitur hominum pater, quia eos vt res ceteras produxit et ſingulari prouidentia gubernat. Hæc de re plura initio. c. 9. de oratione Dominica

c Deut. 23. 9. d Mal. 2. 10. Deus ſecundo peculiariter dicitur pater fidelium propter adoptionem. e Rom. 8. 19. Quæ obiter hic attinguntur, latius ſec. 7. de precatione Dominica explicabūtur. f. 1. Ioan. 3. 1. g Rom. 8. 17. h Hebr. 2. 11.

Siue igitur communem creationis & prouidentiæ, ſiue præcipuam ſpiritualis adoptionis cauſam ſpectes, meritò fideles, Deum Patrem ſe credere profitentur.

Pia meditatio circa nomen Pater in diuinis, & de perſonarum proprietatibus.

a Tim. 16.

10. *Ex hac voce Patris quæ colligenda myſteria, & de diſtinctione perſonarum in diuinis.*

Verùm, præter eas notiones, quas explicauimus, Patris nomine audito, ad altiora myſteria mentem erigendam eſſe Parochus docebit. Quod enim *a* in luce illa inacceſſibili, quam inhabitat Deus, magis reconditũ, & abſtruſum eſt, quodque humana ratio, & intelligentia non conſequi, aut ne ſuſpicari quidẽ poterat, id Patris vocabulo diuina oracula nobis aperire incipiũt. Indicat autem hoc nomen in vna diuinitatis eſsẽtia nõ vnam tãtum perſonã, ſed perſonarum diſtinctionẽ credendam eſſe. Tres enim ſunt in vna diuinitate perſonæ: Patris, quià nullo genitus eſt: Filij, qui ãte omnia ſæcula à Patre genitus eſt: Spiritus ſancti, qui itidẽ ab æterno ex Patre, & Filio procedit. Atqui Pater eſt in vna diuinitatis ſubſtantia prima perſona, qui cũ Vnigenito Filio ſuo, & Spiritu ſãcto, vnus eſt Deus, vnus eſt Dominus, nõ in vnius ſingularitate perſonæ, ſed in vnius Trinitate ſubſtãtiæ. Iam verò hę tres perſonę, cũ in ijs quidquam diſſimile, aut diſpar cogitare nefas ſit, ſuis tãtummodò proprietatibus diſtinctę intelligũtur. Pater ſiquidẽ ingenitus eſt: Filius à Patre genitus; Spiritus ſanctus ab vtroque procedit. Atque ita triũ perſonarũ eãdem eſsẽtiam, eandẽ ſubſtantiam cõfitemur, vt in cõfeſſione veræ ſempiternæque Deitatis, & in perſonis proprietatẽ, & in eſsẽtia vnitatẽ, & in Trinitate ęqualitatẽ, piè, & ſanctè colendã credamus. Namq; cum Patris primam eſſe perſonã dicimus, hoc nõ ita accipiendũ eſt, perinde ac ſi aliquid in Trinitate, prius aut poſterius, maius aut minus cogitemus; abſit enim hæc à fidelium mentibus impietas, cum eãdem æternitatẽ, eãdem gloriæ maieſtatem in tribus perſonis Chriſtiana religio prędicet. Sed Patrem propterea, quod ipſe ſit principium ſine principio, primã eſſe perſonam verè, & ſine vlla dubitatione affirmamus: quæ quidem, vti Patris proprietate diſtincta eſt, ita in vnã illam præcipuè hoc conuenit, quod Filium

Tertio Patris nomen vnius eſſentiæ plures eſſe perſonas arguit.

Præfat. Miſſæ de S. Tri. Trinitas non ex diſſimilitudine eſſentiæ, ſed externa diſtinctione proprietatum, quæ in perſonis diuinis inueniũtur, exiſtimanda eſt, in Trinitate nihil maius, aut minus Symbol. Athan.

Primæ Trinitatis perſonæ cur Pater nomẽ tribuatur

Patris proprietas filium ab æterno genuiſſe.

lium ab æterno genuerit: ſemper enim Deum ſimul,& Patrē fuiſſe nobis ſignificatur, cū Dei, & Patris nomina coniunctà in hac cōfeſſione pronunciamus. Verum, quoniā in nullius rei, quā in huius omniū altiſſimę, ac difficillimę, notitia, atque explicatione, aut periculoſiùs verſari, aut grauiùs errare poſſumus: doceat Parochus, religiosè retinēda eſſe eſsētię, & perſonę propria vocabula, quibus hoc myſteriū ſignificatur, vt ſciant fideles, vnitatē eſſe in eſsētia, diſtinctionē autē in perſonis. Sed hæc ſubtiliùs exquirere nihil oportet, cū meminerimus illi⁹ vocis: *a* Qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria; ſatis enim videri debet, quod fide certū, & exploratū habemus, nos à Deo (cuius oraculis non aſsētiri extremæ ſtultitię, atq; miſerię eſt) ita edoctos eſſe: *b* Docete, inquit, omnes gētes, baptizātes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſācti. Rurſus *c* Tres ſūt, qui teſtimoniū dant in cœlo, Pater, Verbū, & Spiritus ſāctus, & hi tres vnū ſunt. Oret tamē aſſiduè, ac precetur Deū, & Patrem, qui vniuerſa ex nihilo condidit, *d* diſponitq; omnia ſuauiter; qui *e* dedit nobis poteſtatem, filios Dei fieri, qui Trinitatis myſteriū, humanę mēti patefecit, oret, inquā, ſine intermiſſione, qui diuino beneficio hæc credit, vt aliquando in æterna tabernacula receptus, dignus ſit, qui videat, quæ tanta ſit Dei Patris fęcunditas, vt ſeipsū intuens, atq; intelligēs, parem, & æqualē ſibi filiū gignat; quo vè modo duorū idē plane, & par charitatis amor, qui Spiritus Sāctus eſt, à Patre, & Filio procedēs, genitorem, & genitū ęterno, atq; indiſſolubili vinculo interſe cōnectat: atq; ita diuinę Trinitatis vna ſit eſsētia, & triū pſonarū pfecta diſtinctio.

Diuinitatis vnitas in eſſētia, Trinitas in perſonis admittenda.

a Prou. 25. 27.

b Mat. 28. 19.
c 1. Ioan. 5. 7.
pre[c]ibus agēdū apud Deū, vt altiſſimū Trinitatis myſteriū fide hic tantum comprehēſum aliquando re ipſa degustemus.
d Sap 8. 1
e Ioan. 1. 12.

11 *Nomine omnipotentis quid hic intelligamus.*

Omnipotentem ſolent ſacrę ſcripturæ multis nominibus Dei ſummā vim, & immenſā maieſtatē explicare, vt oſtendāt, quāta religione, & pietate illius ſanctiſſimū nomen colendum ſit, ſed in primis doceat parochus, illi omnipotentem vim frequentiſſimè tribui. Ipſe enim de ſe dicit *f* Ego Dominus omnipotens; & rurſus Iacob, cū filios ad Ioſeph mitteret, ita illis precatus eſt: *g* Deus autē meus oīpotens faciat vobis eū placabilē. deinde verò

Dei maieſtas multis nominibus in ſcripturis exponitur.

Omnipotētia Deo frequentius tribuitur
f Gen. 17. 1.
g Gen. 43. 14.

a Apoc. 1. 8.
† Apoc. 16. 14.

in Apoc. ſcriptum eſt, *a* Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, omnipotẽs; & alibi † Dies magnus Dei omnipotẽtis appellatur. Nonnunquã etiã pluribus verbis illud idẽ ſignificari ſolet. Atq; huc pertinet quod dicitur. *b* Nõ erit impoſſibile apud Deũ omne verbũ, *c* Nunquid manus Domini inualida eſt? Item. *d* Subeſt tibi, cũ volueris, poſſe, & alia generis eiuſdẽ. Ex quibus varijs dicẽdi formis id percipitur, quod vno omnipotẽtis verbo comprehendi perſpicuũ eſt. Intelligimus autẽ hoc nomine, nihil eſſe, nihil animo, & cogitatione fingi poſſe, quod Deus efficere nequeat; etenim nõ ſolùm hæc, quę tametſi maxima ſunt, aliquo tamen modo in cognitionẽ noſtram cadunt, efficiẽdi poteſtatẽ habet, nimirum, vt omnia ad nihilum recidant, atque vt plures mundi ex nihilo repente exiſtant; verum etiã multò maiora in illius poteſtate ſita ſunt, quæ humanæ menti, & intelligentiæ ſuſpicari, non licet.

b Luc. 1. 37.
c Nu. 11. 23.
d Sap. 12. 18.
Omnipotens ideo Deus cẽſetur, quia omnia poteſt, quæ ſummæ eius perfectioni non repugnant.

12 *Cum Deus ſit omnipotens, peccare tamen, vel falli non poteſt.*

Mẽtiri, falle, ignorare vel peccare ſunt actiones imbecillitatis non omnipotentiæ.

Neque verò, cum omnia Deus poſſit, mentiri tamen aut fallere, aut falli, aut peccare, aut interire, aut ignorare aliquid poteſt. Hæc enim in eam naturam cadunt, cuius imperfecta actio eſt. Deus verò cuius perfectiſſima ſemper actio eſt, ideo hæc non poſſe dicitur, quia, poſſe ea infirmitatis eſt, non ſummæ & infinitę omnium rerum poteſtatis, quam ille habet. Ita igitur Deũ omnipotentem eſſe credimus; vt ab eo tamen longè omnia abeſſe cogitemus, quæ perfectæ eius eſſentiæ maximè coniuncta, & conuenientia non ſunt.

13 *Cur alijs nominibus quę de Deo dicuntur, prætermiſſis, ſolius omnipotentiæ in Symbolo fiat mentio, quæque ſint eius fidei vtilitates.*

Omni Potentiæ vox quam multa ſuo ambitu concludat.

Rectè autem, ſapienterque factum Parochus oſtendat, vt, prætermiſſis alijs nominibus, quæ de Deo dicuntur, hoc vnum nobis credendum in Symbolo proponeretur. Nam, cum Deum omnipotentem agnoſcimus, ſimul etiam fateamur neceſſe, eſt eam omnium rerum ſcientiam habere, omnia item eius ditioni, & imperio ſubie-

ſubiecta eſſe. Cum verò omnia ab eo fieri poſſe, non dubitemus, conſequens omnino eſt, vt cætera etiam explorata de illo habeamus, quæ ſi deſint quomodo omnipotens ſit, prorſus intelligere nō poſſumus. Præterea nulla res tam ad fidem & ſpem noſtrā cōfirmāda valet, quàm, ſi fixum in animis noſtris teneam⁹, nihil nō fieri à Deo poſſe, quidquid enim deinceps credere oporteat, quamuis magnum, & admirabile ſit, rerumque ordinē ad modū ſuperet illi tamē facilè humana ratio, poſtquā Dei omnipotētis notitiā perceperit, ſine vlla hæſitatione aſſentitur; quin potiùs, quò maiora ſint, quæ diuina oracula doceant, eò libentiùs fidem eis habendā eſſe exiſtimat. Quod ſi boni etiā aliquid expectandū ſit nūquam animus rei magnitudine, quā exoptat, frangitur, ſed erigit ſeſe, atq; cōfirmat, ſæpè illud cogitās, nihil eſſe, quod ab omnipotenti Deo effici nō poſſit. Quare hac fide pcipuè munitos nos eſſe oportet, vel cū admirāda aliqua opera ad proximorū vſum, & vtilitatē edere cogimur, vel cum à Deo precibus impetrare aliquid volumus, Alterum enim ipſe Dominus docuit, cum Apoſtolis incredulitatem obijciens diceret: *a* Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic: Tranſi hinc illuc, & trāſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. De altero autem S. Iacobus ita teſtatus eſt: *b* Poſtulet in fide, nihil hæſitans, qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur, non ergo æſtimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Domino. Multa præterea hæc fides commoda, atque vtilitates nobis præbet, In primis vero ad omnem animi modeſtiam, & humilitatē nos inſtituit; ſic enim inquit Princeps Apoſtolorū *c* Humiliamini ſub potenti manu Dei; monet etiam nō eſſe trepidādū, vbi non ſit timor, ſed vnū Deum timendū eſſe, in cuius poteſtate nos ipſi, noſtraq; omnia poſita ſunt; inquit enim Saluator noſter *d* Oſtendam vobis, quem timeatis; Timete eū, qui poſtquā occiderit, habet poteſtatē mittere in gehennā. Vtimur deinde hac fide ad immenſa erga nos Dei beneficia cognoſcenda, & celebranda. Nam, qui Deum omnipotentem cogitat, tam ingrato animo eſſe non poteſt, quin ſæpius exclamet, *e* Fecit mihi magna, qui potens eſt.

Omnipotentiæ [illegible] fidem, & ſpem maximè cōfirmat.

Fides omnipotentiæ quantò ſit maximè neceſſaria.

a Mat. 17. 20.

b Iac. 1. 6. 7.

Omnipotentiæ fides humilitatem, & confidentiam bonā præſtat.

c 1. Petr. 5. 6.

d Luc. 12. 5.

Omnipotentiæ opinio ad laudandum Deum fideles excitat.

e Luc. 1. 64.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE

14 *Omnipotentiæ vox non ita Patri hic tribuitur, vt de Filio, vel Spiritu ſancto etiam non dicatur.*

Sed, quòd Patrē omnipotentem in hoc articulo vocamus, neminem eo errore duci oportet, vt arbitretur ita illi hoc nomen tributum eſſe, vt Filio étiam, & Spiritui ſancto commune non ſit. Nam, quemadmodum Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum, neque tamen tres Deos, ſed vnum Deum eſſe dicimus; ita æquè Patrē, ac Filium, & Spiritum ſanctum omnipotentem, neque tamen tres omnipotentes, ſed vnum omnipotentem eſſe confitemur. At verò præcipua quadam ratione Patrem, quia omnis originis fons eſt, hoc nomine vocamus; vti etiam Filio, qui æternum Patris verbum eſt, ſapiētiam; & Spiritui ſancto, qui vtriuſq; amor eſt, bonitatem tribuimus, quāuis hæc, & alia huiuſmodi nomina communiter de tribus perſonis, ex Catholicę fidei regula, dicantur.

a Athanaſ. in Sym.

15 *Quo pacto, quaque de cauſa Deus cœlum, & terram creauerit.*

Creatorem cœli, & terræ. Quam neceſſarium fuerit, omnipotentis Dei cognitionem paulò antę fidelibus tradi, ex iis, quæ nunc de vniuerſorum creatione explicanda erunt, perſpici poteſt. Tanti enim operis miraculum faciliùs creditur, quod nullus de immenſa creatoris poteſtate dubitandi locus relinquitur. Deus enim nō ex materia aliqua mundum fabricatus eſt, ſed ex nihilo creauit, idque nulla vi, aut neceſſitate coactus, ſed ſua ſponte, & voluntate inſtituit. Neque verò vlla alia fuit cauſa, quæ illum ad opus creationis impelleret, niſi vt rebus, quæ ab ipſo effectæ eſſent, bonitatem ſuam impertiretur; nam Dei natura, ipſa per ſe beatiſſima, nullius rei indigens eſt, vt inquit Dauid: *b* Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Quemadmodū autē ſua bonitate adductus, *c* quęcūq voluit, fecit; ita non exemplum aliquod, aut formā, quæ extra ſe poſita eſſet, cū vniuerſa cōderet, ſecutus eſt. Verū, quia rerum omnium exēplar diuina intelligentia continetur, id ſummus artifex in ſeipſo intuens, ac veluti imitatus, ſumma ſapiētia, & infinita virtute, quę ipſius propria

Deus vt ſuam bonitatē alijs cōmunicaret, mundū ex nihilo creauit.

b Pſal. 15. 2.

Deus in rerū creatione nulla idea extrinſeca vſus eſt, ſed ex ſeipſo exēplar ſumpſit.

c Pſal. 113. 3.

pria eſt rerum vniuerſitatem initio procreauit: *a* ipſe enim dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt. a Pſal. 148. 5.

16 *Quid per cælum, & terram hoc loco intelligendum ſit.*

Verum cœli, & terræ nomine, quidquid cœlum, & terra complectitur, intelligendū eſt. Nam, præter cœlos, *b* quos opera digitorum eius Propheta appellauit, Solis etiam ſplendorem, Lunæque & cęterorum ſiderum ornatum addidit, atque *c* vt eſſent in ſigna, & tempora, & dies, & annos, ita cœlorum orbes certo, & conſtanti curſu temperauit, vt nihil perpetua eorum conuerſione mobilius, nihil mobilitate illa certius videri poſſit.

b Pſal. 8. 4.

c Gen. 1. 14.

17 *De creatione cælorum ſpiritualium, id eſt Angelorum.*

Præterea ſpiritualem naturā, innumerabileſque Angelos, qui Deo miniſtrarent, atque aſſiſterent, ipſe ex nihilo creauit, quos deinde admirabili gratiæ ſuæ, & poteſtatis munere auxit atque ornauit. Nam, cum illud ſit in diuinis litteris, *d* Diabolum in veritate non ſteuiſſe: perſpicuum eſt, eum, reliquoſque deſertores Angelos, ab ortus ſui initio, gratia præditos fuiſſe, de quo ita eſt apud S. Auguſt. Cum bona voluntate, id eſt, cum amore caſto, quo illi adhærent, Angelos creauit, ſimul in eis & condens naturam, & largiens gratiam. Vnde ſine bona voluntate, hoc eſt, Dei amore, nunquam S. Angelos fuiſſe, credendum eſt. Quod autem ad ſcientiam attinet, extat illud ſacrarū litterarū teſtimoniū: *e* Tu Domine mi rex, ſapiens es, ſicut habet ſapientiam Angelus Dei, vt intelligas omnia ſuper terram. Poteſtatē denique eis tribuit diuinus Dauid illis verbis. *f* Potentes virtute, facientes verbū illius; atq; ob eam rem ſæpe in ſacris litteris *g* virtutes, & exercitus Domini appellātur. Sed quamuis omnes ij cęleſtibus donis ornati fuerint; plurimi tamē, qui à Deo parente, & creatore ſuo defecerunt, ex altiſſimis illis ſedibus deturbati, atque in obſcuriſſimū terrę carcerē incluſi, ęternas ſuperbię ſuæ pœnas luunt, de quibus princeps Apoſtolorū ſcribit in hunc modum *h* Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarū tradidit cruciādos, in iudiciū reſeruari.

d Ioan. 8. 43. Angeli oēs in gratia creati Aug. lib. 7 de ciu. Dei ca. 9. Sapientes Angeli.

e 2. Reg. 14. 14

f Pſal. 10. 20. Aug. cur virtutes, vel exercitus Domini dicantur.

g Pſal. 23. 10. & 45. 8. & 5. 6 Na. 6. 3. Angeli Apoſtatæ in æternas pęnis coniecti.

h 2. Pet. 2. 4.

18 *De terræ creatione.*

a Pſal. 103. 5. Terra orbis centrum. b ibid. 8. Terræ ornatus & plantis & animantibus. h Gen. 1. 27. 28. & 2. 7. Homo immortalis & impaſſibilis creatus etiam ſecũdum corpus Hominis anima liberi arbitrij particeps creata & in illa non dominans ſenſitiui apetitus inſtituta. Anima cum originali iuſtitia creata amiſſa poſt. Adæ peccatum iuſtitia, etiam liberũ hominis arbitrium ſit extinctum, declaratur. ſeſſ 6. Concil. Trid. Concil. 4 1. & 6. de iuſtific.

At verò, *a* terram etiam, ſuper ſtabilitatem ſuam fundatam, Deus verbo ſuo iuſſit in media mundi parte conſiſtere, effecitque *b* vt aſcenderent montes, & deſcenderent campi in locum, quem fundauit eis; ac, ne aquarum illam inundaret, terminum poſuit, quem non traſgredientur, neque conuertentur operire terram. Deinde non ſolùm arboribus, omnique herbarum, & florum varietate conueſtiuit, atque ornauit, ſed innumerabilibus etiam animantium generibus, quemadmodum antea aquas, & aera, ita etiam terras compleuit.

19 *De creatione hominis.*

Poſtremò Deus ex limo terræ *e* hominem ſic corporè effectum, & conſtitutum effinxit, vt non quidem naturæ ipſius vi, ſed diuino beneficio immortalis eſſet, & impaſſibilis. Quod autem ad animam pertinet, eum ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam formauit, liberumq; ei arbitriũ tribuit; omnes prꝑterea motus animi, atque appetitiones ita in eo temperauit, vt rationis imperio nunquam non parerent. Tum originali iuſtitiæ admirabile donum addidit, ac deinde cꝑteris animantibus prꝑeſſe voluit: quæ quidem facilè erit Parochis ad fidelium inſtitutionem ex ſacra Geneſis hiſtoria cognoſcere.

20 *Cæli, & terrꝑ viſibilia omnia, & inuiſibilia comprꝑhenduntur.*

c Pſal. 88. 12. cæli & terræ nomine omnia viſibilia & inuiſibilia denotantur. Symb. Nic. apud Ruff. ib. 10. 7. & in geſtis Concilij.

Hæc igitur de vniuerſorum creatione, cœli & terræ verbis intelligenda ſunt; quæ omnia breuiter quidem Propheta complexus eſt illis verbis: *c* Tui ſunt cæli, & tua eſt terra, orbem terræ, & plenitudinem eius tu fundaſti; ſed multo etiam breuiùs Patres Nicœni Concilij, additis in Symbolo duobus illis verbis, viſibiliũ, & inuiſibilium, ſignificauerunt. Quæcunque enim rerum vniuerſitate conprꝑhenduntur, atque à Deo creata eſſe confitemur, ea vel ſub ſenſum cadunt, & viſibilia dicuntur, vel mente, & intelligentia percipi à nobis poſſunt; quæ inuiſibilium nomine ſignificantur.

21 Res

21 *Res Dei virtute conditæ citra ipſius gubernationem & prouidentiam ſubſiſtere non poſſunt.*

Nec verò ita Deum creatorem, atque effectorem omniũ credere oportet, vt exiſtimemus, perfecto, abſolutoque opere, ea, quæ ab ipſo effecta ſunt, deinceps, ſine infinita eius virtute, conſtare potuiſſe. Nam quemadmodum omnia, vt eſſent, creatoris ſumma poteſtate, ſapiẽtia, & bonitate effectũ eſt; ita etiam niſi conditis rebus perpetua eius prouidẽtia adeſſet, atque eadem vi, qua ab initio cõſtitutæ ſũt, illas conſeruaret, ſtatim ad nihilum recideret. Atque id Scriptura declarat, cùm inquit: *a* Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatum non eſſet, conſeruaretur?

Res condita Dei virtute, & prouidentia ſubſiſtunt, & gubernantur. Plura de Dei prouidentia, dicentur ſect. 16. c. 9. de precatione Dominica, & ſectiõ 4. ſecundę petitionis.

a Sap. 11. 26.

22 *Deus ſua gubernatione ſecundarum cauſarum vim non euertit.*

Non ſolum autem Deus vniuerſa, quę ſunt, prouidentia ſua tuetur, atque adminiſtrat, verum etiam, quæ mouentur, & agunt aliquid, intima virtute ad motum atq; actionem ita impellit, vt, quamuis ſecundarum cauſarum efficientiam non impediat, præueniat tamen, cum eius occultiſſima vis ad ſingula pertineat, & quemadmodum Sapiens teſtatur, *b* Attingat à fine vſque ad finem fortiter, & diſponat omnia ſuauiter. Quare ab Apoſtolo dictum eſt, cùm apud Athenienſes annunciaret Deum, quem ignorantes colebant: Non longè eſt ab vnoquoque noſtrum, in ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus.

Deus ita res à ſe cõditas gubernat, vt non tantum ſecundarum cauſarum virtutem non euertat, ſed quod hãc etiam præueniat.

Conferatur hic locus cum ſect. 3. pr. petitionis Dominicę orationis

b Act. 17. 27. 28.

23 *Rerum creatio ſoli Patri tribuenda non eſt.*

Atque hęc de primi articuli explicatione ſatis fuerint; ſi tamẽ illud etiam admonuerimus, creationis opus omnibus ſanctę, & indiuiduæ Trinitatis perſonis cõmune eſſe. Nam hoc loco, ex Apoſtolorum doctrina, Patrem creatorem cœli, & terræ confitemur: in ſcripturis ſacris legimus de Filio: *c* Omnia per ipſum facta ſunt: & de Spiritu ſancto: *d* Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, & alibi: *e* verbo Domini cœli firmati ſunt; & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

Creationis opus toti Trinitati commune eſt. Vide Sect. 3. art. 3

c Ioan. 1. 3.

d Gen. 1. 2.

e Pſal. 32. 6.

3 Nullus præter Chriſtum genus humanum potuit reſtaurare.

Cum igitur ex altiſſimo dignitatis gradu concidiſſet noſtrum genus, ſubleuari inde, & in priſtinum locum reſtitui nullo modo poterat, hominum, aut Angeloru viribus: quare reliquum erat illud ruinæ, & malorum ſubſidium, vt Dei Filij infinita virtus, aſſumpta carnis noſtræ imbecillitate, *a* infinitam tolleret peccati vim, *b* & nos reconciliaret Deo in ſanguine ſuo.

a Ioan. 1. 20.
b Tom. 5. 10.

4 Citra redemptionis fidem nullus vnquam ſaluari potuit, & propterea Chriſtus à mundi initio ſæpè prænunciatus eſt.

Redēptionis fides ad ſalutē ſemper neceſſaria, & mox poſt hominis lapſum diuinitus fuit oſtenſa.

Primum ſub lege naturæ.

Huius autē redēptionis fides, & confeſſio hominibus ad ſalutem conſequendā neceſſaria eſt, ſemperque fuit, quā Deus initio præmōſtrauit. Nam in illa damnatione humani generis, quæ ſtatim peccatum conſecuta eſt, oſtenſa etiam fuit ſpes redēptionis illis verbis, quibus proprium Diabolo damnū, quod ex liberatione hominum facturus erat, denunciauit: *c* Inimicitias ponā inter te, & mulierem; ſemen tuum, & ſemen illius; ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius: & deinceps eandē promiſſionē ſępè confirmauit, maioremq; ſui conſilij ſignificationem ijs præſertim hominibus dedit, quibus voluit ſingularē beneuolentiā præſtare; inter cæteros, verò cū *d* Patriarchę Abrahæ ſępe numero hoc myſterium ſignificaſſet, tum eo tempore apertiùs declarauit, cum ille Dei iuſſis obediens, filium ſuum vnicum Iſaac immolare voluit, inquit enim; *e* Quia feciſti hanc rem, & non perperciſti filio tuo vnigenito † benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris: poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ Ex quibus verbis facilè colligi poterat, ex progenie Abrahæ futurum, qui omnibus ab immaniſſima Sathanæ tyrannide liberatis, ſalutē afferret: illum autē Dei filium, natū ex ſemine Abrahæ, ſecūdū carnē, fore neceſſe erat. Non ita multò poſt Dñs, vt eiuſdē promiſſonis memoria conſeruaretur, idem fędus cū Iacob, Abrahæ nepote ſan-

c Gen. 3. 15.
d Gen. 12. 1. & 17 19. & 18. 18
e Gen. 22. 17. 18.
† Propter me eſt in vulgata editione: quæ uis in M.S Hebræ, & Cald. exemplaribus non ſit ſed in Græcis reperiatur.

ſanciuit *a*, nam, cũ ille in ſomnis vidit ſcalam ſtãtem ſuper terram, & cacumẽ illius tãgens cælos, Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eã, vt teſtatur Scriptura, audiuit etiam Dominum innixum ſcalæ, dicentem ſibi: *b* Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac; terrã, in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo: eritque ſemen tuũ quaſi puluis terræ: Dilataberis ad orientem, & occidentem, & ſeptentrionem, & meridiem, & benedicentur in te, & ſemine tuo cunctæ tribus terræ. Neque poſtea deſtitit Deus eadem ſui promiſſi memoria renouanda, & generi Abrahã, & multis præterea hominibus Saluatoris expectationem cõmonere, ſiquidem, Iudæorum republica, & religione conſtituta, notior populo ſuo fieri cępit, nam & mutæ res ſignificarunt, & homines prædixerunt, quæ, & quanta nobis bona Saluator ille, & redẽptor noſter Chriſtus Ieſus allaturus eſſet. Ac *c* Prophetæ quidem, quorũ mens cæleſti lumine illuſtrata fuit, filij Dei ortũ, admirabilia opera, quæ homo natus effecit, doctrinam, mores, conſuetudinem, mortẽ, reſurrectionem, cęteraque eius myſteria hęc omnia, quaſi tũ adeſſent, palam docentes, populo prænunciarunt; ita vt ſi futuri, & præteriti temporis tollatur diuerſitas, nihil iam inter prophetarum prædicta, & Apoſtolorum prædicationem, nihil inter veterum Patriarcharum fidem, & noſtram, intereſſe videamus. Sed iam de ſingulis articuli partibus dicendum videtur.

a Gen. 28.12.
b Gen. 28.13. 14.
Sub lege ſcripta ſępius memoria redemptionis humanæ renouata, per ſacrificia, typos, & prædictiones Prophetarum.
c Pſal. 2. & 21. & 98. & 109. Iſa. 7. 15. & 3. 9. 6. 11. 1. 53. per totum. Ier. 23. 5. 1c. 9. Dan. 7. 13. 9. 24. & alij paſſim.
Patriarcharũ Prophetarũ, & Apoſtolorũ fides ſola temporis circunſtantia differt. Videatur ſect. 1. de fide & Symbol. cap. 1

5 *De IESV nomine, & quòd Chriſto propriè conueniat.*

Ieſus nomen humani generis redemptori Dei præcepto fuit impoſitum.

IESVS proprium eſt nomen eius, qui Deus, & homo eſt, quod Saluatorem ſignificat, non quidem fortuitò, aut hominum iudicio, & voluntate, ſed Dei conſilio, & præcepto illi impoſitum. Angelus enim Mariæ matri ita annunciauit; *d* Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Ac deinde Ioſeph Virginis ſponſo non ſolùm, vt eo nomine puerum appellaret, præcepit, ſed etiam, cur ita nominandus eſſet, declarauit; inquit enim; *e* Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam; quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt: pariet autem filium, &

d Luc. 1. 31.
e Matt 1. 20.

vocabis

vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

6 *Non eſt eadem ratio, cur alijs quibuſdam hominibus idem nomen ſit tributum.*

Multi quidem eo nomine fuerunt in diuinis litteris: nam idem nomen Naue filio fuit, qui Moyſi ſucceſſit, & populum, à Moyſe ex Ægypto liberatum, in terram promiſſionis, quod illi negatum fuerat, deduxit: eodem etiam nomine Ioſedech ſacerdotis filius appellatus eſt. Sed quantò veriùs Saluatorem noſtrũ hoc nomine appellandum exiſtimabimus, qui non vni alicui populo, ſed vniuerſis omnium ætatum hominibus, non quidem fame, aut Ægyptiaco, vel Babilonico dominatu oppreſſis, ſed *a* in vmbra mortis ſedentibus, & duriſſimis peccati, & diaboli vinculis obſtrictis, lucem, libertatem, & ſalutem dederit, qui eis cœleſtis regni ius, & hæreditatem acquiſiuerit, qui eos Deo Patri reconciliauerit? In illis Chriſtum Dominum obumbratum videmus, à quo ijs beneficijs, quæ diximus, cumulatum eſt genus humanum. Quæ prætereà nomina *b* prædicta ſunt Dei Filio diuinitùs imponenda, ad vnum hoc Ieſus nomen referuntur; cum enim cœtera ſalutem, quam nobis daturus erat, aliqua ex parte attingerent, hoc ipſum vniuerſæ ſalutis humanę vim, rationemque complexũ eſt.

Ioſuè filius Naue à lxx. dicitur paſſim Ieſus.

Ieſus filius Ioſedech apud Eſdram, Aggæum, & Zachariam ſępe.

Ieſu nomen propriiſſimè Chriſto conuenit.

a Iſaiæ. 7. 14. & 9. 6.

b Zach. 8. 12.

Ieſu nomen ſua amplitudine quidquid alijs nominibus per Prophetas Chriſto fuit attributi complectitur.

7 *Quid ſibi hìc velit Chriſti nomen, & quot rationibus Ieſu noſtro conueniat.*

IESV nomini Chriſti etiam nomen additum eſt, quod vnctum ſignificat, & honoris, & officij nomen eſt, nec vnius rei proprium, ſed commune multorum: nam veteres illi *c* patres noſtri, Chriſtos, appellabant ſacerdotes, *d* & reges, quos Deus propter muneris dignitatẽ vngi præceperat. Sacerdotes enim ij ſunt, qui populum, aſſiduis precibus Deo commendant, qui ſacrificia Deo faciunt, qui pro populo deprecantur. Regibus autẽ populorũ gubernatio commiſſa eſt, ad eoſque pertinet maximè legum auctoritate, innocentium vitam tueri, & nocentium audaciam vlciſci. Quoniam igitur vtraque harum functionum Dei maieſtatem referre in terris videtur, ideo, qui vel ad regium, vel ad ſacerdotale munus

c Chriſtus eſt officij, & dignitatis nomen c. 1. Reg. 12. 3. 15. 6. 24. 7. 26. 9. 1. Paral 16. 22. Pſal. 104 15.

Sacerdotum officium.

d Exod. 29. 6. & 40. 13. 11. Reg. 9. 1.

Regum officium.

nus

nus obeundum electi erant, *a* vnguento vngebantur. Prophetas etiam vnguendi *b* mos fuit, qui Dei immortalis interpretes, & internuncij cæleſtia arcana nobis aperuerũt, atque ad emẽdandos mores ſalutaribus præceptis, & futurorũ prædictione hortati sũt. At verò cũ Ieſus Chriſtus Saluator noſter in mũdũ venit, triũ perſonarũ partes, & officia ſuſcepit, Prophetæ, Sacerdotis, ac Regis, atque ob eas cauſas Chriſtus dictus eſt, & vnctus ad illorum munerum functionem, nõ quidẽ alicuius mortalis opera, ſed cæleſtis Patris virtute, nõ terreno vnguẽto, ſed ſpirituali oleo: quippe cũ in ſanctiſſimã eius animam, Spiritus ſancti plenitudo, gratiaq; & omniũ donorum vberior copia effuſa, ſit, quàm vlla alia creata natura capere potuerit. Atque id præclarè Propheta oſtendit, cum redemptorẽ ipſum affatus diceret: *c* Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitię præ conſortibus tuis. Idem etiã, ac multò apertius Iſaias ijs verbis demonſtrauit: *d* Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit Dominus me, ad annũciandum manſuetis miſit me. Itaque Ieſus Chriſtus sũmus Propheta, & Magiſter fuit, qui nos Dei volũtatem docuit, & à cuius doctrina orbis terrarum Patris cæleſtis cognitionẽ accepit; quòd ei nomen præclariùs, ac præſtantius conuenit, quod omnes, quicunque Prophetæ nomine dignati ſunt, eius diſcipuli fuerunt, atque ob illam præcipue cauſã miſſi, vt Prophetã hunc, qui ad ſaluandos omnes venturus erat, prænunciarent. Chriſtus item ſacerdos fuit, non quidẽ ex ordine ex quo in veteri lege Leuiticæ tribus ſacerdotes extiterũt, verùm ex illo, de quo Dauid Propheta cecinit: *e* Tu es ſacerdos in ęternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Cuius rei argumentũ Apoſtolus ad Hebreos ſcribens accuratè proſecutus eſt. Sed Chriſtum, non ſolum vt Deus, verum vt homo, ac noſtrę naturę particeps eſt, Regẽ etiam agnoſcimus: de quo Angelus teſtatus eſt: *g* Regnabit in domo Iacob in ęternum, & regni eius non erit finis, quod quidẽ Chriſti regnum ſpirituale, atque æternum; in terriſq; inchoatur, in cœlo verò perficitur. Ac regis quidem officia, admirabili prouidentia ſua pręſtat Eccleſię: Ipſe eam regit, ipſe eam ab hoſtiũ impetu, atque inſidijs tuetur;

Lucæ 11. 12. Num. 3.3. 1. Reg. 10. 2. & 16. 22. 13. 2. Reg. 4. 3.
b 3. Reg. 1. 8. 5. Sacerdotes et Reges quare ſoliti ſint inungi. Filius Dei incarnatus trium perſonarum officia quia ſuſcepit, ideo Chriſtus dictus eſt, Chriſtus non humano auxilio ad ternas illas dignitates eſt euectus nec terreno vnguento inunctus.
c Iſaiæ 44 8. Chriſtus prophetarũ ſummus.
d Deut. 18.15. Chriſtus ſacerdos.
e Pſal. 107. 4.
f Heb. 5.6.7. 10 & 7.17.18. 22. 23.
g Luc. 1. 23. Chriſti Regnum ſpirituale eſt quid paulo poſt art. 6. oſtendetur Chriſt⁹ quibus modis regis officium.

tur;

tur, ipſe ei leges præſcribit, ipſe non ſolùm ſanctitatem, & iuſtitiã arguit; verùm etiã ad perſeuerandũ facultates, & vires præbet. Quamquã autem huius regni finibus tam boni, quàm mali contineantur, atque adeò omnes homines iure ad illud pertineant: ij tamen præ ceteris ſummam regis noſtri bonitatẽ, & beneficentiam experiuntur, qui ex eius præceptis integram, atque innocentem vitam degunt. Neq; verò hoc illi regnũ hæreditario, aut humano iure obtigit, tametſi genus *a* à clariſſimis regibus duceret, ſed Rex fuit, propterea quòd Deus in illum hominẽ cõtulit, *b* quidquid poteſtatis, amplitudinis, dignitatis, hominis natura capere poſſet. Illi igitur totius mundi regnũ tradidit, eique omnia, quod iam fieri cœptum eſt, plenè, perfectèque in die iudicij ſubijcientur.

obeat VHeatur ſe. 11 1a petitio Dominicæ orat.

Omnes homines ad Chriſti regnum generali quadã ratione pertinent, peculiarius tamen ſolo boni.

Chriſtus iure diuinũ ſecundum humanã etiam naturã totius mundi Rex.

a Matt. 1. 5 6. 7 8.

b Luc. 7. 46 & 17. 1. Apoc. 17. 14. & 18 16. 1 Cor. 15. 27. 28.

8 *Quo pacto Ieſum Chriſtum Filium Dei vnicum nos credere, & confiteri conueniat.*

Filium eius vnicũ. His verbis altiora myſteria de Ieſu credenda, & contẽplanda fidelibus proponuntur, nimirum filiũ Dei eſſe, & verum Deum, ſicuti Pater eſt, qui eum ab æterno genuit. Præterea illũ diuinæ Trinitatis ſecundã perſonam alijs duabus omnino æqualem confitemur: nihil enim impar, & diſſimile in diuinis perſonis, aut eſſe, aut fingi animo debet, cùm vnam omniũ eſſentiam, voluntatẽ, poteſtatẽ agnoſcamus; quod cùm multis pateat diuinæ ſcripturæ oraculis, tum præclariſſimè illud oſtendit S. Ioannis teſtimoniũ: *c* In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deũ, & Deus erat Verbum. Sed, cũ Ieſum Filium Dei eſſe audiuimus, nihil terrenũ, aut mortale de eius ortu cogitandũ eſt. Verum ortum illum, quo ab omni æternitate Pater Filiũ genuit, quem ratione percipere, atque perfectè intelligere nullo modo poſſumus, conſtanter credere, & ſumma animi pietate colere debemus, ac veluti myſterij admiratione obſtupefacti, illud cũ Propheta dicere; *d* Generationem eius quis ennarrabit? Hoc igitur credendũ eſt, Filiũ eiuſdem eſſe naturæ, eiuſdem poteſtatis, & ſapientiæ cũ Patre, vt in Symbolo Niceno explicatiùs cõfitemur; inquit enim: Et in Ieſum Chriſtum, filium eius vnigenitũ, & ex Patre natũ ante omnia ſæcula, Deũ de Deo, lumen de lumine,

Filius Dei verus Deus eſt, & alijs duabus perſonis omnino æqualis.

c Ioan. 1. 1. Spiritualis filij Dei ex Patre natiuitas admiranda potiùs, quàm ſcrutanda.

d Iſaia. 53. 8. Symb Nicen. apud Ruf & in geſtis Côc.

Deum

Deum verũ de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt.

9 *De modo generationis æternæ, ducta ſimilitudine à rebus creatis, et de duplici natiuitate, et filiatione Christi.*

Modus æterni Christi generationis ſimilitudine declaratis.

a Ioan. 1.1.

Ex omnibus autem, quæ ad indicandum modum, rationemq; æternę generationis, ſimilitudines afferũtur, illa propiùs ad rẽ videtur accedere, quæ ab animi noſtri cogitatione, ſumitur; quamobrem ſãctus Ioannes filiũ eius *a* Verbũ appellat. Vt enim mẽs noſtra ſeipſam quodam modo intelligẽs, ſui effingit imaginẽ, quã Verbum Theologi dixerũt; ita Deus, (quantũ tamen diuinis humana conferri poſsũt) ſeipſum intelligẽs, Verbum æternum generat; & ſi præſtat cõtemplari, quod fides proponit, & ſincera mente Ieſum Chriſtũ verum Deũ, & verũ hominem credere, & confiteri, genitum quidem, vt Deum, ante omnium ſæculorum ætates, ex Patre: vt hominem verò natum in tempore, ex matre Maria Virgine. Et, quamquam duplicem eius natiuitatem agnoſcamus, vnum tamen filium eſſe credimus. Vna enim perſona eſt, in qua diuina, & humana natura conuenit.

Duplex Chriſti natiuitas nõ facit duos filios. Athanaſ. in Sym.

Pluribus hæc explicantur Sec. 9. c. 7 de oratione Dominica.

b Iſa. 64. 8.

c Heb. 2. 12.

10 *Quomodo Christus fratres habere, vel non habere cenſendus ſit.*

Et, quod ad diuinam generationem attinet, nullos aut fratres, aut cohæredes habet, cum ipſe Patris vnicus filius, *b* nos verò homines, figmentum, & opus manuum eius ſimus, At, ſi humanum ortum conſideremus, *c* multos ille non ſolum fratrum nomine appellat, ſed fratrum etiam loco habet, vt vnà cum eo paternę hæreditatis gloriam adipiſcantur; ij ſunt, qui fide Chriſtũ Dominum receperunt, & fidem, quam nomine profitentur, re ipſa, & charitatis officijs præſtant, quare primogenitus in multis fratribus ab Apoſtolo vocatur.

Fratres Chriſti qui ſint.

Ad Ro. 8.19.

11 *Chriſtus ſecundum vtramque naturam Dominus noſter dicitur.*

Diuerſæ Proprietates, iuxta diuerſas naturas Chriſto tribuuntur. Cõmunicatio idiomatũ eſt

Dominum noſtrum, Multa ſunt, quæ de Saluatore noſtro in ſacris litteris dicuntur; quorum alia; vt Deus eſt alia, vt homo, ipſi conuenire perſpicuum eſt, quoniam à diuerſis naturis, diuerſas earum proprietates accepit

cepit

cepit Igitur verè dicimus Chriſtum eſſe omnipotẽtem, æternum, immenſum, quod à diuina natura habet. Rurſus de illo dicimus, paſſum, mortuum eſſe, reſurrexiſſe, quæ naturæ hominum conuenire nemo dubitat. Verum, præter hæc, quædam alia vtriq; naturæ congruunt, vt hoc loco, cũ Dominum noſtrũ dicimus. Igitur ſi ad vtramq; naturam hoc nomen referratur, meritò Dominus noſter prędicandus eſt. Nã, quemadmodũ ipſe ęternus Deus eſt, vti Pater; ita etiã omnium rerũ æquè Dominus eſt, ac Pater; & quemadmodũ ipſe, & Pater non eſt alius, atq; alius Deus, ſed idẽ planè Deus, etiã ipſe, & Pater non eſt alius atque alius Dominus. Sed rectè etiã multis rationibus, vt homo eſt, Dominus noſter appellatur. Ac primũ quidẽ, quoniã ipſe redẽptor noſter fuit, atq; à peccatis nos liberauit, iure hanc poteſtatẽ accepit, vt verè Dominus noſter eſſet, ac diceretur. Ita enim Apoſtolus docet: a Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortẽ, mortem autẽ crucis: propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genuflectatur, cœleſtium, terreſtriũ, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Atque ipſe de ſe poſt reſurrectionem: b Data eſt, inquit, mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Ob eam quoque rem Dominus dicitur, quòd in vna perſona duæ naturæ, diuina, & humana, coniunctæ ſint, hac enim admirabili coniunctione meruit, vt, quamuis pro nobis mortuus nõ eſſet, tamen Dominus conſtitueretur, communiter quidẽ omniũ rerum, quæ conditæ ſunt, præcipuè autem fideliũ, qui illi parent atque ſummo animi ſtudio inſeruiunt.

inChriſto, proprietates vẽdi uerſarum naturarum. Chriſtus iuxta vtrãque naturam noſter eſt Dominus.

Symb. Athan.
a Ad Phil. 2. 9. 10.

a Mat. 18. 18.
Vnio Hypoſtantica cauſa eſt cum Chriſtus Dominus dicitur

12 *Chriſtiani ſe totos Ieſu Chriſto, principe tenebiarum conculcato, tradere debent.*

Quod igitur reliquum eſt, Parochus fidelem populum ad eam rationem cohortabitur, vt ſciat æquiſſimum eſſe præ cęteris hominibus, nos, qui ab eo nomen inuenimus, Chriſtianique vocamur, & quanta ille in nos beneficia contulerit, ignorare non poſſumus, ob id maximè, quòd eius munere hæc omnia fide intelligimus, æquum eſſe, inquam, nos ipſos, non ſecus ac mancipia, redem-

Quantum homo Chriſtianus Chriſto debeat.

ptori noſtro,& domino in perpetuum addicere,& conſecrare. Et quidem cum baptiſmo initiamur; ante Eccleſiæ fores id profeſſi ſumus; declarauimus enim; nos ſathanæ,& mundo renunciare,& Ieſu Chriſto totosnos tradere. Quòd ſi, vt Chriſtianæ militiæ adſcriberemur, tam ſancta, & ſolemni profeſſione nos ipſos Domino noſtro deuouimus, quo ſupplicio digni erimus, ſi, poſtquam Eccleſiam ingreſſi ſumus, Dei voluntatem, & leges cognouimus,poſtquam ſacramentorum gratiam percepimus; ex mundi & Diaboli præceptis, ac legibus vixerimus, perinde ac ſi cum baptiſmo abluti ſumus, quando & Diabolo, non Chriſto Domino, ac redemptori nomen dediſſemus? ſed cuius animam amoris facibus non incendat tanti Domini tam benigna, & propenſa in nos voluntas, qui tametſi nos in poteſtate ſua, & dominatu veluti ſeruos,ſanguine ſuo redemptos, habeat; ea tamen charitate complectitur, a vt non ſeruos vocet, ſed amicos, ſed fratres? Hæc profectò iuſtiſſima cauſa eſt, atque haud ſcio an omnium ſit maxima, cur eum perpetuò debeamus Dominum noſtrum agnoſcere, venerari,& colere.

Quanta ſit indignitas, poſt quam nos Deo ad dixim⁹, ſeruire Diabolo.

Dominatus Chriſti in redemptos quã ſit pius.

a Ioan.15.14.

DE TERTIO ARTIC.

CAP. IIII.

IOANNNES.

Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine.

1 *Tertius fidei articulus quid credendum fidelibus proponat.*

MAximo quidem, & ſingulari beneficio humanum genus à Deo affectum eſſe, qui nos è duriſſimi tyranni ſeruitute in libertatem vindicarit, ex ijs,quæ ſuperiori articulo declarata ſunt, intelligere fideles poſſunt. At verò, ſi conſilium etiam & ratio-

Quo conſilio &ratione Chriſtus genus humanum liberauerit.

rationem, qua potiſſimum id efficere voluit, nobis ante oculos ponamus, profectò nihil diuina in nos beneficentia, ac bonitate illuſtrius, nihil magnificentius eſſe videbitur. Eius igitur myſterij magnitudinem, quod nobis, tã quam ſalutis noſtræ præcipuum caput, ſacræ litteræ conſiderandum ſæpiſſimè proponũt, Parochus, à tertij articuli explicatione, oſtendere incipiet, cuius, hanc eſſe ſententiam docebit; nos credere, & confiteri eum ipſum Ieſum Chriſtum, vnicum Dominum noſtrum, Dei Filium, cùm pro nobis humanam carnem ſuſcepit in vtero Virginis, non ex virili ſemine, vt alij homines, ſed ſupra omnem naturæ ordinem *a*, Spiritus ſancti virtute cõceptum eſſe; ita vt eadem perſona, Deus permanens, quod ex æternitate erat, Homo fieret, quod ante non erat. Ea autem verba ita accipienda eſſe ex ſacri Conc. Conſtantinopolitani confeſſione planè perſpicitur. Inquit enim; Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcẽdit de cœlis: Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, & Homo factus eſt. Atq; id etiam S. Ioannes Euangeliſta explicauit, vt qui ex ipſius Domini Saluatoris pectore altiſſimi huius myſterij cognitionẽ hauſiſſet: Nam, cum diuini Verbi naturam declaraſſet illis verbis: *b* In principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, ad extremum concluſit: *c* Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

Senſus 3. art.

a Matt. 1. 20. Luc. 1. 35.

Symb. Conſtantino pol. qui exiſtat ca. 7. Canonum eiuſdẽ Cõcil. Similia habet Nicæn. Conc.

b Ioan. 1. 1.

c Ibidem.

2 *Per temporariam natiuitatem, nulla facta fuit in Chriſto naturarum confuſio.*

Verbum enim, quod diuinæ naturæ hypoſtaſis eſt, ita humanã naturã aſſumpſit, vt vna, & eadem eſſet diuinę, & humanæ naturæ hypoſtaſis ac perſona. Quo factũ eſt, vt tàm admirabilis coniunctio vtriuſque naturæ actiones, & proprietates conſeruaret, atque (vt eſt apud S. Leonem magnũ illũ Pontificem) nec inferiorem conſumeret glorificatio, nec ſuperiorem minueret aſſumptio.

Quæ naturæ in vna perſona retinent vtraſque proprietates. Leon. Ser. 1. de Nat. Domini.

3 *Solus Spiritus ſanctus Incarnationis opus non perfecit.*

Sed, quoniã prætermittenda non eſt verborũ explicatio, doceat Parochus, cũ diximus, Dei filiũ Spiritus sãcti

18 *De terræ creatione.*

a Pſal. 103. 5.
Terra orbis centrum.
b ibid. 8.
Terræ ornatus & plantis & animantibus.
h Gen. 1. 27. 28. & 2. 7.

At verò, *a* terram etiam, ſuper ſtabilitatem ſuam fundatam, Deus verbo ſuo iuſſit in media mundi parte conſiſtere, effecitque *b* vt aſcenderent montes, & deſcenderent campi in locum, quem fundauit eis; ac, ne aquarum illam inundaret, terminum poſuit, quem non traſgredientur, neque conuertentur operire terram. Deinde non ſolùm arboribus, omnique herbarum, & florum varietate conueſtiuit, atque ornauit, ſed innumerabilibus etiam animantium generibus, quemadmodum antea aquas, & aera, ita etiam terras compleuit.

19 *De creatione hominis.*

Homo immortalis & impaſſibilis creatus etiam ſecũdum corpus Hominis anima liberi arbitrij particeps creata & in illa non dominans ſenſitiui apetitus inſtituta.
Anima cum originali iuſtitia creata ammiſſa poſt. Adæ peccatum iuſtitia, etiam liberũ hominis arbitrium ſit extinctum, declaratur. ſeſſ 6. Concil. Trid. Concil. 4 1. & 6. de iuſtific.

Poſtremò Deus ex limo terræ *e* hominem ſic corpore effectum, & conſtitutum effinxit, vt non quidem naturæ ipſius vi, ſed diuino beneficio immortalis eſſet, & impaſſibilis. Quod autem ad animam pertinet, eum ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam formauit, liberumq; ei arbitriũ tribuit; omnes pręterea motus animi, atque appetitiones ita in eo temperauit, vt rationis imperio nunquam non parerent. Tum originali iuſtitiæ admirabile donum addidit, ac deinde cęteris animantibus prę-eſſe voluit: quæ quidem facilè erit Parochis ad fidelium inſtitutionem ex ſacra Geneſis hiſtoria cognoſcere.

20 *Cœli, & terrę viſibilia omnia, & inuiſibilia comprę̨henduntur.*

c Pſal. 88. 12. cæli & terræ nomine omnia viſibilia & inuiſibilia denotantur.
Symb. Nic. apud Ruff. ib. 10. 7. & in geſtis Concilij.

Hæc igitur de vniuerſorum creatione, cœli & terræ verbis intelligenda ſunt, quæ omnia breuiter quidem Propheta complexus eſt illis verbis: *c* Tui ſunt cæli, & tua eſt terra, orbem terræ, & plenitudinem eius tu fundaſti; ſed multo etiam breuiùs Patres Nicœni Concilij, additis in Symbolo duobus illis verbis, viſibiliũ, & inuiſibilium, ſignificauerunt. Quęcunque enim rerum vniuerſitate conprę̨henduntur, atque à Deo creata eſſe confitemur, ea vel ſub ſenſum cadunt, & viſibilia dicuntur, vel mente, & intelligentia percipi à nobis poſſunt, quæ inuiſibilium nomine ſignificantur.

21 *Res Dei virtute conditæ citra ipſius gubernationem & prouidentiam ſubſiſtere non poſſunt.*

Nec vero ita Deum creatorem, atque effectorem omniũ credere oportet, vt exiſtimemus, perfecto, abſolutoque opere, ea, quæ ab ipſo effecta ſunt, deinceps, ſine infinita eius virtute, conſtare potuiſſe. Nam quemadmodum omnia, vt eſſent, creatoris ſumma poteſtate, ſapiẽtia, & bonitate effectũ eſt; ita etiam niſi conditis rebus perpetua eius prouidẽtia adeſſet, atque eadem vi, qua ab initio cõſtitutæ ſũt, illas conſeruaret, ſtatim ad nihilum reciderẽt. Atque ita Scriptura declarat, cùm inquit: *a* Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatum non eſſet, conſeruaretur?

Res conditæ Dei virtute, & prouidentia ſubſiſtunt, & gubernantur. Plura de Dei prouidentia, dicentur ſect. 16. c. 9. de precatione Dominica, & ſectiõ 4. ſecundæ petitionis.
a Sap. 11. 26.

22 *Deus ſua gubernatione ſecundarum cauſarum vim non euertit.*

Non ſolum autem Deus vniuerſa, quę ſunt, prouidentia ſua tuetur, atque adminiſtrat, verumetiam, quæ mouentur, & agunt aliquid, intima virtute ad motum atq; actionem ita impellit, vt, quamuis ſecundarum cauſarum efficientiam non impediat, præueniat tamen, cum eius occultiſſima vis ad ſingula pertineat, & quemadmodum Sapiens teſtatur, *b* Attingat à fine vſque ad finem fortiter, & diſponat omnia ſuauiter. Quare ab Apoſtolo dictum eſt, cùm apud Athenienſes annunciaret Deum, quem ignorantes colebant: Non longè eſt ab vnoquoque noſtrum, in ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus.

Deus ita res à ſe cõditas gubernat, vt non tantum ſecundarum cauſarum virtutem non euertat, ſed quod hác etiam præueniat.
Conferatur hic locus cum ſect. 3. pr. petitionis Dominicę orationis
b Act. 17. 27. 28.

23 *Rerum creatio ſoli Patri tribuenda non eſt.*

Atque hęc de primi articuli explicatione ſatis fuerint; ſi tamẽ illud etiam admonuerimus, creationis opus omnibus ſanctę, & indiuiduæ Trinitatis perſonis cõmune eſſe. Nam hoc loco, ex Apoſtolorum doctrina, Patrem creatorem cęli, & terræ confitemur: in ſcripturis ſacris legimus de Filio: *c* Omnia per ipſum facta ſunt: & de Spiritu ſancto: *d* Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, & alibi: *e* verbo Domini cœli firmati ſunt; & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

Creationis opus toti Trinitati commune eſt. Vide Sect. 3. art. 3
c Ioan. 1. 3.
d Gen. 1. 2.
e Pſal. 32. 6.

3 *Nullus præter Chriſtum genus humanum potuit reſtaurare.*

Cum igitur ex altiſſimo dignitatis gradu concidiſſet noſtrum genus, ſubleuari inde, & in priſtinum locum reſtitui nullo modo poterat, hominum, aut Angeloru viribus: quare reliquum erat illud ruinæ, & malorum ſubſidium, vt Dei Filij infinita virtus, aſſumpta carnis noſtræ imbecillitate, *a* infinitam tolleret peccati vim, *b* & nos reconciliaret Deo in ſanguine ſuo.

a Ioan. 1.20.
b Rom. 5.10.

4 *Citra redemptionis fidem nullus vnquam ſaluari potuit, & propterea Chriſtus à mundi initio ſæpè prænunciatus eſt.*

Redēptionis fides ad ſalutē ſemper neceſſaria, & mox poſt hominis lapſum diuinitus fuit oſtenſa.

Huius autē redēptionis fides, & confeſſio hominibus ad ſalutem conſequendā neceſſaria eſt, ſemperque fuit, quā Deus initio præmōſtrauit. Nam in illa damnatione humani generis, quæ ſtatim peccatum conſecuta eſt, oſtenſa etiam fuit ſpes redēptionis illis verbis, quibus proprium Diabolo damnū, quod ex liberatione hominum facturus erat, denunciauit: *c* Inimicitias ponā inter te, & mulierem; ſemen tuum, & ſemen illius; ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius: & deinceps eandē promiſſionē ſępè confirmauit, maioremq; ſui conſilij ſignificationem ijs præſertim hominibus dedit, quibus voluit ſingularē beneuolentiā præſtare; inter cæteros, verò cū *d* Patriarchę Abrahæ ſępe numero hoc myſterium ſignificaſſet, tum eo tempore apertiùs declarauit, cum ille Dei iuſſis obediens, filium ſuum vnicum Iſaac immolare voluit, inquit enim; *e* Quia feciſti hanc rem, & non perperciſti filio tuo vnigenito † benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris: poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ. Ex quibus verbis facilè colligi poterat, ex progenie Abrahæ futurum, qui omnibus ab immaniſſima Sathanæ tyrannide liberatis, ſalutē afferret: illum autē Dei filium, natū ex ſemine Abrahæ, ſecūdū carnē, fore neceſſe erat. Non ita multò poſt Dñs, vt eiuſdē promiſſionis memoria conſeruaretur, idem fędus cū Iacob, Abrahæ nepote ſan-

Primum ſub lege naturæ.

c Gen. 3.15.

d Gen. 12.1. & 17 19. & 18.18.

e Gen. 22.17. 18.

† Propter me eſt in vulgata editione: quæuis in M.S Hebrææ, & Cald. exemplaribus non ſit, ſed in Græcis inreperiatur.

a Gen. 28.12.

b Gen. 28.13. 14.

Sub lege ſcripta ſępius memoria redemptionis humanæ renouata, per ſacrificia, typos, & prædictiones Prophetarum.

c Pſal. 2. & 21. & 98. & 109. Iſa. 7. 15. & 3. 9. 6. 11. 1. 53. per totum. Ier. 23. 5. 10. 9. Dan. 7. 13. 9. 24. & alij paſſim.

Patriarcharũ Prophetarũ, & Apoſtolorũ fides ſola temporis circunſtantia differt. Videatur ſect 1. de fide & Symbol. cap. 1

Ieſus nomen humani generis redemptori Dei præcepto fuit impoſitum.

d Luc. 1. 31.
e Matt 1. 20.

ſanciuit *a* nam, cũ ille in ſomnis vidit ſcalam ſtãtem ſuper terram, & cacumẽ illius tagens cælos, Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eã, vt teſtatur Scriptura, audiuit etiam Dominum innixum ſcalæ, dicentem ſibi: *b* Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac; terrã, in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo: eritque ſemen tuũ quaſi puluis terræ: Dilataberis ad orientem, & occidentem, & ſeptentrionem, & meridiem, & benedicentur in te, & ſemine tuo cunctæ tribus terræ. Neque poſtea deſtitit Deus eadem ſui promiſſi memoria renouanda, & generi Abrahã, & multis præterea hominibus Saluatoris expectationem cõmonere, ſiquidem, Iudæorum republica, & religione conſtituta, notior populo ſuo fieri cępit, nam & mutæ res ſignificarunt, & homines prædixerunt, quæ, & quanta nobis bona Saluator ille, & redẽptor noſter Chriſtus Ieſus allaturus eſſet. Ac *c* Prophetæ quidem, quorũ mens cæleſti lumine illuſtrata fuit, filij Dei ortũ, admirabilia opera, quæ homo natus effecit, doctrinam, mores, conſuetudinem, mortẽ, reſurrectionem, cęteraque eius myſteria hęc omnia, quaſi tũ adeſſent, palam docentes, populo prænunciarunt; ita vt ſi futuri, & præteriti temporis tollatur diuerſitas, nihil iam inter prophetarum prædicta, & Apoſtolorum prædicationem, nihil inter veterum Patriarcharum fidem, & noſtram, intereſſe videamus. Sed iam de ſingulis articuli partibus dicendum videtur.

5 *De IESV nomine, & quòd Chriſto propriè conueniat.*

IESVS proprium eſt nomen eius, qui Deus, & homo eſt, quod Saluatorem ſignificat, non quidem fortuitò, aut hominum iudicio, & voluntate, ſed Dei conſilio, & præcepto illi impoſitum. Angelus enim Mariæ matri ita annunciauit; *d* Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Ac deinde Ioſeph Virginis ſponſo non ſolùm, vt eo nomine puerum appellaret, præcepit, ſed etiam, cur ita nominandus eſſet, declarauit; inquit enim; *e* Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam; quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt: pariet autem filium, &

vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

6 *Non eſt eadem ratio, cur alijs quibuſdam hominibus idem nomen ſit tributum.*

Multi quidem eo nomine fuerunt in diuinis litteris: nam idem nomen Naue filio fuit, qui Moyſi ſucceſſit, & populum, à Moyſe ex Ægypto liberatum, in terram promiſſionis, quod illi negatum fuerat, deduxit: eodem etiam nomine Ioſedech ſacerdotis filius appellatus eſt. Sed quantò veriùs Saluatorem noſtrũ hoc nomine appellandum exiſtimabimus, qui non vni alicui populo, ſed vniuerſis omnium ætatum hominibus, non quidem fame, aut Ægyptiaco, vel Babiſonico dominatu oppreſſis, ſed *a* in vmbra mortis ſedentibus, & duriſſimis peccati, & diaboli vinculis obſtrictis, lucem, libertatem, & ſalutem dederit, qui eis cœleſtis regni ius, & hæreditatem acquiſiuerit, qui eos Deo Patri reconciliauerit? In illis Chriſtum Dominum obumbratum videmus, à quo ijs beneficijs, quæ diximus, cumulatum eſt genus humanum. Quæ præterea nomina *b* prædicta ſunt Dei Filio diuinitùs imponenda, ad vnum hoc Ieſus nomen referuntur; cum enim cœtera ſalutem, quam nobis daturus erat, aliqua ex parte attingerent, hoc ipſum vniuerſæ ſalutis humanę vim, rationemque complexũ eſt.

Ioſuè filius Naue à lxx. dicitur paſſim Ieſus.

Ieſus filius Ioſedech apud Eſdram, Aggæum, & Zachariam ſæpe.

Ieſu nomen proprijſſimè Chriſto conuenit.

a Iſaiæ. 7. 14. & 9. 6.

b Zach. 8. 12.

Ieſu nomen ſua amplitudine quidquid alijs nominibus per Prophetas Chriſto fuit attributi complectitur.

7 *Quid ſibi hìc velit Chriſti nomen, & quot rationibus Ieſu noſtro conueniat.*

IESV nomini Chriſti etiam nomen additum eſt, quod vnctum ſignificat, & honoris, & officij nomen eſt, nec vnius rei proprium, ſed commune multorum: nam veteres illi *c* patres noſtri, Chriſtos, appellabant ſacerdotes, *d* & reges, quos Deus propter muneris dignitatẽ vngi præceperat. Sacerdotes enim ij ſunt, qui populum, aſſiduis precibus Deo commendant, qui ſacrificia Deo faciunt, qui pro populo deprecantur. Regibus autẽ populorũ gubernatio commiſſa eſt, ad eoſque pertinet maximè legum auctoritate, innocentium vitam tueri, & nocentium audaciam vlciſci. Quoniam igitur vtraque harum functionum Dei maieſtatem referre in terris videtur, ideo, qui vel ad regium, vel ad ſacerdotale munus

c Chriſtus eſt officij, & dignitatis nomen c. 1. Reg. 12. 3. 15. 6. 24. 7. 26. 9. 1. Paral 16. 22. Pſal. 104 15.

Sacerdotum officium.

d Exod. 29. 6. & 40. 13.

11. Reg. 9. 1.

Regum officium.

nus

nus obeundum electi erant, *a* vnguento vngebantur. Prophetas etiam vnguendi *b* mos fuit, qui Dei immortalis interpretes, & internuncij cœleſtia arcana nobis aperuerũt, atque ad emẽdandos mores ſalutaribus preceptis, & futurorũ prædictione hortati sũt. At verò cũ Ieſus Chriſtus Saluator noſter in mũdũ venit, triũ perſonarũ partes, & officia ſuſcepit, Prophetæ, Sacerdotis, ac Regis, atque ob eas cauſas Chriſtus dictus eſt, & vnctus ad illorum munerum functionem, nõ quidẽ alicuius mortalis opera, ſed cæleſtis Patris virtute, nõ terreno vnguẽto, ſed ſpirituali oleo: quippe cũ in ſanctiſſimã eius animam Spiritus ſancti plenitudo, gratiaq; & omniũ donorum vberior copia effuſa, ſit, quàm vlla alia creata natura capere potuerit. Atque id preclarè Propheta oſtendit, cum redemptorẽ ipſum affatus diceret: *c* Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitię præ conſortibus tuis. Idem etiã, ac multò apertius Iſaias ijs verbis demonſtrauit: *d* Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit Dominus me, ad annũciandum manſuetis miſit me. Itaque Ieſus Chriſtus ſũmus Propheta, & Magiſter fuit, qui nos Dei volũtatem docuit, & à cuius doctrina orbis terrarum Patris cæleſtis cognitionẽ accepit; quòd ei nomen præclariùs, ac præſtantius conuenit, quod omnes, quicunque Prophetæ nomine dignati ſunt, eius diſcipuli fuerunt, atque ob illam præcipue cauſã miſſi, vt Prophetã hunc, qui ad ſaluandos omnes venturus erat, prenunciarent. Chriſtus item ſacerdos fuit, non quidẽ ex ordine ex quo in veteri lege Leuiticæ tribus ſacerdotes extiterũt, verùm ex illo, de quo Dauid Propheta cecinit: *e* Tu es ſacerdos in ęternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Cuius rei argumentũ Apoſtolus ad Hebreos ſcribens accuratè proſecutus eſt. Sed Chriſtum, non ſolum vt Deus, verum vt homo, ac noſtrę naturę particeps eſt, Regẽ etiam agnoſcimus: de quo Angelus teſtatus eſt: *g* Regnabit in domo Iacob in ęternum, & regni eius non erit finis, quod quidẽ Chriſti regnum ſpirituale, atque æternum; in terriſq; inchoatur, in cœlo verò perficitur. Ac regis quidem officia, admirabili prouidentia ſua pręſtat Eccleſię: Ipſe eam regit, ipſe eam ab hoſtiũ impetu, atque inſidijs tuetur;

a Lucæ 11. 12. Num. 3.3. 1. Reg. 10. 2. & 16. 22. 13. 2. Reg. 4. 3. b 3. Reg. 1. 15. Sacerdotes et Reges quare ſoliti ſint inungi. Filius Dei incarnatus trium perſonarum officia quia ſuſcepit, ideo Chriſtus dictus eſt, Chriſtus non humano auxilio ad ternas illas dignitates eſt euectus nec terreno vnguento inunctus.

c Iſaiæ 44. 8. Chriſtus prophetarũ ſummus.

d Deut. 18. 15. Chriſtus ſacerdos.

e Pſal. 107. 4.

f Heb. 5. 6. 7. 10 & 7. 17. 18. 22. 23.

g Luc. 1. 23. Chriſti Regnum ſpirituale eſt quid paulo poſt art. 6. oſtendetur Chriſt⁹ quibus modis regis officium.

tur;

tur, ipſe ei leges præſcribit, ipſe non ſolùm ſanctitatem, & iuſtitiã arguit; verùm etiã ad perſeuerandũ facultates, & vires præbet. Quamquã autem huius regni finibus tam boni, quàm mali contineantur, atque adeò omnes homines iure ad illud pertineant: ij tamen præ ceteris ſummam regis noſtri bonitatẽ, & beneficentiam experiuntur, qui ex eius præceptis integram, atque innocentem vitam degunt. Neq; verò hoc illi regnũ hæreditario, aut humano iure obtigit, tametſi genus *a* à clariſſimis regibus duceret, ſed Rex fuit, propterea quòd Deus in illum hominẽ cõtulit, *b* quidquid poteſtatis, amplitudinis, dignitatis, hominis natura capere poſſet. Illi igitur totius mundi regnũ tradidit, eique omnia, quod iam fieri cœptum eſt, planè, perfectèque in die iudicij ſubijcientur.

Obijcit Videatur ſecunda petitio Dominicæ orat.

Omnes homines ad Chriſti regnum generali quadã ratione pertinent, peculiarius tamen ſolo boni.

Chriſtus iure diuinũ ſecundum humanã etiam naturã totius mundi Rex.

a Matt. 1. 5 6. 7 8.
b Luc. 7. 46. & 17. 1.
Apoc. 17. 14. & 18 16.
1. Cor. 15. 27. 28.

8 *Quo pacto Ieſum Chriſtum Filium Dei vnicum nos credere, & confiteri conueniat.*

Filium eius vnicũ. His verbis altiora myſteria de Ieſu credenda, & contẽplanda fidelibus proponuntur, nimirum filiũ Dei eſſe, & verum Deum, ſicuti Pater eſt, qui eum ab æterno genuit. Præterea illũ diuinæ Trinitatis ſecundã perſonam alijs duabus omnino æqualem confitemur: nihil enim impar, & diſſimile in diuinis perſonis, aut eſſe, aut fingi animo debet, cùm vnam omniũ eſſentiam, voluntatẽ, poteſtatẽ agnoſcamus; quod cùm multis pateat diuinæ ſcripturæ oraculis, tum præclariſſimè illud oſtendit S. Ioannis teſtimoniũ: *c* In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deũ, & Deus erat Verbum. Sed, cũ Ieſum Filium Dei eſſe audiuimus, nihil terrenũ, aut mortale de eius ortu cogitandũ eſt. Verum ortum illum, quo ab omni æternitate Pater Filiũ genuit, quem ratione percipere, atque perfectè intelligere nullo modo poſſumus, conſtanter credere, & ſumma animi pietate colere debemus, ac veluti myſterij admiratione obſtupefacti, illud cũ Propheta dicere; *d* Generationem eius quis ennarrabit? Hoc igitur credendũ eſt, Filiũ eiuſdem eſſe naturæ, eiuſdem poteſtatis, & ſapientiæ cũ Patre, vt in Symbolo Niceno explicatiùs cõfitemur; inquit enim: Et in Ieſum Chriſtum, filium eius vnigenitũ, & ex Patre natũ ante omnia ſæcula, Deũ de Deo, lumen de lumine,

Filius Dei verus Deus eſt, & alijs duabus perſonis omnino æqualis.

c Ioan. 1. Spiritualis filij Dei ex Patre natiuitas admiranda potiùs, quàm ſcrutanda.

d Iſa. 53. 8. Symb Nicen. apud Ruf. & in geſtis &c.

Deum

Deum verū de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt.

9 *De modo generationis æternæ, ducta ſimilitudine à rebus creatis, et de duplici natiuitate, et filiatione Chriſti.*

Modus æterne Christi generationis ſimilitudine declaratus.

a Ioan. 1. 1.

Ex omnibus autem, quæ ad indicandum modum, rationemq; æternę generationis, ſimilitudines afferūtur, illa propiùs ad rē videtur accedere, quæ ab animi noſtri cogitatione, ſumitur; quamobrem ſāctus Ioannes filiū eius *a* Verbū appellat. Vt enim mēs noſtra ſeipſam quodam modo intelligēs, ſui effingit imaginē, quā Verbum Theologi dixerūt; ita Deus, (quantū tamen diuinis humana conferri poſsūt) ſeipſum intelligēs, Verbum æternum generat; & ſi præſtat cōtemplari, quod fides proponit, & ſincera mente Ieſum Chriſtū verum Deū, & verū hominem credere, & confiteri, genitum quidem, vt Deum, ante omnium ſæculorum ætates, ex Patre: vt hominem verò natum in tempore, ex matre Maria Virgine. Et, quamquam duplicem eius natiuitatem agnoſcamus, vnum tamen filium eſſe credimus. Vna enim perſona eſt, in qua diuina, & humana natura conuenit.

Duplex Chriſti natiuitas nō facit duos filios. Athanaſ. in Sym.

Pluribus hæc explicantur Sec. 9. c. 7 de oratione Dominica.

b Iſai. 64. 8.

c Heb. 2. 12.

10 *Quomodo Chriſtus fratres habere, vel non habere cenſendus ſit.*

Et, quod ad diuinam generationem attinet, nullos aut fratres, aut cohæredes habet, cum ipſe Patris vnicus filius, *b* nos verò homines, figmentum, & opus manuum eius ſimus, At, ſi humanum ortum conſideremus, *c* multos ille non ſolum fratrum nomine appellat, ſed fratrum etiam loco habet, vt vnà cum eo paternę hæreditatis gloriam adipiſcantur; ij ſunt, qui fide Chriſtū Dominum receperunt, & fidem, quam nomine profitentur, re ipſa, & charitatis officijs præſtant, quare primogenitus in multis fratribus ab Apoſtolo vocatur.

Fratres Chriſti qui ſint.

Ad Ro. 8. 19.

11 *Chriſtus ſecundum vtramque naturam Dominus noſter dicitur.*

Diuerſæ Proprietates, iuxta diuerſas naturas Chriſto tribuuntur. Cōmunicatio idiomatū eſt

Dominum noſtrum, Multa ſunt, quæ de Saluatore noſtro in ſacris litteris dicuntur; quorum alia, vt Deus eſt alia, vt homo, ipſi conuenire perſpicuum eſt, quoniam à diuerſis naturis, diuerſas earum proprietates acCEPIT

cepit Igitur verè dicimus Chriſtum eſſe omnipotētem, æternum, immenſum, quod à diuina natura habet. Rurſus de illo dicimus, paſſum, mortuum eſſe, reſurrexiſſe, quæ naturæ hominum conuenire nemo dubitat. Verum, præter hæc, quædam alia vtriq; naturæ congruunt, vt hoc loco, cū Dominum noſtrū dicimus. Igitur ſi ad vtramq; naturam hoc nomen referratur, meritò Dominus noſter prędicandus eſt. Nā, quemadmodū ipſe ęternus Deus eſt, vti Pater; ita etiā omnium rerū æquè Dominus eſt, ac Pater; & quemadmodū ipſe, & Pater non eſt alius, atq; alius Deus, ſed idē planè Deus, etiā ipſe, & Pater non eſt alius atque alius Dominus. Sed rectè etiā multis rationibus, vt homo eſt, Dominus noſter appellatur. Ac primū quidē, quoniā ipſe redēptor noſter fuit, atq; à peccatis nos liberauit, iure hanc poteſtatē accepit, vt verè Dominus noſter eſſet, ac diceretur. Ita enim Apoſtolus docet: a Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortē, mortem autē crucis: propter quod & Deus exaltauit illū, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genufle ctatur, cœleſtium, terreſtriū, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Atque ipſe de ſe poſt reſurrectionem: b Data eſt, inquit, mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Ob eam quoque rem Dominus dicitur, quòd in vna perſona duæ naturæ, diuina, & humana, coniunctæ ſint, hac enim admirabili coniunctione meruit, vt, quamuis pro nobis mortuus nō eſſet, tamen Dominus conſtitueretur, communiter quidē omniū rerum, quæ conditæ ſunt, præcipuè autem fideliū, qui illi parent atque ſummo animi ſtudio inſeruiunt.

inChriſto, proprietates vēdi uerſarum naturarum. Chriſtus iuxta vtrā que naturam noſter eſt Dominus.

Symb. Athan.
a Ad Phil. 2. 9. 10.

a Mat. 28. 18.
Vnio Hypoſtantica cauſa eſt cum Chriſtus Dominus dicitur

12 *Chriſtiani ſe totos Ieſu Chriſto, principe tenebiarum conculcato, tradere debent.*

Quod igitur reliquum eſt, Parochus fidelem populum ad eam rationem cohortabitur, vt ſciat æquiſſimum eſſe præ cęteris hominibus, nos, qui ab eo nomen inuenimus, Chriſtianique vocamur, & quanta ille in nos beneficia contulerit, ignorare non poſſumus, ob id maximè, quòd eius munere hæc omnia fide intelligimus, æquum eſſe, inquam, nos ipſos, non ſecus ac mancipia, redem-

Quantum homo Chriſtianus Chriſto debeat.

ptori noſtro,& domino in perpetuum addicere,& conſecrare. Et quidem cum baptiſmo initiamur; ante Eccleſiæ fores id profeſſi ſumus; declarauimus enim, nos ſathanæ,& mundo renunciare,& Ieſu Chriſto totosnos tradere. Quòd ſi, vt Chriſtianæ militiæ adſcriberemur, tam ſancta, & ſolemni profeſſione nos ipſos Domino noſtro deuouimus, quo ſupplicio digni erimus, ſi, poſtquam Eccleſiam ingreſſi ſumus, Dei voluntatem, & leges cognouimus,poſtquam ſacramentorum gratiam percepimus, ex mundi & Diaboli præceptis, ac legibus vixerimus, perinde ac ſi cum baptiſmo abluti ſumus, quando & Diabolo, non Chriſto Domino, ac redemptori nomen dediſſemus? ſed cuius animam amoris facibus non incendat tanti Domini tam benigna, & propenſa in nos voluntas, qui tametſi nos in poteſtate ſua, & dominatu veluti ſeruos,ſanguine ſuo redemptos, habeat; ea tamen charitate complectitur, a vt non ſeruos vocet, ſed amicos, ſed fratres? Hæc profectò iuſtiſſima cauſa eſt, atque haud ſcio an omnium ſit maxima, cur eum perpetuò debeamus Dominum noſtrum agnoſcere, venerari,& colere.

Quanta ſit indignitas, poſt quam nos Deo ad dixim⁹, ſeruire Diabolo.

Dominatus Chriſti in redemptos quā ſit pius.

a Ioan.15.14.

DE TERTIO ARTIC.

CAP. IIII.

IOANNNES.

Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine.

1 *Tertius fidei articulus quid credendum fidelibus proponat.*

MAximo quidem, & ſingulari beneficio humanum genus à Deo affectum eſſe, qui nos è duriſſimi tyranni ſeruitute in libertatem vindicarit, ex ijs,quæ ſuperiori articulo declarata ſunt, intelligere fideles poſſunt. At verò, ſi conſilium etiam & ratio-

Quo conſilio & ratione Chriſtus genus humanum liberauerit.

rationem, qua potiſſimum id efficere voluit, nobis ante oculos ponamus, profectò nihil diuina in nos beneficentia, ac bonitate illuſtrius, nihil magnificentius eſſe videbitur. Eius igitur myſterij magnitudinem, quod nobis, tā quam ſalutis noſtræ præcipuum caput, ſacræ litteræ conſiderandum ſæpiſſimè proponūt, Parochus, à tertij articuli explicatione, oſtendere incipiet, cuius, hanc eſſe ſententiam docebit; nos credere, & confiteri eum ipſum Ieſum Chriſtum, vnicum Dominum noſtrum, Dei Filium, cùm pro nobis humanam carnem ſuſcepit in vtero Virginis, non ex virili ſemine, vt alij homines, ſed ſupra omnem naturæ ordinem *a*, Spiritus ſancti virtute cōceptum eſſe; ita vt eadem perſona, Deus permanens, quod ex æternitate erat, Homo fieret, quod ante non erat. Ea autem verba ita accipienda eſſe ex ſacri Conc. Conſtantinopolitani confeſſione planè perſpicitur. Inquit enim; Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcēdit de cœlis: Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, & Homo factus eſt. Atq; id etiam S. Ioannes Euangeliſta explicauit, vt qui ex ipſius Domini Saluatoris pectore altiſſimi huius myſterij cognitionē hauſiſſet: Nam, cum diuini Verbi naturam declaraſſet illis verbis: *b* In principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, ad extremum concluſit: *c* Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

Senſus 3. art.

a Matt. 1. 20. Luc. 1. 35.

Symb. Conſtantino pol. qui exiſtat ca. 7. Canonum eiuſdē Cōcil. Similia habet Nicæn. Conc.

b Ioan. 1. 1.

c Ibidem.

2 *Per temporariam natiuitatem, nulla facta fuit in Chriſto naturarum confuſio.*

Verbum enim, quod diuinæ naturæ hypoſtaſis eſt, ita humanā naturā aſſumpſit, vt vna, & eadem eſſet diuinę, & humanæ naturæ hypoſtaſis ac perſona. Quo factū eſt, vt tàm admirabilis coniunctio vtriuſque naturæ actiones, & proprietates conſeruaret, atque (vt eſt apud S. Leonem magnū illū Pontificem) nec inferiorem conſumeret glorificatio, nec ſuperiorem minueret aſſumptio.

Quæ naturæ in vna perſona retinent vtraſque proprietates.
Leon. Ser. 1. de Nat. Domini.

3 *Solus Spiritus ſanctus Incarnationis opus non perfecit.*

Sed, quoniā prætermittenda non eſt verborū explicatio, do[illegible] Parochus, cū diximus, Dei filiū Spiritus sācti

 virtute

Quidquid extra tres perſonarum Trinitatis proprietates ſit, diuinis omnibus perſonis eſt cōe.

virtute conceptum eſſe, vnā hanc diuinæ Trinitatis perſonā incarnationis myſterium non confeciſſe. Quamuis enim vnus Filius humanā naturā aſſumpſerit; tamen omnes diuinæ Trinitatis perſonæ, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus huius myſterij auctores fuerūt. Siquidē illa Chriſtianæ fidei regula tenenda eſt. Omnia, quæ Deus extra ſe in rebus creatis agit, tribus perſonis cōmunia eſſe, neque vnam magis, quàm aliā, aut vnā ſine alia agere. Quod autē vna perſona ab alia procedat, hoc vnū omnibus cōmune eſſe nō poteſt. Nam Filius à Patre tantū generatur; Spiritus ſanctus à Patre, & Filio procedit; quidquid verò extra illas ab ipſis proficiſcitur, tres perſonæ ſine vllo diſcrimine agunt, atq; ex hoc genere Filij Dei Incarnatio cenſenda eſt. Quamquam verò hæc ita ſe habeant, ſolent tamen ſacræ litteræ earum rerum, quæ omnibus perſonis cōmunes ſunt, aliam alij tribuere, quemadmodū ſummā omnium rerum poteſtatem Patri, ſapientiam Filio, ſpiritui ſancto amorem adſcribunt; Et, quoniam diuinæ incarnationis myſterium ſingularem atque immenſam Dei erga nos benignitatem declarat, ob eam rem, peculiari, quadam ratione, hoc opus Spiritui ſancto tribuitur.

Proprietates, quæ in tribus perſonis inueniuntur, non ſunt omnibus communes.

Incarnatio Patri, & Filio & Spiritui ſācto etiā tribuēda.

Cur Spiritui ſācto tribuatur.

In incarnatione Chriſtique da ſecundum naturam, quędam ſupra naturam facta inueniuntur.

4 *Omnia ſupra naturæ ordinem in Chriſti conceptione facta non ſunt, ſed plurima.*

In hoc myſterio quædam ſupra naturæ ordinem, quædam naturæ vi effecta eſſe animaduertimus. Nam, quòd ex puriſſimo Virginis matris ſanguine Chriſti corpus formatum credimus, in eo naturam humanam agnoſcimus, cùm illud omnium hominum corporibus commune ſit, vt ex matris ſanguine formentur. Quod verò & naturæ ordinem, & humanam intelligentiam ſuperat, illud eſt, ſimul atque beata Virgo Angelis verbis aſſentiens dixit: *a* Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum: ſtatim ſanctiſſimum Chriſti corpus formatum, eique anima rationis compos coniuncta eſt, atque ita in ipſo temporis articulo perfectus Deus, & perfectus homo fuit. Hoc autem nouum fuiſſe, atque admirabile Spiritus ſancti opus, nemo dubitare poteſt, cùm, ſeruato naturæ ordine, nullum corpus, niſi intra præſcriptum temporis ſpatium hominis anima info[...]ri queat

a Luc. 1. 38.

Quo temporis articulo credatur Chriſti corpus formatū in vtero virginis. Athanaſ. in Symb.

Deinde verò illud accedit maximâ admiratione dignū, quòd, vt primum cum corpore anima coniuncta fuit, ipſa etiam diuinitas cum corpore, & anima copulata eſt: quare ſicut corpus formatum, atque animatum eſt, ita corpori & animæ diuinitas coniuncta; ex quo fit, vt eodem temporis puncto perfectus Deus, & perfectus homo eſſet, & Virgo ſāctiſſima verè, & propriè mater Dei, & hominis diceretur, quod eodem momento Deum, & hominem concepiſſet. Hoc autem ab Angelo ſignificatum eſt, cum ait: *a* Ecce concipies in vterò, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Et euentu comprobatum eſt, quod Iſaias prædixit: *b* Ecce vrigo concipiet, & pariet filium. Idem quoque Eliſabeth, cum Spiritu ſancto repleta, filij Dei conceptionem intellexiſſet, his verbis declarauit *c* Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me: Sed, quemadmodum Chriſti corpus ex puriſſimis integerrimæ Virginis ſanguinibus ſine vlla viri opera, vt antea diximus, verùm ſola ſpiritus ſancti virtute formatum eſt; ita etiam, vt primum conceptum eſt, illius anima vberrimam ſpiritus Dei copiam, atque omnem chariſmatum abundantiam accepit. Neque enim, vt alijs hominibus, qui ſanctitate, & gratia ornantur, ipſis ad menſuram, vt teſtatur S. Ioānes, *d* dat Deus Spiritum, ſed omnem gratiam tam affluenter in eius animam infudit, *e* vt de plenitudine eius nos omnes acceperimus.

Quando diuinitas ſit humanitati cōiūcta Eodem momēto Maria Deū. & hominem concepit.

a Luc. 1. 31.

b Iſaiæ 7. 14.

c Luc. 1. 43.

In Chriſti anima fuit plenitudo omnis gratiæ.

d Ioan. 3. 34.

e Ioan. 1. 16.

Chriſtus nequit dici filius Dei adoptiuus

5 *Chriſtus dici non poteſt filius Dei adoptiuus.*

Neque tamen Chriſtum filium Dei adoptiuum appellare licet: quamuis ſpiritum illum habuerit, quo ſancti homines filiorum Dei adoptionem conſequuntur. Nam cùm natura filius Dei ſit, adoptionis gratiam, aut nomen in eum conuenire nullo modo exiſtimandum eſt.

6 *Quid circa primam articuli partem præcipuè meditandum ſit.*

Hæc ſunt, quæ de admirabili conceptionis myſteriò explicāda viſa ſunt, ex quibus vt ſalutaris fructus ad nos redundare poſſit, illa in primis fideles memoria repetere, ac ſæpius cogitare cum animis ſuis debent, Deum eſſe, qui humanam carnem aſſumpſit: ea verò ratione hominem

Cur Deus incarnatus.

minem factum, quam mente nobis aſſequi non licet, nedum verbis explicare: ob cum denique finem hominem fieri voluiſſe, vt nos homines filij Dei renaſceremur. Hæc cùm attentè conſiderauerint; tum verò omnia myſteria, quæ hoc articulo continentur, humili ac fideli animo credant, & adorent: nec curiosè, &, quod ſine periculo vix vnquam fieri poteſt, illa inueſtigare, ac perſcrutari velint.

7 Chriſtum ex Maria Virgine natum quid ſit.

Natus ex Maria Virgine. Hæc altera eſt huius articuli pars, in qua explicanda Parochus diligenter verſabitur, cùm fidelibus credendum ſit Ieſum Dominum, non ſolum conceptum Spiritus ſancti virtute, ſed etiam ex Maria Virgine natum, & in lucem editum eſſe. Cuius myſterij fides, quanta cum lætitia, & iucunditate animi meditanda ſit, angeli vox, qui primus fœliciſſimum nuncium mundo attulit, declarat: inquit enim: a Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; Tum ex illius cœleſtis militiæ cantico: b Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, quod angeli cecinerunt, facilè eſt intelligere. Hinc etiam ampliſſimum illud Dei promiſſum ad Abraham, impleri cæptum eſt, cui dictum eſt, c fore aliquando, vt in eius ſemine omnes gentes benedicerentur. Maria enim, quam verè matrem Dei prædicamus & colimus, quòd eam perſonam, quæ ſimul Deus & homo erat, peperit, d à Dauide Rege originem duxit.

Natiuitas Chriſti quartæ lętitiæ cauſa.

a Luc. 2. 10.

b Ibid. 14.

Promiſſio ſeminis æterni Abrahæ facta in Chriſto impletur.

c Gen. 22. 18.

Maria quomodo Deipara ſit.

8 Chriſtus ſecundum communem naturæ curſum non eſt natus.

Sed, quemadmodum conceptio ipſa naturæ ordinem prorſus vincit, ita in ortu nihil non diuinum licet contéplari, Præterea, quo nihil admirabilius dici omnino, aut cogitari poteſt, naſcitur ex matre ſine vlla maternæ virginitatis diminutione, & quomodo d poſtea ex ſepulcro clauſo, & obſignato egreſſus eſt e atq; ad diſcipulos, clauſis ianuis, introiuit: vel, ne à rebus etiã, quæ à natura quotidie fieri videmus, diſcedatur, quo modo Solis radij concretam vitri ſubſtantiam penetrant, neque frangunt, tamen, aut aliqua ex parte lædunt, ſimili, inquam, & infinitis

Chriſti ortus quã fuerit admirabilis.

d Matt. 28. 2.

e Ioã. 20. 19 26

Similitudo, qua oſtẽditur Chriſti ortus qualis ſit. Mariæ perpetua virginitas Spiritus ſãcti virtute fuit conſeruata.

finitis partibus, altiori modo Ieſus Chriſtus ex materno aluo, ſine vllo maternæ virginitatis detrimento, editus eſt. Ipſius enim incorruptam, & perpetuam virginitatem veriſſimis laudibus celebramus. Quod quidem Spiritus ſancti virtute effectum eſt, qui in filij conceptione, & partu, matri ita affuit, vt ei fœcunditatem dederit, & perpetuam virginitatem conſeruarit.

9 *Chriſtus ſecundus Adam, & Maria altera Eua rectè dicitur.*

Solet interdum *a* Apoſtolus Chriſtum Ieſum nouiſſimum Adam, appellare, eumq; primo Adam conferre: nam vt in primo omnes homines moriuntur; ita in ſecundo omnes ad vitam reuocantur; atque vt Adam, quod ad naturalem conditionem pertinet, humani generis parens fuit; ita Chriſtus gratiæ, & gloriæ auctor eſt. Ad eum modum nobis etiam licet Virginem matrem cum Eua ita conferre, vt priori Euæ, ſecunda Eua, quæ eſt Maria, reſpondeat, quemadmodum ſecundum Adam, hoc eſt Chriſtum, primo Adam reſpondere oſtendimus. Eua enim, *b* quia ſerpenti quidem paruit, maledictum, & mortem in humanam genus inuexit: & Maria poſtquam *c* Angelo credidit, Dei bonitate effectum eſt, vt benedictio, & vita ad homines perueniret. Propter Euā *d* naſcimur filij iræ, a Maria Ieſum Chriſtum accepimus, per quem Filij gratiæ regnaremus: Euæ dictum eſt, *e* in dolore paries filios: Maria hac lege ſoluta eſt, vt quę, ſalua virginalis pudicitiæ integritate, ſine vllo doloris ſenſu, vt antea dictum eſt, Ieſum filium Dei peperit.

a Rom. 5. 12. 16. 17.
1 Cor. 15. 21. 22. 45.
Chriſtus Adamo frequētet comparatus & ſecundus Adā dictus Mariæ cum Eua comparatio, & quo modo illa ſit altera Eua, vide comparationem Mariæ cū Eua apud noſtrum Irænæum. lib. 3. cap. 33. & lib. 5. cap. 219.
b Gen. 3. 16.
c Luc. 1. 45.
d Eph. 1. 3.
e Gen. 3. 16.

10 *Quibus præcipuè figuris, ac prophetis conceptionis & natiuitatis Chriſti Sacramenta adumbrata ſint.*

Prophetiæ & figuræ conceptionis & natiuitatis Ieſu Chriſti.

Cùm igitur tanta, & tam admiranda ſint huius conceptionis, & natiuitatis ſacramēta, diuinę prouidentię cōſentaneum fuit, vt ea multis figuris, & oraculis ſignificarentur. Quare huc pertinere ſancti Doctores intellexerunt multa, quæ in varijs ſacræ ſcripturæ locis legimus, præcipuè verò portam illam ſanctuarij, *f* quam Ezechiel clauſam vidit; *g* item lapidem de monte ſine manibus

f Ezec. 41. 2. vide Hier. ad pammac.
g Dan. 2. 3. 4. & 45.

obiciſſum, vt eſt apud Danielem, qui factus eſt magnus mons, & impleuit vniuerſam terrã: deinde *a* Aaron virgam, quæ vna inter virgas principũ Iſraelis germinauit: *b* & rubum, quem Moyſes vidit ardere, & non comburi. Multis verbis ſanctus *c* Euangeliſta Chriſti natiuitatis hiſtoriam deſcripſit, quare nihil eſt, quòd plura à nobis dicantur, cùm ea lectio Parocho in promptu ſit.

Vide Iren. lib. 4. c. 23.
a Num. 17.
b Exod. 3. 2.
c Luc. 2. pertum fere. ca.

11 *Quibus præcipuè figuris, ac prophetijs conceptionis, & natiuitatis Chriſti Sacramenta adumbrata ſint.*

d Rom. 15. 4.
Incarnationis myſterium ſæpius populo inculcãdum vt ſint grati tanto.

Danda autem illi eſt opera, vt hæc myſteria, *d* quæ ad doctrinam noſtram ſcripta ſunt, infixa animo, & mentibus fidelium hæreant: primum quidem, vt tanti beneficij commemoratione, aliquam gratiam eius auctori Deo referant: deinde, vt eximium hoc, & ſingulare humanitatis exemplum eis ante oculos ad imitandum proponat. Quid enim nobis vtilius, atque ad animorum noſtrorum ſuperbiam, & elationem comprimendam accommodatius eſſe poteſt, quàm ſæpius cogitare, Deũ ita ſe ſe humiliare, vt cum hominibus gloriam ſuam communicet, & hominum infirmitatem, fragilitatemque aſſumat? Deum hominem fieri, ſummamque illam, & infinitam maieſtatem homini miniſtrare: *e* ad cujus nutum columnæ cæli, vt inquit Scriptura, contremiſcunt, & pauent: cumque in terra naſci, *f* quem in cœlis Angeli adorant? Quid igitur, cum hæc Deus noſtra cauſa fecit, quid, inquam, nos, vt illi obſequamur, facere oportet? quàm libenti, atque alacri animo debemus omnia humilitatis officia amare, amplecti, præſtare? Videant fideles, quam ſalutari doctrina Chriſtus naſcens nos inſtituat, antequam vocem aliquam emittere incipiat. Naſcitur egenus: naſcitur vt peregrinus in diuerſorio: naſcitur in vili præſepio: naſcitur media hyeme. Ita enim ſcribit ſanctus Lucas; *g* Factum eſt, cum eſſent ibi, impleti ſunt dies, vt pareret Filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio, quia non erat † ei locus in diuerſorio. Potuitne Euangeliſta humilioribus verbis omnem cœli, & terræ maieſtatem, & gloriam includere? Neque verò

e Iob. 26. 11.
f Pſal. 98. 6.
g Luc. 2. 6. 7.

ſcribit

ſcribit non fuiſſe locum in diuerſorio, ſed ei defuiſſe, qui dicit; *a* Meus eſt orbis terræ, & plenitudo eius. Quod etiam alius Euangeliſta teſtatus eſt: *b* In propria venit, & ſui eum non receperunt. Hæc cum fideles ſibi ante oculos propoſuerint; tum verò cogitent, Deum carnis noſtræ humilitatem, & fragilitatem ſubire voluiſſe, vt humanum genus in altiſſimo dignitatis gradu collocaretur. Nam illud vnum ſatis declarat excellentem hominis dignitatem, & præſtantiam, quæ illi diuino beneficio tributa eſt, quod homo fuerit, qui idem verus, & perfectus Deus ſit: vt iam gloriari nobis liceat, filium Dei *c* os noſtrum, & carnem noſtram eſſe; quod beatiſſimis illis ſpiritibus non licet. Nuſquam enim, vt eſt apud *d* Apoſtolum, Angelos apprehendit. Præterea cauendum eſt, ne maximo noſtro malo eueniat, vt, quemadmodum illi in diuerſorio Bethleem locus, vbi naſceretur, defuit; ita etiam, quando iam in carne nõ naſcitur, locum in cordibus noſtris inuenire non poſſit, vbi in ſpiritu naſcatur. Hoc enim, cùm ſalutis noſtræ cupidiſſimus ſit, vehementer optat. Nam, vt ille Spiritus ſancti virtute, ſupra naturæ ordinem, homo factus, & natus eſt, ſanctuſque, atque adeò ſanctitas ipſa fuit; ita nos oportet, *e* non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo naſci, ac deinde veluti *f* nouam creaturam *g* in nouitate ſpiritus ambulare, ſanctitatem illam, ac mentis integritatem cuſtodire, quæ homines ſpiritu Dei regeneratos maximè decet. Hac enim ratione, ſanctæ huius filij Dei conceptionis, & natiuitatis imaginem aliquam in nobis ipſis exprimemus, quam fideli animo credimus, & credentes, *h* Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, ſuſcipimus, & adoramus.

a Pſal. 49. 12.
b Ioan. 1. 11.
Incarnationis filij Dei myſterium, quanto pietatis ſtudio recolendum.

Hominis quãta dignitas.
c Gen. 2. 23.
d Hebr. 2. 16.
Domicilium Chriſto in cordibus noſtris parandum.

e Ioan. 1. 13.
f Galat. 6. 16.
g Rom. 6. 4. 5. & 7. 6.
Filij Dei natiuitatis imago, quomodo in nobis ipſis exprimi poſſit.
h 1. Cor. 27.

ſeruatæ ſint: atque idcirco, quod erat paſſibile & mortale, paſſibile & mortale permanſit: rurſus verò, quod impaſſibile, & immortale erat, qualem eſſe diuinam naturam intelligimus, ſuam proprietatem retinuit.

3 *Cur in Symbolo exprimatur, ſub quo Iudææ Præſide Chriſtus ſit paſſus.*

Quod autem hoc loco tam diligenter obſeruari videmus, Ieſum Chriſtum, eo tēpore paſſum eſſe, quo Pontius Pilatus Iudæam prouinciam procuraret, id ea re factum eſſe docebit Parochus, quia tantæ rei, & tam neceſſariæ cognitio exploratior omnibus eſſe poterat, ſi rei geſtæ certum, (quod & ab *a* Apoſtolo Paulo factum legimus) tempus deſcriberetur; tum etiam, quia ijs verbis declaratur, illam Saluatoris prædictionem exitu cõprobatam eſſe, *b* Tradent, inquit, eum gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum.

a Tim. 6. 13.

b Matt. 20. 10.

4 *Non temerè accidit, quòd Chriſtus in ligno crucis mortem eſt perpeſſus.*

Sed, quod potiſſimùm in ligno crucis mortem pertulit hoc etiam diuino conſilio tribuendum eſt, vt ſcilicet, *c* vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret; ſerpẽs enim, *d* qui in ligno primos parentes vicerat, victus eſt à Chriſto in ligno crucis. Plures eius rei afferri rationes poſſunt, quas ſancti *e* Patres latiùs perſecuti ſunt, vt oſtendamus conſentaneum fuiſſe. Redemptorem noſtrũ mortem crucis potiſſimùm ſubire. Verum ſatis eſſe Parochus admoneat, ſi fideles credant, illud genus mortis à Saluatore delectum eſſe, quod quidem ad humani generis redemptionem aptius, atq; accommodatius videretur, quemadmodum certè nullum turpius, atque indignius eſſe potuit. Non ſolũ enim apud Gentiles crucis ſupplicium execrandum, & dedecoris, ignominiæque pleniſſimũ ſemper exiſtimatum eſt; verùm etiam in lege Moyſis *f* maledictus homo appellatur, qui pendet in ligno.

c Præfatio Miſſæ de S. Cruce.

d Gen. 3. 2. 3. 4.

e Vide inter cæteros Irenæũ li. 5. c. 17.

Crucis ſuppliciũ apud gentiles & Iudęos fuit execrãdũ.

f Deut. 21. 23. Galat. 3. 23.

5 *Hiſtoria paſſionis Chriſti frequentiùs populo eſt replicanda.*

Neque verò Parochus huius articuli hiſtoriã prætermittet, quæ diligentiſſimè à ſanctis Euangeliſtis expoſita

Quàm neceſſaria huius quarti articuli profeſſio & fides myſterij abſconditi in cruce.
Crucis myſterium credimus omnium difficillimum uſi Gnoſtici Chriſtum negabant cruci fuiſſe affixũ, ſed illius loco Simonem Cyrenæum.
Iren. lib. 1. c. 23
a 1. Cor. 1. 21.

ſita eſt, vt ſaltem ſumma eius myſterij capita, quæ ad confirmandã fidei noſtræ veritatem magis neceſſaria videntur, fideles cognita habeant. Hoc enim articulo, veluti fundamento quodam, Chriſtiana religio, & fides nititur, eoque poſito reliqua omnia rectè cõſtituta ſunt. Nam, ſi quid aliud humanæ menti & intelligentiæ difficultatem affert, certè, crucis myſterium omnium difficillimum exiſtimandum eſt: vixque percipiã nobis poteſt, ſalutem noſtram ex cruce ipſa, & ex eo, qui pro nobis ligno illi affixus eſt, pendere. Sed in hoc, vt docet Apoſtolus, ſummam Dei prouidentiam licet admirari *a* Nam, quia in Dei ſapientia nõ cognouit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes, Quare mirandum non eſt, ſi

Prophetæ, Apoſtoli, & Deus ipſe, cur tanto pere inculcarit crucis & paſſionis myſteria
Figuræ mortis Chriſti.

Prophetæ ante Chriſti aduentum, & Apoſtoli poſt eius mortem, & reſurrectionem, tantopere laborarũt, vt hominibus perſuaderent, hunc eſſe mũdi Redẽptorem, eoſque in crucifixi poteſtatem, atq; obedientiam redigerẽt. Quare Dominus, cũ nihil tam ab humana ratione remotum eſſet, quàm crucis myſterium, ſtatim, poſt peccatũ, nunquam deſtitit, tũ figuris, tum prophetarum oraculis Filij ſui mortẽ ſignificare Atque, vt de figuris pauca quędam attingamus, *b* Abel primũ, qui fratris inuidia occiſus eſt, deinde *c* Iſaac ſacrificiũ, præterea *d* agnum, quem Iudæi, cum è terra Ægypti egrederentur, immolarunt, tũ *e* ſerpens æneus, quẽ Moyſes in deſerto exaltauit, Chriſti Domini paſſionis, ac mortis figurã prę mõſtrabat. Quòd autẽ ad prophetas pertinet, quàm multi extiterint, qui de ea vaticinati ſunt, id verò multò notius eſt, quàm vt explicari hoc loco oporteat. Sed præ cæteris, vt *f* Dauidẽ omittamus, qui omnia præcipua redemptionis noſtræ myſteria in pſalmis complexus eſt, *g* Iſaiæ oracula tam aperta, & clara ſunt, *h* vt rectè dici queat, eum potiùs rem geſtam expoſuiſſe, quàm futuram prædixiſſe.

b Gen. 4. 8.
c Gen. 22. 6. 7. 8.
d Exod. 12. 5. 6. 7.
e Num. 21. 8. 9. Ioan. 3. 4.
f Pſal. 2. & 21. & 68. & 109.
g Iſaiæ 53.
h Hier. in ep. ad Paulinum.

6 *Quid hæc clauſula Mortuus, & ſepultus, credendum ſignificet.*

Chriſtus verè in cruce fuit mortuus.

Mortuus, & ſepultus. His verbis Parochus credendum explicabit, Ieſum Chriſtum, poſtquam crucifixus eſt, verè mortuum, ac ſepultum eſſe. Neque verò ſine

cauſa

cauſa hoc ſeparatim fidelibus credendum proponitur, cùm non defuerint, qui eum in cruce mortuũ negarent. Illi igitur errori hanc fidei doctrinã ſancti Apoſtoli meritò opponendam cenſuerunt; de cuius articuli veritate, dubitandi nullus nobis locus relinquitur; nam *a* omnes Euangeliſtæ conſentiunt, Ieſum ſpiritum emiſiſſe. Præterea cum Chriſtus verus, & perfectus homo fuerit, verè etiam mori potuit; moritur autem homo, cùm anima ſeparatur à corpore. Quare, cùm Ieſum mortuum eſſe dicimus, id ſignificamus eius animã à corpore diuiſam eſſe: neque tamen concedimus diuinitatem ſeiunctam à corpore: quin potius conſtanter credimus & cõfitemur, animam eius à corpore diuiſam, diuinitatem tũ corpori in ſepulchro, tùm animæ apud inferos coniunctam ſemper fuiſſe. *b* Decebat autem filium Dei mori, vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, id eſt, Diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruituti.

Gnoſtici Chriſtũ mortuum negarunt. Iren Tertul. li. de præſcript. Epiph.

a Matt. 27. 50. Mar. 15. 37. Luc. 23. 47. Ioan. 19. 30.

Morte Chriſti diuinitas à corpore vel anima nõ fuit ſeparata.

b Hebr. 2. 10. 14. 15.

7 *Inuitus, & coactus mortem Chriſtus non ſubijt.*

Sed illud in Chriſto Domino ſingulare fuit, quòd tũc mortuus eſt, cùm ipſe mori decreuit, & mortem non tàm aliena vi illatam quàm voluntariam obijt; Nec verò mortem ſolum, ſed locum etiam, & tempus, in quo moreretur, ipſe ſibi conſtituit. ita enim Iſaias ſcripſit: *c* Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Atque idem Dominus de ſe ante paſſionem dixit: Ego pono animam meam, vt iterum ſumam eam; nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo: poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Quod autem ad tempus, & locum attinet, cum Herodes eius vitæ inſidiaretur, ipſe inquit: *d* Dicite vulpi illi, ecce eijcio Dæmonia, & ſanitates perficio hodie, & cras, & tertia die conſummor; veruntamen oportet me hodie, & cras, & ſequenti die ambulare; quia non capit Prophetam perire extra Hieruſalem. Ille igitur nihil inuitus, aut coactus fecit, ſed ipſe ſe volens obtulit, atque inimicis ſuis obuiam procedens, dixit: *e* Ego ſum, & ſponte ſua ea omnia ſupplicia pertulit, quibus illum iniuſtè, & crudeliter affecerunt: quo quidem nihil ad commouendos animi noſtri ſenſus maiorem vim habere poteſt, cùm

Mors Chriſti fuit voluntaria

c Iſaiæ 53. 7.

d Ioan. 10. 17. 18.

e Luc. 23. 3. 34.

f Ioan. 18. 5.

Magnitudo beneficij paſſionis ex eo, quod fuerit ſpontanea cõſiderari debet.

poenas

pœnas, tormentaque eius omnia cogitatione perpendimus. Nam, ſi quiſpiam noſtra cauſa omnes dolores patiatur, non, quos ipſe ſua voluntate ſuſcipiat, ſed, quos vitare nequeat: hoc verò haud magni beneficij loco à nobis ponetur. Verum ſi noſtro tantum nomine mortem, quam defugere poterat, libenter occumbat, profectò hoc beneficij genus tantum eſt, vt omnem non ſolum referendæ, ſed etiam habendæ gratiæ facultatem vel gratiſſimo cuique eripiat ex quo Ieſu Chriſti ſumma & eximia charitas, eiuſque diuinum & immenſum in nos meritum perſpici poteſt.

8 *Cur Chriſtum non modo mortuum, ſed etiam ſepultum dicamus.*

Sepulturæ Chriſti cur expreſſa mentio, & quid de illius paſſione meditandum.

Iam verò quod ſepultum eſſe confitemur, hoc quidem veluti articuli pars non conſtituitur, quod nouam aliquam difficultatem habeat, præter ea, quæ iam de morte dicta ſunt. Nam, ſi Chriſtũ mortuũ credimus, facilè etiam nobis perſuaderi poteſt, eum ſepultum eſſe. Verùm hoc additum eſt, primum vt minus dubitare de morte liceat, cum maximo argumento ſit, aliquem mortuum eſſe, ſi eius corpus ſepultum probemus; deinde, vt reſurrectionis miraculum magis declaretur, atque eluceat. Neque verò hoc ſolùm credimus Chriſti corpus ſepultum eſſe, ſed illud præcipuè his verbis credendum proponitur Deum ſepultum eſſe, quemadmodum, ex fidei Catholicæ regula, veriſſimè etiam dicimus Deũ mortuum, & ex Virgine natum eſſe. Nam, cum diuinitas nunquam diuiſa fuerit à corpore, quod in ſepulchro cõditum eſt, rectè confitemur Deum ſepultum eſſe.

Deũ eſſe mortuũ, et ſepultũ qua ratione aſſeramus, Chriſtus, quod ſemel aſſũpſit, nunquam dimiſit.

9 *Quæ circa mortem & ſepulturam Chriſti ſint maximè obſeruanda.*

Circa mortem & ſepulturam Chriſti duo maximè obſeruanda.

Ac de genere quidem, & loco ſepulturæ, illa Parocho ſatis erunt, quæ à ſanctis *a* Euangeliſtis dicta ſunt. Duo verò in primis obſeruanda ſunt alterum Chriſti corpus in ſepulchro nulla ex parte corruptum eſſe, de quo Propheta vaticinatus erat: *b* Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem; Alterum eſt, quod ad omnes huius articuli partes attinet, ſepulturam ſcilicet, paſſionem etiam, & mortem, Chriſto Ieſu, vt homini, non vt Deo conue-

a Matt. 27. 57. 59. 60. Marc. 15. 46. Luc. 23. 53. Ioan. 19. 38. 39. b Pſal. 15. 10. Act. 2. 31.

Quomodo Deus nec pati tur, nec mori-

conuenire; nam pati, & mori, in humanam tantum naturam cadunt: quamuis Deo etiam hæc omnia tribuantur: quoniā de illa perſona, quæ ſimul *a* perfectus Deus, perfectus homo fuit, rectè dici perſpicuum eſt.

tur, & tamen recte dicitur Deus paſſus, & mortuus.
a Athan. in Symb.

10 *Qua ratione contemplari oporteat paſſionis Chriſti beneficium.*

His cognitis, ea de Chriſti paſſione, & morte Parochus explicabit, ex quibus tanti myſterij immenſitatē, ſi non cōprehendere, contemplari certè fideles poſſint. Ac primùm quidē conſiderandū eſt, quis ille ſit, qui hæc omnia patitur. Et quidem nullis verbis eius dignitatē explicare, aut mente cōprehendere poſſumus. Sanctus Ioānes: *b* Verbum eſſe dicit, quod erat apud Deū. Apoſtolus magnificis verbis deſcribit in hunc modū; *c* Eſſe eum, quem Deus conſtituit hæredem vniuerſorum, per quē fecit & ſæcula, qui eſt ſplendor, gloria, & figura ſubſtantiæ eius, qui portat omnia verbo virtutis ſuæ. Hic igitur purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexterā maieſtatis in excelſis. Atque, vt vno verbo complectamur, patitur Ieſus Chriſtus, Deus & Homo: patitur Creator pro ijs, quos ipſe condidit: patitur Dominus pro ſeruis: patitur is, per quem Angeli, homines, cæli, elementa facta ſunt, ille, inquā, *d* in quo, per quē, & ex quo ſunt omnia. Quare mirandum non eſt, ſi eo, tot paſſionum tormentis commoto, totum etiam ædificium concuſſum eſt nam, vt inquit Scriptura. *e* Terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt: *f* tenebræ etiam factæ per vniuerſam terram, & Sol obſcuratus eſt. Quòd ſi mutæ etiam res, & ſenſu carentes creatoris ſui paſſionem luxerunt, cogitent fideles, quibus lacrymis ipſi, tanquam *g* viui lapides huius ædificij, dolorem ſuum declarare debeant.

b Ioan. 1. 1.
c Heb. 1. 2. 3
d Rom. 11. 31.
e Matt. 27. 51.
f Luc. 23. 46.
g 1. Pet. 2. 5.

11 *Cur Chriſtus voluerit extrema pati, quidque ſentiendum de his ſit, qui Chriſtianiſmum profeſſi, in peccatis ſordeſcunt.*

Iam verò cauſæ etiā paſſionis exponendæ ſunt, vt eo magis diuinę erga nos charitatis magnitudo, & vis appareat. Si quis igitur quærat, quæ cauſa fuerit, cur filius Dei acerbiſſimam paſſionem ſubierit, hanc potiſſimùm fuiſſe

Paſſionis Chriſti cauſa, & de grauitate relabentium.

fuiſſe inueniet, (præter hæreditariam labem primorum parentum) vitia, & peccata, quæ homines à mundi origine vſque ad hanc diem admiſerunt, deinceps vſque ad conſummationem ſæculi admiſſuri ſunt; hoc enim in paſſione, & morte Filius Dei Saluator noſter ſpectauit, vt omnium ætatum peccata redimeret, ac deleret, & pro eis Patri abundè, cumulatèq; ſatisfaceret. Illud etiam accedit ad augendam rei dignitatem, quòd non ſolùm Chriſtus pro peccatoribus paſſus eſt, ſed etiam pœnarũ omnium, quas pertulit, peccatores, & auctores, & miniſtri fuerunt: de quo Apoſtolus nos admonet, ita ad Hæbræos ſcribens: *a* Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionẽ, vt ne fatigemini animis veſtris deficientes. Atq; hac culpa omnes teneri iudicandũ eſt, qui in peccata ſæpius prolabuntur: nã, cùm peccata noſtra Chriſtũ Dñm impulerint, vt crucis ſupplicitũ ſubiret, profectò, qui flagitijs, & ſceleribus volutantur, rurſus, quod in ipſis eſt, *b* crucifigunt in ſemetipſis filium Dei, & oſtentui habent. Quod quidem ſcelus, eò grauius in nobis videri poteſt, quàm fuerit in Iudæis; quòd illi, eodem Apoſtolo teſte: *c* Si cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent; nos autẽ & noſſe eum profitemur; & tamen factis negantes, quodam modo violentas ei manus videmur inferre.

Chriſtus pro peccatis totius mundi ſatisfecit, & ideo paſſus eſt.

a Heb. 12. 4.

Relabentes ſæpius in ſcelera Deum iterum crucifigunt & grauius plerũque offendunt quam Iudæi.

b Hebr. 6. 6.

c 1. Cor. 2. 8.

12 *Chriſtus à Patre, & a ſemetipſo etiam traditus eſt.*

Sed à Patre etiam, & à ſemetipſo Chriſtum Dominũ traditum eſſe ſacræ litteræ teſtantur; inquit enim apud Iſaiam; *d* Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Et paulò ante idem Propheta, cum Dominum plagis, & vulneribus affectum ſpiritu Dei plenus videret, dixit: *e* Omnes nos, quaſi oues, errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit, & poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum. De filio autem ſcriptum eſt: *f* Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum. Sed eandem rem Apoſtolus grauioribus etiam verbis expreſſit, cùm tàmen ex àltera parte vellet oſtendere, quantum nobis de immenſa Dei miſericordia, & bonitate ſperare liceat; inquit enim: *g* Qui etiam pro-

d Iſaiæ 53. 8.

e Ibid. 6.

f Ibid. 10.

g Rom. 8. 32.

prio

prio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis † donauit?

† Donabit Græca & Syriaca exemplaria legunt.

13 *Chriſtus tormentorum acerbitatem, corpore, & animo verè ſenſit.*

Acerbitas paſſionis.

Sequitur nunc, vt, quanta fuerit paſſionis acerbitas, Parochus doceat; quamquam, ſi memoria teneamus *a* ſudorem Domini factum, vt guttas ſanguinis † decurrentis in terram, cùm ille tormenta, & cruciatus animo perciperet, quibus paulò poſt afficiendus erat, facilè ex eo vnuſquiſque intelliget, nihil ad illum dolorem addi potuiſſe; nam, ſi malorũ imminentium cogitatio tam acerba fuit, *b* id quod ſanguinis ſudor declarauit, quid ipſam perpeſſionem fuiſſe, exiſtimandum eſt?

a Luc. 21. 44.
† Decurrétes habet Græcus textus.
b Ibidem.

Chriſtus in corpore quanta pertulit.

Sed tamen Chriſtum Dominum ſummis tùm animi, tùm corporis doloribus affectum eſſe conſtat. Ac primũ quidem nulla fuit eius corporis pars, quæ grauiſſimas pœnas non ſenſerit; nam & pedes, & manus, clauis crucis affixæ, caput ſpinis compunctum, arundine percuſſum, facies ſputis fœdata, alapis cæſa, totum corpus flagellis verberatum eſt; præterea omnium generum, & ordinum homines, *c* conuenerunt in vnum aduersùs Dominum, & aduersùs Chriſtum eius; *d* Gentes enim, & Iudæi, paſſionis ſuaſores, auctores, & miniſtri fuerunt: Iudas eum prodidit: Petrus negauit: cæteri omnes deſeruerunt. Iam verò in cruce ipſa acerbitatem ne, an ignominiam, an vtrumque ſimul quæremus? Ac profectò nullum aut turpius genus mortis, aut acerbius excogitari eo potuit, quo affici non niſi nocentiſſimi & ſceleratiſſimi homines conſueuerunt, & in quo ſummi doloris, & cruciatus ſenſum mortis diuturnitas vehementiorem efficiebat. Augebat autem pœnarum magnitudinem ipſa Chriſti Ieſu corporis conſtitutio & habitus; quod quidem cum Spiritus ſancti virtute formatum eſſet, multò perfectius & temperatius fuit, quàm aliorum hominum corpora eſſe poſſunt; atque ideò acriorẽ quoque ſentiẽdi vim habuit, & grauiùs tormẽta illa omnia perpeſſus eſt.

c Pſal. 2. 2.
d Mat. 26. & 47.
Mat. 14 & 25.
Luc. 12. & 25.
Ioã. 15. & 19.
Mortis Chriſti genus acerbiſſimũ, & ignominioſiſſimũ.

Corpus Chriſti perfectiſſimum, & temperatiſſimum fuit.

Quòd verò ad intimum animi dolorem pertinet, nemo dubitare poteſt, quin ſummus in Chriſto fuerit; ſan-

Anima Chriſti quam graues dolores ſuſtinuit.

An Sancti Martyres tantam vim pœnarum in tormentis senſerit, quam Christus.

a Col. 1. 14.

b 2. Cor. 7. 4.

c Matt. 26. 20.

Calix Christi nulla externa ſuauitate fuit permiſſus.

d Matt. 27. 46.

ctis enim hominibus, quicumque ſupplicia, & cruciatus pertulerunt, nō defuit animæ ſolatium diuinitùs datum, quo recreati tormentorum vim æquo animo ferre poſſent; imò verò incruciatibus plerique intima lætitia efferebantur. inquit enim Apoſtolus: *a* Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia. Et alibi; *b* Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra. Verùm Chriſtus Dominus amariſſimæ paſſionis calicem, *c* quem bibit, nulla ſuauitate permiſta, temperauit. *d* Humanæ enim naturæ, quam aſſumpſerat, ſentire omnia tormenta permiſit, non ſecus, ac ſi homo, non etiam Deus fuiſſet.

14 *Quæ potiſſimùm commoda, & bona, Chriſtiano generi Chriſti paſſio pepererit.*

Primus fructus paſſionis Chriſti.

e Apoc. 1. 5.

f Co. 2. 13. 14.

Secundus.

g Ioan. 12. 31. 32.

Tertius.

Quartus.

h Rom. 5. 10.

2. Cor. 5. 18.

i Heb. 10. 19.

K Num. 35. 25

Patribus veteris teſtamenti, ante Chriſti mortem cæli

Reliquum modò eſt, vt commoda etiam, & bona, quæ ex paſſione Domini percipimus, à Parocho accuratè explicentur. Primum igitur Domini paſſio peccati liberatio fuit; nam, vt eſt apud ſanctum Ioannem: *e* Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo; & Apoſtolus inquit: *f* Conuiuificauit nos cum illo donans nobis omnia delicta, delens, quod aduersùm nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci. Deinde à Dæmonis tyrannide nos eripuit; ipſe enim Dominus inquit; *g* Nunc iudicium eſt mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras; & ego, ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum. Pœnam preterea peccatis noſtris debitam perſoluit. Tum verò, quia nullum gratius, & acceptius Deo ſacrificium afferri potuit, *h* Patri nos reconciliauit, eumque nobis placatum, & propitium reddidit. Poſtremò, quoniam peccata ſuſtulit, cœlorum etiam aditum, communi humani generis peccato interclusum, nobis patefacit. Atque id Apoſtolus ſignificauit illis verbis: *i* Habemus fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti. Neque verò in veteri lege huius myſterij figura, & imago quædam defuit; nam illi, *k* quibus interdictum erat, ne in patriam ante ſummmi ſacerdotis mortē reuerterentur, hoc ſignifica-

ficabant, nemini, quamuis iuſtè & piè vixiſſet, aditum in cæleſtem patriam patere, antequã ſummus ille, atque æternus ſacerdos Chriſtus Ieſus mortẽ obiret; qua quidem obita, ſtatim cœli fores patuerunt ijs, qui ſacramentis expiati, fideque, ſpe, & charitate, prædíti, paſſionis eius participes fiunt.

aditus non patuit, vide Iren lib.5. cap. 31. Ter. lib. 4. ad Marcion. Ori. in c.5. ad Ro.

15 *Vnde vim habuerit Chriſti paſſio ad tanta nobis bona promerenda.*

Hæc autem omnia maxima, & diuina bona Parochus docebit ex Domini paſſione ad nos perueniſſe; primùm quidem, quia eſt integra, atque omnibus numeris perfecta ſatisfactio, quam admirabili quadam ratione Ieſus Chriſtus pro peccatis noſtris Deo Patri perſoluit. Neq; verò pretium, quod pro nobis perſoluit, debitis noſtris par ſolum, & æquale fuit, verùm ea longè ſuperauit. Deinde ſacrificiũ Deo acceptiſſimũ fuit, quod, cũ illi filius in ara crucis obtulit, patris iram, atque indignationem prorſus mitigauit; atque hoc nomine Apoſtolus vſus eſt, cùm inquit: *a* Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorẽ ſuauitatis. Præterea redemptio, de qua eſt apud Apoſt. Principem: *b* Non corruptibilibus auro, vel argento redẽpti eſtis, de vana veſtra conuerſatione paternœ traditionis, ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chriſti, & incõtaminati; & Apoſtolus docet: *c* Chriſt^9 nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ.

Perfectiſſima pro omnium peccatis Chriſti fuit ſatisfactio. Pretium perſolutum à Chriſto maius etiã fuit debito Chriſti paſſio verum ſacrificium.

a Epheſ. 5. 2.

Redemptio. b 1. Pet. 1. 18. 10.

c Galal. 3. 13.

16 *In Chriſti paſſione ſunt omnium virtutũ exẽpla.*

Verùm, præter hęc immenſa beneficia, illud etiam vel maximum conſecuti ſumus, vt in hac vna paſſione, omnium virtutũ clariſſima exempla habeamus nam & patientiam, & humilitatem, & eximiã charitatẽ, & manſuetudinem, & obedientiã, & ſummam animi conſtantiam, non ſolùm in perferendis propter iuſtitiam doloribus, ſed etiam in morte appetenda, ita oſtendit, vt verè dicere poſſimus, Saluatorem noſtrum, quæcunque vitæ præcepta toto prædicationis ſuæ tẽpore verbis nos docuit, ea omnia vno paſſionis die in ſeipſo expreſſiſſe. Atque hæc breuiter de Chriſti Domini ſaluberrima paſſione, & morte dicta ſint. Vtinam verò hæc myſteria in

Sextus Chriſti paſſionis fructus.

C A P. V.

I A C O B V S.

Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus.

1 *Articuli quarti cognoſcendi neceſſitas, & eius ſententia.*

QVantam habeat neceſſitatem huius articuli cognitio, & quam diligenter Parochus curare debeat, vt fideles Dominicę Paſſionis memoriam ſæpiſſimè animo repetant, *a* docet Apoſtolus, qui nihil aliud ſe ſcire teſtatus eſt, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Quare in hoc argumento omne ſtudium, & opera adhibenda eſt, vt quam maximè illuſtrentur fideleſque, tanti beneficij cõmemoratione excitati, totos ſe, ad Dei erga nos amorem & bonitatem ſuſcipiendã, conuertant Fides itaque priore articuli parte (nam de altera poſtea dicetur) illud nobis credendũ proponit, Chriſtum Dominum, cum Pontius Pilatus, Tiberij Cæſaris iuſſu Iudæã prouinciam adminiſtraret, cruci affixum eſſe; nam captus, irriſus, varijs iniuriarum, & cruciatuum generibus affectus, demum in crucem ſublatus eſt.

a 1. Cor. 2. 2. ſenſus prioris partis articuli.

2 *Anima Chriſti cruciatus ſenſit.*

Nec verò cuiquam dubitandum eſt, Chriſti animam, quod ad inferiorem partem attinet, ab ijs cruciatibus liberam non fuiſſe. nam, quòd humanam naturam verè aſſumpſit, neceſſe eſt fateri animo etiam grauiſſimum dolorem ſenſiſſe. quare inquit; *b* Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Nam etſi perſonæ diuinæ humana natura coniuncta fuit; tamen propter eam coniunctionem nihilominus paſſionis acerbitatem ſenſit, quam ſi ea cõiunctio facta non fuiſſet, cum in vna Ieſu Chriſti perſona vtriuſque naturæ diuinæ, & humanæ, proprietates ſeruatæ

Anima Chriſti quod ad partem ſenſitiuam attinet, varios experta eſt dolores. Videatur ſect. 21. huius art. b Mat. 29. 38. Mar. 14. 34. In vna Chriſti perſona duarũ naturarũ propietate, ſunt ſeruatæ. Vide ſecundam ſect. art. tertij.

ſeruatæ ſint: atque idcirco, quod erat paſſibile & mortale, paſſibile & mortale permanſit: rurſus verò, quod impaſſibile, & immortale erat, qualem eſſe diuinam naturam intelligimus, ſuam proprietatem retinuit.

3 *Cur in Symbolo exprimatur, ſub quo Iudææ Præſide Chriſtus ſit paſſus.*

Quod autem hoc loco tam diligenter obſeruari videmus, Ieſum Chriſtum, eo tépore paſſum eſſe, quo Pontius Pilatus Iudæam prouinciam procuraret, id ea re factum eſſe docebit Parochus, quia tantæ rei, & tam neceſſariæ cognitio exploratior omnibus eſſe poterat, ſi rei geſtæ certum, (quod & ab *a* Apoſtolo Paulo factum legimus) tempus deſcriberetur; tum etiam, quia ijs verbis declaratur, illam Saluatoris prædictionem exitu cõprobatam eſſe, *b* Tradent, inquit, eum gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum.

a Tim. 6. 13.

b Matt. 20. 10.

4 *Non temerè accidit, quòd Chriſtus in ligno crucis mortem eſt perpeſſus.*

Sed, quod potiſſimùm in ligno crucis mortem pertulit hoc etiam diuino conſilio tribuendum eſt, vt ſcilicet, *c* vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret; ſerpẽs enim, *d* qui in ligno primos parentes vicerat, victus eſt à Chriſto in ligno crucis. Plures eius rei afferri rationes poſſunt, quas ſancti *e* Patres latiùs perſecuti ſunt, vt oſtendamus conſentaneum fuiſſe, Redemptorem noſtrũ mortem crucis potiſſimùm ſubire. Verum ſatis eſſe Parochus admoneat, ſi fideles credant, illud genus mortis à Saluatore delectum eſſe, quod quidem ad humani generis redemptionem aptius, atq; accommodatius videretur, quemadmodum certè nullum turpius, atque indignius eſſe potuit. Non ſolũ enim apud Gentiles crucis ſupplicium execrandum, & dedecoris, ignominiæque pleniſſimũ ſemper exiſtimatum eſt; verùm etiam in lege Moyſis *f* maledictus homo appellatur, qui pendet in ligno.

c Præfatio Miſſæ de S. Cruce.

d Gen. 3. 2. 3. 4.

e Vide inter cæteros Irenæũ li. 5. c. 17.

Crucis ſupplicũ apud gentiles & Iudęos fuit execrãdũ.

f Deut. 21. 23. Galat. 3. 23.

5 *Hiſtoria paſſionis Chriſti frequentiùs populo eſt replicanda.*

Neque verò Parochus huius articuli hiſtoriã prætermittet, quæ diligentiſſimè à ſanctis Euangeliſtis expo-

Quã neceſſaria huius quarti articuli profeſſio & fides myſterij abſconditi in cruce.

Crucis myſterium credim omnium difficillimum vſi

Gnoſtici Chriſtum negabant cruci fuiſſe affixũ, ſed illius loco Simonem Cyrenæum. Iren. lib. 1. c. 23

a 1. Cor. 1. 21.

ſita eſt, vt ſaltem ſumma eius myſterij capita, quæ ad confirmandã fidei noſtræ veritatem magis neceſſaria videntur, fideles cognita habeant. Hoc enim articulo, veluti fundamento quodam, Chriſtiana religio, & fides nititur, eoque poſito reliqua omnia rectè cõſtituta ſunt. Nam, ſi quid aliud humanæ menti & intelligentiæ difficultatem affert, certè, crucis myſterium omnium difficillimum exiſtimandum eſt: vixque percipi à nobis poteſt, ſalutem noſtram ex cruce ipſa, & ex eo, qui pro nobis ligno illi affixus eſt, pendere. Sed in hoc, vt docet Apoſtolus, ſummam Dei prouidentiam licet admirari *a*. Nam, quia in Dei ſapientia nõ cognouit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Quare mirandum non eſt, ſi

Prophetæ, Apoſtoli, & De⁹ ipſe, cur tantopere inculcarit crucis & paſſionis myſteria

Figuræ mortis Chriſti.

b Gen. 4. 8.
c Gen. 22. 6 7. 8.
d Exod. 12. 5. 6. 7.
e Num. 21. 8. 9. Ioan. 3. 4.

f Pſal. 2. & 21. & 68. & 109.

g Iſaiæ 53.
h Hier. in ep. ad Paulinum.

Prophetæ ante Chriſti aduentum, & Apoſtoli poſt eius mortem, & reſurrectionem, tantopere laborarũt, vt hominibus perſuaderent, hunc eſſe mũdi Redẽptorem, eoſque in crucifixi poteſtatem, atq; obedientiam redigerẽt. Quare Dominus, cũ nihil tàm ab humana ratione remotum eſſet, quàm crucis myſterium, ſtatim, poſt peccatũ, nunquam deſtitit, tũ figuris, tum prophetarum oraculis Filij ſui mortẽ ſignificare. Atque, vt de figuris pauca quędam attingamus, *b* Abel primũ, qui fratris inuidia occiſus eſt, deinde *c* Iſaac ſacrificiũ, præterea *d* agnum, quem Iudæi, cum è terra Ægypti egrederentur, immolarunt, tũ *e* ſerpens æneus, quẽ Moyſes in deſerto exaltauit, Chriſti Domini paſſionis, ac mortis figurã prę mõſtrabat. Quòd autẽ ad prophetas pertinet, quàm multi extiterint, qui de ea vaticinati ſunt, id verò multò notius eſt, quàm vt explicari hoc loco oporteat. Sed præ cæteris, vt *f* Dauidẽ omittamus, qui omnia præcipua redemptionis noſtræ myſteria in pſalmis complexus eſt, *g* Iſaiæ oracula tam aperta, & clara ſunt, *h* vt rectè dici queat, eum potiùs rem geſtam expoſuiſſe, quàm futuram prædixiſſe.

6 *Quid hæc clauſula Mortuus, & ſepultus, credendum ſignificet.*

Chriſtus vere in cruce fuit mortuus.

Mortuus, & ſepultus. His verbis Parochus credendum explicabit, Ieſum Chriſtum, poſtquam crucifixus eſt, verè mortuum, ac ſepultum eſſe. Neque verò ſine

cauſa

cauſa hoc ſeparatim fidelibus credendum proponitur, cùm non defuerint, qui eum in cruce mortuũ negarent. Illi igitur errori hanc fidei doctrinã ſancti Apoſtoli meritò opponendam cenſuerunt; de cuius articuli veritate, dubitandi nullus nobis locus relinquitur; nam *a* omnes Euangeliſtæ conſentiunt, Ieſum ſpiritum emiſiſſe. Præterea cum Chriſtus verus, & perfectus homo fuerit, verè etiam mori potuit; moritur autem homo, cùm anima ſeparatur à corpore. Quare, cùm Ieſum mortuum eſſe dicimus, id ſignificamus eius animã à corpore diuiſam eſſe: neque tamen concedimus diuinitatem ſeiunctam à corpore: quin potius conſtanter credimus & cõfitemur, animam eius à corpore diuiſam, diuinitatem tũ corpori in ſepulchro, tùm animæ apud inferos coniunctam ſemper fuiſſe. *b* Decebat autem filium Dei mori, vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, id eſt, Diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruituti.

Gnoſtici Chriſtũ mortuum negarunt. Iren Tertul. li. de præſcript. Epiph.

a Matt. 27. 50. Mar. 15. 37. Luc. 23. 47. Ioan. 19. 30.

Morte Chriſti diuinitas à corpore vel anima nõ fuit ſeparata.

b Hebr. 2. 10. 14. 15.

7 *Inuitus, & coactus mortem Chriſtus non ſubijt.*

Sed illud in Chriſto Domino ſingulare fuit, quòd tũc mortuus eſt, cùm ipſe mori decreuit, & mortem non tàm aliena vi illatam quàm voluntariam obijt; Nec verò mortem ſolum, ſed locum etiam, & tempus, in quo moreretur, ipſe ſibi conſtituit. ita enim Iſaias ſcripſit: *c* Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Atque idem Dominus de ſe ante paſſionem dixit: Ego pono animam meam, vt iterum ſumam eam; nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo: poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Quod autem ad tempus, & locum attinet, cum Herodes eius vitæ inſidiaretur, ipſe inquit: *d* Dicite vulpi illi, ecce eijcio Dæmonia, & ſanitates perficio hodie, & cras, & tertia die conſummor; veruntamen oportet me hodie, & cras, & ſequenti die ambulare; quia non capit Prophetam perire extra Hieruſalem. Ille igitur nihil inuitus, aut coactus fecit, ſed ipſe ſe volens obtulit, atque inimicis ſuis obuiam procedens, dixit: *e* Ego ſum, & ſponte ſua ea omnia ſupplicia pertulit, quibus illum iniuſtè, & crudeliter affecerunt: quo quidem nihil ad commouendos animi noſtri ſenſus maiorem vim habere poteſt, cùm

Mors Chriſti fuit volũtaria

c Iſaiæ 53 7.

d Ioan. 10. 17. 28.

e Luc. 23. 3. 34.

f Ioan. 18. 5. Magnitudo beneficij paſſionis ex eo, quòd fue rit ſpõtanea cõſiderari debet.

pœnas, tormentaque eius omnia cogitatione perpendimus. Nam, ſi quiſpiam noſtra cauſa omnes dolores patiatur, non, quos ipſe ſua voluntate ſuſcipiat, ſed, quos vitare nequeat: hoc verò haud magni beneficij loco à nobis ponetur. Verum ſi noſtro tantum nomine mortem, quam defugere poterat, libenter occumbat, profectò hoc beneficij genus tantum eſt, vt omnem non ſolum referendæ, ſed etiam habendæ gratiæ facultatem vel gratiſſimo cuique eripiat ex quo Ieſu Chriſti ſumma & eximia charitas, eiuſque diuinum & immenſum in nos meritum perſpici poteſt.

8 *Cur Chriſtum non modo mortuum, ſed etiam ſepultum dicamus.*

Sepulturę Chriſti cur expreſſa mētio, & quid de illiꝰ paſſione meditādū.

Iam verò quod ſepultum eſſe confitemur, hoc quidem veluti articuli pars non conſtituitur, quod nouam aliquam difficultatem habeat, præter ea, quæ iam de morte dicta ſunt. Nam, ſi Chriſtū mortuū credimus, facilè etiam nobis perſuaderi poteſt, eum ſepultum eſſe. Verùm hoc additum eſt, primum vt minus dubitare de morte liceat, cum maximo argumento ſit, aliquem mortuum eſſe, ſi eius corpus ſepultum probemus; deinde, vt reſurrectionis miraculum magis declaretur, atque eluceat. Neque verò hoc ſolùm credimus Chriſti corpus ſepultum eſſe, ſed illud præcipuè his verbis credendum proponitur Deum ſepultum eſſe, quemadmodum, ex fidei Catholicæ regula, veriſſimè etiam dicimus Deū mortuum, & ex Virgine natum eſſe. Nam, cum diuinitas nunquam diuiſa fuerit à corpore, quod in ſepulchro cōditum eſt, rectè confitemur Deum ſepultum eſſe.

Deū eſſe mortuū, et ſepultū qua ratione aſſirmetur, Chriſtus, quod ſemel aſſūpſit, nunquam dimiſit.

9 *Quæ circa mortem & ſepulturam Chriſti ſint maximè obſeruanda.*

Circa mortem & ſepulturam Chriſti duo maximè obſeruanda.

Ac de genere quidem, & loco ſepulturæ, illa Parocho ſatis erunt, quæ à ſanctis *a* Euangeliſtis dicta ſunt. Duo verò in primis obſeruanda ſunt alterum Chriſti corpus in ſepulchro nulla ex parte corruptum eſſe, de quo Propheta vaticinatus erat: *b* Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem; Alterum eſt, quod ad omnes huius articuli partes attinet, ſepulturam ſcilicet, paſſionem etiam, & mortem, Chriſto Ieſu, vt homini, non vt Deo conue-

a Matt. 27. 57. 59. 60. Marc. 15. 46. Luc. 23. 53. Ioan. 10. 38. 39.
b Pſal. 15. 10. Act. 2. 31.

Quomodo Deus nec patitur, nec mori-

conuenire; nam pati, & mori, in humanam tantum naturam cadunt: quamuis Deo etiam hæc omnia tribuantur: quoniã de illa perſona, quæ ſimul *a* perfectus Deus, perfectus homo fuit, rectè dici perſpicuum eſt.

tur, & tamen teſte dicitur Deus paſſus, & mortuus.
a Athan. in Symb.

10 *Qua ratione contemplari oporteat paſſionis Chriſti beneficium.*

His cognitis, ea de Chriſti paſſione, & morte Parochus explicabit, ex quibus tanti myſterij immenſitatẽ, ſi non cõprehendere, contemplari certè fideles poſſint. Ac primùm quidẽ conſiderandũ eſt, quis ille ſit, qui hæc omnia patitur. Et quidem nullis verbis eius dignitatẽ explicare, aut mente cõprehendere poſſumus. Sanctus Ioãnes: *b* Verbum eſſe dicit, quod erat apud Deũ. Apoſtolus magnificis verbis deſcribit in hunc modũ; *c* Eſſe eum, quem Deus conſtituit hæredem vniuerſorum, per quẽ fecit & ſæcula, qui eſt ſplendor, gloria, & figura ſubſtantiæ eius, qui portat omnia verbo virtutis ſuæ. Hic igitur purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexterã maieſtatis in excelſis. Atque, vt vno verbo complectamur, patitur Ieſus Chriſtus, Deus & Homo: patitur Creator pro ijs, quos ipſe condidit: patitur Dominus pro ſeruis: patitur is, per quem Angeli, homines, cæli, elementa facta ſunt, ille, inquã, *d* in quo, per quẽ, & ex quo ſunt omnia. Quare mirandum non eſt, ſi eo, tot paſſionum tormentis commoto, totum etiam ædificium concuſſum eſt nam, vt inquit Scriptura. *e* Terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt: *f* tenebræ etiam factæ per vniuerſam terram, & Sol obſcuratus eſt. Quòd ſi mutæ etiam res, & ſenſu carentes creatoris ſui paſſionem luxerunt, cogitent fideles, quibus lacrymis ipſi, tanquam *g* viui lapides huius ædificij, dolorem ſuum declarare debeant.

b Ioan. 1. 1.
c Heb. 1. 2. 3
d Rom. 11. 36.
e Matt. 27. 51.
f Luc. 23. 45.
g 1. Pet. 2. 5.

11 *Cur Chriſtus voluerit extrema pati, quidque ſentiendum de his ſit, qui Chriſtianiſmum profeſſi, in peccatis ſordeſcunt.*

Iam verò cauſæ etiã paſſionis exponendæ ſunt, vt eo magis diuinę erga nos charitatis magnitudo, & vis appareat. Si quis igitur quærat, quæ cauſa fuerit, cur filius Dei acerbiſſimam paſſionem ſubierit, hanc potiſſimùm fuiſſe

Paſſionis Chriſti cauſa, & de grauitate relabentium.

fuiſſe inueniet, (præter hæreditariam labem primorum parentum) vitia, & peccata, quæ homines à mundi origine vſque ad hanc diem admiſerunt, deinceps vſque ad conſummationem ſæculi admiſſuri ſunt; hoc enim in paſſione, & morte Filius Dei Saluator noſter ſpectauit, vt omnium ætatum peccata redimeret, ac deleret, & pro eis Patri abundè, cumulatèq; ſatisfaceret. Illud etiam accedit ad augendam rei dignitatem, quòd non ſolùm Chriſtus pro peccatoribus paſſus eſt, ſed etiam pœnarũ omnium, quas pertulit, peccatores, & auctores, & miniſtri fuerunt: de quo Apoſtolus nos admonet, ita ad Hebræos ſcribens: *a* Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionẽ, vt ne fatigemini animis veſtris deficientes. Atq; hac culpa omnes teneri iudicandũ eſt, qui in peccata ſæpius prolabuntur: nã, cùm peccata noſtra Chriſtũ Dñm impulerint, vt crucis ſupplicitũ ſubiret, profectò, qui flagitijs, & ſceleribus volutantur, rurſus, quod in ipſis eſt, *b* crucifigunt in ſemetipſis filium Dei, & oſtentui habent. Quod quidem ſcelus, eò grauius in nobis videri poteſt, quàm fuerit in Iudæis; quòd illi, eodem Apoſtolo teſte: *c* Si cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent; nos autẽ & noſſe eum profitemur; & tamen factis negantes, quodam modo violentas ei manus videmur inferre.

Chriſtus pro peccatoribus mundi ſatiſfecit, & ideo paſſus eſt.

a Heb. 12. 4.

Relabentes iæ piu; in ſcele. a Deum iterum crucifigunt & grauius plenũ quæ offendunt quam Iudæi,

b Hebr. 6. 6.

c 1. Cor. 2. 8.

12 *Chriſtus à Patre, & a ſemetipſo etiam traditus eſt.*

Sed à Patre etiam, & à ſemetipſo Chriſtum Dominũ traditum eſſe ſacræ litteræ teſtantur; inquit enim apud Iſaiam: *d* Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Et paulò ante idem Propheta, cum Dominum plagis, & vulneribus affectum ſpiritu Dei plenus videret, dixit: *e* Omnes nos, quaſi oues, errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit, & poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum. De filio autem ſcriptum eſt: *f* Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum. Sed eandem rem Apoſtolus grauioribus etiam verbis expreſſit, cùm tàmen ex altera parte vellet oſtendere, quantum nobis de immenſa Dei miſericordia, & bonitate ſperare liceat: inquit enim: *g* Qui etiam pro-

d Iſaiæ 53. 8.

e Ibid. 6.

f Ibid. 10.

g Rom. 8. 32.

prio

prio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis † donauit?

† Donabit Græca & Syriaca exemplaria legunt.

13 *Chriſtus tormentorum acerbitatem, corpore, & animo verè ſenſit.*

Acerbitas paſſionis.

Sequitur nunc, vt, quanta fuerit paſſionis acerbitas, Parochus doceat; quamquam, ſi memoria teneamus [a] ſudorem Domini factum, vt guttas ſanguinis † decurrentis in terram, cùm ille tormenta, & cruciatus animo perciperet, quibus paulò poſt afficiendus erat, facilè ex eo vnuſquiſque intelliget, nihil ad illum dolorem addi potuiſſe; nam, ſi malorũ imminentium cogitatio tam acerba fuit, [b] id quod ſanguinis ſudor declarauit, quid ipſam perpeſſionem fuiſſe, exiſtimandum eſt?

a Luc. 21. 44. † Decurrẽtes habet Græcus textus. b Ibidem.

Chriſtus in corpore quanta pertulit.

Sed tamen Chriſtum Dominum ſummis tùm animi, tùm corporis doloribus affectum eſſe conſtat. Ac primũ quidem nulla fuit eius corporis pars, quæ grauiſſimas pœnas non ſenſerit; nam & pedes, & manus, clauis crucis affixæ, caput ſpinis compunctum, arundine percuſſum, facies ſputis fœdata, alapis cæſa, totum corpus flagellis verberatum eſt; præterea omnium generum, & ordinum homines, [c] conuenerunt in vnum aduersùs Dominum, & aduersùs Chriſtum eius; [d] Gentes enim, & Iudæi, paſſionis ſuaſores, auctores, & miniſtri fuerunt: Iudas eum prodidit: Petrus negauit: cæteri omnes deſeruerunt. Iam verò in cruce ipſa acerbitatem ne, an ignominiam, an vtrumque ſimul quæremus? Ac profectò nullum aut turpius genus mortis, aut acerbius excogitari eo potuit, quo affici non niſi nocentiſſimi & ſceleratiſſimi homines conſueuerunt, & in quo ſummi doloris, & cruciatus ſenſum mortis diuturnitas vehementiorem efficiebat. Augebat autem pœnarum magnitudinem ipſa Chriſti Ieſu corporis conſtitutio & habitus; quod quidem cum Spiritus ſancti virtute formatum eſſet, multò perfectius & temperatius fuit, quàm aliorum hominum corpora eſſe poſſunt; atque ideò acriorẽ quoque ſentiẽdi vim habuit, & grauiùs tormẽta illa omnia perpeſſus eſt.

c Pſal. 2. 2. d Mat. 26. & 47. Mat. 14 & 25. Luc. 12. & 25. Ioã. 15. & 19. Mortis Chriſti genus acerbiſſimũ, & ignominioſiſſimũ. Corpus Chriſti perfectiſſimum, & temperatiſſimum fuit.

Quòd verò ad intimum animi dolorem pertinet, nemo dubitare poteſt, quin ſummus in Chriſto fuerit; ſan-

Anima Chriſti quam graues dolores ſuſtinuit.

An Sācti Martyres tantam vimpœnarum in tormentis, ſenſerit, quàm Christus.
ctis enim hominibus, quicumque ſupplicia, & cruciatus pertulerunt, nō defuit animæ ſolatium diuinitùs datum, quo recreati tormentorum vim æquo animo ferre poſſent; imò verò incruciatibus plerique intima lætitia efferebantur. inquit enim Apoſtolus: *a* Gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia. Et alibi; *b* Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra. Verùm Chriſtus Dominus amariſſimæ paſſionis calicem, *c* quem bibit, nulla ſuauitate permiſta, temperauit. *d* Humanæ enim naturæ, quam aſſumpſerat, ſentire omnia tormenta permiſſit, non ſecus, ac ſi homo, non etiam Deus fuiſſet.

a Col. 1. 14.
b 2. Cor. 7. 4.
c Matt. 26.20. Calix Christi nulla externa ſuauitate fuit permiſſus.
d Matt. 27.46.

14 *Quæ potiſſimùm commoda, & bono, Chriſtiano generi Christi paſſio pepererit.*

Primus fructus paſſionis Christi.
Reliquum modò eſt, vt commoda etiam, & bona, quæ ex paſſione Domini percipimus, à Parocho accuratè explicentur. Primum igitur Domini paſſio peccati liberatio fuit; nam, vt eſt apud ſanctum Ioannem: *e* Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo; & Apoſtolus inquit: *f* Conuiuificauit nos cum illo donans nobis omnia delicta, delens, quod aduersùm nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci. Deinde à Dæmonis tyrannide nos eripuit; ipſe enim Dominus inquit; *g* Nunc iudicium eſt mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras; & ego, ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum. Pœnam præterea peccatis noſtris debitam perſoluit. Tum verò, quia nullum gratius, & acceptius Deo ſacrificium afferri potuit, *h* Patri nos reconciliauit, eumque nobis placatum, & propitium reddidit. Poſtremò, quoniam peccata ſuſtulit, cœlorum etiam aditum, communi humani generis peccato interclusum, nobis patefacit. Atque id Apoſtolus ſignificauit illis verbis: *i* Habemus fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti. Neque verò in veteri lege huius myſterij figura, & imago quædam defuit; nam illi, *k* quibus interdictum erat, ne in patriam ante ſummmi ſacerdotis morté reuerterentur, hoc ſignifica-

e Apoc. 1. 5
f Co. 2. 13.14.
Secundus.
g Ioan. 12. 31. 32.
Tertius.
Quartus.
h Rom. 5. 10.
2. Cor. 5. 18.
i Heb. 10. 19.
K Num. 15.25 Patribus veteris teſtamenti, ante Christi mortem cæli

fica-

ficabant, nemini, quamuis iuſtè & piè vixiſſet, aditum in cæleſtem patriam patere, antequã ſummus ille, atque æternus ſacerdos Chriſtus Ieſus mortẽ obiret; qua quidem obita, ſtatim cœli fores patuerunt ijs, qui ſacramentis expiati, fideque, ſpe, & charitate, præditi, paſſionis eius participes fiunt.

aditus non patuit, vide Iren lib. 5. cap. 31. Ter. lib. 4. ad Marcion. Ori. in c. 5. ad Ro.

15 *Unde vim habuerit Chriſti paſſio ad tanta nobis bona promerenda.*

Hæc autem omnia maxima, & diuina bona Parochus docebit ex Domini paſſione ad nos peruenisse; primùm quidem, quia eſt integra, atque omnibus numeris perfecta ſatisfactio, quam admirabili quadam ratione Ieſus Chriſtus pro peccatis noſtris Deo Patri perſoluit. Neq; verò pretium, quod pro nobis perſoluit, debitis noſtris par ſolum, & æquale fuit, verùm ea longè ſuperauit. Deinde ſacrificiũ Deo acceptiſſimũ fuit, quod, cũ illi filius in ara crucis obtulit, patris iram, atque indignationem prorſus mitigauit; atque hoc nomine Apoſtolus vſus eſt, cùm inquit: *a* Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorẽ ſuauitatis. Præterea redemptio, de qua eſt apud Apoſt. Principem: *b* Non corruptibilibus auro, vel argento redẽpti eſtis, de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chriſti, & incõtaminati; & Apoſtolus docet: *c* Chriſtꝰ nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ.

Perfectiſſima pro omnium peccatis Chriſti fuit ſatisfactio. Pretium perſolutum à Chriſto maius etiã fuit debito Chriſti paſſio verum ſacrificium.

a Epheſ. 5. 2.

Redemptio. b 1. Pet. 1. 18. 19.

c Galat. 3. 13.

16 *In Chriſti paſſione ſunt omnium virtutũ exẽpla.*

Verùm, præter hęc immenſa beneficia, illud etiam vel maximum conſecuti ſumus, vt in hac vna paſſione, omnium virtutũ clariſſima exempla habeamus nam & patientiam, & humilitatem, & eximiã charitatẽ, & manſuetudinem, & obedientiã, & ſummam animi conſtantiam, non ſolùm in perferendis propter iuſtitiam dolori bus, ſed etiam in morte appetenda, ita oſtendit, vt verè dicere poſſimus, Saluatorem noſtrum, quæcunque vitæ præcepta toto prædicationis ſuæ tẽpore verbis nos docuit, ea omnia vno paſſionis die in ſeipſo expreſſiſſe. Atque hæc breuiter de Chriſti Domini ſaluberrima paſſione, & morte dicta ſint. Vtinam verò hæc myſteria in

Sextus Chriſti paſſionis fructus.

animis noſtris aſſiduè verſentur, & vnà cum Domino pati, & mori, & ſepeliri diſcamus: vt deinde, abiecta omni ſorde peccati, ad nouam vitam cum illo reſurgentes, aliquando tandem, ipſius gratia, & miſericordia, digni ſimus, qui cæleſtis regni, & gloriæ participes efficiamur.

DE QVINTO ARTIC.

CAP. VI.

THOMAS.

Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis.

1 *Pars prima huius articuli quomodo ſit intelligẽda.*

MAximè quidem refert noſſe gloriam ſepulturæ Domini noſtri IESV Chriſti, de qua proximè dictum eſt; ſed plus intereſt fidelis populi cognoſcere illuſtres triumphos, quos ex deuicto Diabolo, & ſpoliatis inferorum ſedibus deportauit: de quibus, ſimulque de reſurrectione dicendum eſt; qui locus etſi ſeparatim per ſe rectè tractari poſſit; nos tamen, ſanctorum patrum auctoritatem ſecuti, eum cum deſcenſu ad inferos coniungendum putauimus. Eius igitur priori parte hoc nobis credendum proponitur, Chriſto iam mortuo, eius animã ad inferos deſcendiſſe, ibique tandiu manſiſſe, quãdiu eiuſdẽ corpus in ſepulchro fuit. His autem verbis ſimul etiam confitemur, eandem Chriſti perſonam eo tempore & apud inferos fuiſſe, & in ſepulchro iacuiſſe. Quod quidẽ cùm dicimus, nemini mirum videri debet, propterea quòd, vt ſæpè iam docuimus, quamuis anima à corpore diſceſſerit, nunquam tamẽ diuinitas, vel ab anima, vel à corpore ſeparata eſt.

Triumphus Chriſti de inferis.

Prioris part. quinti artic. ſententia.

Chriſtus eodẽ tẽpore in ſepulchro, & apud inferos fuit. Vide S: ct. 6. ſuperioris ar monli.

2 *Quid hic inferorum vocabulo intelligendum ſit.*

Sed, quoniam articuli explanationi plurimum lucis

afferre poteſt, ſi Parochus priùs doceat, quid hoc loco inferorum vocabulo intelligendum ſit, monere oportet, Inferos hoc loco pro ſepulchro non accipi, vt quidam non minùs impiè, quam imperitè putauerunt; ſuperiori enim articulo, Chriſtum Dominum ſepultum eſſe, edocti ſumus: nec vlla cauſa erat, cur in fide tradenda alio, & quidem obſcuriori loquendi genere idem à ſanctis Apoſtolis repeteretur: verùm inferorum nomen, abdita illa receptacula ſignificat, in quibus animæ detinentur, quæ cæleſtem beatitudinem non ſunt conſecutæ. Ita vero ſacræ litteræ hanc vocem multis in locis vſurparunt: Nam apud Apoſtolum legimus: *a* In nomine Ieſu omne genu flecti, cœleſtium, terreſtrium, & inferorum. & in Act. Apoſtolorum D. Petrus teſtatur. *b* Chriſtum Dominum ſuſcitatum, ſolutis doloribus inferni.

De multiplici vocis inferni ſignificatione Inferi quid ſignificent.

a Phil. 2. 10.

b Act. 2. 24.

Receptacula interna animarũ non ſunt vnius generis.

3 *Quot ſint loca, quibus animæ extra beatitudinem conſtitutæ, poſt mortem detinentur.*

Neque tamen ea receptacula vnius, & eiuſdem generis ſunt omnia. Etenim teterrimus, & obſcuriſſimus carcer, *c* vbi perpetuo, & inextinguibili igne damnatorum animæ ſimul cum immundis ſpiritibus torquentur, qui etiam *d* gehenna, *e* abyſſus, & propria ſignificatione *f* Infernus vocatur. Præterea eſt purgatorius ignis quo piorum animæ ad definitum tempus cruciatæ expiantur, vt eis in æternam patriam ingreſſus patere poſſit, *g* in quam nihil coinquinatum ingreditur. Ac de huius quidem doctrinæ veritate, quam & Scripturarum teſtimonijs, & Apoſtolica traditione confirmatam eſſe ſancta Concilia declarant, diligentiùs, & ſæpiùs Parocho diſſerendũ erit; quod in ea tempora incidimus, *h* quibus homines ſanam doctrinam non ſuſtinent. Tertium poſtremò receptaculi genus eſt, in quo animæ ſanctorum ante Chriſti Domini aduentum excipiebantur, ibiq; ſine vllo doloris ſenſu, beata redemptionis ſpe ſuſtentati, quieta habitatione fruebantur. Horum igitur piorum animas, quæ in ſinu *i* Abrahæ Saluatorem expectabant, Chriſtus Dominus ad inferos deſcendens liberauit.

c Mat. 25. 41.

Primus locus damnatorum.

d Matt. 5. 20. 29. & 10. 18.

e Luc. 16. 20.

f Apoc. 21 27.

Secũdus locus animatum eſt purgationis. de quo 5. ſect. poſtremæ petitionis Dñica orationis quædam etiam dicétur. Scriptũ etiã eſt peculiare decretũ de Purg. initio Seſſ. 25 Conc. Trid. cum quo etiã cõferatur c. 30. de iuſtificat. Seſſ 5. & c. 2. de ſacrificio Miſſ. Seſſ. 21. & For. in lit. vn.

g 2. Tim. 4. 5.

Tertiũ animarum receptaculum eſt ſinus Abra.

h Lu. 16. 22. 24

Anima Chriſti te ipſa deſcendit ad inferos.

i Pſal. 15. 10. vide Aug. ep. 57. ad Dardanum & 9. ad Euodium.

4 *Anima Chriſti non potentia tantum, ſed re ipſa ad inferos deſcendit.*

Nec vero exiſtimandum eſt, eum ſic ad inferos deſcendiſſe, vt eius tantummodo vis, ac virtus, non etiam anima eò peruenerit. Sed omnino credendum eſt, ipſam animam re, & præſentia ad inferos deſcendiſſe: de quo extat firmiſſimum illud Dauidis teſtimonium: *a* Non derelinques animam meam in inferno.

a Iren. lib. 5. ca. 51. & alios.

5 *Aliquid dignitati Chriſti ex eius deſcenſu ad inferos detractum non eſt.*

Alia fuit Chriſto cauſa deſcēdendi ad inferos, quàm alijs hominibus.

Verum, etſi Chriſtus ad inferos deſcendit, nihil de eius ſumma poteſtate detractū eſt, neque eius ſanctitatis ſplendor macula aliqua aſperſus; cùm potiùs hoc facto veriſſima eſſe omnia, quæ de illius ſanctitate celebrata erant, eumq; filium Dei eſſe, quemadmodū antea tot prodigijs declarauerat, apertiſſimè comprobatum ſit; id, quod facile intelligemus, ſi cauſas, cur Chriſtus, & alij homines in ea loca venerint, interſe conferamus. Cæteri enim omnes captiui deſcenderant, ipſe verò *b* inter mortuos liber, & victor, ad profligandos dæmones, à quibus illi ob noxam incluſi, & conſtricti tenebātur, deſcendit. Præterea alij omnes, qui deſcenderūt, partim pœnis acerbiſſimis torquebātur, partim verò, vt alio doloris ſenſu carerent, tamen Dei aſpectu priuati, & ſpe beatæ gloriæ, quā expectabant, ſuſpenſi, torquebantur. At Chriſtus Dominus deſcendit, non vt aliquid pateretur, verum vt ſanctos, & iuſtos homines ex miſera illius cuſtodię moleſtia liberaret, eiſque paſſionis ſuæ fructum impertiret. Quòd igitur ad inferos deſcēdit, nulla prorſus de ſūma eius dignitate, & poteſtate diminutio facta eſt.

b Pſal. 87. 6.

6 *Quibus de cauſis Chriſtus ad inferos deſcendere voluerit.*

Chriſtus animas inferno extractas mox effecit beatas.

His expoſitis, docendū erit, propterea Chriſtū Dominum ad inferos deſcendiſſe, vt, ereptis dæmonū ſpolijs, ſanctos illos Patres, cæteroſque pios è carcere liberatos ſecū adduceret in cælū, quod ab eo admirabiliter, ſummaque cum gloria perfectū eſt. Statim enim illius aſpectus clariſſimā lucē captiuis attulit, eorūque animas im-

menſa lætitia, gaudioque impleuit, quibus etiã optatiſſimã beatitudinẽ, quæ in Dei viſione conſiſtit, impertiuit: quo facto id comprobatum eſt, quòd latroni promiſerat illis verbis: *a* Hodie mecum eris in Paradiſo. Hanc verò piorum liberationem Oſeas tanto antè prædixerat in hunc modum: *b* Ero mors tua, o mors: morſus tuus ero, inferne. Hoc etiam ſignificauit Zacharias Propheta, cũ ait: *c* Tu quoque in ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. Idipſum deniq; expreſſit Apoſtolus illis verbis: *d* Expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter palam triumphãs illos in ſemetipſo. Verũ, vt huius myſterij vim meliùs intelligamus, ſæpè illud memoria repetere debemus pios homines, non ſolũ, qui poſt aduentũ Domini in lucẽ editi erant, ſed qui illũ poſt Adam anteceſſerant, vel qui vſque ad finem ſæculi futuri ſunt, eius paſſionis beneficio ſalutem conſecutos eſſe. Quamobrem, antequam ille moreretur, ac reſurgeret, cæli portæ nemini vnquam patuerunt: ſed piorum animæ, cùm è vita exceſſiſſent, vel in ſinum Abrahæ deferebantur, vel, quod etiam nunc ijs contingit, quibus aliquid diluendum, & perſoluendũ eſt, Purgatorij igne expiabantur. Eſt illa præterea cauſa, cur deſcenderit ad inferos Chriſtus Dominus, vt ibi etiam, quemadmodum in cœlo, & in terris, vim ſuam, poteſtatemque declararet, & omnino *e* vt in nomine eius omne genuflectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Quo loco quis ſummam Dei benignitatem in genus humanũ non admiretur, & obſtupeſcat, qui non modò pro nobis acerbiſſimam mortem ſubire, ſed infimas etiã terræ partes penetrare voluerit, vt ſibi chariſſimas animas, inde ereptas, ad beatitudinem traduceret?

Quomodo latroni promiſſa eodẽ die beatitudo fit, præſtita.
a Luc. 23. 43.
b Oſe. 13. 14.
c Zach. 9. 11.
d Col. 2. 15.
Paſſionis Chriſti fructus ad omnium temporum fideles eſt diffuſus.
Purgatorium ignem Iudæis ante Christi mortẽ aſſuiſſe. Perſuaſumcolligitur ex 1. Reg. 31. 13. & 2. cap. 1. 17. Tob. 4. 17. 2. Malach. 12. 43. 46. Vide Auguſt. lib. de cura mortuis gerenda cap. 1.
e Philiph. 2. 10

7 *Alterius partis quinti articuli ſenſus.*

Sequitur altera articuli pars, in qua explicanda, quantum laborare Parochus debeat, declarant Apoſtoli verba: *f* Memor eſto Dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis quòd enim Thimotheo præcepit, idem etiam reliquis animarum curatoribus præceptum eſſe, dubitandum non eſt. Ea autem articuli eſt ſententia: poſtquam Chriſtus Dominus ſexta feria, hora diei nona, in cruce ſpiritum emiſit, & eadem die veſpere

Vbi ſint inferi.
De gloriæ reſurrectionis Chriſti myſterio.
f Tim. 12. 8.

ſepultus eſt ab eius diſcipulis: *a* qui Pilati præſidis permiſſu corpus Domini è cruce depoſitum in propinqui horti monumentum nouũ intulerũt: tertio à morte die, qui fuit Dominicus, *b* ſummo mane illius anima corpori iterum coniuncta eſt, atque ita is, qui triduum illud mortuus fuerat, ad vitam, ex qua moriens diſceſſerat, rediijt, & ſurrexit.

a Ioan. 19. 38. 39. 40.

b Matt. 28. 1. Marc. 16. 1. Luc. 24. 1. Ioan. 20. 1.

8 *Non aliena virtute, vt cæteri homines, ſed propria vi, Chriſtus reſurrexit.*

Sua vi Chriſtus ab inferis eſt excitatus

Sed reſurrectionis voce non illud ſolum intelligendũ eſt, Chriſtum à mortuis excitatum eſſe, quod multis alijs commune fuit: ſed ſua vi, ac virtute reſurrexiſſe, quod proprium in illo fuit, & ſingulare. Neque enim natura patitur, nec vlli homini conceſſum eſt, vt ſeipſum poſſit virtute ſua à morte ad vitam reuocare. Hoc verò ſummæ Dei poteſtati tantummodo reſeruatum eſt, vt ex illis Apoſtoli verbis intelligimus. *c* Et ſi crucifixus eſt, ex infirmitate, ſed viuit ex virtute Dei, quæ quoniam neque à Chriſti corpore in ſepulchro, neque ab anima, cum ad inferos deſcendiſſet, ſeiuncta vnquã fuit, diuina vis tum in corpore inerat, qua animæ iterum coniungi, tùm in anima, qua ad corpus denuo reuerti poſſet, qua & licuit ſua virtute reuiuiſcere, atq; à mortuis reſurgere. Id verò Dauid, ſpiritu Dei plenus, prædixit his verbis: *d* Saluabit ſibi dextera eius, & brachium ſanctũ eius. Deinde ipſe Dominus diuino oris ſui teſtimonio confirmauit: *e* Ego pono animam meam, vt iterum ſummam eam, & poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Iudæis etiam ad confirmandam doctrinæ veritatem, dixit: *f* Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Quod quidem, tametſi de templo illo magnificè ex lapidibus ſtructo intelligerent, ille tamen, *g* vt ſcripturæ verbis eodem in loco declaratum eſt, dicebat de templo corporis ſui. Quamuis autem in ſcripturis interdum legamus *h* Chriſtum Dominum à Patre ſuſcitatum eſſe, hoc ad eum, vt ad hominem, referendum eſt; quemadmodum illa rurſus ad eundem, vt Deum ſpectant, quibus ſignificatur, eum ſua virtute reſurrexiſſe.

c 2. Cor. 13. 4.

d Pſal. 97. 2.

e Io. 10. 17. 18.

f Ioan. 2. 19.

g Ibid. 21.

h Act. 2. 24. & 3. 15. Rom. 8. 11.

9 Quo-

9 Quomodo Chriſtus primogenitus mortuorum dicatur, cum alij ante ipſum reſuſcitati noſcantur.

Sed illud etiam præcipuum Chriſti fuit, quòd ipſe primus omnium hoc diuino reſurrectionis beneficio affectus eſt. Nam in ſcripturis, & *a* primogenitus ex mortuis, & *b* primogenitus mortuorum vocatur. Atque, vt eſt apud Apoſtolum: *c* Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum: &, ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Vnuſquiſque autem in ſuo ordine: primitiæ Chriſtus: deinde, ij, qui ſunt Chriſti. Quæ quidem verba de perfecta reſurrectione interpretanda ſunt, quà ad immortalem vitam, omni prorſus moriendi neceſſitate ſublata, excitamur. Atque in genere Chriſtus Dominus primum locum obtinet; nam, ſi de reſurrectione loquimur, hoc eſt, de reditu ad vitam, cui iterũ moriendi neceſſitas adiuncta eſt, *d* ante Chriſtũ multi alij à mortuis excitati ſunt: qui omnes tamen ea conditione reuixerunt, vt eis iterum moriendum eſſet; At Chriſtus Dominus ita reſurrexit, morte ſublata, & oppreſſa, vt mori ampliùs non poſſet; quod quidem apertiſſimo illo teſtimonio confirmatur; *e* Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur.

a Col. 5. 18.
b Apoc. 1. 15.
c 1. Cor. 17. 20. 21. 22. 23.
Quomodo Chriſtus primus omnium cenſendus ſit reſurrexiſſe.
d 3. Reg. 17. 22. 4. Reg. 4. 34. 15. & 13. 11.
e Rom. 6. 3.

10 Quomodo, & qua de cauſa Chriſtus in tertiam diem ſuam reſurrectionem diſtulerit.

Quod verò articulo additur, tertia die, à Parocho explicandum erit, ne fideles arbitrentur, totos ipſos tres dies Dominum in ſepulchro fuiſſe: nam, quòd integrum naturalem diem, partem que tum antecedentis, tum conſequentis diei in ſepulchro conditus eſt, ob eam rem veriſſimè dicitur triduò in ſepulchro iacuiſſe, ac tertia die à mortuis ſurrexiſſe. Vt enim diuinitatem ſuam declararet, reſurrectionem ad finem ſæculi differre noluit; rurſus verò, vt eum verè hominem, verèque mortuum eſſe crederemus, non ſtatim poſt mortem, ſed tertio die reuixit; quod temporis ſpatium ad veram mortem comprobandam, ſatis eſſe videbatur.

11 Qua-

11 *Quare Patres Cõſtantinopolitanę Synodi huic articulo clauſulã adiecerint*, ſecundũ Scripturas.

a 1.Cor. 15. 3. Patres Conſtantinopolitanæ Synodi huic loco addi-
derunt, ſecundũ Scripturas; quòd quidem ab *a* Apoſto-
lo acceptũ, in fidei Symbolum propterea tranſtulerant,
quòd reſurrectionis myſterium maximè neceſſariũ eſſe,
b 1.Cor. 15. 14. idem Apoſtolus docuerit ijs verbis: *b* Si Chriſtus non
reſurrexit, inanis eſt ergo prædicatio noſtra, inanis eſt
& fides veſtra: Et, Si Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fi-
D. Auguſt. in Pſal. 140. des veſtra, adhuc enim eſtis in peccatis veſtris. Quare
D. Auguſt. cũ huius articuli fidẽ admiraretur, ita ſcripſit;
Non magnum eſt credere, quia mortuus eſt Chriſtus, hoc
& Pagani, & Iudæi, & omnes iniqui credunt: hoc om-
nes credũt, quia mortuus eſt: fides Chriſtianorum, reſur-
rectio Chriſti eſt: hoc pro magno habemus, quia credi-
mus eum reſurrexiſſe. Ex quo factũ eſt, vt frequẽtiſſimè *c*
Dñs de ſua reſurrectione locutus ſit: ac nunquam ferè de
paſſione ſua cũ diſcipulis collocutus eſt quin de reſurre-
c Matt. 16. 21. & 17. 9. 22 & 20. 19. ctione loqueretur. Quare, cũ dixiſſet. *d* Filius hominis tra
detur gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpue-
tur, &, poſtquã flagellauerint, occident eum: ad extremũ
addidit: Et tertia die reſurget &, cum Iudæi ab eo pete-
rent, vt aliquo ſigno, & miraculo doctrinã ſuam cõpro-
d Luc. 18. 32. 33. baret, reſpondit; *e* nullum aliud ſignum eis datũ iri, quàm
e Mat. 12. 39. 4. & 16. 4. Luc. 11. 29. Ionæ Prophetæ ſignum; *f* ſicut enim fuit Ionas in ventre
ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic futurum affir-
mauit filiũ hominis in corde terræ tribus diebus & tri-
f Ioan. 7. 1. bus noctibus. Verũ, vt huius articuli vim & ſenſum me-
lius perſpiciamus, tria a nobis inueſtigãda, & cognoſcẽ-
da ſunt. Primum quidẽ, quare neceſſe fuerit, Chriſtum
reſurgere, deinde, quis reſurrectionis finis, & ſcopus ſit,
& quæ ab ea vtilitas, & commoda in nos ſint profecta.

12 *Quas ob cauſas neceſſe fuerit Chriſtum reſurgere.*

Quod igitur ad primum attinet, neceſſe fuit eũ reſur-
gere, vt Dei iuſtitia oſtenderetur, a quo maximè dece-
bat eũ extolli, qui, vt illi obtẽperaret, depreſſus, atq; om-
Prima cauſa. ni ignominia affectus erat. Hanc Apoſtolus cauſam attu-
lit, cũ ad Philipppenſes inquit: *g* Humiliauit ſemetipſum,
g Philip. 2. 8. 9. factus obediens vſq; ad mortem, mortẽ autẽ crucis, pro-

pter

pter quod & Deus exaltauit illum. Præterea, vt fides noſtra confirmaretur, ſine qua hominis iuſtitia conſtare nõ poteſt: illud enim maximo argumento eſſe debet Chriſtum filiũ Dei fuiſſe; quòd ſua virtute à mortuis reſurrexit. Deinde, vt ſpes noſtra aleretur, atque ſuſtentaretur. Cum enim Chriſtus reſurrexit, certa ſpe nitimur fore, vt nos etiã reſurgamus; ſi quidem mẽbra capitis ſui conditionem conſequantur, neceſſe eſt; ita enim Apoſtolus argumentationem concludere videtur, cũ ad *a* Corinth. & *b* Theſſal. ſcribit, & à Principe Apoſtolorum Petro, dictum eſt: *c* Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum miſericordiã ſuam magnam regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis in hæreditatem incorruptibilẽ. Poſtremò ob eam etiam rem Domini reſurrectionem neceſſariam fuiſſe, docendum eſt, vt ſalutis, & redẽptionis noſtrę myſterium abſolueretur. Chriſtus enim morte ſua nos à peccatis liberauit; reſurgens verò præcipua nobis bona reſtituit, quæ peccando amiſeramus. Quare eſt apud Apoſtolum dictum: *d* Chriſtus traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Ne quid igitur humani generis ſaluti deeſſet, quemadmodũ illum mori, ita reſurgere etiam oportuit.

Secunda. Tertia. a 1. Cor. 15. 12. 13. 14. b 1. Th. 4. 14. c 1. Pet. 1. 3. Quarta. d Rom. 4. 15.

13 *Quæ commoda ex reſurrectione Chriſti ad homines redeant.*

Ex ijs verò, quæ hactenus dicta ſunt, perſpicere poſſumus, quantũ vtilitatis Chriſti Domini reſurrectio fidelibus attulerit: in reſurrectione enim Deum eſſe immortalem, plenum gloriæ, mortis, & diaboli victorem agnoſcimus; quod de Chriſto Ieſu ſine vlla dubitatione credendũ, & confitendum eſt. Deinde Chriſti reſurrectio nobis etiã corporis reſurrectionem peperit; tũ quia eius myſterij efficiens cauſa fuit, tum quia ad Dñi exemplũ, reſurgere omnes debemus. Nã, quòd ad corporis reſurrectionẽ attinet, Apoſtolus ita teſtatur: *e* Per hominẽ mors, & per hominem reſurrectio mortuorũ; quæcunq; enim Deus in redemptionis noſtræ myſterio egit, ad omnia Chriſti humanitate, tanquam efficienti inſtrumẽto, vſus eſt. Quare eius reſurrectio inſtrumentum quoddam fuit ad reſurrectionem noſtram efficiendam. Exemplar verò

Vtilitas reſurrectionis Chriſti. Primo. Secundo. e 1. Cor. 15. 27.

dici

dici poteſt, quoniam Chriſti Domini reſurrectio omniũ eſt perfectiſſima; ac quemadmodum Chriſti corpus re-
a 1. Cor. 15. 43. 43. ſurgens ad immortalem gloriam immutatum eſt, *a* ita noſtra etiam corpora, quæ prius imbecilia, & mortalia fuerant, gloria, & immortalitate ornata reſtituentur. Vt
b Phil. 3. 20. 21. enim Apoſtolus docet: *b* Saluatorẽ expectamus Dominũ noſtrũ Ieſũ Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratũ corpori claritatis ſuę. Hoc etiã de ani-
Tertio. ma in peccatis mortua dici poteſt; cui quo pacto Chriſti reſurrectio exẽplar proponatur, idẽ Apoſtolus ijs verbis
c Rom. 6. 4. 5. oſtẽdit: *c* Quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus; ſi enim complãtati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus: &, paucis interiectis, in-
d Ibid. quit: *d* Scientes, quòd Chriſtus reſurgẽs ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltrà non dominabitur. Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod autẽ viuit, viuit Deo: Ita & vos exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu.

14 *Quæ ex Chriſti reſurrectione exẽpla ſint ſumẽda.*

Duo igitur à Chriſti reſurrectione exempla petere debemus. Alterũ eſt, vt poſt quàm peccati maculas eluimus, nouum vitæ genus inſtituamus, in quo morũ integritas, innocentia, ſanctitas, modeſtia, iuſtitia, beneficentia, humilitas eluceant. Alterum eſt vt in eo vitæ inſtituto ita perſeueremus, vt, adiuuante Domino, à iuſtitiæ via, quã ſemel ingreſſi fuerimus, non excidamus. Neque verò *e* Apoſtoli verba id ſolum demonſtrant, Chriſti reſurre-
e Rom. 9. 45. Chriſti reſurrectio corporalis, nos ad ſpiritalẽ hortatur reſurrectionem. ctionem ad reſurrectionis exemplum nobis proponi, verùm etiam reſurgendi virtutem nobis præbere, vireſque, & ſpiritum largiri, quo in ſanctitate, & iuſtitia permaneamus, ac Dei præcepta ſeruemus, declarant. Nam, quemadmodum ex eius morte, non ſolum peccatis moriendi exemplum capimus, ſed virtutẽ etiam haurimus, qua peccatis moriamur; ita eius reſurrectio ad iuſtitiam conſequendam nobis vires affert, vt deinde piè, & ſanctè Deum colentes, in nouitate vitæ ambulemus, ad quam reſurgimus. Hoc enim maximè reſurrectione ſua Dominus effecit, vt, qui antea vna cum illo peccatis, &

huic

huic ſæculo mortui eramus, cum illo etiam ad nouam vitæ inſtitutionem, & diſciplinam reſurgeremus.

15 *Quibus iudicijs colligatur aliquem ſecundum ſpiritum cum Chriſto reſurrexiſſe.*

Huius reſurrectionis, quæ potiſſimùm ſigna obſeruanda ſint, Apoſtolus nos admonet: nam, cum inquit: *a* Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: planè oſtendit, eos, qui vitam, honorem, otium, diuitias, ibi maximè, vbi Chriſtus eſt, habere cupiunt, verè cum Chriſto ſurrexiſſe. Cùm verò addit: *b* Quæ ſurſum ſunt, ſapite, non quæ ſuper terrã; alterã etiam hanc veluti notã appoſuit, qua perſpicere poſſimus, num verè cum Chriſto ſurrexerimus. Vt enim corporis affectionem, & valetudinem guſtus indicare ſolet: ita *c* ſi, quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcunque ſancta, alicui apiant, jſque cœleſtium rerum iucunditatem intimo mentis ſenſu percipiat, hoc maximo argumento eſſe poteſt, eum, qui ita affectus ſit, ad nouam, & ſpiritualem vitam vnà cum Chriſto Ieſu ſurrexiſſe.

Quæ ſint ſigna reſurrectionis noſtrę ſpiritualis.

a Col. 3. 1.

b Ibid. 2.

c Ibid. 4. 8.

DE SEXTO ARTIC.

CAP. VII.

IACOBVS MIN.

Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.

1 *Huius articuli excellentia, & primæ partis ſententia.*

DAuid Propheta, cum beatam, & glorioſam Domini Aſcenſionem ſpiritu Dei plenus contemplaretur, omnes ad eum triumphum ſumma lætitia, & gaudio celebrandum illis verbis hortatur, cum inquit; *d* Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis: Aſcendit Deus in iubilo. Ex quo intelliget Parochus maximo ſtudio hoc myſterium explicandum eſſe, ſibique diligenter curandum, vt fideles

d Pſal. 45. 26.

illud

Senſus articu. illud non ſolum fide, & mente percipiant, ſed, quo ad eius fieri poterit, iuuante Domino, factis etiam, & vita exprimere ſtudeant. Quod igitur ad ſexti articuli explanationem attinet, in quo potiſſimùm de diuino hoc myſterio agitur, à priori eius parte incipiendum eſt, &, quæ eius ſit vis, atque ſententia, aperiendum. De Chriſto enim Ieſu, illud etiam fideles ſine vlla dubitatione credere oportet: eum, perfecto iam, & abſoluto redemptionis noſtrę myſterio, vt homo eſt, in cęlum corpore, & anima aſcendiſſe: nam, vt Deus eſt, nunquam ab eo abfuit, vt qui diuinitate ſua loca omnia compleat.

2 *Non ſolùm diuinitatis virtute Chriſtus aſcendit, ſed vi etiam humanitatis.*

a 4. Reg. 1. 11. 13. b Dan. 14. 35. c Act. 2. 52.

Aſcendiſſe autem eũ ſua virtute doceat, non aliena vi ſublatũ, quemadmodũ *a* Helias, qui igneo curru in cælũ euectus eſt, *b* vel Abacuc propheta, vel *c* Philippus diaconus, qui diuina virtute per aerem delati, longinqua terrarũ ſpatia permearũt. Neque verò ſolum, vt Deus, præpotenti diuinitatis virtute in cœlo aſcendit, ſed etiam, vt homo eſt. Quamuis enim naturali vi id fieri non potuerit; tamen virtus illa, qua beata Chriſti anima prædita erat, corpus, vt libuit, mouere potuit: corpus verò, quòd iam gloriã adeptũ erat, mouentis animæ imperio facilè parebat. Atque hac ratione, vt Deus, & vt homo eſt, Chriſtum in cœlum ſua virtute aſcendiſſe credimus.

3 *Quo ſenſu Chriſtus poſteriore articuli parte dicatur ſedere ad dexteram Patris.*

Deoper tropũ multa tribuũtur, vid. pręter cæteros Dionyſ. Areop. c. 9.

In altera articuli parte hæc ſunt; Sedet ad dexteram Dei Patris. quo loco tropum, id eſt, verbi immutationẽ licet animaduertere, frequentẽ cũ in diuinis litteris, humanas affectiones, & membra, ad noſtram intelligentiam accomodantes, Deo tribuimus. Neque enim, cum ſpiritus ſit, quidquam in eo corporeum cogitari poteſt. Sed, quoniam in humanis rebus ei maiorem honorẽ tribui exiſtimamus, qui ad dexteram collocatus eſt; ob eandem rem ad cæleſtia etiam transferentes, ad explicandã Chriſti gloriam, quam, vt homo, præ cæteris omnibus adeptus eſt, eũ in Patris dextera eſſe confitemur.

Sedere ad dexterã Dei, quid denotet Vide

Sedere autem hoc loco, non ſitũ, & figuram corporis ſignificat, ſed eam regiæ, ſummæque poteſtatis, ac glo-

riæ

riæ firmam, & ſtabilem poſſeſſionem, quam à Patre accepit, declarat, de quo ait Apoſtolus: *a* Suſcitans illum à mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro: & *b* omnia ſubiecit ſup pedibus eius. Ex quibus verbis apparet hanc gloriam adeò propriam, & ſingularem Domini eſſe, vt cuiuis alij creatæ naturæ conuenire non poſſit. Quare alio loco teſtatur; *c* Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: *d* Sede à dextris meis?

Athan. ſer. 1. contra Arian. Baſil. lib. de Spiritu ſancto, cap. 6.
a Eph. 1. 20. 21
b Pſal. 8. 8.
Sedere ad dexteram Dei, ſoli Chriſto eſt tributum.
c Heb. 1. 11.
d Pſal. 109. 8.

4 *Quare Aſcenſionis Chriſti hiſtoria frequentiùs apud Populum ſit repetenda.*

Sed articuli ſenſum parochus latiùs explanabit, Aſcẽſionis hiſtoriã perſequens, quã ſanctus Lucas Euãgeliſta in *e* Actis Apoſtolorũ admirabili ordine deſcripſit. In cuius explicatione illud primũ obſeruare oportebit cætera omnia myſteria ad Aſcenſionẽ, tanquã ad finem, referri, in eoque omnium perfectionẽ, & abſolutionẽ contineri nam, vt ab incarnatione Domini omnia religionis noſtrę myſteria initium habẽt; ita ab Aſcenſione eius peregrinatio concluditur Præterea alia Symboli capita, quæ ad Chriſtum Dominũ pertinent, sũmam eius humilitatẽ & contẽptionẽ oſtendunt; neque enim abiectius, aut humilius quicquam cogitari poteſt, quàm, quòd filius Dei pro nobis humanã naturam, & imbecillitatẽ aſſumpſerit, patique, & mori voluerit: At verò quòd tũ ſuperiori articulo, à mortuis reſurrexiſſe, nunc vero in cælum aſcendiſſe, & ad Dei Patris dexterã ſedere confitemur, nihil ad eius ſummam gloriam, diuinamque maieſtatem declarandam magnificentiùs dici, aut admirabilius poteſt.

e Act. 1. Per totum ferè.
Ad Aſcenſionem omnia Chriſti myſteria dirigantur.

5 *Cur Chriſtus in cœlum aſcenderit, nec in terra potius regnum ſuum conſtituerit*

Iam, his expoſitis, accuratè docendum eſt, cuius rei cauſa Chriſtus Dominus in cælos aſcenderit. Primum enim aſcendit, propterea quòd eius corpori, quòd immortalitatis gloria in reſurrectione donatum fuerat, non terrenæ huius, & obſcuræ habitationis locus, ſed altiſſimum, & ſplendidiſſimum cœli domicilium conueniret. Nec verò ſolum, vt eius gloriæ, & regni ſolium potiretur,

Chriſti in cælũ Aſcenſionis cauſæ. Prima.

Secunda. Tertia. a Ioan.18.36. Vide ſecundi art. ſect. 7. Chriſti regnũ, nõ terrenum ſed ſpirituale. Qui ex hominibus ſint in regno Chriſti ditiores.

tur, quod ſanguine meruerat, verùm etiam, vt ea, quæ ad ſalutem noſtram pertinebant, curaret. Deinde *a* vt regnũ ſuum non eſſe ex hoc mundo, re ipſa comprobaret; nam, mundi regna terrena, & fluxa ſunt, magniſque opibus, & carnis potentia nituntur: Chriſti verò regnũ non terrenum, quale Iudæi expectabant, ſed ſpirituale, & æternum; itemque eius opes, & diuitias ſpirituales eſſe ipſe oſtendit, cũ ſuam ſedem in cœlis collocauit; in quo quidem regno illi ditiores, & omniũ bonorũ copia affluentiores exiſtimandi ſunt, qui ea, quæ Dei ſunt, diligentiùs quærunt; nam & ſanctus Iacobus teſtatur, *b* Deũ elegiſſe pauperes in hoc mũdo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe. Sed illud etiam Dñs noſter in cælum aſcendens efficere voluit, vt nos eũ aſcendentem mente, & deſiderio proſequeremur, nam, quemadmodum morte, & reſurrectione ſua moriendi, & reſurgendi ſpiritu, exemplum nobis reliquerat, ita aſcenſu nos docet, atque inſtruit, vt in terris poſiti, in cælum nos cogitatione conferamus, *c* cõfitentes, & peregrinos, & hoſpites eſſe ſuper terram, ac patriã inquirẽtes, *d* ciues eſſe ſanctorum, & domeſticos Dei *e* Noſtra enim, vt idem inquit Apoſtolus, conuerſatio in cælis eſt.

b Iacob. 2. 5. Quarta. c Heb.11. 13. d Epheſ.1.19. e Philip.3. 20.

6 *Quæ beneficia ex Chriſti Aſcenſione hominibus ſint collata.*

Quãta redeãt ad nos cõmoda ex Aſcenſione Domini. f Pſal.67. 19. g Epheſ.4.8. Primũ mittit Spiritum Sanctum. h Act. 2. per totum. i Ioan. 16. 16. Secundo. Aduocatum agit. k He.2. 9. 24. l 1.Ioan. 2.1.

Iam verò vim, & magnitudinem inexplicabilium bonorum, quæ in nos Dei benignitas effudit, diuinus *f* Dauid, *g* Apoſtolo interprete, multò ante cecinerat illis verbis: Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus; nam decimo die *h* Spiritum Sanctum dedit, cuius virtute, atque vbertate compleuit præſentem illam fidelium multitudinem, & verè tùm magnifica illa promiſſa perſoluit: *i* Expedit vobis, vt ego vadam; ſi enim nõ abiero, Paracletus non veniet ad vos; ſi autem abiero, mittam eũ ad vos. Aſcendit etiam in cælum ex Apoſtoli ſententia, *k* vt appareat nunc vultui Dei pro nobis, & apud Patrem aduocati officio fungatur: *l* Filioli mei, inquit S. Ioannes, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis, ſed, & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtũ, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Nec verò quicquam eſt, vnde fideles maiorem lætitiam, & animi iucunditatem

tem

tem capere debeant, quàm Ieſum Chriſtum patronum cauſæ, ac deprecatorem ſalutis noſtræ conſtitutum eſſe, cuius ſit apud æternum Patrem ſumma gratia, & auctoritas. *b* Parauit denique nobis locum, quod etiam ſe facturum promiſerat, atque omnium noſtrum nomine, caput ipſe Ieſus Chriſtus venit in cæleſtis gloriæ poſſeſſionem: nam in cælum abiens, portas, quæ Adami peccato intercluſæ fuerant, patefecit, nobiſque viam muniuit, qua ad cæleſtem beatitudinem perueniremus, *c* quemadmodum ipſe in cœna diſcipulis futurum prædixerat. Quod quidem, vt rei etiam euentu apertè comprobaret, piorum animas, quas ab inferis eripuerat, ſecum in æternæ beatitudinis domicilium introduxit.

Tertio. Spem noſtrã erigit de remiſſione peccatorum.
Quarto.
b Ioan. 14. 2. 3.
Locum amicis apparat, & viam ad cælũ præſtruit.
c Ioan. 16. 34. 37. 5.
Quinto captiuam abducit captiuitatem.

7 Commoda, quæ Chriſtus ſua aſcenſione nobis intulit.

Hanc cæleſtium munerum admirabilem copiam, ſalutaris illa commodorum ſeries cõſecuta eſt. Primũ enim fidei noſtræ merito maximus cumulus acceſſit; nam fides earum rerũ eſt, quæ ſub aſpectum non cadunt, atque ab hominum ratione, ac intelligentia remotę ſunt. Quare ſi Dominus à nobis non diſceſſiſſet, fidei noſtræ meritum minueretur: ſi quidem à Chriſto Domino *d* beati prædicantur, qui non viderunt, & crediderunt. Præterea Chriſti in cælum aſcenſus, ad confirmandam ſpem in cordibus noſtris, magnum momentum habet; nam, quoniam Chriſtum hominem in cælum aſcendiſſe, & humanam naturam in dextera Dei Patris collocaſſe credimus, magna in ſpe ſumus fore; vt nos etiam eius membra, illuc aſcendamus, atque ibi cum capite noſtro coniungamur; quod ipſe Dominus his verbis teſtatus eſt: *e* Pater, quos dediſti mihi, volo, vt, vbi ſum ego, & illic ſint mecum. Deinde hoc quoque vel maximum beneficium conſecuti ſumus, quòd amorem noſtrum ad cælum rapuit, ac diuino ſpiritu inflammauit; nam veriſſimè dictũ eſt, *f* ibi cor noſtrum eſſe, vbi theſaurus noſter eſt.

Primo. Fidem noſtrã confirmat, & merito auget.
d Ioan. 26. 24.
Secundo. Beatitudinis noſtræ expectationem certam facit.
e Ioan. 17. 20.
Tertio. Charitatem noſtram promouet affectũ a terrenis ad cęleſtia ſuſtulit.
f Matt. 6. 21. Luc. 12. 34.

8 Non fuit nobis vtile Chriſtum in terris manere.

Ac profectò, ſi Chriſtus Dominus in terris verſaretur, omnis noſtra cogitatio in ipſo hominis aſpectu, & conſuetudine defixa eſſet: & illum duntaxat hominem ſpe-

ctaremus, qui nos tantis beneficijs afficeret; eumque terrena quadam beneuolentia proſequeremur: Verum in cælum aſcendens, amorem noſtrum ſpiritualem reddidit, effecitque, vt, quem nunc abſentem cogitamus, eum, vt Deum, veneremur, & diligamus. Idem autem partim Apoſtolorũ exemplo intelligimus, quibus dum præſens affuit Dominus, humano ferè ſenſu de illo iudicare videbantur; partim verò ipſius Domini teſtimonio confirmatum eſt, cùm inquit: Expedit vobis, vt ego vadam. Nam imperfectus ille amor, quo Chriſtum Ieſum præſentem diligebant, diuino amore perficiendus erat, iſque Spiritus ſancti aduentu; quare ſtatim addit, ſi enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos.

a 1. Cor. 5. 16.

Ioan. 16. 7.

9 *Poſt Chriſti aſcenſionem, Eccleſia maximè amplificata fuit.*

Accedit etiam, quòd in terris domum ſuam, ideſt, Eccleſiam amplificauit, quæ Spiritus ſancti virtute, & ductu gubernaretur; *b* eius verò vniuerſæ inter homines, paſtorem, & ſummum antiſtitem Petrum Apoſtolorum Principem, reliquit; tùm verò dedit quoſdam quidem *c* Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores; atque ita ad dexteram Patris ſedens alijs, atque alijs diuerſa dona ſemper impertitur: nam, teſtatur Apoſtolus, *d* vnicuique noſtrûm datam eſſe gratiam, ſecundum menſuram donationis Chriſti. Ad extremum verò, quod antea de mortis, & reſurrectionis myſterio docuimus, idem etiam de Aſcenſu à fidelibus cogitandum eſt. Quamuis enim Chriſti paſſioni ſalutem, & redemptionem noſtram debeamus, qui, merito ſuo aditum iuſtis ad cælum aperuit; tamen eius Aſcenſus, non ſolùm, veluti exemplum nobis propoſitum eſt, quò altè ſpectare, & ſpiritu in cælum aſcendere diſcamus, ſed diuinam etiam virtutem, qua id efficere poſſimus, largitus eſt.

b Ioan. 21. 15. 16. 17.
Petrus vniuerſæ Eccleſiæ Paſtor relictus.
c 1. Cor. 12. 28. Epheſ. 4. 11.
Chriſtus quotidie Eccleſiã ſuam donis auget.
d Epheſ. 4. 7.

Aſcenſio, Chriſti nobis aſcendendi virtutem præſtat.

DE SEPTIMO ARTIC.

CAP. VIII.

PHILIPPVS.

Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos.

1 *Chriſti tria in ſuam Eccleſiam beneficia, & articuli ſeptimi ſententia.*

Chriſti tria inſignia in ſuam Eccleſiam beneficia.

Articuli ſeptimi ſenſus.

TRia ſunt Domini noſtri IESV Chriſti ad ſuam Eccleſiam decorandam, & illuſtrandam inſignia officia, & munera, redemptionis, patrocinij, & iudicij. Cum autem ſuperioribus articulis ab eo genus humanum paſſione, & morte redemptum eſſe, aſcenſu etiam in cælum, noſtram cauſam & patrocinium in perpetuum ſuſceptum eſſe conſtet; ſequitur, vt eius iudicium, hoc articulo, declaretur; cuius articuli ea vis eſt & ratio, ſummo illo die Chriſtum Dominum de vniuerſo hominum genere iudicaturum eſſe.

2 *Duplex eſt Chriſti aduentus.*

Sacræ enim litteræ duos filij Dei aduentus eſſe teſtantur: alterum, cum ſalutis noſtræ cauſa carnem aſſumpſit, & homo in Virginis aluo effectus eſt: alterum, cùm in conſummatione ſæculi ad iudicandos omnes homines veniet. Hic aduentus in ſacris litteris *a* dies Domini appellatur, de quo Apoſtolus ait: *b* Dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet. Et Saluator ipſe: *c* De die autem illa, & hora nemo ſcit. Ac de ſummo iudicio ſatis ſit illa auctoritas Apoſtoli: *d* Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. Plena enim eſt ſacra *e* Scriptura teſtimoniorum, quæ paſſim Parochis occurrent ad rem non ſolũ comprobandã, ſed etiam fidelium oculis ſubijciendam: vt quemadmodum à mundi initio dies ille Domini, quo humanam carnem ille induit, omnibus optatiſſimus ſemper fuit, quòd in eo myſterio liberationis ſuæ

a 2. Petr. 3. 10. Apoc. 3. 3. & 16. 15.
b 1. The. 5. 2.
c Mat. 24. 36. Mar. 13. 32.
d 2. Cor. 5. 10. Rom. 14. 10.
e Reg. 2. 10. Pſal. 95. 13. & 97. 9. Iſaiæ 2. 10. 19. & 13. 4. 7. 13. 26. 11. & 27. 1. & 30. 30. & 66. 15. 24. Ier. 30. 23. Dan. 7. 9. Ioel. 2. 1. 31. Soph. 12. 14. Malach. 4. 1. 4. Matt. 12. 36. & 13. 40. 49. & 16. 27. & 24. & 25. Luc. 17. 24. Act. 1. 11. & 3. 21. Rom. 2. 15. 6. & 14. 10. 1. Cor. 15. 1. Theſ. 1. 4. 16. & 3. 2. 2. Theſ. 1. 8. Apoc. 20. 11.

ſpem poſitam haberent: ita deinceps poſt filij Dei mortem, & aſcenſum in cælum alterum diem Domini vehementiſſimo ſtudio deſideremus, *a* expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei.

a 1 Tit. 2. 13. b Heb. 9. 27. Luc. 16. 22. 23. Eccleſ. 11. 28. Aug. lib. 2. de anima, cap. 4.

3 Quoties quilibet homo Chriſti iudicis sẽtẽtiã corã ſubire debeat

Sed duo tempora Parochis ad rei explicationem obſeruanda ſunt, in quibus vnicuique neceſſe eſt in conſpectum Domini venire, & ſingularum cogitationum, actionum, verborum deniq; omniũ rationem reddere, demũq. iudicis præſentem ſubire ſentẽtiã: Primũ eſt, *b* cùm vnuſquiſq; noſtrũ migrat è vita; nã ſtatim ad Dei tribunal ſiſtitur, ibiq; de omnibus iuſtiſſima quæſtio habetur, quęcunque aut egerit, aut dixerit, aut cogitarit vnquã; atque hoc priuatum iudicium vocatur: Alterum verò, *c* cũ vno die, atque vno in loco, omnes ſimul homines ad tribunal iudicis ſtabunt, vt, omnibus omnium ſęculorum hominibus inſpectantibus, & audientibus, ſinguli, quid de ipſis decretum, & iudicatum fuerit, cognoſcant: cuius ſententiæ pronunciatio impijs & ſceleſtis hominibus non minima futura eſt pœnarum, & ſuppliciorum pars; rurſus verò pij, & iuſti non paruum ex ea præmium, fructumq; percepturi ſunt, cùm, qualis quiſque in hac vita fuerit, apparebit. Hoc autem generale iudicium appellatur.

c Matt. 25. 31. 32. & ſeq. Ioel. 3. 2. 3.

4 Cur neceſſe fuerit priuato iudicium generale ſubijcere.

De quo illud neceſſariò oſtendendum eſt, cur præter priuatum de ſingulis, alterum etiam de vniuerſis hominibus iudicium exerceretur. Nam, cùm vel ipſis hominibus mortuis interdum ſuperſtites ſunt filij parentum imitatores, reliqui ſint liberi, ac diſcipuli, exemplorum, orationum, actionum amatores, ac propugnatores, quibus rebus ipſorum mortuorum præmia, & pœnas augeri neceſſe eſt: cum hæc vel vtilitas, vel calamitas ad plurimos pertinens, non priùs finem habitura ſit, quàm extremus veniat mundo dies; æquum erat de vniuerſa hac rectè, aut perperam factorum, dictorumque ratione perfectam quęſtionem haberi; quòd fieri nõ poterat, niſi facto communi omnium hominum iudicio.

Cauſę, ob quas priuato iudicio vniuerſale ſubijciatur. Prima ratio. Mortuo ũ pręmia vel pœnæ augentur virtutibus, & vitijs ſuorum ſectatorum. Vide Baſilium lib. de ſancta virginitate anet medium.

Accedit etiam, quòd, cùm piorum fama ſæpè lædatur, impij verò innocentiæ laude commendentur, diuinæ iuſtitiæ ratio poſtulat, vt pij ereptam, iniuria apud

homi-

homines exiſtimationem, in publico vniuerſorum hominum conuentu, & iudicio recuperent.

Deinde verò, boni & mali homines, quæcunque in vita egerunt, cum non ſine corporibus egerint; omnino ſequitur, vt benefacta, ſiue malefacta ad corpora etiam pertineant, quæ actionum ipſarum inſtrumentum fuerunt: Maximè igitur conueniebat corporibus vnà cum eorũ animis debita æternę gloriæ præmia; aut ſupplicia impertiri: quod quidem neq; ſine omnium hominum reſurrectione, neque ſine generali iudicio fieri poterat.

Secunda, vt laudem pij, ignominiam impij palam conſequãtur. hęc ſumitur ex Rom. 2. 6. 8. & 1. Cor. 4. 5.

Tertia, vt corpora vel præmiũ vel pœnã cum animo ex æquo participen. Tertul. in li de reſurrect. cat. c. 1. 14. & cap. 1.

Poſtremò, quoniam in aduerſis, & ſecũdis hominum rebus, quæ promiſcuè nonnunquam bonis, & malis eueniunt, probandum erat, nihil non infinita Dei ſapientia & iuſtitia geri, ac gubernari; par fuit non ſolùm bonis præmia, improbis ſupplicia in futuro ſæculo conſtitui, verùm etiam publico, ac generali iudicio decerni; quò omnibus notiora & illuſtriora fierent, atque vt Deo iuſtitiæ, & prouidentiæ laus ab omnibus tribueretur, pro iniuſta illa querela, quam ſancti etiam viri deplorare interdum, vt homines ſolebant, cùm improbos valentes opibus, & honoribus florentes animaduerterent. Nam Propheta; *a* Mei, inquit, pene moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns, & Paulò poſt: *b* Ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſæculo, obtinuerunt diuitias, & dixi: Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis. Atque hæc frequens querela *c* multorum fuit. Ergo neceſſe erat, vt generale iudicium exerceretur, nè fortè homines dicerent *d* Deum circa cardines cæli perambulantem non curare terrena. Hæc autem veritatis formula iure ex duodecim fidei Chriſtianæ articulis conſtituta eſt: vt, ſi quorum animi in prouidentia, & iuſtitia Dei nutarent, huius doctrinę ratione confirmarentur. Præterea, propoſito iudicio, pios recreari, impios terreri oportebat: vt, cognita Dei iuſtitia, illi ne deficerent, hi à malis, æterni ſupplicij metu, atque expectatione, reuocarentur. Quare Dominus, & Saluator noſter, *e* cum de extremo die loqueretur, declarauit futurum aliquando generale iudicium:

Quarta, vt diuinæ prouidẽtiæ ratio omnibus conſtet, hæc ratio ſumitur ex Eccl. 9. 1. 2. 3.

a Pſal. 72. 2. 3.

b Ibid. 12. 13.

c Iob. 28. 78. Ier. 12. 1. 2. Ab. 1. 1. 13.

d Iacob. 12. 14.

Quinta, vt boni perſeuerarent, & mali reſipiſcerent.

e Mat. 24. 23. 30. 31.

ſignumque aduentantis eius tẽporis deſcripſit, vt, cũ illa viderimus, finem ſæculi propè eſſe intelligamus; ac deinde in cœlũ aſcendens, Angelos miſit, qui Apoſtolos eius abſentia mœrentes, his verbis conſolarentur: *a* Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum, euntem in cœlum.

a Act. 1. 11.

Chriſt⁹ etiã vt homo iudex omniũ conſtitutus eſt.

5 *Iuxta vtramque naturam Christo tributa eſt poteſtas iudicandi genus humanum.*

Verum Chriſto Domino, non ſolũ vt Deo, ſed etiam vt homini, hoc iudicium datum eſſe ſacræ litteræ declarant. Quamuis enim iudicandi poteſtas omnibus ſanctæ Trinitatis perſonis communis ſit; præcipuè tamen Filio eam tribuimus, quòd ipſi quoque ſapientiam conuenire dicimus. Quod autem, vt homo, mundũ iudicaturus ſit, Domini teſtimonio confirmatur, qui inquit: *b* Sicut Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere vitam in ſemetipſo, &c. & poteſtatem dedit eis iudicium facere, quia filius hominis eſt.

b Ioan. 5. 26. 27. Aug. in Ioan. tract. 21. & 1. de Tract. c. 15.

6 *Cur perinde Patri, vel Spiritui ſancto hoc iudiciũ nõ aſcribatur*

Iudex Chriſtus corporeis oculis videbitur.

Decebat autem maximè à Chriſto Domino hoc iudicium exerceri, vt, cum de hominibus decernendum eſſet, illi corporeis oculis iudicem videre, & auribus ſententiam, quæ proferebatur, audire poſſent, & omnino iudicium illud ſenſibus percipere. Ac præterea æquiſſimum erat, vt homo ille, qui iniquis hominum ſententijs condemnatus fuerat, omnium deinde iudex ſedere ab omnibus conſpiceretur. Quamobrem Apoſtolorum Princeps, cum in Cornelij domo, ſumma Chriſtianę religionis capita expoſuiſſet, docuiſſetque Chriſtum à Iudæis in ligno ſuſpenſum, atque occiſum, tertia verò die ad vitam reſurrexiſſe, ſubiunxit: *c* Et præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari, quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum.

Aug. de verbo Dom. ſerm. 64.

c Act. 10. 42.

7 *Quibus indicijs extremum iudicium imminere agnoſcatur.*

Signa iudiciũ prædeceſſura. Dama de fide orth. lib. 4. cap. 27. d Mat. 24. 14. Aug. de ſerm. Dom. in mon-

Tria hæc præcipua ſigna iudicium anteceſſura eſſe ſacræ litterę declarant, Prędicationem Euangelij per vniuerſum orbẽ, Diſceſſionem, Antichriſtum. Inquit enim Dominus: *d* Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet conſumatio, & Apoſtolus nos admonet, ne

ab

ab aliquo ſeducamur, quaſi inſtet dies Domini: *a* quoniam, niſi venerit Diſceſſio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, iudicium non fiet.

8 *Quomodo fiet iudicium, quaque ratione de omnibus feretur ſententia.*

Quæ autem iudicij forma & ratio futura ſit, Parochis ex *b* Danielis oraculis, *c* tùm ex ſanctorum Euangeliorum, *d* & Apoſtoli doctrina facilè erit cognoſcere. Præterea ſententia, quæ à iudice pronuncianda ſit, diligentiùs hoc loco exponenda erit. Chriſtus enim, Saluator noſter, lætis oculis, pios à dextera ſtantes intuens, ita de illis iudicium ſumma cum benignitate pronunciabit: *e* Venite, benedicti Patris mei, poſſedete regnum quod paratum eſt vobis a conſtitutione mundi. Quibus verbis nihil iucundius audiri poſſe illi intelligent, qui ea cum impiorum damnatione contulerint, ac cum animo ſuo cogitauerint, ijs verbis pios, & iuſtos homines a laboribus ad quietem, a lachrymarum valle ad ſummum gaudium, a miſerijs ad perpetuam beatitudinem, quam illi charitatis officijs promeriti fuerint, vocari.

9 *Quibus pœnarum generibus impij afficientur.*

Deinde ad eos, qui a ſiniſtra ſtabunt, conuerſus, ſuam iuſtitiã in eos effundet, his verbis: *f* Diſcedite à me, maledicti, in ignem æternũ, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Prioribus illis verbis, diſcedite a me, maxima pœna ſignificatur, qua impij plectendi erunt, cùm a Dei aſpectu quàm longiſſimè eijciẽtur. Neq; vlla ſpes eos cõſolari poterit fore aliquando, vt tanto bono perfruãtur. atque hæc quidẽ a Theologis pęna damni, appellata eſt, quòd ſcilicet impij apud inferos diuinæ viſionis luce perpetuò cariturì ſint. Quòd verò additur, Maledicti, mirũ in modũ auget illorũ miſeriam, & calamitatẽ; Si enim, cùm a diuina præſentia expellendi eſſent, aliqua ſaltem benedictione digni haberẽtur: hoc profecto magno eis ſolario eſſe potuiſſet; at, quoniam nihil huiuſmodi ab ipſis expectandum eſt quod calamitatem leniorem faciat, iure optimo, cùm expellentur, diuina iuſtitia eos omni maledictione perſequetur.

10 *De pœna ſenſus, & ſocietate damnatorum.*

Sequitur deinde, in ignem æternum, quod quidem alterum

re, lib. 2. cap. 8. ad Heſich.
c 2. Th. 2. 3. Aug. lib. 20. de ciu. cap. 19.

Iudicij forma, b Dan. 7. 9. 10. 14. 15. 26. & 12. 2. 3.
c Matt. 23. 25. Marc. 13. Luc. 21.
d 1 Cor. 15. 1 Theſſ. 4. Iudi i. ſentẽtia pijs læta, impijs horribilis
e Matt. 25. 35. vide Aug. ſer. 17. de Sanctis & Cyrillum Alex. in ora. de exitu animæ.

f Ibid. 41.

Duplex impiorum pęna, vna quæ dicitur dãni, & altera ſenſus, de pœna damni, vide Chr. ho. 23. in Mat. Au. in En. hir. c. 112.

Pœna ſenſus quanta futura ſit.

Aug. ſer. 181. de temp. & in lib. de triplici habit. cap. 2. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 45 & li. 4 dialog. cap. 28.

terum pœnarum genus, Pænam ſenſus Theologi vocarũt, propterea quòd ſenſu corporis percipiatur, vt in verberibus, & flagellis, alio ve grauiore ſuppliciorũ genere: inter quæ dubitari non poteſt, ignis tormenta ſummum doloris ſenſum efficere. Cui malo cum accedat; vt perpetuum tempus duraturum ſit, ex eo oſtenditur, damnatorum pænam omnibus ſupplicijs cumulandam eſſe; atque hoc magis declarant verba illa, quæ in extrema ſentētiæ parte poſita ſunt: qui paratus eſt diabolo & angelis eius.

Socij pænarũ non minuent pœnas inferni.

Cum enim ita comparatũ ſit, vt omnes moleſtias leuiùs feramus, ſi calamitatis noſtræ ſociũ aliquem, & conſortē habeamus, cuius prudentia, atque humanitate aliqua ex parte iuuari poſſimus: quæ tandem erit damnatorũ miſeria, quibus in tantis ærumnis perditiſſimorum dæmonum ſocietate, diuelli nunquam licebit? Et hæc quidem ſentētia in impios iuſtiſſimè a Domino Saluatore noſtro referetur; vt qui omnia verę pietatis opera neglexerint, & eſurienti, ac ſitienti, nec cibum, nec potum miniſtrauerint, hoſpitem non exceperint, nudum non operuerint, aut in carcere incluſum, ægrumque non viſitarint.

Sentētiæ illius acerbiſſimæ æquitas.

11 *Iudicij materia ſæpius fidelis populi auribus inculcari debet.*

Hæc ſunt, quæ Paſtores fidelis populi auribus ſæpiſſimè inculcare debent. Nam huius articuli veritas, fide concepta, maximam vim habet ad frænandas prauas animi cupiditates, atque à peccatis homines abſtrahendos. Quare in Eccleſiaſtico dictum eſt: *a* In omnibus operibus tuis, memorare nouiſſima tua, & in æternum nō peccabis. Ac profecto vix quiſquam adeò præceps in ſcelera feretur; quem illa cogitatio ad pietatis ſtudium non reuocet, fore aliquando, vt ei apud iuſtiſſimum iudicem, omnium non ſolum factorum, dictorumque, ſed occultiſſimarum etiam cogitationum ratio reddenda, & pro meritis pæna perſoluenda ſit. Iuſtus verò ad colendã iuſtitiã magis, ac magis incitetur, ac ſumma lætitia efferatur, neceſſe eſt, quamuis etiam in egeſtate, infamia, & cruciatibus vitam degat, cùm animum ad eum diem refert, quo, poſt ærumnoſæ huius vitæ certamina, victor, vniuerſis hominibus audientibus, declarabitur, & diuinis, atque illis quidem æternis honoribus, in cœleſtem patriam receptus, afficietur. Quod igitur reliquum eſt,

a Eccle. 7. 4. Aug. ſerm. 12. de tempore. Greg. hom. 39. in Euang. Ber. ſerm. 1. in feſto omnium Sanctorum, & in ſer. de primordijs, medijs, & nouiſſimis noſtris.

hortari

hortari fideles oportet, vt optimè viuendi ratione cōparent, ad omne pietatis ſtudium ſe exerceant, quò poſſint aduentantem magnum illum diem Domini, maiore cum ſecuritate animi, expectare, atque adeò, vt filios decet, cum ſumma cupiditate expetere.

DE OCTAVO ARTIC.

CAP. IX.

BARTHOLOMÆVS.

Credo in Spiritum ſanctum.

1 *Quanta ſit fidei in Spiritum ſanctum neceſſitas, & fructus.*

HActenus, quæ ad primam, & ſecundam ſanctæ Trinitatis perſonam pertinebant, quantum propoſiti argumenti ratio poſtulare videbatur, expoſita ſunt; ſequitur nūc, vt illa et iā, quæ in Symbolo de tertia perſona, hoc eſt, de Spiritu ſancto traduntur, explicentur. Qua in re declaranda omne ſtudium, & diligentiam Paſtores adhibebunt, cùm homini Chriſtiano non magis liceat hanc partem ignorare, vel de ea minùs rectè ſentire, quàm de alijs ſuperioribus articulis exiſtimandum ſit. Quare *a* Apoſtolus non permiſit Epheſios quoſdam Spiritus ſancti perſonam ignorare, à quibus cum quæſiſſet; an Spiritum ſanctum accepiſſent, cum illi ne, ſi Spiritus ſanctus quidem eſſet, ſe ſcire reſpondiſſent, ſtatim rogauit: In quo ergo baptizati eſtis? quibus verbis ſignificauit diſtinctam huius articuli notitiam fidelibus maximè neceſſariam eſſe; ex qua cum præcipuè fructum capiunt, quòd, cùm attentè cogitant, *b* ſe, quidquid habent, Spiritus ſancti munere, & beneficio conſecutos eſſe; tùm verò de ſeipſis modeſtiùs, & humiliùs ſentire, & in Dei pręſidio omnem ſpem ponere incipiunt; qui primus homini Chriſtiano gradus ad ſummam ſapientiam, & felicitatem eſſe debet.

a Act. 19.2. 3.

Fructus fidei huius artic.

b 1. Cor. 12. 3. 4. 5.

2 *Spiritus ſancti verbum, non ita tertiæ perſonæ Trinitatis conuenit, vt etiam alijs tribui non poſſit.*

Pater, & Filius etiã dicuntur Spiritus Sãctus quin etiã omnes ſpiritus cœleſtes, ſanctorumq; animæ.

a Ioan. 4. 24. 2. Cor. 3. 17.
b Iſaiæ 6. 3. Apoc. 4. 8.
c Pſal. 103. 4. Hebr. 1. 7.
d Pſal. 145. 4. Eccl. 12. 7.

Huius igitur articuli explanationem à vi, & notione, quæ hoc loco Spiritus ſancti vocabulo ſubiecta eſt, exordiri oportebit. Nam, cùm illud æquè de Patre, & Filio rectiſſimè dicatur (vterque enim *a* Spiritus eſt, & *b* ſanctus, ſi quidem Deum Spiritum eſſe confitemur) deinde verò hac voce *c* Angeli etiam, & *d* piorum animæ ſignificentur; cauendum eſt, ne populus verbi ambiguitate in errorem inducatur. Quare docendum eſt in hoc articulo, Spiritus ſancti nomine, tertiam Trinitatis perſonam intelligi; quomodo in ſacris litteris, tum veteris nonnunquàm, tùm noui Teſtamenti, frequenter accipitur. Nam, Dauid precatur; *e* Et Spiritum ſanctum tuum, ne auferas a me: In libro Sapientiæ legimus; *f* Senſum tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam & miſeris Spiritum ſanctum tuum de altiſſimis? & alibi: *g* Ipſe creauit illam in Spiritu ſancto. In nouo verò teſtamento iubemur *h* baptizari in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & ſanctiſſimam Virginem *i* de Spiritu ſancto concepiſſe legimus; tum verò a ſancto *k* Ioanne ad Chriſtum mittimur, qui nos in Spiritu ſancto baptizat: ac plurimis præterea alijs in locis ea vox legentibus occurrit.

Tertia Trinitatis perſona propriè dicitur Spiritus S.
e Pſal. 50. 12.
f Sap. 9. 17.
g Eccl. 1. 9.
h Matt. 28. 19.
i Matt. 1. 20. Luc. 1. 35.
K Ioan. 1. 33. Marc. 1. 8.

3 *Quare tertiæ perſonæ Trinitatis perinde ac alijs duabus proprium nomen non ſit tributum.*

Cur Spiritus S. nomẽ cõmune tertiæ perſonę tributum ſit, vide Au. in 15. de Trinit. c. 19. & in Ioan. tract. 99. Mens humana non aliam eſſentię cõmunicandę rationẽ agnoſcit, quam per generandi virtutẽ. Tertia perſona, cur dicatur Spiritus S. Spiritũ Sãctũ, omnino Patri, & Filio in omnibus æqualẽ, præter ſcript. docuerunt D.

Verùm nemo mirari debet tertiæ perſonæ, quemadmodum, & primæ, & ſecundæ, proprium nomen tributum non eſſe. Nam ſecunda perſona ideò proprium nomen habet, & Filius dicitur, quia eius æternus à Patre ortus propriè generatio vocatur, vt in ſuperioribus articulis explicatum eſt. Vt igitur ortus ille generationis nomine ſignificatur: ita perſonam, quæ emanat, propriè Filium appellamus, &, à qua emanat, Patrem. Nunc, cùm tertiæ perſonæ deductioni proprium nomen impoſitum non ſit, ſed ſpiratio, & proceſſio appelletur, ſequitur, vt etiam perſona, quæ producitur, ſuo nomine careat. Nullum autem proprium nomen eius emanatio habet, propterea quòd nomina, quæ Deo tribuuntur, a rebus creatis mutuari cogimur, in quibus quoniam nullam aliam naturæ & eſſentiæ communicandæ rationem

nem, quàm generandi virtutem agnoſcimus, ob eam cauſam fit, vt rationem, qua ſeipſum totum Deus vi amoris communicat, proprio vocabulo exprimere non poſſimus. Quare communi Spiritus ſancti nomine tertia perſona appellata eſt; quòd quidem illi maximè conuenire. ex eo intelligimus, quia ſpiritalem vitam in nos infundit, ac ſine eius ſanctiſſimi nominis afflatu, nihil æterna vita dignum efficere poſſumus.

Dion. Areop. lib. de diuinit. nom. Iren. li. 4. c. 14. 11. & 13. & lib. 5. paſſim vt etiā D. Baſi. eius teſtimonijs ad id probandū vtatur, omitto reliquos.

4 *Spiritus ſanctus Deus eſt, eiuſdem omnino cum Patre, & Filio potentiæ, & naturæ.*

Verùm, explicata vocabuli ſignificatione, docendus in primis erit populus Spiritum ſanctū ęquè, ac Patrem, & Filiū, Deum eſſe eiſdem æqualem, æquè omnipotentem, æternū, & infinitæ perfectionis, ſummū bonum, ac ſapiētiſſimum, eiuſdemque cum Patre, & Filio naturæ. Quod quidem illius vocis, in, cum dicimus, Credo in Spiritum ſanctū, proprietas ſatis indicat, quę ad exprimendā fidei noſtrę vim ſingulis Trinitatis perſonis appoſita eſt. Atque id etiam aperta ſacrarū litterarū teſtimonia confirmant; nam, cùm ſanctus Petrus in actis Apoſtolorum dixiſſet: *a* Anania, cur tentauit Sathanas, cor tuū, mentiri te Spiritui ſancto, mox inquit: Non es mentitus hominibus, ſed Deo; quem priùs Spiritū ſanctū appellauerat, eundem ſtatum Deum vocat. Apoſtolus etiam ad Corinthios, quem Deum pixerat, Spiritum ſanctum eſſe, interpretatur: *b* Diuiſiones, inquit, operationum ſunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Deinde ſubiungit: *c* Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem Spiritus diuidens ſingulis, prout vult. Præterea in actis Apoſtolorum, quod vni Deo Prophetæ tribuunt, illud Spiritui ſancto aſcribitur. Dixerat enim Iſaias: *d* Audiui vocem Domini dicentis; Quem mittam? & dixit mihi: Vade, & dices populo huic; Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude; ne fortè videat oculis ſuis, & auribus audiat. Quæ verba cùm Apoſtolus citaret: *e* Bene, inquit, Spiritus ſanctus locutus eſt per Iſaiam Prophetam. Deinde verò, cùm ſcriptura Spiritus ſancti perſonā, cū Patre, & Filio coniungit, vt, *f* cum Patris, & Filij, & Spiritus ſancti nomen in baptiſmo adhiberi præcipit, nullus nobis de huius myſterij veritate dubi-

Quæſit hoc in Symbolo, particulæ, In, energia.

a Act. 5. 34. Spiritus Sācti, diuinitas pulcherrimè confirmatur.

b 1. Cor. 12.

c Ibid. 11.

d Iſaiæ. 6. 8. 9. 10.

e Act. 28. 25.

f Matt. 25. 19. 1. Ioan. 5. 7.

dubitandi locus relinquitur. Nam, ſi Pater Deus eſt, & Filius Deus omnino fateri cogimur etiam Spiritum ſanctum, qui cum eis pari honoris gradu, coniungitur, Deũ eſſe. Accedit autem, quod is, qui in nomine cuiuſuis rei creatæ baptizatur, nullum ex eo fructũ conſequi poteſt. *a* Nunquid in nomine Pauli, inquit, baptizati eſtis? vt oſtẽderet eis nihil ad comparandam ſalutem profuturũ eſſe. Cum igitur baptizemur in nomine Spiritus ſancti, eum eſſe Deum fateri oportet. Sed hunc eundem trium perſonarum ordinem, quo Spiritus ſancti diuinitas comprobatur licet animaduertere, tùm in epiſtola Ioãnis: *b* Tres ſunt, qui teſtimoniũ dant in cælo, Peter, Verbum, & Spiritus sãctus, & hi tres vnũ ſunt; tũ ex præclaro illo sãctæ Trinitatis elogio, quo diuinæ laudes, & pſalmi concluduntur, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Poſtremò, quod ad eam veritatem confirmadã maximè pertinet, quęcunque Dei propria eſſe credimus, ea Spiritui ſancto conuenire ſacræ litterę teſtantur. Quare illi templorum honorem tribuunt, vt cũ Apoſtolus ait: *c* An neſcitis, quoniã membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti? Item *d* ſanctificationem, & *e* viuificationẽ, & *f* ſcrutari, profunda Dei, & *g* per Prophetas loqui, & *h* vbique eſſe; quæ omnia diuino tantum numini tribuenda ſunt.

a 1. Cor. 11.

Vide de hoc loco pulcherrimam rationẽ apud D. Greg. Nazia. Oratio 5. de Theol.

b 1. Ioa. 5. 7.

Vide de hoc loco argumẽtũ apud Aug. li. 1. de Tr. c. 6.

c 1. Cor. 6. 19. 20.

d 2. Theſ. 2. 13. 1. Pet. 1. 2.

e Ioan. 6. 64. 2. Cor. 3. 6.

f 1. Cor. 1. 10.

g 2. Pet. 1. 21.

h Pſal. 138. 7. Sap. 1. 17.

Spiritũ ſanctũ, perſonã ſubſiſtẽtem per ſe, probãt Patres, qui contra Sabellium dimicant.

5 *Certò credendum eſt, Spiritus ſancti vocabulum, tertiam diuinitatis perſonam per ſe ſubſiſtentem ſignificare.*

Sed illud præterea fidelibus accuratè explanandum eſt Spiritum ſanctum ita Deum eſſe, vt eum tertiam perſonam, in diuina natura à Patre, & Filio diſtinctam, & voluntate productam cõfiteri oporteat. Nam, vt alia ſcripturarum teſtimonia omittantur, baptiſmi forma, quam Saluator noſter docuit, apertiſſimè oſtendit *i* Spiritum ſanctum tertiam eſſe perſonam, quæ in diuina natura per ſe conſtet, & ab alijs diſtincta ſit. Quod etiam Apoſtoli verba declarant, cum inquit; *k* Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio ſancti Spiritus ſit cum omnibus vobis, Amen. Idem verò multò apertiùs demonſtrant, quæ Patres in Conſtantinopolitano primo Concilio hoc loco, ad confutandam impij Macedonij amentiam, addiderunt; Et in Spiritum ſanctum, Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioque

i Matt. 28. 19.

K 2. Cor 13. 14.

Symb. Cõſtãt. cæterũ in eo vox Filioq. nõ fuit, ſed poſtea a Latinis addita eſt. quã additionẽ in Conc. Lug. & Flor. cõfirmarunt Græci.

K Heb. 1. 14. Deus eſt vita animæ.

que procedit: qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Quod igitur Spiritũ ſanctũ Dominũ confitentur, in eo declarant, quantùm Angelis antecellat, qui tamen nobiliſſimi Spiritus à Deo cõditi ſunt; illos enim omnes, ſanctus *a* Paulus teſtatur eſſe adminiſtratorios ſpiritus, in miniſteriũ miſſos propter eos, qui hæreditatẽ capiunt ſalutis. Viuificantẽ verò appellant, quod anima cũ Deo cõiuncta magis viuit, quàm corpus animæ coniunctione alitur, ac ſuſtinetur. Quoniã verò Spiritui ſancto, *b* ſacræ litteræ hanc animæ cum Deo coniunctionem tribuunt, rectiſſimè viuificantem Spiritum ſanctum vocari perſpicuum eſt.

Aug. lib. 19. de Ciu. cap. 16 & de verb. Apoſt. ſer. 16.

a Rom. 8. 9. 10. & 1. Cor. 11 12. 13.

6 *Spiritum Sanctum a Patre, & Filio, tanquam ab vno principio procedere declarat.*

Iam verò quod ſequitur, qui ex Patre, Filioque procedit; docendi ſunt fideles, Spiritum ſanctum à Patre, & Filio tanquam ab vno principio, æterna proceſſione procedere. Id enim Eccleſiaſtica regula, à qua Chriſtiano non licet aberrare, credendum nobis proponit, & diuinarum litterarum, & conciliorum auctoritate confirmatur. Nam Chriſtus Dominus, cùm de Spiritu ſancto loqueretur, dixit: *c* ille me clarificabit; quia de meo accipiet. Hoc idem ex eo colligitur, quod in ſcripturis ſacris Spiritus ſanctus, nonnunquam ſpiritus *d* Chriſti, interdum ſpiritus Patris appellatur; modo à Patre, modo a Filio mitti dicitur, vt æquè à Patre, & Filio procedere non obſcurè ſignificetur. *e* Qui ſpiritum Chriſti non habet, inquit: Sanctus Paulus, hic non eſt eius & idem ſpiritum Chriſti vocat, cum ad Galatas inquit: *f* Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra, clamantem Abba pater. apud S. Matthæum ſpiritus Patris appellatur: *g* Non vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri; & Dominus in cœna inquit: *h* Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. Tum alibi eundem Spiritum S. à Patre mittendum affirmat his verbis: Quem mittet Pater in nomine meo. Ex quibus verbis, cum proceſſionem Spiritus ſancti intelligamus, perſpicuum eſt eundem ab vtroque procedere. Hæc ſunt, quæ de Spiritus ſancti perſona tradenda erunt

Spiritum ſanctũ a filio procedere Græci Patres ſcribũt Athan. in Symbol & ſerm 4. contra Ar. Baſi. lib. 2. & 5 contra Enu. & alij Conc. Lateranenſe c. 1. Lugdunenſe in 6 Decr. lib. 1. tit. 1. c. 1 & Florentinũ in litteris vnionis.

b Ioan. 16. 14. 16.

c Act. 16. 7. 1. Pet. 1. 11.

d Rom. 8. 4.

e Galat. 4. 6.

f Matt. 10. 20. g Ioan. 15.

h Ioan. 14. 26.

7 *Cum opera Trinitatis ſint indiuiſa, quare peculiariter quidã effectus & dona Spiritui ſancto tribuantur.*

De admirãdis Spiritus Sãcti effectibus, & donis, vide Aug. li. de ſer. Dom. in mõte ca. 9. & Greg. & Hom. 19 in Ezech. Trinitatis opera indiuiſa, sũt adextra. Aug. lib. 1. de Trin. 4. & in Io tract. 20. & paſſim Cur peculiariter quędã opera Spiritui ſancto tribuãtur Spirit⁹ ſanctus cur donũ vocetur Augu. in Enchir. c. 37. & 15. de Trin. cap. 11.

Docere præterea oportebit quoſdam eſſe Spiritus ſancti admirabiles effectus, & ampliſſima quædam munera, quæ ab ipſo, tanquã à perẽni bonitatis fonte, oriri, & manare dicũtur. Quamuis enim ſanctiſſimę Trinitatis opera quæ extrinſecùs fiunt, tribus perſonis communia ſint; ex ijs tamẽ multa Spiritui ſancto propria tribuuntur, vt intelligamus illa in nos à Dei immẽſa charitate proficiſci. Nam, cũ Spiritus ſanctus à diuina volũtate, veluti amore inflammata, procedat, perſpici poteſt, eos effectus, qui propriè ad Spiritũ ſanctũ referuntur, à ſummo erga nos Dei amore oriri. Quare ex eo conſequitur, vt Spiritus ſanctus donũ appelletur; nam, doni vocabulo ſignificatur id, quòd benignè, & gratuitò, nulla ſpe remunerationis propoſita, donatur. Ac proinde, quæcunque bona, & beneficia à Deo in nos collata ſunt, *a* (quid autem habemus quod à Deo, vt inquit Apoſtolus, nõ acceperimus?) ea nobis Spiritus ſancti conceſſu, & munere data eſſe, pio, & grato animo agnoſcere debemus.

a 1. Cor. 5. 6. Pluresſunt Spiritus ſancti effectus.

8 *Qui, qualesne, & quanti ſint Spiritus ſancti effectus.*

b Iob. 33. 4. Pſal. 32. 6. c Sap. 1. 7.

Eius autem plures effectus ſunt; nam, *b* vt mũdi creationem, *c* creatarumque rerum propagationem, & gubernationem omittamus, de quibus in primo articulo commemorauimus; viuificationẽ Spiritui ſancto propriè tribui paulò ante demonſtratum eſt, & Ezechielis teſtimonio confirmatur. *d* Dabo, inquit, vobis Spiritũ, & viuetis. Præcipuos tamen, & maximè proprios Spiritus ſancti effectus *e* Propheta enumerat, ſpiritum ſapientiæ, & intellectus, ſpiritum conſilij & fortitudinis, ſpiritum ſcientiæ, & pietatis, & ſpiritum timoris Domini, quæ dona Spiritus ſancti vocantur; interdum autem Spiritus ſancti nomen eis tribuitur. Quare ſapienter D. Auguſt. monet, animaduertendum eſſe, cum in ſacris litteris vocis Spiritus ſancti mentio fit, vt dijudicare poſſimus, tertiam ne Trinitatis perſonam, an eius effectus, atque operationes ſignificet; nam hæc duo eodem interuallo diſtinguenda ſunt, quo etiam creatorem à rebus creatis differre credimus. Atque hæc eò diligentiùs explicanda ſunt; quòd ex hiſce Spiritus ſancti donis,

d Ezech. 36. 6. Spiritus ſancti dona. e Iſa. 11. 2. 3.

D. Aug. lib. 15. de Trin. ca. 18. & 19. Iuſtificatio noſtra Spiritus S. ſignaculũ, de qua copioſè agitur Seſſ. 6. Cõc. Trid. vid. etiã de præſtãtia gratię iuſtificantis D. Au

donis, Chriſtianæ vitæ præcepta haurimus, ſentireque poſſumus, an Spiritus ſanctus in nobis ſit. Verùm, præ cæteris eius ampliſſimis muneribus gratia illa prædicanda eſt, quæ nos iuſtos facit, *a* ſignatque ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. Hæc enim mentem noſtram, arctiſſimo amoris vinculo, Deo iungit; ex quo fit, vt ſummo pietatis ſtudio accenſi, nouam vitam inſtituamus, ac naturæ *b* diuinæ participes effecti, *c* filij Dei nominemur, & verè ſimus.

guſt. tract. 72. in Ioan.
a Eph. 1. 13.
b 2. Pet. 1. 4.
c 1. Ioan. 3. 4.

DE NONO ARTIC.

CAP. X.

THADÆVS.

Credo in ſanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum Communionem.

1 *Quibus de cauſis nonus Articulus omnium frequentiſſimè populo inculcandus ſit.*

QVanta diligentia curare Paſtores debeant, vt huius noni articuli veritatem fidelibus explicent, ſi duo potiſſimùm conſiderentur, facilè cognoſci poterit. Primùm enim, teſte S. Auguſtino, Prophetæ planiùs, & apertiùs de Eccleſia, quàm de Chriſto locuti ſunt, cùm in eo multò plures errare, ac decipi poſſe, quàm in Incarnationis ſacramento præuiderent. Neque enim defuturi erant impij, qui, ad ſimiæ imitationem, quæ ſe hominem eſſe fingit, ſolos ſe Catholicos eſſe profiterentur, & Catholicam Eccleſiam apud ſe tantùm non minùs nefariè, quàm ſuperbè affirmarent. Deinde, ſi quis hanc veritatem firmo animo conceptam habuerit, facilè horrendum hæreſis periculum effugiet. Non enim, vt quiſque primùm in fide peccarit, hæreticus dicendus eſt; ſed qui, Eccleſiæ auctoritate neglecta, impias opiniones pertinaci animo tuetur. Cùm igitur fieri non poſſit, vt aliquis ſe hæreſis peſte commaculet, ſi ijs fidē adhibeat, quæ in hoc articulo credēda proponãtur: curent

De Eccleſia ex veteribus ſcripſerũt. Auguſt. & Cypr. l. de vnitate Eccl.
Cur Prophetę planius de Eccleſia, quã de Chriſto ſint locuti. Auguſt. con. 2. Pſal. 30. vi 1: Prophetarũ teſtimonia apud eũdē in lib. de vtilitate credend. cap. 6. 8. &c. & adhuc fuſius l. 17. de ciuit. c. 4. 5. 8. 18. ferè per totum.
Qui dicendus ſit hæreticus. vide Aug. lib. 18 de ciu. c. 51 & de vti. cred. cap. 1.

Verus noni articuli profeſſor nequit dici hæreticus. Nonus articulus ab octauo pendet.

curent omni ſtudio Paſtores, vt fideles, cognitio hoc myſterio, contra aduerſarij artes muniti, in fidei veritate perſeuerent. Pendet autem hic articulus à ſuperiori: quia, cum iam demõſtratum ſit, Spiritum ſanctum, omnis ſanctitatis fontem, & largitorem eſſe, nũc ab eodem Eccleſiam ſanctitate donatam confitemur.

2 *Quid peculiari ratione nõe Eccleſiæ, quidq; generatim denotetur*

Eccleſia eſt euocatio, à verbo græco Eccleſia generatim cœtum ſignificat, ex quo hominũ genere ille ſit conflatus, non refert.

Ac quoniã Eccleſiæ vocẽ, Latini à Græcis mutuati, poſt diuulgatum Euangelium, ad res ſacras tranſtulerunt, quã vim habeat hoc vocabulũ, aperiendũ eſt. Significat autẽ Eccleſia euocationem. Verum ſcriptores poſtea vſurparunt pro concilio, & concione. Neque verò refert, vtrum populus ille veri Dei, an falſę religionis cultor extiterit. In Actis enim de Epheſino populo ſcriptum eſt, cũ ſcriba turbas ſedaſſet, dixiſſe; *a* Si quid autẽ alterius rei quæritis, in legitima Eccleſia poterit abſolui. Legitimã vocat Eccleſiam populũ Epheſinum Dianæ cultui addictũ. Neque ſolùm gentes, quæ Deum non nouerunt, ſed etiam malorũ, & impiorum hominum concilia, interdũ Eccleſia nominantur. *b* Odiui, inquit Propheta, Eccleſiã malignantium, & cum impijs non ſedebo. Cõmuni verò deinde ſacrarũ ſcripturarũ conſuetudine hæc vox ad remp. Chriſtianã, fideliumq; tantùm congregationes ſignificãdas vſurpata eſt; qui ſcilicet ad lucẽ veritatis, & Dei notitiam per fidem vocati ſunt, vt, reiectis ignorantiæ, & errorum tenebris, Deum verum, & viuum, piè, & ſanctè colant, illique ex toto corde inſeruiãt; atque, vt vnico verbo hæc res tota abſoluatur, Eccleſia, vt ait S. Auguſt. eſt populus fidelis per vniuerſum orbem diſperſus.

a Act. 19. 39.

b Pſal. 25. 5.

Eccleſia peculiari, & vſitata conſuetudine ſignificat omniũ fidelium multitudiné cęterę ſignificationes nominis Eccleſię exponẽtur ſect. 4 huius art. Definitio Eccleſię Aug. in Pſal. 4. vide Cyp. ep. 69. Eccleſia quõ a cæteris gentilib. policijs differat. Deus quõ ſuã Eccl. vocauit. Duplex Eccleſiæ vocatio. Finis vocationis varius qui eſt æternarũ rerũ poſt cognitiõ & poſſeſſio.

3 *Quæ potiſſimum myſteria in vocabulo Eccleſiæ contemplanda offerantur.*

Nec verò leuia myſteria in hoc vocabulo continentur. Etenim in Euocatione, quam Eccleſia ſignificat, ſtatim diuinæ gratiæ benignitas & ſplendor elucet, intelligimuſque Eccleſiam ab aliis rebus publicis maximè differe: illæ enim humana ratione, & prudentia nituntur, hæc autem Dei ſapientia & conſilio conſtituta eſt: vocauit enim nos intimo quidẽ Spiritus ſancti afflatu, qui corda hominum aperit, extrinſecùs autem Paſtorum, & prædicatorum opera, ac miniſterio. Preterea ex hac vocatione,

cationе,

catione, quis nobis finis propoſitus eſſe debeat, nimirum æternarum rerum cognitio, & poſſeſſio, is optimè perſpiciet, qui animaduertit, cur olim fidelis populus ſub lege poſitus, ſynagoga, id eſt, congregatio diceretur. Nam, vt docet Sanctus Auguſtinus, hoc ei nomen impoſitum eſt, quia pecudum more, quibus magis congregari conuenit, terrena, & caduca tantùm bona ſpectaret. Quare meritò Chriſtianus populus, non ſynagoga, ſed Eccleſia dicitur, quia terrenis, & mortalibus rebus contemptis, cæleſtes, & æternas tantummodò conſectatur.

Aug. in pſ. 3. 77. & 81.

Eccleſia quomodo differat a Iudæorum republica.

4 *Quibus nominibus Chriſtianorum vniuerſitas in ſacris litteris deſcripta inueniatur.*

Domus Eccleſia dicitur.

Multa præterea nomina, quæ plena ſunt myſteria, ad Chriſtianam rempub. ſignificandam tradita ſunt. Nam & *a* domus, & *b* ædificium Dei ab Apoſtolo vocatur. Si tardauero, inquit ad Timotheum, vt ſcias, quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis. Domus autem Eccleſia idcirco appellatur, quia ſit veluti vna familia, quam vnus paterfamilias moderatur, & in qua eſt bonorum omnium ſpiritualium communio. Dicitur etiã *c* grex ouium Chriſti, quarũ ille oſtium eſt, & Paſtor. Vocatur, & ſponſa Chriſti: *d* Deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto, inquit Apoſtolus ad Corinth. Idem ad Epheſios. *e* Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiã. Ac de matrimonio: *f* Sacramentum hoc, inquit, magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. Dicitur denique Eccleſia *g* Corpus Chriſti *h* vt ad Epheſios, & *i* Coloſſenſes licet videre. Et hæc ſingula plurimùm valent ad fideles excitandos, vt ſe dignos immenſa Dei clementia, & bonitate præbeant, qui eos, vt populus Dei eſſet, elegit.

a Luc. 1. 33. & 6. 8. & 15. 25. 1. Tim. 3. 13. 2. Tim. 2. 2. 20. Heb. 5. 2. 3. 4.
b Ædificium. Matt. 16. 18. Rom. 15. 20. 1. Cor. 36. 16.
Domus Dei cur ſit dicta Eccleſia.
c Ioan. 20. 1. 2. 7. 21. 14. 16.
Spõſa Chriſti.
d 2. Cor. 11. 2.
e Eph. 5. 25. Vide Cyp. ep. 6. lib. 2. & in lib. de vnit. Eccleſ.
f Ibid. 32. Eccleſia eſt corpus Chriſti. Rom. 12. 3. 4. 1. Cor. 12. 12.
g Epip. 123,
h Col. 1. 24.
i 1. Pet. 9. 10,
De Eccleſia militante & triũphante Aug. 1. Ench. cap. 56. & 1. ciuit. Dei c. 10. & cap. 7.

5 *Duæ præcipuæ Eccleſiæ partes recenſentur, triumphans vna, militans altera.*

His verò explicatis, neceſſe erit ſingulas Eccleſiæ partes enumerare, earumque differentias docere, quò magis Deo dilectæ Eccleſiæ naturam, proprietates, dona, & gratias populus percipiat, & ob eam cauſam ſanctiſſimum Dei numen laudare nunquam intermittat. Eccleſiæ autem, duæ potiſſimùm ſunt partes, quarum altera

Triumphans Eccleſia quæ ſit Auguſt. in Ench. cap. 57.
Militans Eccleſia.

Auguſt. lib. 12 de ciuitat. Dei cap. 7.

triumphans, altera militans vocatur. Triumphans eſt cætus ille clariſſimus, & fælicisſimus beatorum ſpirituum, & eorum, qui de mundo, de carne, de iniquiſſimo dæmone triumpharunt, & ab huius vitæ moleſtijs liberi, ac tuti, æterna beatitudine fruuntur. Militans verò Eccleſia eſt cætus omnium fidelium, qui adhuc in terris viuunt: quæ ideò militans vocatur, quòd illi cum immaniſſimis hoſtibus, Mundo, Carne, Satana, perpetuum ſit bellum.

In Eccleſia militanti duo ſũt hominum genera vide Auguſt. poſt breuiculo collat. 3. art. Ti. 2 com. 10.

Electorum Eccleſia eſt incerta conſulatur cap. 12 ſeſſ. Concil. Trid. decreto de iuſtificatione. Vide item Auguſtinum tra. 45. in Ioan.

6 *Eccleſia militans, & triumphans vna eſt.*

Neque idcirco tamen duas eſſe Eccleſias cenſendum eſt; ſed eiuſdem Eccleſiæ, vt antea diximus, partes duæ ſunt; quarum vna anteceſſit, & cœleſti patria iam potitur; altera in dies ſequitur, donec aliquando cum Saluatore noſtro coniuncta in ſempiterna felicitate conquieſcat.

7 *In Eccleſia militanti duo hominum ſunt genera, boni ſcilicet, & mali.*

a Matt. 12. 17. b Mat. 3. 12. & 13. 17. 14. & 22. 2. & 10. & 25. 1. & ſeq. 1. Cor. 5. 3. & 4. & 2. Ti. 2. 20. item lib. 3 c. 11 Cyprian. lib. 3. epiſt. 3. Nazian. 30 orat. 1. apol Chry. li. 3. de Sacerd. Hier. contra lucifer. Auguſ. tract. 6. in Ioa. lib. 18. ciuit. c. 4. & 5. c Epheſ. 4. 4. Matth. 5. 15. Matt. 18 17.

Iam in Eccleſia militanti duo ſunt hominum genera, bonorum, & improborum; & improbi quidem eorundem ſacramentorum participes, eandem quoque, quam boni, fidem profitentur, vita, ac moribus diſſimiles. Boni verò in Eccleſia dicuntur ij, qui non ſolùm fidei profeſſione, & communione ſacramentorum; ſed etiam ſpiritu gratiæ, & charitatis vinculo, inter ſe coniuncti, & colligati ſunt; de quibus dicitur: *a* Cognouit Dominus, qui ſunt eius. Poſſunt verò etiam homines aliquibus coniecturis opinari qui nam ſint, qui ad hunc piorum hominum numerum pertineant, certò autem ſcire minime poſſunt. Quare exiſtimandum non eſt Chriſtum Saluatorem de hac Eccleſiæ parte locutum eſſe, *b* cùm ad Eccleſiam nos remiſſit, eique vt pareamus, præcepit. Nam, cùm illa ſit incognita, cui certum eſſe poterit, ad cuius iudicium confugiendum, & cuius auctoritati obtemperandum ſit? Bonos igitur, & improbos Eccleſia complectitur, quemadmodum *c* & diuinæ litteræ, & ſanctorum virorum ſcripta teſtantur; in quam ſententiam ſcriptum eſt illud Apoſtoli: *d* Vnum corpus, & vnus ſpiritus.

Cæterũ Eccleſiam viſibilem eſſe, præter hæc loca, confirmatur in Numer. 10. 4 & 3 Reg. 4. 16. Matt. 16. 18. & Act. 15. 3 & 20 28. 1. Cor. 15. 9. & Tim. 3. 25. Et patres; Orig

8 Eccle-

8 *Eccleſia viſibilis eſt, & bonos, & malos ſuo ſinu concludit.*

Hæc autem Eccleſia nota eſt, *a* vrbique ſupra montem ſitæ comparata, quæ vndique conſpicitur; nam *b* cùm illi ab omnibus parendum ſit, cognoſcatur, neceſſe eſt. Neque bonos tantùm, ſed etiam malos cõplectitur, vt multis parabolis Euangelium docet, veluti cum *c* regnũ cœlorum, id eſt, Militantem Eccleſiam, ſimilé eſſe lagenæ in mare miſſæ cõmemorat: vel *d* agro, in quo zizania ſuper ſeminata ſunt; vel *e* areæ, in qua frumentum cum paleis continetur: vel decem virginibus, partim fatuis, partim prudentibus. Sed multò ante etiam in arca Noë, qua non ſolum munda, ſed etiam immunda animantia concludebantur, huius Eccleſiæ figuram, & ſimilitudinem licet intueri. Quamuis autem bonos, & malos ad Eccleſiã pertinere, Catholica fides verè, & cõſtanter affirmet; ex iiſdem tamen fidei regulis fidelibus explicandum eſt vtriuſque partis diuerſam admodũ rationem eſſe. Vt enim paleæ cùm frumento in arca confuſæ ſunt, vel interdum membra variè inter ſe mortuo corpori coniuncta; ita etiam mali in Eccleſia continentur.

ho. 30. in Mat. de vnitate Eccleſ. Chriſoſt. hom. 4. in c. 6. H. Aug. lib. 3. contra epiſt. a Matt. 13. 12. b Matt. 13. 24. pirt. c. 5. ettra. 1 et 2. in epiſt. Ioan. c Matth. 22. d Mat. 25. 1. 2. e Gen. 7. 2. 1. Pet 1. 5. Duarũ Eccleſię partium diuerſiſſimũ eſſe ſortẽ vide Auguſt. tract. 6. in Ioan. et ſerm. 107 de tẽpore, et in Pſal. 47.

9 *Quinam Eccleſiæ militantis finibus non contineantur.*

Ex quo fit, vt tria tantummodò hominum genera ab ea excludantur; primò infideles, deinde hæretici, & ſchiſmatici, poſtremò excommunicati. Ethnici quidem, quòd in Eccleſia nunquam fuerunt, neque eam vnquam cognouerunt, nec vllius ſacramenti participes in populi Chriſtiani ſocietate facti ſunt; Heretici verò, atque ſchiſmatici, quia ab Eccleſia deſciuerunt. Neque enim illis magis ad Eccleſiam ſpectant, quàm transfugę ad exercitum pertineant, à quo defecerunt. Non negandum tamen, quin in Eccleſiæ poteſtate ſint, vt qui ab ea in iudicium vocentur, puniantur, & anathemate damnentur. Poſtremò etiam excommunicati, quòd Eccleſiæ iudicio ab ea excluſi, ad illius communionem non pertineant, donec reſipiſcant. De cæteris autem, quamuis improbis, & ſceleratis hominibus, adhuc eos in Eccleſia perſeuerare dubitandum non eſt: idquè fidelibus tradendũ aſſiduè; vt, ſi forte eccleſiæ antiſtitum vita flagitioſa ſit, eos tamen in Eccleſia eſſe, nec propterea quid quam de eorũ poteſtate diſtrahi certò ſibi perſuadeant.

Tria hominũ genera ab Eccleſ. excludũtur, & primo infideles. 1. Cor. 5. 12. 2. hæretici. 1. Tim. 1. 19. Tit. 3. 10. 1. Ioan. 1. 19. Iren. lib. 5. c. 3. Tertul. lib. de præſcripſit. Cypr. in epiſt. ad Iul. Hier. cõtra Lucifer. Sũt tñ in poteſtate eccleſ. vt ab ea puniãtur De vt. 17. 12. Matt. 18. 17. Rom. 1. 3. 4. Vnde leges in hæreticos late C. de her. l. Manichæo. l. Adrianum. l. Aug epiſt. 48 50. & 63.

Excōmunicatio nō ſunt in Eccleſia.
Matt. 18. 17. 1. Cor. 5. 4. Euſ. lib. 5 hiſt. c. 24. Epiph. hær. 43. Hil. in cap. 18. Matt.
Antiſtitum dignitati nihil deperit etiāſi illi mali ſint.
Matt. 23. 2. 3. Iren. lib. 5. ca. 43. Orig. hom. 7. in Ezech.

10 *Nominis Eccleſiæ ſignificationum varietas.*

a 1. Cor. 1. 1. & 2. cap. 1. 1. b Galat. 1. 2. c Coloſ 4. 16. d Theſ. 1. 1.
priuatæ fideliū familiæ Eccleſiæ appellantur.
e Ro. 1. 16. 4. 5. f 1. Cor. 1. 19. g Phil. 2. 55. h Matt. 18. 7.
Eccleſia pro ipſius præpoſitis, et paſtoribus aliquādo vſurpatur.
i 3. Reg. 8. 9. 14
Eccleſia pro loco.

Verùm vniuerſæ etiam Eccleſiæ partes Eccleſiæ nomine, ſignificari ſolent, vt, cum Apolus Eccleſiam, *a* quæ eſt Corinthi, *b* Galatæ, *c* Laodicenſium, *d* Theſſalonicenſium nominat; priuatas etiam fidelium familias, Eccleſias vocat: nam *e* Priſcæ, & Aquilæ, domeſticam Eccleſiam ſalutari iubet: item alio in loco; *f* Salutant vos, inquit, in Domino multum Aquila, & Priſca, cum domeſtica ſua Eccleſia. Ad Philemonem *g* etiam ſcribens, eamdem vocem vſurpauit. Interdum quoque Eccleſiæ nomine eius Præſides, ac Paſtores ſignificantur; *h* Si te non audierit, inquit Chriſtus, dic Eccleſiæ, quo in loco prępoſiti Eccleſiæ, deſignantur; *i* ſed locus etiam, in quem populus, ſiue ad concionem, ſiue alicuius rei ſacræ cauſa conuenit, Eccleſia appellatur. præcipuè verò in hoc articulo Eccleſia bonorum ſimul & malorum multitudinem, nec Præſides ſolum, ſed eos etiam, qui parere debent, ſignificat.

11 *De notis veræ Eccleſiæ, & primo cur vna dicatur.*

Deut. 23. 1. & vide Iren. lib. 1. c. 3. Cy. l. de vnitate Eccl.
K Epheſ. 4. 4. l Epheſ 1. 22.
Poſt inuiſibile Eccleſiæ caput, neceſſario ſtatui viſibile caput colligitur ex ſcriptura in qua Eccleſia cōparatur exercitus. Cant. 6. 3. corpori humano, in quo eſt caput.

Aperiendæ autem ſunt fidelibus huius Eccleſiæ proprietates, ex quibus licebit agnoſcere, quanto beneficio à Deo affecti ſint, quibus contingerit in ea naſci, atque educati. Prima igitur proprietas in ſymbolo Patrum deſcribitur, vt vna ſit: *k* Vna enim, inquit, eſt columba mea, vna eſt ſpecioſa mea. Vocatur autem vna tanta hominum multitudo, quæ tam longè, latèque diffuſa eſt, ob eas cauſas, quæ ab Apoſtolo ad Epheſios ſcriptæ ſunt; *l* Vnum enim Dominum, vnam fidem, vnum Baptiſma tantum eſſe prædicat. Vnus eſt etiā eius rector, ac gubernator, inuiſibilis quidē Chriſtus, quē ęternus Pater dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius. Viſibilis autem is, qui Romanam Cathedram, Petri Apoſtolorum Principis legitimus ſucceſſor, tenet.

12 *Quid de Romano Pontifice viſibili Eccleſiæ Chriſti capite ſentiendum ſit.*

De quo fuit illa omnium Patrum ratio, & ſententia conſentiēs, hoc viſibile caput, ad vnitatem Eccleſiæ conſtituendam, & conſeruandam, neceſſarium fuiſſe, Quod præclarè & vidit, & ſcripſit S. Hieronymus contra Iouinianum, his verbis; Vnus eligitur, vt, capite conſti-

tuto,

tuto, ſchiſmatis tollatur occaſio. & ad Damaſum: Faceſſat inuidia: Romani culminis recedat ambitio: cum ſucceſſore piſcatoris, & diſcipulo crucis loquor. Ego nullũ primum, niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, id eſt, Cathedræ Petri, communione conſocior, *a* ſuper illam petram ædificatã Eccleſiam ſcio. *b* Quicunque extra hãc domũ agnum comederit, profanus eſt *c* Si quis in arca Noè non fuerit, peribit, regnante diluuio. Quod & lõgè antea ab Irenæo probatur, & Cypriano, qui de vnitate Eccleſiæ loquens, ait: Loquitur Dominus ad Petrũ; Ego Petre dico tibi quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram, ædificabo Eccleſiam meam. Super illum vnum ædificat Eccleſiã; &, quamuis Apoſtolis omnibus, poſt reſurrectionem ſuam, parem poteſtatem tribuat, & dicat; *d* Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos: accipite Spiritũ ſanctũ; tamen, vt vnitatem manifeſtaret, vnam Cathedram cõſtituit, & vnitatis eiuſdem originem, ab vno incipienté, auctoritate ſua diſpoſuit, &c. Optatus deinde Mileuitanus ait: Ignorantiæ tibi aſcribi non poteſt, ſcienti in vrbe Roma, Petro primo cathedrã Epiſcopalem eſſe collatã, in qua ſederit omnium Apoſtolorũ caput Petrus: in qua Cathedra vnitas ab omnibus ſeruaretur, ne cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderent, vt iam ſchiſmaticus, & † præuaricator eſſet, qui contra ſingularẽ Cathedram alteram collocaret. Poſt verò Baſilius ſic ſcriptum reliquit: Petrus collocatus eſt in fundamento: dixit enim: Tu es Chriſtus filius Dei viui: & viciſſim audiuit ſe eſſe petram; licet enim petra eſſet, non tamen petra erat, vt Chriſtus. Nam Chriſtus verè immobilis petra; Petrus vero propter petram. Dignitates enim ſuas Deus largitur alijs: ſacerdos eſt, & facit ſacerdotes; Petra eſt, & petram facit, & quæ ſua ſunt, largitur ſeruis ſuis. Poſtremò verò S. Amb. ait: Mirari ſatis nõ potuimus, quid cauſæ ſit cur. D. Ambr. verba, hic prætermiſſa ſint in his omnibus exemplaribus, quæ nobis, dum librũ hunc prælegimus, ſuppetebant. Quicquid ſit autem, aliquas ex D. Ambr. ſententias proferemus, quibus & ſi nobis non certum ſit, an eam, quam auctor voluit, repoſuerimus, eum tamen D. Petri primatum ex his agnouiſſe lector intelliget. Sic ergo in Pſal. 44. ille ſcribit:) Cogitur au-

Cant. 7. 5. Regno. Dan. 2. 44. Ouili Ioan. 10. 16. 17 Domini 1. Timot. 3. 15. Naui ſeu arcæ Noe 1. Petri 3. 20. 21. In his autẽ omnibus viſibilis rector cernitur, ergo & in Eccleſia cerni debet S. Hier. in lib. 1. contra Iouin. in med. Epiſ. 42. ad Dam. vide itẽ Ep. 58. Quoniã vetuſto.

a Matt. 16. 18.
b Exod. 12. 23.
c Gen. 22. 23.
Iren. lib. 1. c. 6.
Cypr. de ſym. prælat. ſeu de vnitate Eccl. fere in princ. Eccl. ſuper Petrũ ædificata.
d Ioan 20. 21. 22. Optat in init. lib. 2. ad parmen.
† Alius codex habet. S. Baſil. homil. 20. quæ eſt de pænit. Chriſtus ſuas dignitates, vel vt habet alius codex, ſua axiomata largitur alijs.

tē, & aduerſarius ſanctos Domini ad ſua damna tentare. Dum enim tentat, meliores reddit, vt, qui tentatur poſſit alios inſtituere, qui ſibi ipſe inualidus videbatur. Deniq; Petrus Eccleſiæ præponitur, poſtquam tentatus a diabolo eſt. Ideoque ante Dominus ſignificat, quid ſit illud, quod poſtea eū Paſtorē elegit dominici gregis, nā huic dixit: Tu autē conuerſus, cōfirma fratres tuos. Luc. 22. 23. Idem etiam lib. 10. cōment. in Lucam ferè extremo ſic ſcribit: Bene conſcius ſui, non ad tempus aſſumptū, ſed dudum Deo cognitum, Petrus teſtificatur affectū. Quis eſt enim alius, qui de ſe hoc facilè profiteri poſſit? Et ideo, quia ſolus profitetur ex omnibus, omnibus antefertur & paulò poſt: Denique tertiò Dn̄s, non iam, Diligis me, ſed Amas me? interrogauit, & iam nō agnos, vt primò quondā lacte paſcendos, nec ouiculas, vt, ſecundò, ſed oues paſcere iubetur, Perfectiores vt perfectior gubernaret. Idē quoq; colligi poteſt ex eodē, l. 3. de Sacramētis cap. 1. vbi ait; Vtique ipſe auctor eſt nobis huius aſſertionis Petrus Apoſtolus, qui ſacerdos fuit Romanæ Eccleſiæ. Porrò Eccleſiā Romanā vniuerſæ Eccleſiæ præeſſe idem indicat, ſcribēs libr. 2. de vocatione gentiū cap. 6 Gratia Chriſtiana nō contenta eſt eoſdē limites habere, quos Roma, multosq; iā populos ſceptro crucis illa ſubdiderit, quos armis ſuis iſta nō domuit: quæ tamen per Apoſtolici Sacerdotij principatum, amplior facta eſt arca religionis, quā ſolio poteſtatis. Denique lib. 9 Cōment. in Lucam ſcribit; Magna Chriſti gratia, qui omnia propè vocabula ſua diſcipulis ſuis donauit. Ego ſū, inquit, lux mundi. Ioan. 8 & id tamen, quo ipſe gloriatur, diſcipulis nomen indulſit dicens: Vos eſtis lux mundi. Petra eſt Chriſtus, bibebāt enim de ſpiritali cōſequente eos petra; Petra autē erat Chriſtus. 1. Cor. 10. etiā diſcipulo ſuo huius vocabuli gratiā nō negauit, vt & ipſe ſit, Petrus quod de petra habeat ſoliditatem conſtantiæ, fidei firmitatem. Hæc nos huc inſerenda duximus, vt hanc lacunam, qua poſſumus facultate, expleremus. & quæ lector boni conſulat.

13 *Quomodo præter Chriſtū Eccleſia vno capite viſibili indigeat.*

Si quis obijciat Eccleſiā vno capite ſponſo Ieſu Chriſto contentam præterea nullū alium requirere: in promptu reſponſio eſt, Vt enim Chriſtum Dominum, ſingulorum

rũ, ſacramentorũ nõ ſolũ auctorẽ, ſed intimũ etiã præbitorẽ habemus; nã *a* ipſe eſt, qui baptizat, *b* & qui abſoluit, & tamen *c* is hominis ſacramentorũ externos miniſtros inſtituit) ſic eccleſiæ, quã ipſe intimo ſpiritu regit, hominẽ ſuæ poteſtatis vicariũ, & miniſtrũ præfecit. Nã, cũ viſibilis eccleſia, viſibili capite egeat, ita Saluator noſter Petrũ, vniuerſi fideliũ generis caput, & Paſtorẽ conſtituit, *d* cũ illi oues ſuas paſcẽdas verbis ampliſſimis cõmendauit, vt, qui ei ſucceſſiſſet, eandẽ planè totius Eccleſiæ regendæ & gubernandæ poteſtatem habere voluerit.

a Ioan. 1. 33.
b Iſa. 43. 25.
c 1. Cor. 4. 1.
d Ioan. 21. 15. 16. 17.
In Petro omnes Rom. põtif. primatum ſuper omnem Eccleſiam acceperunt.
Iren. lib. 4. c. 2.
Tertul. de præſcript.
Cypr. libr. 1. epiſt. 3. & lib. 4. epiſt. 1. & omnes catholici Doctores.

14 *Cur Eccleſia Vna dicatur, alias rationes ſubiungit.*

Vnus præterea, *e* idẽque eſt ſpiritus, inquit Apoſtolus ad Corinthios, qui fidelibus gratiã, perinde atque anima corporeis mẽbris vitã, impertitur. Ad quã vnitatẽ ſeruãdã, cũ Epheſios hortaretur, inquit, *f* Sollicitiſeruare vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis, vnũ corpus, & vnus ſpiritus. Quemadmodũ enim humanũ corpus multis conſtat mẽbris, eaque ab vna anima alũtur, quę oculis viſũ, auribus auditũ, & alijs sẽſibus diuerſas vires ſubminiſtrat; ita corpus Chri myſticũ, quod eſt Eccleſia, ex multis fidelib⁹ cõpoſitũ eſt. *g* Vna quoq; ſpes, vt in eodẽ loco idẽ Apoſtol⁹ teſtatur, ad quã vocati ſumus; ſi quidẽ omnes eandẽ rẽ, nempe æternã, & beatã vitã expectamus. *h* Vna eſt denique fides, quæ omnibus tenẽda eſt; ac præſeferẽda. *i* Non ſint, inquit Apoſtolus, in vobis ſchiſmata. Atque vnum baptiſma, quod quidem eſt Chriſtianæ fidei ſacramentũ.

e 1. Cor. 12. 11. 12.
f Epheſ. 4. 3. 4.
g Epheſ. 4. 4.
h Ibid. 5.
i 1. Cor. 1. 10.
Sanctitatẽ noſtræ Eccleſiæ cõtra paganos oſtenderunt Iuſtinus mar. in vtraq; apol. & Tertul. in apologetico amos lib. 1. 2. & 3. cõtr. pet. Minuti⁹ felix in Octauio Auguſt. in lib. de ciuit. Dei prima ratio cur Eccleſia sãcta dicatur. Omnes fideles generatim dicũtur ſancti.

15 *De ſecunda nota Eccleſiæ, quæ dicitur Sancta.*

Altera proprietas Eccleſiæ eſt, vt ſit ſancta; quod à Principe Apoſtolorũ accepimus eo loco. *k* Vos autẽ genus electũ, gens sãcta. Appellatur autẽ ſancta, quòd Deo cõſecrata, dedicataq; ſit; ſic enim cætera huiuſmodi, quãquã corporea ſint, ſancta vocari cenſueuerunt, cũ diuino cultui addicta, & dedicata ſunt; cuius generis ſunt in lege veteri *l* vaſa, *m* veſtes, *n* altaria, in qua primogeniti quoque, qui Deo altiſſimo dedicabantur, ſancti ſunt appellati. Nec mirũ cuiquam videri debet Eccleſiam dici ſanctã, tametſi multos peccatores continet. Sancti enim vocantur fideles, qui populus Dei effecti ſunt, qui ſe, fide, & baptiſmate ſuſcepto, Chriſto cõſecrarunt: quamquam in multis offendunt, &, quæ polliciti ſunt, non

K Petr. 2. 9.
l Num. 31. 6.
m Exod. 18. 2. & 20. 29.
n Exod. 29. 3.
o Luc. 2. 23.
Rom. 17.

præſtant; quemadmodum etiam qui artem aliquã profi-
a 1. Cor. 2. 1. & 2. Cor. 1. 2. tentur, etſi artis præcepta non ſeruant, nomen tamẽ arti-
ficum retinent. Quare D. Paulus Corinthios *a* ſanctifica-
tos & ſanctos appellat, in quibus nonnullos fuiſſe perſpi
Secunda ratio. b Dan. 9. 2. c Epheſ. 2. 21. & 46. S. Auguſtin. in pſal. 85. d pſal. 85. 2. vide etiam Ambroſ. lib. 1. comment. in Lucã. cuum eſt, quos vt carnales, & grauioribus etiam nomini-
bus acriter obiurgat. Sãcta etiam dicẽda eſt; quòd veluti
corpus cum ſancto capite Chriſto Dño, *b* totius ſanctita-
tis fonte coniungitur, *c* à quo Spiritus Sãcti chariſmata,
& diuinæ bonitatis diuitiæ diffundũtur. Præclarè S. Aug.
interpretans verba illa Prophetæ: *d* Cuſtodi animã meã;
quoniam ſanctus ſum; Audeat, inquit, & corpus Chriſti,
audeat & vnus ille homo, clamans à finibus terræ, cum
d Rom. 6. 3. Galat. 3. 27. Tertia ratio. Greg. lib. 16. moral. cap. 6. Iren. lib. 3. c. 49 Auguſt. contr. Fulgen. 18 & epiſt. 50. capite ſuo, & ſub capite ſuo dicere, Sanctus ſum. Accepit
enim gratiã ſanctitatis, gratiam baptiſmi, & remiſſionis
peccatorũ. Ac paulò poſt: Si Chriſtiani omnes, & fideles,
in Chriſto baptizati, ipſum induerũt, ſicut Apoſtolus di-
cit: *e* Quotquot in Chriſto baptizati eſtis; Chriſtũ indui-
ſtis; Si membra ſunt ſancti corporis eius, & dicũt ſe ſan-
ctos non eſſe, capiti ipſi faciunt iniuriam, cuius membra
ſancta ſunt. Accedit etiam, quòd ſola Eccleſia legitimum
Eccleſiam ab antiquiſſimis temporib. vniuerſalẽ fuiſſe tradit. Ege. l. 2. c. 17. Iren. li. 1. cap. 3. Tertul. contra Iudæos S. Auguſt ſerm. 131 & 181. de tempore, vide eundẽ de vnitate Eccl. cap. 2 & de Ge. ad lit. a 1. & de Sym. 4. cap. 10 e Col. 3. 11. f Apoc. 5. 9. 10. g Pſalm. 2. Auguſt. lib. de agone Chriſti cap. 29. & ep. 16. h Pſal. 88. 4. 5. Raab pro Ægyp. in Scrip. ſumitur, vt Iſa. 5. 10. ſacrificij cultum, & ſalutarem habet ſacramẽtorũ vſum,
per quæ, tanquã efficacia diuinæ gratiæ inſtrumẽta, Deus
verã ſanctitatẽ efficit; ita, vt quicunque verè ſancti ſunt,
extra hanc Eccleſiam eſſe non poſſint. Patet igitur Ec-
cleſiã eſſe ſanctã, ac ſanctam quidẽ, quoniam corpus eſt
Chriſti, à quo ſanctificatur, eiuſque ſanguine abluitur.

16 *Qua ratione Eccleſia Chriſti ſit Catholica.*

Tertia proprietas Eccleſiæ ea eſt, vt Catholica, nempè
vniuerſalis, vocetur, quæ appellatio verè illi tributa eſt,
quoniã, vt teſtatur S. Auguſtinus: A ſolis ortu vſque ad
occaſum, vnius fidei ſplendor diffunditur. Neq; enim, vt
in humanis rebus publicis, aut hæreticorũ conuentibus,
vnius tantùm regni terminis, aut vno hominum genere
Eccleſia definita eſt: verum omnes homines, *f* ſiue illi
barbari ſint, ſiue Scythæ, ſiue ſerui, ſiue liberi, ſiue ma-
ſculi, ſiue fœminæ, charitatis ſinu complectitur. Quare
ſcriptum eſt: *g* Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex
omni tribu, & lingua, & populo, & natione: & feciſti
nos Deo noſtro regnum. De Eccleſia dicit Dauid: *h* Po-
ſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &

poſſeſ-

poſſeſſionem tuam terminos terræ. Item: *a* Memor ero Raab, & Babylonis ſcientium me, &, Homo natus eſt in ea. Præterea omnes fideles, qui ab Adam in hunc vſque diem fuerunt, quiue futuri ſunt, quamdiu mundus extabit, veram fidem profitentes, ad eandem Eccleſiam pertinent, *b* quæ ſuper fundamento Apoſtolorum fundata eſt, ac Prophetarum, qui omnes in illo lapide angulari Chriſto, *c* qui fecit vtraque vnum *d* & pacē ijs qui propè & ijs, qui longè annūciauit, cōſtituti ſunt, & fundati. Vniuerſalis etiam ob eam cauſam dicitur, quòd omnes, qui ſalutem æternam conſequi cupiunt, eam tenere & amplecti debeant, *d* non ſecus ac, qui arcam, ne diluuio perirent, ingreſſi ſunt. Hæc igitur veluti certiſſima regula tradenda eſt; qua vera, & falſa Eccleſia iudicetur.

a Eph. 2. 20. b Epheſ. 24. c Ibid. 17. Extra Eccleſiam nulla eſt ſalus. Iren. lib. 3. c. 25 Cypr. de ſim. prælat. Auguſ. ſer. 181. de tēpore. c Gen. 77. 8. Eccleſię veræ à falſa dignoſcendæ, certiſſima regula.

17 *Quo pacto Eccleſia Chriſti etiam Apoſtolica dicatur.*

Sed ex origine etiā, quā reuelata gratia ab Apoſtolis ducit, Eccleſiæ varietatem agnoſcimus. Si quidē eius doctrina, veritas eſt, non recens, neque nunc primum orta, ſed ab Apoſtolis iam olim tradita, & in omnem orbem terrarum diſſeminata. Ex quo fit, vt nemo dubitare poſſit impias hæreticorum voces longè à veræ Eccleſiæ fide abeſſe, cum doctrinæ Eccleſiæ, quæ ab Apoſtolis ad hunc diem prædicata eſt, aduerſentur. Quare, vt omnes intelligerent, quænā eſſet Eccleſia Catholica, Patres in Symbolo illud diuinitùs addiderunt, Apoſtolicam. Etenim Spiritus ſanctus, qui Eccleſiæ præſidet, eā, non per aliud genus miniſtrorū, quam per Apoſtolicū, gubernat. Qui Spiritus primū quide Apoſtolis tributus eſt, deinde verò, ſumma Dei benignitate, ſemper in Eccleſia māſit.

Auguſt. contra epiſt. fundamēti, ca. 4. Apoſt. Eccleſ. noſtra eſt. Eccleſia hereticorū nō poteſt eſſe vera Chriſti Eccleſia. Vide Tertul. de preſcript. Optat. lib. 2. ad u r. parm. Symbol. Conſtant.

Eccleſia errare non poteſt. 1. Timot. 3. 15. Tertul. de preſcript. Auguſt. lib. 2. contr. Creſc. cap. 33.

18 *Eccleſia in fidei, aut morum dogmatibus, errare non poteſt.*

Sed, quemadmodū hæc vna Eccleſia errare non poteſt in fidei, ac morū diſciplina tradenda, cum à Spiritu ſancto gubernetur; ita cæteras omnes, quæ ſibi Eccleſiæ nomē arrogāt, vt quæ à diaboli ſpiritu ducātur, in doctrinę, & morum pernicioſiſſimis erroribus verſari neceſſe eſt.

19 *Quibus præcipuè figuris Chriſti Eccleſia in veteri Teſtamento adumbrata ſit.*

Sed, quoniam magnam vim habent figuræ veteris Teſtamenti ad excitandos fidelium animos, reuocandamq; rerum pulcherrimarum memoriam; cuius rei potiſſimū

Arca Noè fuit Eccleſiæ figura Gen. 6. 1. Pet. 3. 20. 21. vide Auguſt. lib. 15. ciuitat. cap. 26. & 27. Hieruſalem figura Eccleſiæ

cauſa

cauſa Apoſtoli his vſi ſunt: illam quoque doctrinæ partem, quæ magnas vtilitates habet, Parochi non prætermittent. In his autem illuſtrem ſignificationẽ habet arca Noë, quæ ob eam rem tantùm diuino iuſſu cõſtructa eſt, vt nullus dubitandi locus relinquatur, quin Eccleſiam ipſam ſignificet, quam Deus ſic conſtituit, vt, quicunque per baptiſmũ illam ingrederentur, ab omni mortis æternæ periculo tuti eſſe poſſent: qui verò extra illam eſſent, quemadmodũ ijs euenit, qui in arcam recepti non ſunt, ſuis ſceleribus obruerentur. Alia figura; eſt magna illa ciuitas Hieruſalem, cuius nomine, Scripturæ ſæpius ſanctã Eccleſiam ſignificant. Nimirum in illa ſola offerre Deo ſacrificia licebat, quia in ſola etiam Dei Eccleſia, neque extra eam vſquam, verus cultus, verumque ſacrificium reperitur, quod Deo placere vllo modo poſſit.

Pſal. 121. 3. Iſaiæ 33. 20. & 60. & 62. Galat. 4. 26. Extra Eccleſiã Catholicã nõ eſt verus Dei cultus verũq; ſacrificium. Aug. ſerm. 181 de temp.

20 *Qua ratione credere Chriſti Eccleſiam ad articulos pertineat.*

Iam illud etiam extremo loco de Eccleſia docendum erit, quanam ratione nos credere Eccleſiam, ad fidei articulos pertineat. Nam, etſi quiuis ratione, & ſenſibus percipit, Eccleſiam, ideſt, hominum conuentum, in terris eſſe, qui Chriſto Domino addicti, & conſecrati ſunt, neq; ad ea rem animo concipiendã fide opus eſſe videatur, cùm, nec Iudæi, nec Turcæ quidem de eo dubitent; tamen illa myſteria, quæ in ſancta Dei Eccleſia contineri partim declaratum eſt, partim in ſacramento Ordinis explicabitur, mens fide tantummodò illuſtrata, non vllis rationibus conuicta, intelligere poteſt. Cùm igitur hic articulus non minùs, quàm cæteri, intelligentiæ noſtræ facultatem, & vires ſuperet: iure optimo confitemur nos Eccleſiæ ortum, munera, & dignitatem non humana ratione cognoſcere, ſed fidei oculis intueri.

21 *Quæ, quot, & quãta ſunt, quæ in Eccleſia eſſe credere iubemur.*

Neque enim homines huius Eccleſiæ auctores fuerũt, ſed Deus ipſe immortalis, qui eam eam *a* ſuper firmiſſimam petram ædificauit, teſte Propheta; *b* Ipſe fundauit eam Altiſſimus. Quam ob cauſam *c* Hæreditas Dei, & *d* Dei populus appellatur. Nec poteſtas, quam accepit, humana eſt, ſed diuino munere tributa. Quare quemadmodum naturæ viribus comparari non poteſt: ita etiam fide ſolùm intelligimus in Eccleſia *e* claues regni cælorũ

a Matt. 16. 18. b pſal. 86. 5. pſal. 18. & 33. 1. & 71. 62. c Pſal. 27. & 8. 8. 11. d Matt. 16. 19. & 18. 18. Ioan 20. 22. e 1. Cor. 5. 4.

eſſe

eſſe, eique poteſtatem peccata remittendi, *a* ex cõmunicandi, *b* verumq; Chriſti corpus cõſecrandi traditã. dein de ciues, *c* qui in ea morantur, non habere hic ciuitatem permanentẽ, ſed futurã inquirere. Vnã igitur Eccleſiam ſanctam, & Catholicam eſſe neceſſariò credendum eſt.

a Luc. 22. 19. b Heb. 11. 14. Poteſtas Eccleſiæ, a Deo proceſſit.

22 *Non vt in Deum, ita in Eccleſiam credendum eſt.*

Tres enim Trinitatis perſonas Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum ita credimus, vt in eis fidem noſtram collocemus. Nunc autem, mutata dicendi forma, ſanctã, & non, in ſanctam Eccleſiam credere profitemur, vt, hac etiam diuerſa loquendi ratione, Deus omnium effector à creatis rebus diſtinguatur, præclaraque illa omnia, quæ in Eccleſiam collata ſunt beneficia, diuinæ bonitati accepta referamus.

Credimus Eccleſiã, ſed non in Eccleſiam vide Aug. trac. 29. et in Ioan. et ſerm. 61. de verbis Domini.

23 *De extrema huius articuli clauſula, Sanctorũ Communionẽ.*

Sanctorum Communionem. Cùm S. Ioannes Euangeliſta de diuinis myſterijs ad fideles ſcriberet, cur eos in illis erudiret, hanc rationem attulit: *d* Vt & vos, inquit ſocietatem habeatis, & ſocietas noſtra ſit cum Patre, & cum Filio eius Ieſu Chriſto. Hæc ſocietas in Communione Sanctorum ſita eſt; de qua in hoc articulo ſermo habetur. Vtinam verò in eo explicando, eccleſiarum Præſides *e* Pauli & aliorum Apoſtolorum diligentiam imitarentur. eſt enim non ſolùm quædam ſuperioris articuli interpretatio, doctrinaq; vberrimorum fructuum, ſed etiam, quis vſus myſteriorum eſſe debeat quæ Symbolo continentur, declarat. Omnia enim eius rei cauſa perueſtiganda ſunt, ac percipienda, vt in hanc tam amplam, & beatam ſocietatem Sanctorum admittamur, admiſſique conſtantiſſimè perſeueremus, *f* cum gaudio gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine.

Quanti ſit momenti hanc particulã ritè explicari.
c Ioan. 1. 3.
d Rom. 14. 45. et 1. Cor. 12. 12 13. & 2. Cor. 8. 13. 14. et Epheſ. 4. 16. vide itẽ Aug. in Ioã. tract. 32
e Cor. 1. 12.

24 *Explicatio huius particulæ, & ĩ quo cõſiſtat Sãctorũ cõmunio.*

In primis igitur fideles docendi ſunt hunc articulum eſſe illius, qui de vna ſancta Eccleſia Catholicha antea poſitus eſt, veluti explicationem quãdam. Vnitas enim ſpiritus, à quo illa regitur, efficit, vt, quidquid in eam collatũ, eſt cõmune ſit. Omniũ enim ſacramentorum fructus ad vniuerſos fideles pertinent: quibus ſacramentis, veluti ſacris vinculis, Chriſto connectuntur, & copulantur, & maxi-

Chriſtianorũ communitas, ſacramẽta ſũt ſacra vincula. Vide Aug. lib. 10 contra Fauſtum, cap. 11.

maximè omniũ Baptiſmo, quo tanquã ianua, in Eccleſiã ingredimur. Hac autem ſanctorũ cõmunione, Sacramẽtorum cõmunionem, intelligi debere; Patres in ſymbolo ſignificant illis verbis; Cõfiteor vnũ baptiſma. Baptiſmũ verò in primis, Euchariſtia, & deinceps cætera ſacramẽta conſequuntur nam, etſi hoc nomen omnibus ſacramẽtis cõuenit, cùm Deo nos coniungãt, illiuſque participes, cuius gratiam recipimus, efficiant; magis tamen propriũ eſt Euchariſtiæ, quæ hanc efficit communionem.

Sanctorũ communio in ſacramentorũ communione præcipuè ſpectatur Sy. cõſtãt. Euchariſtia cõmunio cur propriè dicatur Damaſ. lib. 4. de fide ortho. c. 14

25 *Participatio meritorum eſt in Eccleſia.*

Caritate efficimur participes omniũ bonorũ, quæ in Eccleſia ſunt.

Sed alia etiã cõmunio in Eccleſia cogitanda eſt. Quęcunque enim piè ſanctèque ab vno ſuſcipiuntur, ea ad omnes pertinent, & , vt illis proſint, *a* caritate; quæ non quærit, quæ ſua ſunt, efficitur. Id verò cum S. Ambroſij teſtimonio comprobatur, qui locum illum Pſalmi explanans; *b* Particeps ego ſum omnium timentium te, ita, inquit: Sicut membrũ particeps eſſe dicimus totius corporis, ſic coniunctum omnibus timentibus Deum. Quare Chriſtus eam nobis orandi formã præſcripſit; vt diceremus; *c* Panem noſtrum, & non meum; ac reliqua eius generis, non nobis tantùm, ſed omnium ſaluti, & cõmodis proſpicientes. At verò hæc bonorum communicatio, *d* membrorum humani corporis aptiſſima ſimilitudine, in ſacris litteris ſæpe demonſtratur. Nam in corpore multa ſunt membra; ſed etſi multa ſunt: vnum tamen corpus conſtituunt, in quo ſingula proprio, non autem omnia eodem munere funguntur. Nec verò omnia eandem dignitatem habent, *e* aut æquè vtiles & decoras functiones exequuntur, nullique ſuum, ſed totius corporis commodum, atque vtilitas propoſita eſt. Omnia deinde tam apta inter ſe, & connexa ſunt, *f* vt, ſi vnum aliquod dolore afficitur, cætera itẽ naturæ cognatione, & conſenſu doleant: ſi contra bene affectũ eſt, cõmunis ſit omnibus ille iucunditatis ſenſus. Atque hæc eadem in Eccleſia licet cõtemplari: in qua etſi diuerſa ſunt membra, nempe variæ nationes, Iudæorum, Gentium, liberi, & ſerui, pauperes & diuites, cum tamen baptiſmo initiantur, vnum corpus cum Chriſto fiunt, *g* cuius ille caput eſt. Vnicuique præterea in hac Eccleſia ſuum munus aſſignatum eſt. Vt enim alij in ea *h* Apoſtoli, alij Doctores,

a 1. Cor. 13. S. Amb. in pſ. 118. ſerm. 8.
b Pſal. 118. 63.
c Matt. 6. 11.
d Rom. 12. 4. 5. 1. Cor. 12. 12. 13 Epheſ. 16.
e 1. Cor. 12. 15. 16.
f Ibid. 26.
g Epheſ. 1. 23. Coloſ. 1. 18.
Functionũ in Eccleſia varietas.
h 1. Cor. 12. 28.

res, omnes verò publicæ vtilitatis cauſa ſunt conſtituti: ita aliorum eſt præeſſe, ad docere; aliorum item parere, & ſubiectos eſſe.

26 *Scelerati in Eccleſia participatione bonorum ſpiritualium non gaudent.*

At verò tot antiſque muneribus, ac bonis diuinitus, collatis, illi fruuntur, qui in charitate vitam Chriſtianam degunt, iuſtique, & cari Deo ſunt. Membra verò mortua, nimmirum homines ſceleribus obſtricti, & à Dei gratia alienati; hoc quidem bono non priuantur, vt huius corporis membra eſſe deſinant, ſed cùm ſint mortua, fructum ſpiritualem, qui ad iuſtos, & pios homines peruenit, non percipiunt, tametſi, cùm in Eccleſia ſint, ad amiſſam gratiam, vitamque recuperandam ab ijs adiuuantur, qui ſpiritu viuunt, & eos fructus capiunt, quorum expertes eſſe dubitari non poteſt, qui omnino ab Eccleſia ſunt præciſi.

Epheſ. 4. 11. Scelerib. capitalibus obſtricti fructu ſpiritua. é non percipiunt, hoc poteſt colligi ex 1 Ioan 7.14 & Augu. ſuper Pſal. 70. cóc. 2. Gratiæ gratis datæ in Eccleſia etiam communes.

27 *Gratia gratis data, & cætera Dei dona toti Eccleſia ſunt communia.*

Nec verò tantum communia ſunt ea dona, quæ homines caros Deo, ac iuſtos reddunt, ſed gratiæ etiam gratis datæ, in quibus numerantur *a* ſcientia, prophetia, donum linguarum, ac miraculorum, & cætera huius generis: quæ dona, malis etiam nominibus, non priuatæ, ſed publicæ vtilitatis cauſa, ad ædificandam Eccleſiam conceduntur; nam ſanitatis gratia, non illius qui ea præditus eſt, ſed ægroti curandi cauſa tributa eſt. Ac nihil tandem à verò Chriſtiano homine poſſidetur, quod ſibi cum cæteris omnibus commune eſſe non exiſtimare debeat, quare ad ſubleuandam indigentium miſeriam prompti, ac parati eſſe debent. nam *b* qui huiuſmodi bonis ornatus eſt; ſi viderit fratrem ſuum egere, nec illis ſubuenerit, is Dei charitatem non habere plane conuincitur. Quæ cum ita ſe habeant, ſatis conſtat eos, qui in hac ſancta communione ſunt, quadam fælicitate perfrui, & verè illud dicere poſſe; *c* Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini; &, *d* Beati qui habitant in domo tua Domine.

a 1. Cor. 12. 8. 9.

b Ioan. 3. 17. Iac. 2. 15. 16.

c Pſal. 83. 2.

d Ibid. 5.

DE

CAP. XI.

SIMON.

Remiſſionem peccatorum.

1 *Quomodo neceſſarium ſit credere Remiſſionem peccatorũ eſſe in Eccleſia.*

Sine certa articulorũ ſymboli fide nemo ſaluatur.

NEmo eſt, qui cum videat hunc articulum de remiſſione peccatorum in cæteris fidei articulis numeratum eſſe, dubitare poſſit, eo non ſolum diuinum aliquod myſterium, ſed etiam ad ſalutem comparandam maximè neceſſarium contineri. Nam antea declaratum eſt, ſine certa eorum fide, quæ in Symbolo credenda proponuntur, nemini ad Chriſtianã pietatem aditum patere. Verum, ſi id, quod per ſe omnibus notum eſſe debet, aliquo etiam teſtimonio confirmandum videatur, ſatis illud erit, quod Saluator noſter paulò ante aſcenſum in cœlum, de ea re teſtatus eſt, cum diſcipulis ſenſum aperuit, vt intelligerent Scripturas: *a* Oportebat, inquit, Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pænitẽtiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hieroſolyma. Quæ verba, ſi Parochi animaduerterint, facilè intelligent, cum cætera, quæ ad religionem pertinent, fidelibus tradenda ſint, tum verò præcipuè huius articuli diligenter explicandi magnam eis à Domino neceſſitatem impoſitam eſſe.

a Luc. 24.46. 47. Iſa. 53. 5. 6. Dan. 9. 24. Matth. 1.22.

2 *In Eccleſia veram eſſe remittendorum peccatorum poteſtatẽ.*

Munus igitur Parochi erit, quod ad hunc locum attinet, docere non ſolùm peccatorum remiſſionem in Catholica Eccleſia reperiri, de qua Iſaias prędixerat: *b* Populus, qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas: ſed etiam poteſtatem *c* peccata remittendi in ea eſſe: qua, ſi ritè, & ſecundum leges à Chriſto Domino præſcriptas Sacerdotes vtantur, verè peccata remmitti, & condonari credendum eſt.

b Iſa. 33. 24. c Ioan. 20. 23. Cypr. lib. 1. ep. 1. ad Corneliũ Chry. lib. 3 de Sacr. Aug. lib. 50. ho. 49. De lib. 3. c. 13.

3 Qua

3 *Qua ratione peccata in Eccleſia remittantur.*

Culpa oïs & pœna in baptiſmo remittitur.

Hæc autem venia, cũ primùm fidem profitentes ſacro baptiſmo abluimur, adeo cumulatè nobis datur, vt nihil aut culpæ delendum, ſiue ea origine contracta, ſiue quid propria voluntate omiſſum, vel commiſſum ſit, aut penæ perſoluendũ, relinquatur. Verũ per baptiſmi gratiã nemo tamen ab omni naturæ infirmitate liberatur; quin potiùs, cũ vnicuique aduerſus concupiſcentiæ motus, quæ nos ad peccata incitare nõ deſinit, pugnandum ſit, vix vllum reperias, qui vel tam acriter reſiſtat, vel tam vigilanter ſalutem ſuam tueatur, vt omnes plagas vitare poſſit.

Hæc latiùs vbi de baptiſmo agetur. Baptiſmo non tollitur concupiſcentia Cõcil. Tri. ſeſſ 5 c 5. Aug. lib, 2. de peccat. morta. cap. 23. & 1. de Ciuit. cap. 25.

4 *Præter baptiſmum remitti peccata in Eccleſia virtute clauium oſtenditur.*

Cum igitur neceſſe fuerit in Eccleſia poteſtatem eſſe peccata remittendi, alia etiam ratione, quàm in baptiſmi ſacramento, claues regni cælorum illi concreditæ ſunt, quibus poſſit vnicuique pœnitenti, etiam ſi vſque ad extremum vitæ diem peccaſſet, delicta condonari. Clariſſima huius rei teſtimonia in ſacris litteris habemus. Nam apud S. Matthæum Dominus ita ad Petrum loquitur: *a* Tibi dabo claues regni cælorum, &, quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis; &, quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Item: *b* Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Deinde S. Ioannes teſtatur Dominum, cum inſufflaſſet Apoſtolis, dixiſſe: *c* Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &, quorum retinueritis, retenta ſunt.

a Matt. 16. 19. 20.
b Matt. 8. 18.
c Ioan. 20. 23.

5 *Nullis certis peccatis, & temporibus, poteſtas remittendi peccata circumſcribitur.*

Potéſtatis remittendi peccata amplitudo.

Neque verò exiſtimandum eſt hanc poteſtatem certis quibuſdam peccatorũ generibus definitã eſſe. Nullũ enim tã nefariũ facinus, vel admitti, vel cõgitari poteſt, cuius remittendi poteſtatem ſancta Eccleſia nõ habeat; quemadmodum etiam nemo adeò improbus, & ſceleſtus fuerit, quem, *d* ſi erratorum ſuorum verè pęniteat, certa ei veniæ ſpes propoſita eſſe non debeat. Sed neque hæc eadẽ poteſtas ita circumſcribitur, vt præfinito ſolũ aliquo tempore ea vti liceat. Nam quacumq; hora peccator ad ſani-

Vide Ambroſ. lib. 1 de pen. cap. & 2. Au. in enchir. c. 3. d Ezech. 18. 21. 22.

a Matt. 18.21. 22.

ſanitatem redire voluerit, reijciendum non eſſe docuit, *a* Saluator noſter, cùm Principi Apoſtolorum interroganti, quoties peccatoribus ignoſcendũ eſſet, an ſepties, reſpondit: Non ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties.

Soli Sacerdotes interuenientibus tũ Sacramẽtis remittũt in Eccleſia peccata. Cõc. Tri. ſeſ. 24. cap. 6. in doctrina de pę. Hier. ep. 1. ad Helio. Au. lib. 20 & deciu cap. 9 Chriſtus primaria cauſa remiſſionis peccatorum ſacerdotes sũt & ſacramẽta inſtrumẽtales. Cõc. Trid. Seſſ. 5. c. 7 & ſeſſ. 14. c. 1. 2. & 6. Cle. epi. 4. ad Iulia.

6 *Non omnibus Chriſtianis poteſtas remittẽdi peccata eſt cõceſſa.*

Verùm, ſi miniſtros diuinæ huius poteſtatis ſpectemus, ea minùs latè patere videbitur. Dominus enim non omnibus, ſed Epiſcopis tantùm & ſacerdotibus, tã ſãcti muneris, poteſtatẽ dedit. Idẽ etiam cenſendũ erit, quod ad rationẽ eius poteſtatis exercendæ pertinet. Nã per ſacramenta ſolũ, ſi eorum forma ſeruetur, peccata remitti poſſunt: aliter enim nullum ius à peccatis ſoluendi Eccleſiæ datum eſt. Ex quo ſequitur tum ſacerdotes, tum ſacramenta ad peccata condonanda, veluti inſtrumenta, valere: quibus Chriſtus Dominus auctor ipſe, & largitor ſalutis remiſſionem peccatorum, & iuſtitiam nobis efficit.

7 *Quantũ ſit munus remittendorum peccatorũ Eccleſiæ cõceſſũ.*

Iuſtificatio peccatorũ eſt infinitæ Dei potentię opus Rom. 8. 33. 1. Cor. 11. D. Aug. 11. 61 in Ioan. & colligitur etiã ex Pſal. 144. 6.

Vt autem fideles cæleſte hoc munus, quod ſingulari in nos Dei miſericordia Eccleſiæ donatum eſt, magis ſuſcipiant, atque ad eius vſum, & tractationem ardentiori pietatis ſtudio accedant, conabitur Parochus huius gratiæ dignitatem, & amplitudinem demonſtrare. Ea autem ex hoc potiſſimùm perſpicitur, ſi, cuius virtutis ſit peccata remittere, & homines ex iniuſtis iuſtos reddere, diligenter expoſitum fuerit. Conſtat enim infinita, & immenſa Dei vi hoc effici: quam eandem, in excitandis mortuis, & in mundi creatione neceſſariam eſſe credimus. Quòd ſi etiam, vt Auguſtini ſententia confirmatur, maius opus exiſtimandum eſt, aliquem ex impio pium facere, quàm cælum, & terram ex nihilo creare, cum ipſa creatio non niſi ex infinita virtute poſſit exiſtere; conſequens eſt, vt multò magis peccatorum remiſſio infinitæ poteſtati tribuenda ſit.

Solus Deus peccata remittit, quod ſimilitudine declaratur. Aug. l. 1. de pec. meritis c. 23. & hõ. 23. in lib. 30 hom. Ambr. lib. 2. de Cain. & Abel. cap. 4.

8 *Nullus præter ſolum Deũ propria auctoritate peccata remittit.*

b Iſaiæ. 4. 31. Matt. 9. 3. Marc. 2. 7.

Quare veriſſimas eſſe priſcorum Patrum voces agnoſcimus, qui confitentur ab vno Deo peccata hominibus condonari: neque ad alium auctorem, quàm ad ſummam eius bonitatem, & potentiam, tam mirificum opus referendum eſſe; *b* Ego ſum, inquit ipſe Dominus per Prophetam, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas

Nam

Nam ſcelerum remittendorũ eadem ratio videtur eſſe, quam in pecunia debita ſeruare oportet. Quemadmodum igitur à nemine, niſi creditore pecunia, quæ debetur, remitti poteſt: ita, cum vni Deo peccatis obſtricti ſumus (ſi quidem quotidie oramus; *a* Dimitte nobis debita noſtra) perſpicuum eſt à nemine, præter illum, debita nobis condonari poſſe. a Matt.6.12.

9 *Poteſtas remittendi peccata ante Chriſtum natum nulli mortalium conceſſa fuit.*

Hoc verò admirabile, & diuinum munus, antequam Deus homo fieret, nulli creatæ naturæ impertitũ eſt. Primus omniũ Chriſtus, Saluator noſter, vt homo, cũ idem Deus verus eſſet, hoc munus à cœleſti Patre traditum, accepit: *b* Vt ſciatis, inquit, quia filius hominis habet poteſtatẽ in terra dimittẽdi peccata, ait paralytico: ſurge, tolle grabatũ tuũ, & vade in domũ tuam. Cum igitur homo factus eſſet, vt hominibus hanc peccatorum veniam largiretur, priuſquã in cælum aſcenderet, vt ibi ad dexteram Dei perpetuùm ſederet, *c* eam poteſtatem Epiſcopis, & presbyteris in Eccleſia conceſſit; quanquam, vt antea docuimus, Chriſtus ſua auctoritate, cæteri, vt eius miniſtri, peccata dimittunt. Quamobrem ſi, quę infinita virtute effecta ſunt, maximè admirari, & ſuſcipere debemus; ſatis intelligimus, pretioſiſſimũ hoc munus eſſe, quod Chriſti Domini benignitate Eccleſię donatum eſt.

Chriſtus vt homo poteſtatem habuit remittẽdi peccata excellẽter, vide D.Th in 3 par.6.64. b Matth.9.6. Marc.2.9. c Ioan.20.21.

10 *Qua virtute homines peccatorum ſuorũ veniã conſequãtur.*

Sed ipſa etiã ratio, qua Deus clemẽtiſſimus Pater, mũdi peccata delere cõſtituit, animos fideliũ ad huius beneficij magnitudinẽ contemplandã vehemẽter excitabit. *d* Sanguine enim vnigeniti ſui filij ſcelera noſtra expiari voluit, vt pęnã, quã nos pro peccatis cõmeruimus, vltrò ille perſolueret, *e* iuſtuſque pro iniuſtis dãnaretur, innocẽs pro reis morte acerbiſſima afficeretur. Quare cũ animo cogitabimus, *f* nos nõ corruptibilibus auro, & argẽto redẽptos eſſe, ſed pretioſo sãguine, quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati, facilè ſtatuemus, nihil nobis ſalubriùs cõtingere potuiſſe hac remittẽdi peccata poteſtate, quæ inexplicabilem Dei prouidentiã, ſummamque erga nos chatitatẽ oſtẽdit. Ex hac autẽ cogitatione maximus fructus ad omnes perueniat, neceſſe eſt.

Chriſti sãguine peccata remitti. d Rom.3.24.25.& 5.9. Eph.1.7. Apoc.1.5.& 7.& 24. e 1.Pet.3.18. f 1.Pet.1.18.19.

11 *Quo maximè pacto cernatur amplitudo beneficij, quod poteſtate clauium offertur.*

Mortalis peccati effectus. a Heb. 10.26. b 1. Cor. 6. 9. 10. Galat. 5. 19. 20. Apoc. 22. 15. Quantum ſit beneficiū, in poteſtate clauium Eccleſię conceſſum.

Nam qui Deum mortali aliquo peccato offendit, quidquid meritorum *a* ex Chriſti morte, & cruce cōſequutus eſt, ſtatim amittit, & *b* omnino, paradiſi aditu, quē prius interclusum, ſaluator noſter paſſione ſua omnibus patefecit, prohibetur. Quod quidem cum in mentem venit, facere non poſſumus, quin humanæ miſeriæ cōſideratio vehemēter ſollicitos nos habeat. Verū ſi animū ad hanc admirabilem poteſtatem referamus, quæ Eccleſiæ diuinitùs tributa eſt: & huius articuli fide confirmati, oblatā vnicuiq; facultatem credamus, vt poſſit, diuina ope adiutus, in priſtinum dignitatis ſtatum, reſtitui; tūc verò cogimur ſummo gaudio, & lętitia exultare, & immortales, Deo gratias agere. Ac profectò, ſi grata, & iucunda medicamēta videri ſolent, quæ nobis medicorū arte, & induſtria, cum graui aliquo morbo laboramus, parantur; quantò iucundiora eſſe debent ea remedia, quæ Dei ſapientia ad animorum curationem, atq; adeò ad vitā reparandā inſtituit? cū præſertim, non quidē dubiam ſalutis ſpē, vt medicinæ illæ, quæ corporibus adhibentur, ſed certiſſimam ijs, qui ſanari cupiunt, ſalutem afferant.

Simile.

12 *Cur, ac quomodo remedia in poteſtate clauium Eccleſiæ tributa Chriſtiani frequentare debeant.*

Frequētādum pænitētiæ ſacramentum. Propter veniç facultatē non peccandum. Eccl. 5. 56. & 21. 1. Non differendam eſſe Penitētiam vſque ad mortē docet Chriſtus. Luc. 12. 30 40. Ioan. 3 4 & 12 35. Vide Aug. trac. 33 in Ioā & lib. 50. ho. 41. ho Ami.

Erunt igitur fideles hortādi, poſtquàm tam ampli, & præclari muneris dignitatē cognouerunt, vt illud etiam ſtudeant ad ſuum cōmodum religiosè cōuertere. Vix enim fieri poteſt, vt qui re vtili, & neceſſaria nō vtatur, eam contemnere non exiſtimetur: preſertim verò, cùm Dominus hanc poteſtatem remittendi peccata ea re tradiderit Eccleſiæ, vt omnes hoc ſalutari remedio vterētur: nam quēmadmodū nemo ſine baptiſmo expiari poteſt, ita quicūque baptiſmi gratiā mortiferis ſceleribus amiſſā recuperare voluerit, ad aliud expiationis genus nimirū pœnitentiæ ſacramentū, cōfugiat neceſſe eſt. Verùm hoc loco admonēdi ſunt fideles, ne, tam ampla veniæ facultate propoſita, quā etiā nullius temporis termino definiri declarauimus vel ad peccandū faciliores, vel ad reſipiſcendū tardiores reddantur: In altero enim, cū iniurioſi, & contumelioſi in hanc diuinam poteſtatem

mani-

manifeſtè deprehendantur, digni ſunt, quibus Deus miſericordiam ſuam impertiatur; in altero verò, magnoperè verendum eſt, nè morte præoccupati fruſtra peccatorum remiſſionem confeſſi fuerint, quam tarditate, & procraſtinatione meritò amiſerunt.

lib. de pœnitẽ. c.1. & 2. c. 11.

DE VNDECIMO ARTICVLO.

CAP. XII.

MATTHÆVS.

Carnis reſurrectionem.

1 *Quantum referat de hoc articulo exploratã habere cognitionẽ.*

Magnam huius articuli vim eſſe, ad fidei noſtræ veritatem ſtabiliendam id maximè oſtendit, quod *a* diuinis literis non ſolùm credendus fidelibus proponitur, ſed multis etiam rationibus confirmatur. Quod quidem cùm in alijs Symboli articulis, vix fieri videam⁹ intelligi poteſt, hoc, veluti firmiſſimo fundamento, ſalutis noſtræ ſpem nixam eſſe. Nam, vt Apoſtolus ratiocinatur; *b* Si mortuorum reſurrectio nõ eſt, neque Chriſtus reſurrexit: quod ſi Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra. In eo igitur explicando Parochus non minus operæ & ſtudij ponet, quàm, in eo euertendo multorum impietas laborarit: magnas enim & præclaras vtilitates ex ea cognitione ad fidelium fructum redundare, paulò poſt demonſtrabitur..

Reſurrectionis articulus Scripturis Præcipuè eſt confirmatus.
a Iob. 19. 16. Iſaiæ 26. 19. Ezech. 37. Ioan. 11. 24. b 1. Cor. 15. 14 15.
Animam immortalem eſſe probat. Iren. lib. 2. c. 44. ex Gen. 27. & pſ. 20. 5 & 148. c. 6. vide item Lactan. lib. 7. cap. 8. 9. 10. & 11. & Aug. in 3. ciuit. cap. 2. Iſaiæ 40 6. Ioan. 1. 34. Gen. 3. 1c.
Corpus ſolũ corrumpitur.

2 *Cur Apoſtoli reſurrectionem hominum, hic Carnis reſurrectionem appellarint.*

Sed hoc in primis attendere oportebit, reſurrectionẽ hominum in hoc articulo carnis reſurrectionẽ appellari. Quod quidem ſine cauſa factũ non eſt. Nã docere voluerunt Apoſtoli id, quod neceſſariò ponendũ eſt, animã eſſe immortalẽ. Quare ne quis fortè eã ſimul cũ corpore interijſſe, vtrumque verò in vitã reuocari exiſtimaret, cũ

animā plurimis ſacrarū litterarū locis immortalem eſſe, planè conſtet, ob eam rē carnis tantū ſuſcitandę mētio in articulo facta eſt; & quāquā ſępe etiā in ſacris ſcripturis caro integrū hominem, vt eſt apud Iſaiam; *a* Omnis caro fęnū, & apud S. Ioannem *b* Et verbum caro factum eſt; ſignificat; hoc tamē loco Carnis vox, corpus declarat, vt duarū partium animæ, & corporis, quibus homo cōſtat, alterā tantùm, nempè corpus corrūpi, *c* & in puluerē terræ, ex qua compactū eſt, redire, animā verò incorruptā manere, intelligamus. At verò, cum nemo, niſi mortuus fuerit, ad vitā reuocetur, anima propriè nō dicitur ſurgere. Carnis quoque mentio facta eſt illius hæreſis cōfutandę cauſa, quæ, viuo *d* Apoſtolo, Hymenæi, & Pileti fuit, qui aſſerebant, cū de reſurrectione in ſcripturis ſacris ageretur, nō de corporea, ſed de ſpirituali, qua à morte peccati ad vitam innocentē reſurgitur, accipiendum eſſe. Itaque his verbis planum ſit, eum errorem tolli, & veram corporis reſurrectionem cōfirmari.

Anima cum non interea non reſurgit
a 2. Tim. 16. 17 18.
Errorem hūc Baſilides ſecutus, eſt, teſte. Iren. lib 1. 23. & omnis Gnoſticorum tex. idem lib. 2. ca. 56. cōtra verò eū reſurrectionē aſtruit idē lib. 4. cap. 24. & 5. cap. 2. 3. 5. 6. 7. & 8. vide itē Ter. Iuſtinū, Atenagoram, & alios
b 3. Reg. 27. 29. 20.
c 4. Reg. 4. 34. 35.
d Matt. 9. 14. 25. Luc. 7. 13. 4. 14 Ioan. 11. 32. 34
e Act. 9. 39. 4. & 10. 10 11. 12
f Iren. lib. 2. c. 56. & Euſeb. lib. 5. cap. 7. Amb. ſer. 50. de S. Agneſe.
g Iob. 19. 25. 26.
h Dan. 12. 2.
i Matt. 22. 31. 32. Ma. 12. 25. 26. Luc. 30. 33.
K Mat. 25 31. 32. & 19. 28. Mat. 13. 26. 27. 30. & 18. 1. Cor. 15. 12. 13. 14.

3 *Quibus potiſſimum Scripturis doctrina de vera corporum reſurrectione, ſtabilienda ſit.*

Verùm Parochi partes erūt, hāc veritatē illuſtrare exēplis ex veteri, nouoq. Teſtamēto, & ex omni Eccleſiaſtica hiſtoria deprōptis; alij enim *e* ab Helia, & *f* Heliſeo in veteri teſtamēto, alij præter eos, quos *g* Chriſtus Dñs à morte excitauit, à ſanctis *h* Apoſtolis, *i* alijſque permultis ad vitā reuocati ſunt, quæ reſurrectio multorū huius articuli doctrinā cōfirmat. Vt enim plures à morte excitatos credimus; ita vniuerſos ad vitā reuocatū iri, credēdum eſt, quin etiā pręcipuus fructus, quem nos ex huiuſmodi miraculis capere debemus, ille eſt, vt ſummā fidē huic articulo tribuamus. Sunt multa teſtimonia, quę Parochis, qui in ſacris litteris mediocriter verſati ſunt, facilè occurēt. Illuſtriora verò loca ſūt in veteri quidē teſtamento, quæ leguntur apud Iob, *k* cū ait, ſe in carne ſua conſpecturū Deū ſuum; & apud Danielem de ijs, qui in pulueris terræ dormiunt, alios in vitam æternā, alios in opprobrium ſempiternū euigilaturos; in nouo autē teſtamento, quę ſanctus Matthæus, refert de diſputatione, quā Dominus cū Saducæis habuit præterea *l* quæ Euāgeliſtę narrant de extremo iudicio. Atque huc etiā referēda

ſunt,

ſunt, quæ Apoſtolus *a* ad Corinthios, & *b* Theſſaloni-
cenſes ſcribens, accurrata oratione diſſeruit.

a 1. Theſ. 5. 13 14. 15.
b 1. Cor. 15. 36 37. 38.

4 *Quibus ſimilitudinibus eadem veritas ſtabiliri poſſit.*

Sed, quamuis hoc fide certiſſimũ ſit, multũ tamẽ proderit vel exẽplis, vel rationibus oſtendere, id quod fides credendũ proponit, à natura, aut ab humanę mẽtis intelligentia nõ abhorrere, itaq. Apoſtolus, quærẽti, quomodo reſurgerẽt mortui, ſic reſpõdit; *c* Inſipiẽs, tu quod ſeminas, nõ viuificatur, niſi prius moriatur; & quod ſeminas, nõ corpus, quod futurũ eſt, ſeminas, ſed nudũ granũ, vt puta, tritici, aut alicuius cęterorũ; Deus autẽ dat illi corpus ſicut vult. & paulò poſt inquit: Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione. Ad eã ſimilitudinem multa præterea adiungi poſſe, S. Gregorius oſtẽdit. Lux enim, inquit, quotidie quaſi moriẽdo oculis ſubtrahitur, & rurſus quaſi reſurgendo reuocatur, & arbuſta viriditatẽ amittũt, & rurſus quaſi reſurgẽdo reparãtur, & ſemina putreſcẽdo moriũtur, & rurſũ germinãdo reſurgũt.

c Ibid. 42.

S. Greg. lib. 12. mor. c. 28. 29. & 30.

5 *Rationes, quibus hæc ipſa veritas comprobatur.*

Rationes illę pręterea, quæ ab Eccleſiaſticis ſcriptoribus afferuntur, ſatis ad eam rem probandam accõmodatę videri poſſunt. Ac primũ quidẽ, cũ animæ immortales ſint, & tanquam pars hominis ad humana corpora naturalem propenſionem habeant, eas à corporibus ſeiunctas perpetuò manere, præter naturam exiſtimandũ eſt. Quoniam verò, quod naturæ aduerſatur, ac violentũ eſt, diuturnum eſſe non poteſt, cõſentaneum fore videtur, vt denuò cum corporibus iungantur: ex quo etiam ſequitur, vt corporum reſurrectio futura ſit; quo quidẽ argumentandi genere Saluator ipſe noſter vſus videtur, cum aduerſus Saducęos diſputans, ex animarum immortalitate corporum reſurrectionem concluſit. Deinde, cùm malis ſupplicia, bonis pręmia à iuſtiſſimo Deo ſint propoſita; ex illis verò quamplurimi, antequam debitas pęnas perſoluant, ex his magna ex parte nullis affecti virtutis præmijs è vita decedant, neceſſe eſt iterum animas cum corporibus coniungi, vt pro ſceleribus, aut rectè factis corpora, quibus veluti peccati socijs homines vtuntur, vnà cum anima pęna, aut pręmio afficiãtur; qui locus diligentiſſimè tractatus eſt à S. Chryſoſtomo in

Hæc ratio ſumitur ex Ari. de anima tex. 4. & Auguſt. lib. 10. ſuper Gen. cap. 35. Animę pręter naturam perpetuo ſeparãtur à corpore.

Vide hãc rationem apud Dam. lib. 4. de fide orth. cap. 18. & Amb. in lib. de fide reſurrect. S. Chryſ. hom. 49. 50. ad popul. Ant. vide item hom. 44. in Ioan.

in homilia ad populū Antiochenum. Quare Apoſtolus, cū de reſurrectione diſſereret; Si in hac vita, inquit, tantū in Chriſto ſperātes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Quæ quidē verba nemo ad animæ miſeriam referri exiſtimabit: quæ cum immortalis ſit, quāuis corpora nō reſurgerent, in futura tamen vita, beatitudine frui poſſet; verū de toto homine intelligēda ſunt: niſi enim corpori debita pro laboribus præmia reddantur, neceſſe eſt, vt qui, quemadmodū Apoſtoli tot ærumnas, & calamitates in vita perpeſſi sūt, omniū ſint miſerrimi. Idem verò multo apertius docet ad Theſſalonicēſes his verbis; *a* Gloriamur in Eccleſijs Dei pro patiētia veſtra, & fide, in omnibus perſecutionibus veſtris, & tribulationibus, quas ſuſtinetis in exemplū iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini† in regno Dei, pro quo & patimini; ſi tamen iuſtū eſt apud Deū retribuere tribulationē ijs, qui vos tribulant, & vobis, qui tribulamini, requiem nobiſcum, in reuelatione Domini Ieſu, de cęlo cū Angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam ijs, qui non nouerūt Deū, & qui nō obediūt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti. Adde etiā nō poſſe homines, quādiu anima à corpore ſeiuncta eſt, plenā fœlicitatem, & bonis omnibus cumulatā adipiſci. Vt enim quę libet pars à toto ſeparata, imperfecta eſt; ita etiā anima, quæ corpori non eſt adiuncta; ex quo ſequitur, vt illi ad ſummā fœlicitatem nihil deſit, corporum reſurrectionem neceſſariam eſſe. His igitur, atque alijs huiuſmodi rationibus Parochus fideles in hoc articulo erudire poterit.

a 2. Theſ. 1. 4.

† In editione vulgata nō eſt In, ſed in quibuſdā exemplaribus M. S. inuenitur.

Plena beatitudo hominis non eſt niſi anima corpori iungatur.

6 Null⁹ homo tūc inuenietur qui mortis, & reſurrectionis ſit expers.

De varia reſurgentium conditione.

Explicare præterea diligenter oportebit, ex Apoſtoli doctrina, quinam ad vitam ſuſcitandi ſint, nā ad Corintios ſcribens, *b* Sicut in Adam, inquit, omnes moriuntur, ita, & in Chriſto omnes viuificabuntur. Omni itaq; malorum, bonorumque diſcrimine remoto, omnes à mortuis, quamquam nō omnium par cōditio futura eſt, reſurgēt, *c* qui bona fecerunt, in reſurrectionē vitæ, qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. Cum autem omnes dicimus, tam eos intelligimus, qui aduentante iudicio mortui erunt, quam eos qui morientur. Huic enim ſententiæ, quæ aſſerit omnes morituros eſſe nemi-

b 1. Cor. 15. 22

c Ioan. 5. 29.

Omnes homines morientur ant. quam iudicio finis imponatur.

nemine excepto, Eccleſiam acquieſcere, ipſamque ſententiam magis veritati conuenire, ſcriptam reliquit ſanctus Hieronymus: idem ſentit, & S. Auguſtinus. Neque verò huic ſententiæ repugnāt Apoſtoli verba, ad Theſſalonicēſes ſcripta: *a* Mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi: deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aera. Nam ſanctus Ambroſius, cùm ea explanaret, ita inquit: In ipſo raptu mors† præueniet, & quaſi per ſoporem, vt egreſſa anima in momento reddatur; cū enim tollentur, morientur, vt peruenientes ad Dominū præſentia Domini recipiant animas, quia cum Domino mortui eſſe non poſſunt. Eademque ſententia comprobatur S. Auguſtini auctoritate, in libro de ciuitate Dei.

Hier. p. 153. ad Mineruum, & Alexandrum. Aug. li. 20. de ciuit. cap. 20. a 1. Theſ. 4. 16. 17. S. Ambr. in 1. epiſt. ad Theſ. cap. 4. † proueniet. Auguſt li. 20. de ciuit. Dei cap. 20.

7 *Idē prorſus corpus anima humana in extremo iudicio recipiet.*

Cum verò multū referat, nobis certò perſuaderi, hoc ipſum, atque adeò idem corpus, quod vniuſcuiuſque proprū fuit, quamuis corruptum ſit, & in puluerē redierit, tamen ad vitā ſuſcitandū eſſe, illud etiam Parochus accuratè explicandū ſuſcipiet. Hęc Apoſtoli eſt ſententia, cū inquit: *a* Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: ea voce, hoc, propriū corpus aperte demōſtrat. Iob etiam de eo clariſſimè vaticinatus eſt. *b* Et in carne mea, inquit, videbo Deum, † quē viſurus ſum ego ipſe & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Hoc idē colligitur ex ipſius reſurrectionis definitione. Eſt enim reſurrectio, auctore Damaſceno, ad eū ſtatum vnde cecideris, reuocatio. Deniq; ſi cōſideremus, cuius rei cauſa reſurrectio ſit futura, vt paulò ante demonſtratū eſt: nihil erit, quod cuiuſquam animū hac in re dubium facere poſſit.

Idem omnino corpus reſurget. Hier. in paulæ epitap. Greg. lib. 14. mor. cap. 29. Idem probari poteſt ex Iren. lib. 4. cap. 24. & cap. 2. 3. b 3. Cor. 15. 53 † Saluatorem meum addūt M.S. quędam. Damaſ. lib. 4. de orthod. fide, cap. 28. Reſurrectionis cauſ, vide ſect. 5.

8 *Cuius rei cauſa reſurrectio corporum diuinitùs ſit inſtituta.*

Idcirco autem corpora excitanda eſſe docuimus, *c* vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malū. Hominē igitur in ipſo corpore, cuius opera, vel Deo, vel dęmoni ſeruiuit, reſurgere oportet: vt cū eodem corpore triumphi coronas, & præmia conſequatur, aut pœnas, & ſupplicia miſerrima perferat.

2. Cor. 5. 10. c Iob. 19. 26. 27.

9 *Corpora cōtractā in hac mortali vita deformitatē nō reſumēt.*

Neque verò corpus tantum reſurget, ſed quidquid ad illius naturæ veritatem, atque ad hominis decus, & orna-

Corporis reſurgentis pulchritudo, & integritas

S. Aug. lib. 22. de ciuitat. Dei. cap. 19. & 20. & 22. & Enchir. ca. 86. 87. 88. & 90. vide itẽ Hier. in epiſt. ad Pamachium. de erroribus Ioã Hieroſ. Capillos quos homo accipiet. Auguſt. lib. 22 ciuit. cap. 19. & Enchir. c. 89

a Matt. 10. 30.

ornamentum pertinet, reſtituendum eſt. Præclarũ ea de re S. Auguſtini teſtimoniũ legimus. Nihil tunc vitij, inquit, in corporibus exiſtet: ſi aliqui plus pinguedine obeſi, & craſſi extiterint; non totam corporis molem aſſument, ſed quod illam habitudinem ſuperabit reputabitur ſuperfluum: & è diuerſo, quodcũq; vel morbus, vel ſeniũ confecit in corpore, reparabitur per Chriſtum virtute diuina: vt ſi aliqui propter macrorẽ fuerint gracile, quia Chriſtus non ſolùm nobis corpus reparabit, ſed quidquid per miſeriam huius vitę fuerit nobis ademptũ. Item alio loco: Nõ reſumet homo capillos, quos habuerit, ſed quos decuerit, iuxta illud: *a* Omnes capilli capitis veſtri numerati ſunt, qui ſecundũ diuinam ſapiẽtiam ſunt ſeparandi. In primis verò, quoniam membra ad veritatem humanæ naturæ pertinent, ſimul reſtituentur omnia. Qui enim vel ab ipſo ortu oculis capti ſunt, vel ob aliquẽ morbum lumina amiſerũt, claudi, atq; omnino manci, & quibuſuis mẽbris debiles, integro ac perfecto corpore reſurgent, aliter enim animæ deſiderio, quæ ad corporis coniunctionem propenſa eſt, minimè ſatisfactum eſſet: cuius tamen cupiditatem in reſurrectione explendam eſſe, ſine dubitatione credimus. Præterea ſatis conſtat, reſurrectionem, æquè, ac creationem, inter præcipua Dei opera numerari. Quemadmodum igitur omnia à Deo initio creationis perfecta fuerunt, ita etiam in reſurrectione futurũ omnino affirmare oportet.

10 *Martyres corporibus integris reſurgentes in eis vulnerum cicatrices geſtabunt.*

vide lib. 22 de ciuit. Dei c. 20 vbi horũ verborum ſenſus planior eſt.

Cicatrices martyrum relinquẽtur poſt reſurrectionẽ ad cumulum fœlicitatis, in improbis. autẽ contra ad miſeriam.

Neque id de martyribus ſolũ fatendũ eſt, de quibus S. Auguſtinus ita teſtatur. Nõ erunt abſque illis mẽbris, nõ enim poſſet illa mutilatio, non eſſe corporis vitiũ, alioquin qui capite truncati ſunt, deberent ſine capite reſurgere: veruntamẽ extabunt in eorundẽ membrorũ articulis, gladij cicatrices, refulgentes ſuper omne aurum, & lapidem pretioſum, veluti cicatrices vulnerum Chriſti.

11 *Etiam improborum corpora mutilata hic, reſurgent integra.*

Quod de improbis quoque veriſſimè dicitur, & ſi illorum culpa membra amputata fuerint; nam quò plura membra habebunt, tanto acerbiori dolorum cruciatu conficientur: quare illa membrorum reſtitutio non ad

eorum

eorũ fælicitatem, ſed ad calamitatem, ac miſeriã erit redundatura: cùm merita non ipſis membris, ſed perſonæ, cuius corpori coniuncta ſunt, aſcribantur, nã ijs, qui pœnitentiam egerunt ad præmiũ, illis verò, qui eandem cõtempſerunt, ad ſuppliciũ reſtituentur. Hæc verò ſi à Parochis attentè conſiderentur, nunquam eis rerũ, & ſententiarum copia deerit ad excitandos inflammãdoſque pietatis ſtudio fidelium animos, vt vitæ huius moleſtias, & ęrumnas cogitantes, beatam illam reſurrectionis gloriam, quæ iuſtis, & pijs propoſita eſt, auidè expectent.

12 *Corpora hominũ poſtquàm reſurrexerint, qualia ſint futura.*

Sequitur nunc, vt fideles intelligant, ſi ea ſpectemus, quæ corporis ſubſtantiam conſtituunt, quamuis illud ipſum, atque idem corpus à mortuis reuocari oporteat, quod antea extinctum fuerat, longè aliã tamẽ, & diuerſam eius conditionem fore. Vt enim cætera omittamus, in eo maximè reſurgentium corpora omnia à ſeipſis different, quòd, cùm antea mortis legibus ſubiecta eſſent, poſteaquã ad vitam ſuſcitata fuerint, ſublato bonorum, malorumque diſcrimine, immortalitatem aſſequentur. Quàm quidem admirabilem naturæ reſtitutionem, inſignis Chriſti victoria meruit, quàm de morte reportauit, quemadmodum litterarum teſtimonia nos admonent: ſcriptum eſt enim, *a* Præcipitabit mortem in ſempiternũ, & alibi: *b* Ero mors tua, ò mors, quod explicans Apoſtolus, inquit. *c* Nouiſſime autẽ inimica deſtruetur mors, & apud S. Ioannẽ legimus; *d* Mors vltra non erit. Decebat autẽ maximè Chriſti Domini merito, quo mortis imperiũ euerſum eſt, peccatũ Adæ longo interuallo ſuperari. Idem etiam diuinæ iuſtitiæ conſentaneũ fuit, vt boni beata vita perpetuò fruerentur, mali verò ſẽpiternas pœnas luentes, *e* quærerent mortem, & non inuenirent; optarent mori, & mors fugeret ab eis. Atque hæc quidem immortalitas bonis, & malis cõmunis erit.

Corpus iuxtà ſubſtantiã idẽ prorſus reſurget, ſed tamen diuerſa qualitate. Corpora damnatorũ in medio igne fore perpetua probat Auguſ. cap. 21. ciuit. cap. 2. 3. 4.

a Iſa. 25. 8.
b Oſ. 13. 14.
c 1. Cor. 15. 26.
d Apoc. 21. 4.
Immortalitas, bonis, & malis cõmunis iuſtitiæ Dei cõſentanea.

e Apoc. 9. 4.

13 *Cuiuſmodi dotibus beatorum corpora poſt reſurrectionem erunt ornata.*

Habebunt præterea Sanctorum re diuiua corpora inſignia quędam, & præclara ornamenta, quibus multo nobiliora futura ſint, quàm vnquam antea fuerint. Præcipua verò ſunt quatuor illa, quæ Dotes appellantur, ex

Quatuor dotes reſurgentium corporum in beatis de quib⁹ ſupra

Apoſtoli Doctrina, à Patribus obſeruatæ, earum prima eſt. Impaſſibilitas, munus ſcilicet, & dos, quæ efficiet, ne moleſtiæ aliquid pati, vllo ve dolore, aut incommodo affici queant. Nihil enim aut frigorum vis, aut flammæ ardor, aut aquarum impetus obeſſe eis poterit. *a* Seminatur, inquit Apoſtolus, in corruptione, ſurget in incorruptione. Quod autem impaſſibilitatem, potius quàm incorruptionem ſcolaſtici appellauerint, ea cauſa fuit, vt quòd eſt propriũ corporis glorioſi, ſignificarent. Non enim impaſſibilitas illis communis eſt cum damnatis, quorum corpora, licèt incorruptibilia ſint, æſtuare tamẽ poſſunt, atque algere, varijſque cruciatibus affici.

Apoſtolum. Aug ſerm. 99. de tẽp Ambr. in cõmẽ in 1. ad Cor. D. Th. cont gent. lib. 4. cap. 86. Primũ ornamẽtum reſurgẽtiũ corporum in beatis, eſt impaſſibilitas a 1 Cor. 15. 1. vide item Iſa. 25. 8. & 49. 10. Apoc 7. 16. & 21. 4.

Damnatorum corpora licet ſint incorruptibilia, patitũ poſſunt vide Iſa. 66. 24. Matt. 13. 50 & 25. 46.

Hanc conſequitur Claritas, qua ſanctorũ corpora, tanquàm ſol fulgebunt. Ita enim apud Sanctũ Matthæũ teſtatur Saluator noſter: *b* Iuſti, inquit fulgebunt, ſicut ſol, in regno patris eorum. Ac, ne quis de eo dubitaret, *c* ſuæ transfigurationis exemplo declarauit. Hanc interdum Apoſtolus Gloriã, modò Claritatẽ appellat. *d* Reformabit, inquit, corpus humilitatis noſtrę cõfiguratũ corpori claritatis ſuæ, & rursũ. *e* Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria. Huius etiã gloriæ *f* imaginem quandã vidit populus Iſrael in deſerto, cũ facies Moyſis ex colloquio & præſentia Dei ita colluceret, *g* vt in eã filij Iſrael oculos intendere non poſſent. Eſt verò claritas hæc, fulgor quidã, ex ſumma animæ fœlicitate ad corpus redundãs, ita, vt ſit quædam communicatio illius beatitudinis, qua anima fruitur, quomodo etiam anima ipſa beata efficitur, quòd in eam pars diuinæ fœlicitatis deriuetur. Hoc verò munere non ęquè omnes, perinde ac primo, ornari credendum eſt: erunt quidem ſanctorum corpora omnia æquè impaſſibilia, ſed eundem ſplendorem non habebunt; nam vt teſtatur Apoſtolus, *h* Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum; ſtella enim à ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum.

Secũdum ornamẽtum eſt Claritas.
b Matt. 13 43. Sap. 3. 7. Dan. 12. 3.
c Matt. 17. 2.
d Pſal. 3. 21.
e 1. Cor 15. 4.
f Exod. 34 29. 30.
g 2. Cor. 3. 7.
Claritas hæc quid ſit.
h 1. Cor. 15. 41. 42.

Cum hac dote coniuncta eſt illa, quam Agilitatem vocant, qua corpus ab onere, quo nunc præmitur, liberabitur, facillimèque, in quamcũque partem anima voluerit, ita moueri poterit, vt ea motione nihil celerius eſſe queat: quemadmodum apertè Sanctus Auguſtinus in libro de ciuit. Dei, & Hieronymus in Iſaiam docuerunt.

Tertium ornamẽtũ agilitas Aug lib. 13. de ciu. cap. 18. & 20. & lib. 2. c. 12. Hier. in c. 40. Iſ. ſuper illa verba. Mutabunt fortitudinem.

runt. Quare ab Apoſtolo dictum eſt; *a* Seminatur in infirmitate, † ſurgit in virtute.

His verò addita eſt, quæ vocatur Subtilitas: cuius virtute corpus animę imperio omninò ſubijcietur, eiq; ſeruiet, & ad nutum præſto erit, quod ex illis Apoſtoli verbis oſtenditur: *b* Seminatur, inquit, corpus animale; ſurgit corpus ſpirituale. Hæc ferè præcipua ſunt capita, quæ in huius articuli explicatione tradenda erunt.

a 1. Cor. 15. 43.
† Editio vulgata ſurgeret, ſed M. S. & gręcum, Syriaq; exemplar legunt ſurgit, quæ auctor ſecutus eſt.
Quartum ornamentum. Subtilitas.
b 1. Cor. 15. 44

14 *Quem fructũ ex tantis reſurrectionis myſterijs fideles capiẽt.*

Vt autem fideles ſciant, quem fructũ ex tot tantorũq; myſteriorũ cognitione capere poſſint, primũ declarare oportebit, maximas à nobis Deo gratias agendas eſſe, *c* qui hęc ſapientibus abſconderit, & reuelauerit paruulis. Quot enim viri, vel prudẽtię laude præſtãtes, vel ſingulari doctrina prædití, in hac tam certa veritate cęci planè fuerũt? Quòd igitur nobis illa patefecerit, quibus ad eã intelligentiã adſpirare non licebat, eſt quod ſummã eius benignitatẽ, & clemẽtiã perpetuis laudibus celebremus.

Quam ſalutares ex art. reſurrectionis capiãtur fructus, primus.
c Matt. 11. 25.

Deinde magnus etiã ille fructus ex huius articuli meditatione conſequetur, quòd ſcilicet in eorum morte; qui nobis neceſſitudine, vel beneuolentia coniuncti sũt, facilè, tũ alios, tum nos ipſos conſolabimur, quo quidem genere conſolationis *d* Apoſtolum vſum eſſe conſtat, cùm ad Theſſalonicenſes de dormientibus ſcriberet.

Secundus.
d 1. Theſ. 4. 13. 18.

Sed in omnibus etiam alijs ærumnis, & in calamitatibus, futuræ reſurrectionis cogitatio, ſummam nobis doloris leuationem affert; quemadmodum Sancti Iob exemplo didicimus, *e* qui vna hac ſpe afflictum, & mœrentem animum ſuſtentabat, fore aliquando, vt in reſurrectione Dominum Deum ſuum conſpiceret.

Tertius.
e Iob. 19. 25. 26.

Præterea hoc plurimũ valebit ad perſuadendũ fidelibus populis, vt rectã vitam, integrã, ab omnique prorſus peccati labe puram agere, quàm diligentiſſimè curent, ſi enim cogitauerint ingẽtes illas diuitias, que reſurrectionẽ conſequuntur, ipſis propoſitas eſſe, facilè ad virtutis, & pietatis ſtudia allicientur. Cõtra verò, nulla res maiorem vim habitura eſt ad cõprimẽdas, animi cupiditates, hominesq; à ſceleribus auocandos, quã, ſi ſępius admoneantur, quibuſnã malis, & cruciatibus improbi afficiẽdi ſunt, *f* qui extremo illo die procedent in reſurrectionem iudicij.

Quartus.
f Ioan. 5. 29.

DE DVODECIMO ART.
CAP. XIII.
MATTHIAS.
Vitam æternam.

1 *Cur poſtremo loco hic fidei articulus ſit poſitus, & quantum referat illum frequenter populo explicare.*

Quæ ad vitę ęternæ materiam pertinēt plurib. explicabunturſecūda petitione orationis Dominicæ.
Fidelib⁹ difficillima quæq. æternæ vitæ, intuitu facilia Matt. 5. 11. & 16. 21. 15. & 19. 28. 29. 2. Cor. 4. 17. 19 & He. 11. 9. 10 11. 12. 13.
Vita æterna, æternam beatitudinem ſignificat, vide Auguſt. lib. 5. ciuit. cap. 12. & 10. & 12. & in pſalm. 118. con. 19.

SAncti Apoſtoli, duces noſtri, Symbolum, quo fidei noſtræ ſumma cōtinetur, æternæ vitæ articulo claudi, & terminari voluerunt; tū quia poſt carnis reſurrectionē nihil aliud à fidelibus expectandū, eſt, niſi æternę vitę præmium; tū verò, vt perfecta illa fęlicitas, & bonis omnibus cumulata, nobis ſemper ante oculos verſaretur, doceremurq; in ea mentem, & cogitationes noſtras omnes defigendas eſſe. Quare Parochi in erudiendis fidelibus numquā intermittēt, præmijs æternæ vitæ propoſitis, eorum animos accendere: vt quæcunque vel difficillima Chriſtiani nominis cauſa ſubeunda eſſe docuerint, facilia, atque adeò iucūda exiſtimēt, promptioreſque ad parendum Deo, & alacriores reddantur.

2 *Quid hic per vitam æternam ſignificetur.*

Sed quoniam ſub his verbis, quæ ad beatitudinem noſtram declarandam hoc loco vſurpantur, plurima myſteria in occulto latent, ea ſic aperienda ſunt, vt, quantū cuiuſque ingenium ferat, omnibus patere poſſint. Admonendi igitur ſunt fideles, his vocibus, Vitam æternam, non magis perpetuitatem vitæ, cui etiam dæmones, ſceleratique homines addicti ſunt, quàm in perpetuitate beatitudinem, quæ beatorum deſiderium expleat, ſignificari. Atque ita intelligebat legis peritus ille, *a* qui à Domino Saluatore noſtro, quid ſibi faciendum eſſet, vt vitam æternam poſſideret in Euāgelio quæſiuit, perinde ac ſi diceret: Quenam mihi præſtanda ſunt, vt ad eum locum, vbi perfecta fęlicitate frui liceat, perueniam? In hunc verò ſenſum ſacræ litteræ hæc verba accipiunt, vt, multis in locis licet animaduertere.

a Luc. 10. 25.
b Matt. 19. 24. & 25. 16,

3 Cur

3 *Cur vita æterna nomine ſumma illa beatitudo deſignetur.*

Hoc verò potiſſimũ nomine ſumma illa beatitudo appellata eſt, ne quis exiſtimaret, eam in rebus corporeis, & caducis, quę æterna eſſe non poſſunt, cõſiſtere. Neque enim hęc ipſa beatitudinis vox ſatis explicare poterat, quod quærebatur; prę ſertim cũ nõ defuerit homines inanis cuiuſdam ſapientię opinione inflati, qui ſũmũbonũ in ijs rebus ponerent, quę percipiuntur ſenſibus; Hæc enim pereunt, & veteraſcunt: beatitudo verò nullo temporis termino definiẽda eſt, quin potius terrena hæc lõgiſſimè à vera fęlicitate abſunt, à qua is, quã maximè recedit, qui mundi amore, & deſiderio tenetur, ſcriptũ eſt enim. *a* Nolite diligere mundũ, neque ea, quæ in mundo ſunt, Si quis diligit mũdũ nõ eſt charitas Patris in eo, & pauſò poſt; *b* Mũdus trãſit, & cõcupiſcẽtia eius. Hęc igitur Parochi fideliũ mentibus imprimẽda diligẽter curabunt, vt mortalia contẽnere, nullãque in hac vita, in qua *c* nõ ciues, ſed aduenę ſumus, fęlicitatẽ obtineri poſſe in animũ inducant. Quãquã hic etiã beati meritò dicemur, *d* ſi abnegãtes impietatẽ, & ſęcularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè vixerimus in hoc ſęculo, expectantes beatã ſpẽ, & aduentum glorię magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Hęc autem cum permulti, *e* qui ſibi ipſi ſapientes videbantur, minus intelligerẽt, & in hac vita fęlicitatem quęrendã putarent, ſtulti facti ſunt, & in maximas calamitates inciderunt. Sed illud pręterea ex vi huius nominis, Vitam ęternã, percipimus, ſemel adeptã fęlicitatem, amitti nunquã poſſe, vt falsò nonnulli ſuſpicati ſunt: nã fęlicitas ex omnibus bõnis, ſine vlla mali admiſtione cumulatur, quę cũ hominis deſiderium expleat in æterna vita neceſſariò cõſiſtit, neq. enim poteſt beat⁹ non magnoperè velle, vt illis bonis, quæ adeptus eſt, ſibi perpetuò frui liceat. Quare niſi ea poſſeſſio, ſtabilis, & certa ſit, maximo cruciatu timoris angatur, neceſſe eſt.

4 *Æterna beatitudo verbis, aut mẽte humana cõprehẽdi nõ poteſt.*

Verum quãta ſit beatorũ, qui in cęleſti patria viuunt, felicitas, eamque ab ipſis tantùm, præterea à nemine comprehendi poſſe, hę ipſe voces, cum vitam beatam dicimus, ſatis demonſtrant, nã cùm ad rem aliquã ſignificandam eo nomine vtuntur, quod cùm multis alijs cõ-

munc

Ioan. 17. 3. Rom. 2. 7. & 6. 12. 23. Vide Aug. 19. de ciu. c. 4. 5. 6. & 7. 11. lit. 1 Et hic. c. 7. 8. & 9.

a 2. Ioan. 2. 15.

b Ibid. 17.

c 1. Pet. 2. 11.

Spe in hac vita inchoari poteſt noſtra beatitudo.

d Tit. 2. 13.

e Rom. 1. 22.

Beatitudinẽ æternam eſſe oportet. Aug. de ciuit. Dei lib. 12. cap. 20.

Felicitas eſt. omniũ bonorum ſine vlla mali admiſtio ne iugis poſſeſſio Boet. in 3. de Conſol. proſ. 2.

De inenarrabili ſanctorũ gloria, & de pręmijs eſſẽtialibus, & accidentalibus. Vide Aug lib. 22. de ciuit. c. 29. & 30. lib. 1. de libero arb. cap. 25. & ſer. 64. de verb. Domini, & ſe. 37 de Sanctis.

Beatitudo proprio verbo nequit exprimi.

a Matt. 13. & 22. 2. Marc. 1. 15. b Ioan. 18. 36. Ephes. 5. 5. Col. 1. 13. c Marc. 5. 3. 10 & 7. 21. & 11. 12. & 8. 2. d Exod. 28. 13. Luc. 23. e Cor. 13. 4. f Iſaiæ 52. 1. Apoc. 21. 2. 10 & 22. 19. g Apoc. 3. 1. & 21. I. Ioan. 14. 2.

mune eſt, facilè intelligimꝰ, de eſſe propriā vocē, quares illa planè exprimatur. Cùm igitur fœlicitas ijs vocibus declaretur, quæ nō magis in beatos, quàm in omnes, qui perpetuò viuant, rectè conueniunt, hoc nobis argumēto eſſe poteſt, altiorē, & præſtantiorē quandā rē eſſe, quàm vt proprio vocabulo perfectè ſignificare eius rationem poſſimꝰ; nam, etſi plurima alia nomina cęleſti huic beatitudini in ſacris litteris tribuūtur; cuiuſmodi ſunt, *a* regnum Dei, *b* Chriſti, *c* cœlorum, *d* paradiſus, *e* ſancta ciuitas, *f* noua Hieruſalē, *g* domus Patris, tamen perſpicuum eſt, nullum ex ijs ad eius magnitudinē explicandā ſatis eſſe. Quare Parochi, hoc loco, oblatā ſibi occaſionē non prætermittent, fideles tam amplis præmijs, quæ vitæ æternæ nomine declarantur, ad pietatē, & iuſtitiā, & omnia Chriſtianæ religionis officia inuitandi. Conſtat enim vitā in maximis bonis, quę natura expetuntur, numerari ſolere, atqui hoc potiſſimū bono, cùm vitā æternā dicimus, beatitudo definitur. Quod ſi exigua hac, & calamitoſa vita, quę tot, & tam varijs miſerijs ſubiecta eſt, vt mors verius dicenda ſit, nihil magis amatur, nihil, aut cariùs, aut iucundiùs eſſe poteſt: quo tandem animi ſtudio, qua contentione æternā illā vitam quęrere debemus, quæ defunctis omnibus malis, perfectam, & abſolutam bonorum omnium rationem coniunctam habet?

Vita magnū bonū, & quā cum ab oībus expetatur vide Aug. lib. 11 ciu. c. 27. & 28

Vita hęc potiꝰ mors dicēda Aug. li. 12. ciuit. cap. 20.

Fœlicitas malū nullū admittit, & nullū bonum excludit Aug lib. 22. de ciuit. cap. 30.

5 *Beatitudo omnium malorum priuatione, & omnium bonorum adeptione continetur.*

h Chry. in 20. cap. ad Teod. c. lapſum. Anſel. ep. 2. ad Hugone. & in lib. de ſimilit. cap. 47. i Apoc. 7. 16. & Iſa. 49. 10. K Apoc. 21. 4. & Iſaiæ 25.

Nam, vt ſancti Patres tradiderunt, æternæ vitæ fœlicitas omnium malorum priuatione, & bonorū adeptione definienda eſt. De malis clariſſima ſunt ſanctarū litterarum teſtimonia; ſcriptum eſt enim in Apoc *h* Non eſurient, neque ſitient amplius; neque cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus, & rurſus; *i* Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra nō erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt. Iā verò beatorū immenſa gloria, innumeraq. ſolidę lætitiæ, & voluptatis genera futura ſunt, cuius gloriæ magnitudinem cum animus noſter capere, aut illā in animos noſtros penetrare nullo modo poſſit: neceſſe eſt, nos in illā, *k* nempe in gaudiū Dñi, introire, vt eo circumfuſi, mentis deſideriū cumulatè expleamus.

Omne bonū concludit.

Matt. 25. 21. Ioa. 15. 11. & 16. 20. 22. Sāct. Aug. ſerm. 6. de verb Dom. & de Sinb. ad Cath. li. 3. c. 11

6 Qui-

6 *Quibus præcipuè bonorum generibus beati perfruentur.*

Quamuis autem, vt ſanctus Auguſtinus ſcribit, facilius mala, quibus carituri ſumus, quàm bona, ac voluptates, quas hauſuri ſumus, numerari poſſe videatur: dāda tamē erit opera, vt qua fideles ſūmæ illius fœlicitatis adipiſcēdæ cupiditate inflammari poterūt, breuiter & dilucidè explicetur. Sed illa in primis diſtinctione vti oportebit, quam à grauiſſimis diuinarum rerum ſcriptoribus accepimus: ij enim duo bonorum genera eſſe ſtatuunt; quorū alterum ad beatitudinis naturam pertinet, alterū ipſam beatitudinem conſequitur; quare illa eſſentialia, hæc verò acceſſoria bona docendi cauſa appellarunt.

Beatitudo duplex, vna eſſentialis, altera acceſſoria de hac diſtinctione vide doct. in 4. ſen. diſtin. 4. Tho. in ſuppl. qu. 96. art. 1.

7 *In quo cōſiſtat eſſētialis, & primaria æternæ beatitudinis cauſa.*

Ac ſolida quidem beatitudo, quā eſſentialem cōmuni nomine licet vocare, in eo ſita eſt, vt Deum videamus, eiuſque pulchritudine fruamur, qui eſt omnis bonitatis, ac perfectionis fons, & principium. *a* Hæc eſt vita æterna, inquit Chriſtus Dominus, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, &, quem miſiſti, Ieſum Chriſtum, quam ſententiam ſanctus Ioannes videtur interpretari, cum ait; *b* Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus, ſcimus, quoniam cū apparuerit ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt; ſignificat enim beatitudinem ex ijs duobus conſtare: tùm quod Deum intuebimur, qualis in natura ſua, ac ſubſtātia eſt, tum quod veluti Dij efficiemur. Nam, qui illo fruuntur, quamuis propriam ſubſtantiam retineant, admirabilem tamen quandam, & propè diuinam formam induunt, vt Dij potius, quàm homines videantur.

Præmium eſſentiale, eſt Dei vnio. Auguſt. lib. 22. ciuit. cap. 29.

a Ioan. 17. 3.

b 1. Ioan. 3. 2.

Beatitudo nominis duobus conſtat.

8 *Beati quomodo Dei formā, & naturā quodammodo induāt.*

Hoc autem cur ita fiat, ex eo perſpicuum eſt, quod vnaquæque res, vel ex eius eſſentia, vel ex eius ſimilitudine, & ſpecie cognoſcitur. At quoniam nihil eſt Deo ſimile, cuius ſimilitudinis adiumento ad perfectā eius notitiam peruenire poſſimus; conſequens eſt, vt eius naturam, & eſſentiam videre nemini liceat, niſi hæc eadem diuina eſſentia ſe nobis coniunxerit. Atque id Apoſtoli verba ſignificāt: *c* Videmus nunc per ſpeculū in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: nam, quòd inquit, in ænigmate, interpretatur ſāctus Auguſtinus, in ſimilitudine ad Deū intelli-

Beati ad diuinam naturam proximè accedunt.

c 1. Cor. 13. 12

intelligendũ accommodata. Quod etiã ſanctus Dionyſius apertè oſtendit, cũ affirmat nulla inferiorũ ſimilitudine ſuperiora percipi poſſe, neque enim ex alicuius rei corporeę ſimilitudine, eius, quę corpore careat, eſſentia, & ſubſtantia cognoſci poteſt: cum prę ſertim neceſſe ſit, rerum ſimilitudines minus concretionis habere, & magis ſpirituales eſſe, quàm res ipſas, quarũ imaginem referũt, quemadmodũ in omnium rerũ cognitione facilè experimur; quoniam verò fieri nõ poteſt, vt alicuius rei crẹate ſimilitudo ęquè pura, & ſpiritualis, ac Deus ipſe eſt, reperiatur: ita fit, vt ex nulla ſimilitudine diuinã eſſentiam perfectè intelligere poſſimus. Accedit etiam, quod omnes creatę res certis perfectionis terminis circũſcribuntur. At Deus infinitus eſt, neque vllius rei creatę ſimilitudo eius immenſitatẽ capere poteſt. Quo circa vna illa ratio diuinæ ſubſtantiæ cognoſcendæ relinquitur, vt ea ſe nobis coniungat, & incredibili quodam modo intelligentiã noſtrã altius extollat, atque ita idonei ad eius naturæ ſpeciem contemplandam reddamur.

S. Dionyſius cap. 1. de diui ne nom. Vide D. Th. in 1. part. qu. 12. art. 2. & cõtr. gent. lib. 3. ca. 51. 52.

9 *Lumine gloriæ beati illuſtrantur, & ad Deum videndum tota ſpe omnes commoueri debent.*

Id verò lumine gloriæ aſſequemur, cum, eo ſplendore illuſtrati, *a* Deum lumen verum in eius lumine videbimus; nam beati, Deum prę ſentem ſemper intuentur: quo quidem dono, omnium maximo, & prę ſtantiſſimo, *b* diuinæ eſſentiæ participes effecti, vera & ſola beatitudine potiuntur; quam nos ita credere debemus, vt eam, Dei benignitate, cum certa ſpe nobis expectandam eſſe, in Symbolo Patrum definitum ſit; inquit enim; Expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi.

a Pſal. 35. 10. De lumine gloriæ, vide S. Th. in 1. pa. qu. 12. art. 8 & cont. gen. lib. 3. cap. 53. b 2. Pet. 14. Sym. Conſt.

10 *Quomodo in beatitudine homo Deo coniungatur, ſimilitudine explicatur.*

Diuina hęc planè ſunt, neque vllis verbis explicari, aut cogitatione comprehendi à nobis poſſunt. Verum, licet aliquam huius beatitudinis imaginem in ijs, etiam rebus, quę ſenſu percipiuntur, cernere. Nam quemadmodum ferrum admoto igni, ignem concipit, & quamuis eius ſubſtantia, non mutetur, fit tamen, vt diuerſum quidpiam, nimirum ignis, eſſe videatur; eodem modo, qui in cœleſtem illam gloriam admiſſi ſunt, Dei amore

A ſimili Anſelmus hanc tãgit ſimilitudinem in lib. de ſim. 56.

inflam-

inflammati, ita efficiuntur, cũ tamen id quod ſũt, eſſe nõ deſinãt, vt multo magis diſtare ab iȷs, qui in hac vita ſũt meritò dici poſſint, quam ferrũ candens ab eo, quod nullam ſi caloris vim in ſe contineat. Vt igitur rem paucis cõplectamur, ſumma illa, & abſoluta beatitudo, quam eſſentialem vocamus, in Dei poſſeſſione conſtituenda eſt. Quid enim ei ad perfectam fœlicitatem deeſſe poteſt, qui Deum optimum, & perfectiſſimum poſſidet?

11 *Quæ ſint accidentalia bona, quibus beati circumfluent.*

Verùm ad illam tamen quædã accedunt ornamenta, omnibus beatis communia: quæ, quoniam ab humana ratione minus remota ſunt, vehementius quoq; animos noſtros commouere, & excitare ſolent. Huius generis ea ſunt, de quibus Apoſtolus ad Romanos videtur intelligere. *a* Gloria, & honor, & pax omni operanti bonum. Nam, gloria quidem beati perfruentur, non illa ſolùm, quam tandem eſſentialem beatitudinem, vel cũ eius natura maximè coniunctam eſſe oſtendimus: ſed ea etiam, quæ conſtat ex clara, & aperta notitia, quam ſinguli de alterius eximia, & præſtanti dignitate habituri ſunt. At verò, quantus ille honor exiſtimandus eſt, qui eis à Domino tribuitur, cum *b* amplius nõ ſerui, ſed amici, *c* fratres, ac *d* filij Dei vocentur? quare ita electos ſuos amantiſſimis, & honorificentiſſimis verbis Saluator noſter compellabit. *e* Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum: vt meritò liceat exclamare. *f* Nimis honorificati ſunt amici tui Deus: *g* ſed laudibus etiã à Chriſto Domino, coram Patre cœleſti, & Angelis eius celebrabuntur. Præterea, ſi hoc commune omnibus hominibus deſiderium natura ingenuit honoris, qui à viris ſapientia præſtantibus habeatur, quòd eos locupletiſſimos virtutis ſuæ teſtes fore exiſtiment: quantum beatorum gloriæ acceſſurum putamus, quod alius alium ſummo honore proſequetur?

Præmium ſeu bonum beatitudinis accidentale.
Aug. lib. 28. ciuit. c. 30.

a Rom. 2. 10.
Qualis gloria beatorum, ob quã ipſa beatitudo gloria dicitur.
Pſal. 83. 12.
Rom. 8. 18.
Honor beatorum quantus, ob quem ipſi reg. 5.
Apo. 5. 10.
In Græco textu nominantur.
b Luc. 12. 4.
Ioan. 12. 13. 14
c Pſal. 21. 23.
Ioan. 10. 17.
Heb. 2. 11.
d Ioan. 10. 51.
Rom. 8. 4.
e Matt. 15. 34.
f Pſ. 138. 17.
g Matt. 12. 31.
Luc. 12. 8.

12 *Quib⁹ bonorũ copijs beati in æternis illis ſedib⁹ cumulabũtur*

Infinita eſſet omniũ oblectationum enumeratio, quibus beatorum gloria cumulata erit, ac ne cogitatione quidem fingere eas poſſumus. Sed tamen hoc fidelibus perſuaſum eſſe debet, quæcunque nobis iucunda in hac vita cõtingere, vel etiã optari queunt, ſiue ea ad mẽtis co-

Beatitudo omnibus bonis animi, & corporis conſtat.
Pſal. 35. 9.

gnitionē, ſiue ad corporis perfectū habitū pertineat: ea-
rū rerū omniū copijs beatam cęleſtium vitā circūfluere:
quāuis hoc altiore quodā modo, quam oculus nō vidit,
a 1. Cor. 2. 9. Iſ. 64. 4. aut auris audiuit, aut in cor hominis aſcēdit, fieri *a* Apo-
b 1. Co. 15. 42. 42. ſtolus affirmet; nam, corpus quidē, quòd antea craſſum,
& concretū erat, cum in cęlo, detracta mortalitate, *b* te-
c Luc. 12. 37. Terrena vitia erunt beatis. nue, & ſpirituale effectū fuerit nullis amplius alimentis
indigebit: anima *c* autem æternæ gloriæ pabulo, quod
1. Cor. 15. 34. 35. magni illius cōuiuij auctor, tranſiens omnibus miniſtra
Apoc. 27. 9. bit, cum ſumma voluptate exaturabitur. Quis verò pre-
d 1. Cor. 9. 25. 1. Tim. 4. 8. tioſas veſtes, aut regales corporis ornatus deſiderare po-
terit, vbi nullus harum rerū vſus futurus ſit, *d* omnesque
immortalitate, & ſplēdore amicti, & *e* ſempiternę glo-
riæ corona ornati erunt? Sed ſi amplæ etiā, & magnificæ
domus poſſeſſio ad humanam fœlicitatē pertinet, quid
cœlo ipſo, quod Dei claritate vndique collustratur, vel
ampliùs, vel magnificentiùs cogitari poteſt? Quare Pro-
pheta, cum eiùs domicilij pulchritudinem ſibi ante ocu-
e Pſ. 83. 2. 3. los poneret, & ad beatas illas ſedes perueniendi cupidi-
tate arderet, *e* Quā dilecta, inquit, tabernacula tua, Do-
mine virtutum; cōcupiſcit, & deficit anima mea in atria
Domini, cor meū, & caro mea exultauerunt in Deū vi-
uum. Atque vt hic ſit omnium fideliū animus, hæc com-
munis omnium vox, quemadmodum Parochi vehemē-
ter optare, ita etiam omni ſtudio curare debent.

13 *Præmijs ijſdem, citra vllum diſcrimen, beati non afficientur.*

f Ioan. 14. 2. Nam, *f* in domo Patris mei, inquit Dominus, māſio-
g 2. Cor. 9. 6. Diuerſa erunt in cœlo meritorū premia. nes multæ ſunt: in quibus maiora, & minora præmia, vt
quiſq; promeritus erit, reddentur. *g* Qui enim parcè ſe
minat, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionib⁹
Iſa. 56. 4 5. de benedictionibus, & metet. Quare non ſolùm ad eam
Mat. 19. 28. 29. 1. Cor. 15. 42. 43. beatitudinem fideles excitabunt, verùm etiam, eius con-
ſequendam certam rationem hanc eſſe frequenter mo-
Aug. 22. Ciu. cap. 30. nebunt, vt fide, & charitate inſtructi, & in oratione, &
Cyp. de oper. ſacramentorū ſalutari vſu perſeuerantes, ad omnia be-
nignitatis officia in proximos ſe exerceāt; ita enim Dei
miſericordia fiet, qui beatā illam gloriam diligētibus ſe
præparauit, vt aliquando impleatur, quòd dictū eſt per
h Iſ. 3. 2. 18. Prophetā; *h* Sedebit populus meus in pulchritudine pa-
cis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.

CA-

CATECHISMI ROMANI

Pars Secunda.

De Sacramentis in genere.

CAPVT PRIMVM.

1 *Doctrinã Sacramẽtorũ tradere Parocho in primis eſt curãdũ.*

CVM omnis Chriſtianæ Doctrinæ pars ſcientiam, diligentiamq; deſiderat, tum Sacramentorum diſciplina, quæ & Dei iuſſu neceſſaria, & vtilitate vberrima eſt, Parochi facultatem, & induſtriam poſtulat ſingularem, vt eius accurata, ac frequenti perceptione fideles tales euadant, quibus præſtantiſſimæ, ac ſanctiſſimæ res dignè, & ſalutariter impertiri poſſint, & ſacerdotes ab illa diuini interdicti regula non diſcedant; *a* Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos.

De Sacramentis in genere tredecim canones Conc. Trid. Seſſ. 7. præſcript.

a Matt. 7. 16.

2 *Quid nam ſibi velit Sacramenti vocabulum.*

Principio igitur, quoniam vniuersè de toto genere Sacramentorum agendum eſt, ab ipſius nominis vi, atque notione oportet incipere, eiuſq. ambiguam ſignificationem explanare, vt, quę huius verbi ſententia hoc loco propria ſit, faciliùs intelligatur. Quare docendi sũt fideles, Sacramenti nomen, quod ad propoſitam rem attinet aliter à profanis, quàm à ſacris ſcriptoribus acceptum eſſe; nam, alij auctores ſacramenti nomine obligationem illam ſignificari voluerunt, cum iurati aliquo ſeruitutis vinculo obſtringimur, ex quo iuſiurandum, quo ſe milites fidelem operam Reip. præſtaturos pollicentur, ſacramentum militare dictum eſt; atque hęc frequentiſſima huius vocabuli ſignificatio apud illos videtur fuiſſe. Verum apud Latinos Patres, qui res diuinas

Sacramenti vox eſt ambigua.

Primo. Latini pro iureiurando ſacramentum ſumpſerunt.

Cicer. in 1. off. & Veget. l. 4. de re militari

Patres pro re diuina latẽte myſterij, & ſacramenti nomine vſi ſunt.

a Eph. 1. 9.
b 1. Tim. 3. 16.
c Sap. 2. 22.
D. Greg. in c. 16. lib. 1. Regum ſup. illud Directus eſt ſpiritus Domini in Dauid.

ſcriptis tradiderũt ſacramẽti nomen aliquã rem ſacrã, quæ in occulto latet, declarat; quemadmodum Græci ad eandẽ rem ſignificandã myſterij vocabulo vſi ſunt; in eã vero ſententiã ſacramenti vocem accipiendam eſſe intelligimus, cum ad Epheſios ſcribitur; *a* vt notũ faceret nobis ſacramentũ voluntatis ſuę. Deinde ad Timotheũ; *b* Magnum eſt pietatis ſacramentũ. Præterea in libro Sapientiæ; *c* Neſcierunt ſacramẽta Dei. Quibus in locis, & alijs multis licet animaduertere, Sacramentũ nihil aliud niſi rem ſacram abditam, atque occultam ſignificare.

Sacramẽti nomen primis Eccleſiæ Patribus ſæpè fuit vſurpatũ. Vide Tert. de preſcrip. & li. 1. aduer. Mar. Cyp. ep. 75 & in l. de bapt. Chriſti. Hier. in comment. in Thi. & Mich. Auguſt. l. 19. cont. Fauſtum c. & in Ioan. tract. 80.

3 *Sacramenti nomen, ad ſigna ſacra ſignificanda à Patribus accommodatum, eſt antiquiſſimum.*

Quare Latini Doctores, ſigna quędam ſenſibus ſubiecta, quæ gratiam, quam efficiunt, ſimul etiam declarant, ac veluti ante oculos ponunt ſacramenta commodè, appellari poſſe exiſtimarunt. Quamquam, vt D. Gregorio placet, ob id ſacramenta dici poſſunt, quod diuina virtus ſub rerum corporearum tegumẽtis, occultè ſalutem efficiat. Nec verò quiſquam putet hoc vocabulum nuper in Eccleſiã inductum eſſe, nam qui ſanctos Hier. & Auguſtinum legerit, facilè perſpiciet, antiquos religionis noſtræ ſcriptores, ad eam, de qua loquimur, rem demonſtrandam ſæpiſſimè Sacramenti nomine, interdum verò etiam Symboli, vel Myſtici ſigni, vel Sacri ſigni voce vſos eſſe. Atque hæc de Sacramenti nomine dicta ſint; quod quidem veteris etiam legis ſacramentis conuenit, de quibus nihil opus eſt Paſtoribus precepta tradere, cum ea Euangelij lege, & gratia ſublata ſint.

De propria vi atq; natura ſacrament.

4 *Quã rè Catholicis ſcriptoribus propriè denotet Sacramentũ.*

Sacramentum eſt res, qua ſalus, & iuſtitia comparatur.

Verùm præter nominis notionem, quæ hactenus declarata eſt, rei etiam vis, & natura diligenter inueſtigãda, & quid Sacramentum ſit, fidelibus aperiendum eſt. Sacramenta enim ex genere earum rerum eſſe, quibus ſalus, & iuſtitia comparatur, dubitare nemo poteſt. Sed cum multæ rationes ſint, quę ad hanc rem explicandam aptæ, & accomodatę videntur: nulla tamen planiùs, & dilucidiùs eam demonſtrat, quam definitio à D. Auguſt. tradita; quam deinde omnes Doct. ſcholaſtici ſecuti sũt, *d* Sacramentum, inquit ille, eſt ſignum rei ſacræ, vel, vt alijs verbis, in eandem tamen ſententiam, dictum eſt,

d D. Aug. lib. 10. de ciu. Dei.

Sacra-

a Sacramentum eſt inuiſibilis gratię viſibile ſignum, ad noſtram iuſtificationem inſtitutum.

5 *Rerũ ſenſibiliũ diuiſio, quidque Signi nomine intelligẽdũ ſit.*

Quæ quidem definitio, vt magis pateat, ſingulæ eius partes Paſtoribus exponẽdę erunt. Atque in primis docere oportebit, rerum omniũ, quę ſenſibus percipiũtur, duo eſſe genera: aliç enim ob id inuentę ſunt, vt aliquid ſignificent: aliæ non alterius rei ſignificandę, ſed ſua tãtũ cauſa effectę ſunt: quo in numero omnes penè res, quæ natura cõſtant, haberi poſſunt. At verò in priori genere vocabula rerũ, ſcriptura, vexilla, imagines, tubę, & alia huiuſcemodi permulta ponenda ſunt; nam, ſi ex vocabulis vim ſignificãdi detraxeris, ſublata videtur eſſe cauſa, quamobrẽ vocabula inſtituerentur. Hęc igitur ſigna propria dicuntur: illud enim ſignum eſſe ſãctus Auguſtinus teſtatur, quod pręter rem, quam ſenſibus obijcit, efficit etiam, vt ex ſe alterius rei cognitionem capiamus; ſicut ex veſtigio, quod terræ impreſſum intuemur, tranſiſſe aliquem, cuius veſtigium apparet, facilè cognoſcimus.

6 *Quomodo Sacramẽta in genere ſigni reponẽda ſint, oſtẽditur.*

Quæ, cùm ita ſe habeant, ſacramentum ad hoc rerum genus, quæ ſignificandi cauſa inſtitutæ ſunt, referri, perſpicuũ eſt: ſi quidẽ ſpecie quadã, & ſimilitudine id nobis declarat, quod Deus in animis noſtris, ſua virtute, quæ sẽſu percipi nõ poteſt, efficit. Baptiſmus enim, (vt quod docetur, exemplo notiùs fiat) cum, adhibitis certis, & ſolemnibus verbis, aqua extrinſecus abluimur, hoc ſignificat, Spiritus ſancti virtute omnem peccati maculam, & turpitudinẽ interius elui, & animas noſtras præclaro illo cæleſtis iuſtitiæ dono augeri, atque ornari, ſimulq. ea corporis ablutio, vt poſtea ſuo loco explicabitur, illud in animo efficit, quod ſignificat.

7 *Idem etiam ex Scripturis demonſtratur.*

Sed ex Scripturis etiam apertè colligitur, Sacramentum inter ſigna numerandũ eſſe. Apoſtolus enim de circumciſione, veteris legis ſacramento, quæ *a* Abrahã patri omnium credentium data erat, ita ad Romanos ſcribit; *b* Et ſignũ accepit circũciſionis ſignaculũ iuſtitiæ fidei. Et alio loco, *c* cum affirmat nos omnes, qui baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizatos eſſe;

c. 5 quem Ma. in 4. di. 1. & de conſ. d. 2. c. ſacrificium, & ſentẽtiarij in eo l. lib. 4. & D. Th. in 3. p. q. 60. art. ſeq.
a Hæc definitio quam hẽt Mag. & Greg. vbi ſup. eligitur ex Aug. l. de Catech. rud. cap. 26. & ex epi. 166.
Rerum ſenſibiliũ duo eſſe genera.
Au. l. 1. de do. Ch. c. 1. ex quo etiam eã hauſit.
Mag. in 2. d. 1. Aug. lib. 2. de doct. Chr. c. 1. & ſeq.
Mag l. 4. d. 1. & Grat. de conſecr. d. 2. c. ſignum.
Sacramentum cur inter res quę ſignificãt reponi debet
Aug. lib. 3. de doct. Chriſt. cap. 9. & epiſt. 33. ad Bonif. & in lib. de Cat. rud. c. 26.
Tertul. in l. de reſur. ca.
Greg. l. 6. c. 3. in 1. lib. Reg.
Sacramentum inter eas quæ ſignificãda eſſe numerãda ex Script. colligitur.
b Gen. 17. 10. 11. 12.
c Ro. 4. 11.
e Rom. 6. 3.

 eſſe;

eſſe: licet cognoſcere, baptiſmũ huius rei ſignificationẽ habere, nimirũ, vt ait idem Apoſtolus: *a* Nos cõſepultos eſſe cũ illo, per baptiſmũ in mortẽ. Neque verò parũ proderit, ſi fidelis populus ſacramẽta ad ſigna pertinere intellexerit: ita enim fiet, vt, quæ illis ſignificantur, cõtinẽtur, atque efficiuntur, ſancta, & auguſta eſſe faciliùs ſibi perſuadeat, cognitaque eorũ ſanctitate, ad diuinã erga nos beneficentiã colendã, ac venerandã magis excitetur.

a Ibid. 4.

Vtilitas ex doctrina ſuperioris emanans.

8 *Quot ſunt Signorum genera.*

Sequitur nunc, vt verba illa, rei ſacræ, quæ eſt altera definitionis pars, commodè explicentur. Quod quidem, vt commodè fieri poſſit, paulò altiùs repetẽda ſunt, quæ de ſignorum veritate S. Auguſtinus acutè, & ſubtiliter diſputauit. Quædam enim ſigna naturalia dicuntur, quæ præter ſe ipſa alterius rei notitiã. (quod omnibus ſignis commune eſſe, antea demonſtratũ eſt) in animis noſtris gignũt, veluti fumus, ex quo ſtatim ignem adeſſe intelligitur; atque hoc ſignum ob eam cauſam naturale appellandum eſt, quod fumus non voluntate ignem ſignificat, ſed rerum vſus efficit, vt, ſi quis fumũ tantum videat, naturam ſimul, & vim ignis, qui adhuc latet, ſubeſſe mente, & cogitatione percipiat. Quædam verò ſigna natura non conſtant, ſed conſtituta, atque ab hominibus inuenta ſunt, vt & colloqui inter ſe, & alijs animi ſui ſenſũ explicare, viciſſimque aliorum ſententiam, & conſilia poſſent cognoſcere. Hæc autem quàm varia, & multiplicia ſint, ex eo licet animaduertere, quòd nonnulla ad oculorũ, pleraque ad aurium ſenſum, reliqua ad cæteros ſẽſus pertinent: nam, cùm aliquid alicui innuimus, & exẽpli cauſa, ſublato vexillo quippiã declaramus, ſatis conſtat eam ſignificationem ad oculos tantùm referri: quẽadmodũ tubarũ, tibiarum, aut citharæ ſonus, qui nõ ſolum delectandi, ſed plerumq; ſignificãdi cauſa funditur, ad aurium iudicium ſpectat: quo quidem præcipuè ſenſu verba etiam accipiuntur, quæ ad exprimendas intimas animi cogitationes maximam vim habent.

Sacramentum eſſe rei ſacræ ſignum quo modo intelligendum, & quod triplex ſit ſignorum genus.

Primo naturalia.

Aug. li. 2. de doctr. Chriſt. c. 1.

Secundo hominũ conſenſu & voluntate inſtituta.

Aug. ibidem cap. 3.

9 *De ſignis à Deo inſtitutis tã in veteri, quã in nouo teſtamẽto.*

Verùm præter illa ſigna, quæ hominum conſenſu, & voluntate conſtituta eſſe hactenus diximus, alia quædã ſunt diuinitus data, quorum tamen non vnum genus eſſe omnes

Signa quædã ſunt diuinitus data.

Aug. lib. 3. de doct. Chr. c. 9. & in 3. de 11. c. 10.

omnes conſentiũt. Alia enim ſigna ob eam tantùm rem à Deo hominibus commẽdata ſunt, vt aliquid ſignificarent, vel admonerent, cuiuſmodi fuerunt, *a* legis purificationes, panis azymus, & alia permulta, quę ad Moſayci cultus cæremonias pertinebant: alia verò Deus inſtituit, quæ nõ ſignificandi modò, ſed efficiendi etiam vim haberent, atq; in hoc poſteriori ſignorum genere Sacramenta nouæ legis numeranda eſſe liquidò apparet. Signa enim ſunt diuinitùs tradita, nõ ab hominibus inuenta, quæ rei cuiuſpiam ſacrę, quam declarant, efficientiam in ſe continere certò credimus.

Vide de his Leuiticum ferè per totum, ſignificationes aur. pec. ex Cyr. in l. de adoratione in ſpiritu, & veritat.

a Exo. 12. 15. 18. & 23. 15. & 34. 18.

10 *Res ſacra quomodo in definitione Sacramẽti ſit intelligẽda.*

Sed quemadmodum ſigna in multiplici varietate eſſe oſtendimus, ita etiã res ſacra non vnius modi exiſtimãda eſt. Quod verò ad propoſitam Sacramenti definitionem attinet, diuinarũ rerum ſcriptores, ſacrę rei nomine Dei gratiam, quę nos ſanctos efficit, ac omnium diuinarum virtutum habitu exornat, demonſtrãt: huic enim gratiæ propriam ſacræ rei appellationem tribuendam meritò putarunt, quippe, cùm eius beneficio, animus noſter Deo conſecretur, & coniungatur.

Concil. Trid. ſeſſ. 7. c. 6. de Sacramen.

Gratia Dei ſacra res propriè nuncupatur M. g in 4. d. 1. D. Thom. in 2. p. q. 69. ar. 2. Hugo de ſacram.

11 *Sacramenti vberior definitio, & qua ratione à reliquis ſignis ſacris illud differat.*

Quare, vt explicatiùs quid Sacramentum ſit, declaretur, docendum erit, rẽ eſſe ſenſibus ſubiectã, quæ ex Dei inſtitutione, ſanctitatis, & iuſtitiæ, tum ſignificandę, tũ efficiendæ vim habet: ex quo ſequitur, vt facilè quiuis poſſit intelligere, Imagines Sanctorum, Cruces, & alia id generis, quamuis ſacrarum rerum ſigna ſint, non ideo tamen ſacramenta dicenda eſſe. Huius autem veritatis doctrinã facilè erit omniũ ſacramẽtorũ exẽplo cõprobare, ſi, quod antea de Baptiſmo admonuimꝰ, cũ dicebamus, ſolemnẽ illã corporis ablutionem ſignũ eſſe, & efficiẽtiã habere rei ſacræ, quæ interiùs Spiritus ſancti vi fieret, idem etiã in alijs Sacramẽtis exercere aliquis velit.

12 *Sacramenta non vnam tantùm rem, ſed plura ſignificant.*

Iam verò hiſce myſticis ſignis, quæ à Deo inſtituta ſunt, illud etiam præcipuè conuenit, vt ex Domini inſtitutione non vnam aliquam rem, ſed plures ſimul ſignificent. Quod in ſingulis Sacramẽtis licet cognoſcere, quæ

Th. in 3. pa. q. 60. ar. 3. quod probat ex Auguſt. verbis, quæ citantur.

de conſc. d. 2. c. hoc etiã q. primo ſignificant rem præſentem. Secundo præteritam. Tertio futurã. Vnum quodque ſacramentum tria ſimul ſignificat.

non ſolum ſanctitatem, & iuſtitiam noſtram, ſed præterea duo alia cum ipſa ſanctitate maximè coniuncta declarant, Chriſti ſcilicet redẽptoris paſſionem, quę ſanctitatis cauſa eſt, & vitam ęternam, cœleſtemq; beatitudinem, ad quam ſanctitas noſtra, tanquam ad finem, referri debet. Quod quidem, cum in omnibus Sacramẽtis perſpici poſſit, meritò ſacri Doctores vnicuique Sacramentorum triplicem ſignificandi vim ineſſe tradiderunt, tum quia alicuius rei præteritæ memoriam afferat: tum quia aliam præſentem indicet, ac demonſtret: tum quia aliam futuram prænunciet. Neque verò exiſtimandum eſt hoc, ita ab illis doceri, vt etiam ſanctarum ſcripturarum teſtimonio non probetur. Nam, cum Apoſtolus ait, *a* Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus, planè oſtendit, idcirco Baptiſmum, ſignum dicendum eſſe, quod Dominicæ paſſionis, & mortis nos admoneat. Deinde, cum inquit; Conſepulti enim ſimus cum illo per Baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriã Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: ex ijs verbis perſpicuum eſt, baptiſmum ſignum eſſe, quo, cæleſtis gratia in nos infuſa declaratur: cuius munere nobis datum eſt, vt nouam vitam inſtituentes, omnia veræ pietatis officia facilè, & libenti animo exequamur. Poſtremò cum addit; *b* Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus, apparet Baptiſmum vitæ etiam æternę, quam per illum conſecuturi ſumus, non obſcuram ſignificationem dare.

a Rom. 6. 3.

Ibidem. 4.

b Rom. 6. 5.

13 *Sacramentũ nõ vnam tantũ præſentẽ rẽ, ſed plures deſignat.*

Sacramentum aliquãdo plures præſentes deſignat. Sacramentum Euchariſtiæ quod habeat ſignificationes, vide Dam. lib. 4. de orth. fid. cap. 14. & Th. in 3. p. qu. 73. art. 4.

Sed præter hęc, quæ cõmemorauimus. varia ſignificãdi genera, & rationes, ſępe etiã euenit, vt Sacramẽtum, nõ vnã tantũ rem præſentẽ, ſed plures demõſtret, ac notet; id verò ſãctiſſimũ Euchariſtię Sacramẽtũ intuẽtibus facilè eſt intelligere, quo veri corporis, & ſanguinis Domini præſentia, nec nõ gratia, quã non impurè ſacra myſteria ſumẽtes percipiũt, deſignatur. Ex ijs igitur, quæ dicta ſũt, Paſtoribus argumẽta deeſſe non poterũt, quibus oſtendãt quanta diuinitatis potẽtia, quot arcana miracula Sacramẽtis nouæ legis inſint; Vt ea ſumma cum religione colẽda, & ſuſcipienda eſſe omnibus perſuadeant.

14 Cur

14 *Cur Sacramenta instituta apud Christianos fuerint.*

Verum ad rectum Sacramentorum vſum docendum nihil accommodatius videri poteſt, quàm diligenter cauſſas exponere, cur Sacramenta inſtitui oportuerit. Plures autem numerari ſolẽt, quarum prima eſt, humani ingenij imbecillitas: ſiquidem natura ita cõparatũ videmus, vt ad earũ rerum notitiã, quæ mente, atque intelligentia cõprehenſę ſunt, niſi per ea, quę aliquo ſenſu percipiuntur, nemini adſpirare liceat. Vt igitur, quæ occulta Dei virtute efficiũtur, faciliùs intelligere poſſemus, idem ſummus rerũ omniũ artifex ſapientiſſimè fecit, vt eã ipſam virtutẽ, aliquibus ſignis, quæ ſub ſenſum cadunt, pro ſua in nos benignitate declararet: nam, vt præclarè à S. Chryſoſtomo dictum eſt: Si homo corporis cõcretione caruiſſet, nuda ipſa bona, neque vllis in tegumentis inuoluta ei oblata eſſent: quoniam verò anima corpori coniuncta eſt, omninò opus fuit, vt rerum, quę ſentiũtur, adminiculo, ad ea intelligenda vteretur.

Cauſæ ob quas inſtituta ſunt Sacramẽta. Hugo de ſacram. par. 9. cap. 2. Mag. in 4. d. 1. Th. in 3. par. q. 61. art. 1.

Prima, vt humani ingenij imbecillitatẽ adiuuent.

S. Chryſ. hom. 82. in Matt. & ho. 60. ad po. Antioch.

Altera verò cauſa eſt, quod animus noſter haud facilè cõmouetur ad ea, quę nobis promittũtur credẽda. Quare Deus, à mundi exordio, quæ faceret inſtituerat, verbis quidem frequentiſſimè indicare conſueuit: interdum verò, cum opus aliquod inſtitueret, cuius magnitudo promiſſi fidem abrogare poſſet, alia etiam ſigna, quę nõ nunquam miraculi ſpeciem haberent, verbis adiunxit nã cũ Deus *a* Moyſen ad Iſraelitici popul liberationem mitteret; ille verò, ne Dei quidem pręcipientis auxilio fretus, timeret, ne onus ſibi grauiùs imponeretur, quã vt ſuſtinere poſſet: aut ne populus diuinis oraculis, & dictis fidẽ nõ adiungeret; *b* Dominus promiſſionẽ ſuã multa ſignorũ varietatè firmauit. Quemadmodũ igitur in veteri teſtamẽto Deus fecerat, vt magni alicuius promiſſi conſtantiã ſignis teſtificaretur: ita etiam in noua lege Chriſtus, Saluator noſter, cùm nobis peccatorũ veniã, cœleſtem gratiã, Spiritus ſancti communicationẽ pollicitus eſt, quædã ſigna oculis, & ſenſibus ſubiecta inſtituit, quibus eũ, quaſi pignoribus obligatum haberemus, atque ita fidelem in promiſſis futurũ dubitare nunquã poſſimus.

Secunda, vt credendi tarditatẽ erigant. Aug. li. 4. cor. Donat. c. 24.

a Exod. 3. 10 11.

b Exo. 4. 1. 3. 4

Tertia cauſa fuit, vt illa tamquam remedia, vt ſcribit Sanctus Ambroſius, atque Euangelici Samaritani medica-

Tertia, vt ſa[illegible]rata, & [illegible]

dicamenta ad animarum ſanitatem, vel recuperandam, vel tuendã à preſto eſſent. Virtutẽ enim quæ ex Paſſione Christi manat, hoc eſt, gratiã, quã ille nobis in ara crucis meruit, per ſacramẽta, quaſi per alueum quendã, in nos ipſos deriuare oportet, aliter verò nemini vlla ſalutis ſpes reliqua eſſe poterit. Quare clemẽtiſſimus Dñs ſacramẽta, verbo ſuo, & promiſsione ſãcita relinquere in Eccleſia voluit, per quæ paſſionis ſuæ fructũ nobis re ipſa cõmunicari, ſine dubitatione crederemus, ſi modò vnuſquiſq; noſtrũ ad ſe eã curationẽ piè, & religiosè admoueret.

Fit medicina ad depellendos animi morbos, & ſalutem tuendam.
S. Amb. l. 2. de ſacram. cap. 3.
a Luc. 10. 4.

Sed quarta etiam cauſa accedit, cur Sacramentorum inſtitutio neceſſaria videri poſſit, vt ſcilicet notę quędã, & ſymbola eſſent, quibus fideles internoſcerentur, cum prælertim nullus hominum cœtus queat, vt etiam à D. Auguſtino traditũ eſt, ſiue veræ, ſiue falſæ religionis nomine, quaſi vnum corpus coagmẽtari, niſi aliquo viſibilium ſignorum fœdere coniungantur. Vtrumque igitur præſtant nouæ legis Sacramẽta, quæ & Chriſtianæ fidei cultores ab infidelibus diſtinguunt, & ipſos fideles ſancto quodam vinculo inter ſe connectunt.

Quarta, vt ſint chriſtianiſmi veræq; religionis ſymbola, & ſancta ſocietatis vincula.
D. Aug. l. 29. cont. Fauſt. c. 11. & de vera relig. c. 17. & Baſ. in exhortat. ad bapt.

Præterea aliam etiam iuſtiſſimam fuiſſe cauſam, Sacramenta inſtituendi, ex illis Apoſtoli verbis, *b* Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem cõfeſſio fit ad ſalutem, oſtendi poteſt. Sacramentis enim fidem noſtram in hominum conſpectu profiteri, & notam facere videmur. Quare ad Baptiſmum accedentes, palàm teſtamur, nos credere eius aquæ virtute, qua in Sacramento abluimur, ſpiritualem animæ purgationem fieri.

Quinta, ſunt teſtimonia noſtræ fidei eiſque certa declaratio.
b Rom. 10. 10.

Magnam deinde vim habent Sacramenta, non ſolùm ad fidem in animis noſtris excitandam, & exercendam, ſed etiam eam caritatem inflammandam, qua amare inter nos debemus, cum arctiſſimo nos vinculo colligatos, & vnius corporis membra effectos eſſe ex ſacrorum myſteriorum communione recordamur.

Sexta, vt ſint incitamenta fidei, & charitatis.
Septima, ſunt humilitatis excitandæ inſtrumenta.

Poſtremò, quod in Chriſtianæ pietatis ſtudio plurimi faciendum eſt, humanæ mentis ſuperbiam edomant, ac comprimunt: noſque ad humilitatem exercent, dum ſenſibilibus elemẽtis ſubijcere nos cogimur, vt Deo obtẽperemus, à quo antea impiè defeceramus, vt mũdi elemẽtis ſeruiremus. Hæc ſunt quæ potiſſimũ de Sacramẽtis, nomi-

Epilogus ſuperiorum.

nomine, natura, inſtitutione, fideli populo tradenda eſſe viſa ſunt, quæ poſteaquam à Paſtoribus accuratè expoſita fuerint, docere deinceps oportebit, quibus ex rebus ſingula Sacramenta conſtent, quæue ſint illorũ partes, ac præterea, qui ritus, & cerimoniæ additæ illis fuerunt.

15 *Partes ad cõſtituẽdũ vnumquodque Sacramẽtũ neceſſaria.*

Primùm igitur explicandum eſt, rem ſenſibilem, quæ ſupra in Sacramenti definitione poſita eſt, non vna tantum eſſe, quamuis vnum ſignum conſtitui credendum ſit. Duo enim ſunt, ex quibus quodlibet Sacramentum conficitur, quorum alterum materiæ rationem habet, atque Elementum dicitur, alterum formæ vim, & Verbum communi vocabulo appellatur. Sic enim à Patribus accepimus, qua in re notum eſt, atque apud omnes peruulgatum illud Sãcti Auguſtini teſtimonium: Accedit Verbum ad Elementum, & fit Sacramentum. Rei igitur ſenſibilis n[illegible]ine, tum materiam, ſiue elemẽtum intelligunt, vt in ſacramento Baptiſmi aquam Confirmationis, Chriſma, & Extremæ Vnctionis, oleum, quæ omnia ſub aſpectũ cadunt, tum præterea verba, quæ formæ ratione habent, atque ad auriũ ſenſum pertinent. Apoſtolus verò vtrumque apertè indicauit, cum inquit. *a* Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquę in verbo vitæ. Quo in loco materia, & forma Sacramenti.

Duobus quodlicet ſacramẽtum conſtat. Mag. in 4. dic. lic. d. D. Th. in 3. 7. q 60. ar. 4. 5. 6.

S. Aug. tract. 81. in Ioan.

a Eph. 5. 26.

16 *Cur elemento verba addita fuerint.*

Addenda autem erant verba ad materiã, vt apertior, clariorque rei, quę gerebatur, ſignificatio fieret. Verba enim inter omnia ſigna maximam vim habere perſpicuum eſt: ac ſi ipſa deſint, planè obſcurum erit, quidnã materia Sacramentorum deſignet, ac demõſtret. Nam, vt in Baptiſmo licet videre, cum aqua non minùs refrigerandi, quàm abluendi vim habeat, & vtriuſq; rei ſymbolum eſſe poſſit, niſi verba addantur, vtrum horum in baptiſmo ſignificet, aliquis fortaſſe coniectura aliqua dijudicabit; nemo autem ea de re quippiam certi affirmare audebit, at cum verba adhibentur, ſtatim intelligimus, abluendi vim, & ſignificationem habere.

Materia, & forma Sacramentum ſcripta trahuntur. Verborum in ſacram. virt⁹. Aug lib. 8. de doct. Chr, c. 3.

17 *Excellentia Sacramentorum nouæ legis.*

In hoc autem noſtra Sacramenta antiquę legis ſacramen-

mentis plurimum præſtant, quod in illis adminiſtrandis nulla, quod quidem acceperimus, definita forma ſeruaretur, quo etiam fiebat, vt incerta admodum, & obſcura eſſent, noſtra verò formam verborum ita præſcriptã habent, vt, ſi fortè ab ea diſcedatur, Sacramenti ratio conſtare non poſſit: ob eamque rem clariſſima ſunt, ac nullum relinquunt dubitandi locum. Hæ igitur ſunt partes, quæ ad naturam, & ſubſtantiam Sacramentorũ pertinent, & ex quibus vnumquodque Sacramentum neceſſariò conſtituitur.

Sacramẽta legis veteris formam definitã non habebãt, hoc colligitur ex ſcrpturis, in quibus veterum ſacramentorum fit mentio.

Forma ſublata ratio ſacramẽti tollitur. Videatur, ca. 13. de ſacr. in genere, ſeſſ. 7. Conc. Triden.

18 *Quæ ſit cæremoniarum in ſacramentis virtus, & natura.*

His accedunt cæremoniæ, quæ tametſi prætermitti ſine peccato non poſſunt, niſi aliud facere ipſa neceſſitas cogat: tamen ſi quando omittantur, quoniam rei naturã non attingunt, nihil de vera Sacramẽti ratione iminui credendum eſt. Ac meritò quidem à primis vſq. Eccleſię temporibus illud ſemper ſeruatum eſt, vt Sacramenta ſolemnibus quibuſdã cœremonijs miniſtrarentur. Primùm enim maximè decuit ſacris myſterijs eum religionis cultũ tribuere, vt ſancta ſancti tractare videremur, præterea, quæ Sacramento efficiuntur, cæremoniæ ipſę magis declarant, ac veluti ante oculos ponunt, & earum rerum ſanctitatem in animos fidelium altius imprimũt. Deinde verò mentes illorum, qui eas intuentur, & diligẽter obſeruant, ad ſublimium rerum cogitationem erigunt, fidemq; in eis, & caritatem excitant, quò maior cura, & diligentia adhibenda erit, vt fideles vim cœremoniarum, quibus ſingula Sacramenta conficiuntur, cognitam, & perſpectam habeant.

Cæremoniarũ antiquitas. Dion. Areop. in l. de Eccleſ. Hier. c. 2. Cle. epi. 3. Ter. de cormi. Cypr. Cap. 73 Baſ. de Spir. Sancto c. 70. Conc. Trid ſeſſ. 22. c. 4. & 5. in no. doc.

Cæremoniarũ effectus. Cyr. Hier. in catec. 1. 2. 3. & 4. Rabanus Maurus lib. 1. de iuſt. cler. c. 27. Iſi. li. de offic. Eccl. c. 20. de neceſſitate, numero, & vtilitate Sacramentorum.

19 *Quot ſint Catholicæ Eccleſiæ Sacramenta.*

Sequitur, vt Sacramentorum etiam numerus explicetur, quę quidem cognitio hanc vtilitatem affert, quod populus eò maiori pietate omnes animi ſui vires, ad laudandam, & prædicandam Dei erga nos ſingularem beneficentiam conuertet, quò plura ſalutis, ac beatæ vitæ adiumenta nobis diuinitùs parata eſſe intellexerit. Catholicæ igitur Eccleſiæ Sacramenta quemadmodum ex *a* Scripturis probatur, & Patrum traditione ad nos peruenit, & *b* Conciliorum teſtatur auctoritas, ſeptenario numero definita ſunt.

a Prou. 9. 1. 2. Apo. 1. 16. & 5. 1. 6 fuerũt deſigrata ſeptem Eccleſię Sacramenta, ſed de his, fuſius Poſtea.

b ſeſſ. 7. Conc. Trid. cap. 7. de Sacramentis in genere.

20 *Cur nec maiori, nec minori numero Sacramenta cõcludantur.*

Conc. Conſt. ſeſſ. 15. Flor. in decreto dato Armenis.

Cur autem neq; plura, neq; pauciora numerentur, ex ijs etiã rebus, quæ per ſimilitudinem à naturali vita ad ſpiritualem transferũtur, probabili quadã ratione oſtẽdi poterit. Homini enim ad viuendũ, vitamq; conſeruandam, & ex ſua, reique publicæ vtilitate traducendam, hæc ſeptẽ neceſſaria videntur, vt ſcilicet in lucẽ edatur, augeatur, alatur, ſi in morbũ incidat, ſanetur, imbecillitas viriũ reficiatur: deinde, quod ad remp. attinet, vt magiſtratus nunquã deſint, quorũ auctoritate, & imperio regatur: ac poſtremò, legitima ſobolis propagatione ſeipſum, & humanum genus conſeruet. Quæ omnia quoniã vitę illi, qua anima Deo viuit, reſpõdere ſatis apparet, ex ijs facilè Sacramentorum numerus colligetur.

Natura ipſum docere ſacramenta ſeptenario numero eſſe definienda. Humano generi ſeptem eſſe neceſſaria ad vitam cõmode traducendam.

Conc. Conſt. ſeſſ. 15. Flor. in decreto dato Armenis. Tri. ſeſſ. 7. Th. in 3 p. q. 45. ar. 1. & 7. con Gent. cap. 58.

21 *Septem Sacramenta eſſe ex Scripturis demonſtrantur.*

Primus enim eſt Baptiſmus, veluti cęterorum ianua, quo *a* Chriſto renaſcimur: deinde Confirmatio, cuius virtute fit, vt diuina gratia augeamur, & roboremur; baptizatis enim iam Apoſtolis, vt D. Augu. teſtatur; inquit Dominus: *b* Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Tum Euchariſtia, qua, tanquam cibo verè cęleſti ſpiritus noſter alitur, & ſuſtinetur; de ea enim dictum eſt à Saluatore: *c* Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Sequitur quarto loco Pœnitentia, *d* cuius ope ſanitas amiſſa reſtituitur, poſtquam peccati vulnera accepimus. Poſtea verò Extrema vnctio, qua peccatorum reliquiæ tolluntur, & animi virtutes recreantur; ſiquidem D. Iacobus, cùm de hoc Sacramento loqueretur, ita teſtatus eſt: *e* Et, ſi in peccatis ſit, remittẽtur ei: *f* Sequitur Ordo, quo publica Sacramentorũ miniſteria perpetuò in Eccleſia exercendi, ſacraſq; omnes functiones exequendi poteſtas traditur. Poſtremò additur *g* Matrimoniũ, vt ex maris, & fœminæ legitima, & ſancta coniunctione filij ad Dei cultũ, & humani generis conſeruationem procreentur, & religioſè educentur.

a Io. 3. 5. Tit. 3. 5.
D. Aug. epiſt. 108.
b Luc. 24. 49. Act. 1. 8. & 2. 2.
c Ioan. 6. 55.
d Ioan. 20. 22. 23.
e Iac. 5. 14. 13.
f Act. 13. 2. 3. 1. Tim. 4. 14. & 2. Tim. 17.
g Eph. 5. 31. 52.

22 *Æqualis non eſt omnium Sacramentorum vel neceſſitas, vel dignitas.*

Illud verò maximè animaduertendum eſt, quamuis omnia Sacramenta diuinam, & admirabilem virtutem in ſe contineant, tamen non parem omnia, & æqualem neceſ-

De præſtãtia, & differẽtia ſacramẽtorũ.

Tria ſunt Sacramenta præ cęteris neceſſaria. Th. in 3. par. qu. 63. ar. 4 Can. 3. & 4. Conc. Trid de ſacramẽtis in genere, ſeſſ. 7. Baptiſmi neceſſitas. a Ioan. 3. 5. b Pænitentiæ neceſſitas. Apoc. 2. 5. Luc. 13. 3. Ordinis neceſſitas. c Prou. 11. 14. Euchariſtiæ. dignitas. Dion. in li. de Eccleſ. Hi. c. 3. Th. in 3. p. q. 65. ar. 3.

neceſſitatem, aut dignitatem, aut vnam eandemque ſignificandi vim habere Atque ex ijs tria ſũt, quæ tametſi non eadem ratione, tamen prę cęteris neceſſaria dicuntur Baptiſmum enim vnicuique ſine vlla adiunctione neceſſarium eſſe, Saluator his verbis declarauit; *a* Niſi quis renitus fuerit ex aqua, & Spiritu, non poteſt introire in regnum Dei. Pęnitentia verò illis tantum modo neceſſaria eſt, qui ſe poſt Baptiſmũ aliquo mortali peccato obſtrinxerunt. Neque enim æternum exitium effugere poterunt, *b* niſi eos admiſſi peccati ritè pœnituerit. Ordo præterea, etſi non ſingulis fidelibus, *c* toti tamen Eccleſiæ omnino neceſſarius eſt. Verùm, ſi dignitas in Sacramentis ſpectetur, Euchareſtia, ſanctitate, & myſteriorũ numero, ac magnitudine, longè cæteris antecellit, quæ omnia facilius intelligentur, cũ ſuo loco, ea quæ ad ſingula Sacramenta pertinent, explicabuntur.

23 *A quo hæc ſacra, & diuina myſteria ſint accepta principaliterque diſcentur.*

Cauſa efficiẽs ſeu auctor ſacramẽtorum Deus eſt per Chriſtũ, idemque precipue intus diſpẽſat Amb. lib. 4. de ſacr. ca. 4. Th. in 3. par. q. 64. Seſſ. 7. de ſacr. in gen. can. 1. Conc. Trid. d Rom. 8. 33. Proprium eſt Dei illabi in animã hominis in lib. de Eccleſ. dogm. & Caſſian col lat. 7. cap. 3. e Ioan. 1. 33. Diſpẽſat Deus ſacramẽ. aper homines.

Deinceps videndum eſt, à quo hæc ſacra, & diuina myſteria acceperimus. Neque enim dubitãdum eſt, quin præclari alicuius muneris dignitas, eius, à quo donum ipſum profectum eſt, dignitate, & pręſtantia, quam maximè augeatur. Sed ea quæſtio difficilem explicationem habere non poteſt. Nam, cum Deus ſit, *d* qui homines iuſtos efficiat; ipſa verò Sacramenta iuſtitię adipiſcendę mirifica quædam inſtrumenta ſint; patet, vnum eundemque Deum in Chriſto Iuſtificationis, & Sacramentorum auctorem agnoſcendum eſſe. Præterea Sacramẽta eam vim, & efficientiam continent, quæ ad intimam animam penetrat. Cùm verò vnius Dei potentiæ proprium ſit in corda, & mentes hominum illabi; ex hoc etiam perſpicitur Sacramenta à Deo ipſo per Chriſtum inſtituta eſſe; quemadmodum ab eo quoque intus diſpenſari, certa, & conſtanti fide tenendum eſt. Hoc enim teſtimonium de illo ſe accepiſſe ſanctus Ioannes affirmat, cum ait; *e* Qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentẽ, & manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptizat in ſpiritu ſancto.

24 *Quibus miniſtris vtatur Deus in Sacramentis diſpenſandis.*

Sed quamuis Deus Sacramentorum auctor, & diſpen-

ſator,

ſator, ſit *a* ea tamen non per Angelos, verùm per homines miniſtrari in Eccleſia voluit, non minus enim miniſtrorum officio, quam materia, & forma ad Sacramenta conficienda opus eſſe, perpetua ſanctorum Patrum traditione confirmatum eſt.

a 1. Cor. 4. 1. Heb. 5. 1. Th. in 3. par. q. 64. art. 4. Cōc. Trid. ſeſſ. 7. can. 10.

25 *Miniſter ſua prauitate gratiæ Sacramentalis virtutem impedire non poteſt.*

Atque hi quidem miniſtri, quoniam in ſacra illa functione non ſuam, ſed Chriſti perſonã gerunt, ea re fit, vt, ſiuè boni, ſiuè mali ſint, modò ea forma, & materia vtantur, quã ex Chriſti inſtituto ſemper Eccleſia Catholica ſeruauit, idque facere proponãt, quod Eccleſia in ea adminiſtratione facit, verè Sacramenta conficiant, & cõferant, ita vt gratię fructũ nulla res impedire poſſit, niſi qui ea ſuſcipiunt, ſeipſos tãto bono fraudare, & Spiritui ſancto velint obſiſtere. Hanc verò in Eccleſia certam, & exploratam ſententiã ſemper fuiſſe, Sanctus Auguſtinus in ijs diſputationibus, quas aduerſus Donatiſtas conſcripſit, clariſſimè demonſtrauit. Quòd ſi etiã ſcripturæ teſtimonia quærimus, ipſum Apoſtolum his verbis loquẽtem, audiamus; *b* Ego, inquit, plantaui; Apollo rigauit; ſed Deus incrementũ dedit: neque enim qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Ex quo loco ſatis intelligitur, quemadmodũ arboribus nihil obeſt eorum improbitas, quorũ manu ſatæ ſunt: ita nihil vitij aliena culpa contrahi illis poſſe, qui malorum hominum miniſterio Chriſto inſiti ſunt. Quare, vt ex *c* D. Ioannis Euangelio ſancti Patres noſtri docuerũt; Iudas etiam Iſcariotes plures baptizauit, ex quibus tamen neminem iterum baptizatum fuiſſe legimus, ita, vt præclare D. Auguſtinus reliquerit: Dedit Baptiſmũ Iudas, & non baptizatum eſt poſt Iudam: dedit Ioannes, *d* & baptizatum eſt poſt Ioannẽ; quia, quod datũ eſt à Iuda, Baptiſma Chriſti erat; quod autem à Ioanne datum eſt, Ioannis erat: non Iudam Ioanni, ſed Baptiſmum Chriſti etiam per Iudæ manus datum, Baptiſmo Ioannis etiam per manus Ioannis dato, rectè præponimus.

Miniſtrorum quæ ſit ratio. ſeſſ. 2. Concil. Trid. de Sacramentis in generecan. 11. & 12. vide Greg. Naz. in Orat. in S. Bap. Ambr. de his qui myſt. in cap. 5 Chriſoſt. ho. 8. in 1. Cor. Auguſt. cõ. Creſcen. li. 4. c. 20. & 4. conc. Dona. ca. 4. & lib. 2. condit. Petil. cap. 47.

b 1. Cor. 3. 6. 7.

c Ioan. 4. 2.

D. Aug. tract. 5. in Ioan.

d Act. 19. 5.

26 *Quid de illis ſentiendum ſit, qui impura conſcientia Sacramenta adminiſtrant.*

Sacramenta nouæ legis impura conſcientia miniſtrare.

Neque verò paſtores, alij ve Sacramentorum miniſtri,

cùm

cùm hæc audiunt, ſatis ſibi eſſe arbitrētur, ſi poſt habitā morū integritatē, ac conſcientiæ munditia, illud tātùm cogitent, quomodo Sacramenta ab illis ritè miniſtrētur: id enim, etſi diligenter curandum eſt, in hoc tamen omnia, quæ ad eam functionem pertinent, poſita non ſunt. Meminiſſe autē ſemper debent, Sacramenta diuinā quidem virtutē, quæ illis in eſt, nunquā amittere, *a* at verò impurè ea miniſtrantibus æternā perniciem, & mortem afferre. *b* Sancta enim quod ſemel, atque iterū, ac ſæpius admonere oportet, ſanctè, & religiosè tractanda ſunt, *c* Peccatori, vt eſt apud Prophetam, dixit Deus; Quare tu narras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentū meū per os tuum? tu verò odiſti diſciplinā. Quod ſi homini peccatis contaminato minùs licet de rebus diuinis agere; quantū ab eo ſcelus concipi exiſtimandū erit, qui ſibi multorum ſcelerum conſcius eſt, nec tamen ſacra myſteria polluto ore conficere, vel in fœdas manus ſumere, contractare, atque alijs porrigere, & miniſtrare vereatur? Cùm præſertim apud ſanctum Dionyſium ſcriptū ſit, malis ſymbola, (ita enim Sacramenta appellat) ne contingere quidem permiſſum eſſe. Sanctitatem igitur ſacrarum rerum miniſtri in primis ſectentur, purè ad Sacramenta miniſtranda accedant, atque ita ſe ad pietatē exerceant, vt ex eorum frequenti tractatione, & vſu, vberiorem in dies gratiam, adiuuante Deo, conſequantur.

27 *De duobus præcipuis Sacramentorum effectibus.*

Sed iam, his rebus explicatis, docendum erit, quinam Sacramentorum effectus ſit: id enim Sacramenti definitioni, quæ ſupra tradita eſt, non parum lucis allaturum videtur. Hi autem duo præcipuè numerantur. Ac principem quidem locum meritò gratia illa obtinet, quam, vſitato à ſacris Doctoribus nomine, Iuſtificationem vocamus; ita enim Apoſtolus apertiſſimè nos docuit, cùm inquit, Chriſtum *d* dilexiſſe Eccleſiam, & ſeipſum tradidiſſe pro ea, vt illam ſanctificaret, mundās eam lauacro aquæ, † in verbo. Quo autem pacto tanta res, & tam admirabilis, per Sacramentum efficiatur, vt quemadmodum ſancti Auguſtini ſententia celebratum eſt: Aqua corpus abluat, & cor tangat: id quidem humana ratione atque intelligentia comprehendi non poteſt

Conſti-

quā pernicioſū ipſis ſit miniſtris Th. in 3 Par. q. 64. ar. 4. ex Dionyſ. lib Eccl. Hier. c. 1 et ex epiſt. ad Demoph. cō ſētit Augu. lib 2 cont. ep. Parm. c. 10. & tract. 5 in Ioān & l. 3. cōt. Creſ. c. 6.
a 2. Reg. 6. 6. 7 & 1 Paral. 13. 9 10.
b Iſaiæ. 52. 11
c Pſ. 49. 16. 17. ſeſſ 6. Concil. Trid. de Sacr. in gen. can. 6. S. Dion. Eccl. Hier. cap. 1

Sacramētorū primo effectu qui eſt gratia iuſtificās ſeſ. 7 Conc. Trid de Sacr. in genere cap. 6. 7. & 8. Aug. tract. 26. in Ioā & li. 19. cōt. Fauſt. c. 10 17. & in Pſ. 67 Th. in 3. p. qu. 62. art. 1. 2. & 3
d Eph. 5. 25. 26 D. Aug. tract. 80. in Ioan.
† Duo noſtra M.S. exēplaria legūt ī verbo vitæ, & ita hic locus citatus eſt ſupra eod. c. ſeſſ. 15. ſed Græca exēplaria, & Syriaca non habēt vocē vitæ. Louanienſia Biblia cum in textu, habeat in verbo, margini adiunxerunt vocem, vitæ.

Conſtitutum enim eſſe debet, nullam rem ſenſibilem, ſuapte natura ea vi præditam eſſe, vt penetrare ad animam queat. At fidei lumine cognoſcimus, omnipotentis Dei virtutem in Sacramentis ineſſe, qua id efficiãt, quod ſua vi res ipſę naturales præſtare non poſſunt.

Sacramentarum vis miraculis declarata naſcentis Eccleſiæ. Auguſt. lib. q. veter, & noui teſtam. q. 93.

28 *Quomodo effectus Sacramenti initio naſcentis Eccleſiæ ſint mirabiliter deſignati.*

Quo circa, ne vlla vnquam huius effectus dubitatio in animis fidelium reſideret, cùm miniſtrari Sacramenta cœptum eſt, voluit clementiſſimus Deus, quid illa interiùs efficerent, miraculorum ſignificationibus declarare: vt eadem perpetuò interiùs fieri conſtantiſſimè crederemus, quamuis longè à noſtris ſenſibus remota eſſent. Itaque, vt omittamus, Saluatore noſtro in Iordane baptizato, *a* cœlos apertos eſſe, & Spiritum ſanctum columbæ ſpecie apparuiſſe: vt admoneremur eius gratiam, cùm ſalutari fonte abluimur, in animam noſtram infundi: vt hoc, inquam, omittamus: (magis enim ad Baptiſmi ſignificationẽ, quàm Sacramẽti adminiſtrationem pertinet) nonne *b* legimus, cùm Pentecoſtes die Apoſtoli Spiritũ ſanctũ acceperunt, quo deinde ad prædicandam fidei veritatem, adeundaque pro Chriſti gloria pericula alacriores, & fortiores fuerunt, tunc facto repẽte de cęlo ſonitu, tanquam aduenientis Spiritus vehemẽtis, apparuiſſe illis diſpertitas linguas, quaſi ignis, ex quo intellectum eſt, ſacramento Cõfirmationis eundem nobis Spiritum tribui, eaſquè vires addi, quibus poſſumus Carni, Mundo, & Sathanæ, perpetuis ſcilicet hoſtibus noſtris, fortiter repugnare, & reſiſtere. Atque *c* hæc miracula, quoties Apoſtoli Sacramẽta iſta miniſtrarent, initio naſcentis Eccleſiæ aliquandiu viſa ſunt, donec firmata iam fide, & corroborata, fieri deſierunt.

a Matt. 3. 16. Marc. 1. 10. Luc. 3. 21. 22.

b Act. 2. 3. 4

c Act. 8. 17. 17. & 45. & 19. 6.

Præſtantiora eſſe legis nouæ Sacramẽnta veteribus, docet Aug. l. 49. cõt. Fau. c. 13. Ambr. lib. de Sacram. ca. 4.

29 *Quanta ſit Sacramentorum nouæ legis ſupra veteris legis Sacramenta excellentia.*

Ex ijs igitur, quæ de priori ſacramentorum effectu, gratia ſcilicet iuſtificante demonſtrata ſunt, illud etiam planè conſtat, excellentiorem, & præſtantiorem vim Sacramentis nouæ legis ineſſe, quàm olim veteris legis ſacramenta habuerunt: quæ cum *d* infirma eſſent, egenaque elementa, *e* inquinatos ſanctificabant ad emun-

d Galat. 4. 9. e Heb. 9. 13.

Sacramenta nouæ legis ex Chriſti latere manarunt.

dationem carnis, nō animę: quare, vt ſigna tantū earum rerum, quę myſterijs noſtris efficienda eſſent, inſtituta ſūt. At vero Sacramēta nouæ legis ex Chriſti latere manantia, *a* qui per Spiritū ſanctum ſemetipſū obtulit immaculatū Deo, emundāt conſcientiā nōſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendū Deo viuenti, atque ita eā gratiam, quā ſignificant Chriſti ſanguinis virtute operātur. Quocirca, ſi ea cū antiquis ſacramentis conferamus, præterquā quod plus efficacię habent, & vtilitate vberiora, & ſanctitate auguſtiora eſſe inuenientur.

Auguſ. li. 2. de Sym. cap. 6. in Ioan. 11. 15. & li. 15. ciu. c. 26.
Secundus Sacramentorum effectus eſt characteris ſacri in animā impreſio Seſ. 7 Conc. Trid, de Sacram. in genere can. 9.

30 *Quæ Sacramēta Characterē imprimāt, & quid ſit Character*

Alter verò Sacramentorum effectus non quidem omnibus communis, ſed trium tantummodo proprius, Baptiſmi, Confirmationis, & Ordinis ſacri, eſt Character quem animę imprimunt; nam, cum Apoſtolus ait: *a* Vnxit nos Deus, qui & ſignauit nos & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris, voce illa, ſignauit, non obſcurè Characterem deſcripſit, cuius proprium eſt, aliquid ſignare, & notare. Eſt autem Character veluti inſigne quoddam animæ impreſſum, quod deleri nunquam poteſt, eique perpetuò inhæret: de quo ita apud ſanctum Auguſtinum ſcriptum eſt; An minus fortè ſacramenta Chriſtiana, quam corporalis hæc nota, qua ſcilicet miles inſignitur, poterunt? Illa namque militi ad militiam, quam deſeruiſſet, reuertenti, non noua imprimitur, ſed antiqua cognoſcitur, & approbatur.

a 2. Cor. 1. 21. 22

D. Augu. lib. 2. cō. ep. parmē. cap. 13. & epl. 50 circa mediū & tr. 9. in Ioā. & l. 1. cōt. Cre. c. 30. vide itē D. Tho. in 3. p. quæſt. 63.

Characteris vſus duplex. Th. in 3. p. q. 3 art. 2.
Character Baptiſmi quibus efficiat.
Character cōfirmationis quid præſtet.
Character Sacramēti Ordinis, quid ſignet.

31 *Quis ſit Characteris effectus, & quomodo Sacramenta Characterem imprimentia iterari non debeant.*

Iam verò Character hoc præſtat, tum vt apti ad aliquid ſacri ſuſcipiendum, peragendum efficiamur, tum vt aliqua nota alter ab altero internoſcatur. Ac Baptiſmi quidem Charactere vtrumque conſequimur, vt ad alia Sacramenta percipienda reddamur idonei, & eo præterea fidelis populus à gentibus, quæ fidem non colunt, diſtinguatur. Idem autem in Charactere Confirmationis, & ſacri Ordinis licet agnoſcere, quorum altero veluti Chriſti milites, ad eius nominis publicam confeſſionem, & propugnationem, ac contra inſitum nobis hoſtem, *b* & ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus armamur, atque inſtruimur, ſimulque ab ijs, qui nuper baptizati, *c* tanquam

b Epheſ. 6. 12.

c 1. Pet. 2. 3.
Tria tantū Sacramēta Characterem imprimunt, quæ nec vnquam iterantur. Conc. Flor. in Dec. Eug. & Tri. c. 9. ſeſſ. 7.

quam modò geniti infantes ſunt, diſcernimur, alter verò, tum poteſtatem Sacramenta conficiendi, & miniſtrandi coniunctam habet, tum eorum, qui huiuſmodi poteſtate prǽditi ſunt à reliquo fidǽlium cǽtu diſtinctionem oſtendit. Tenenda igitur eſt Chatolicæ Eccleſiæ regula, qua docemur tria hæc Sacramenta Characterem imprimere, neque vllo vnquam tempore iteranda eſſe. Hæc ſunt, quæ generatim de Sacramentis tradenda erunt.

32 *Quibus rationibus aſſequentur Paſtores, vt populus Sacramenta veneretur, & his religioſè vtatur.*

In Sacramentorum doctrina d o :æ ipuè obſeruanda.

Eucharistie, & pęnitentiæ vſus frequẽter populo inculcandus.

In cuius argumenti explicatione Paſtores duo potiſſimùm efficere omni ſtudio conentur. Primum eſt, vt fideles intelligant, quanto honore, & cultu, & veneratione hæc diuina, & cœleſtia munera digna ſint; alterum verò, vt, quoniam à clementiſſimo Deo ad communem omnium ſalutem propoſita ſunt, ijs piè, & religioſè vtantur, atque ita Chriſtianæ perfectionis deſiderio exardeſcant, vt ſi Pænitentiæ præſertim, & Euchariſtiæ ſaluberrimo vſu aliquandiu careant, plurimum damni ſe feciſſe exiſtiment. Hæc autem facilè Paſtores aſſequi poterunt, ſi, quæ de Sacramentorum vtilitate, & fructu ſupradicta ſunt, auribus fidelium ſæpius inculcabunt, primum à Domino Saluatore noſtro à quo nihil niſi perfectiſſimum proficiſci poteſt inſtituta eſſe: præterea cùm miniſtrantur, Spiritus ſancti intima cordis noſtri permeantis efficaciſſimum numen præſto eſſe; deinde admirabili, & certa curandarum animarum virtute prædita eſſe; tum per ea immenſas illas Dominicæ paſſionis diuitias ad nos deriuari. Poſtremò verò oſtendent totum Chriſtianũ ædificium, *a* firmiſſimo quidem lapidis angularis fundamento inniti; Verùm niſi verbi Dei prædicatione, & Sacramentorum vſu vndique fulciatur, magnoperè verendum eſſe, ne magna ex parte labefactatum concidat; vt enim per Sacramenta in vitam ſuſcipimur ita hoc veluti pabulo alimur, conſeruamur, augemur.

a Iſaiæ. 28. 16. Rom. 9. 33. 1. Pet. 2. 7. Sacramentis, & verbi Dei doctrina Eccleſiam maxime fulciri.

DE BAPTISMI SACRAMENTO.

CAP. II.



Sect. 1. Cur expediat doctrinam Baptiſmi frequenter populis fidelibus inculcari.

Doctrina ſacramentorum quam ſi vtil s & neceſſaria.

EXijs quidem, quæ hactenus de Sacramentis vniuersè tradita ſunt, cognoſci poteſt quam neceſſarium ſit ad Chriſtianæ religionis, vel doctrinam percipiendam, vel pietatem exercendam, ea intelligere, quæ de illorum ſingulis credenda Eccleſia Catholica proponit; ſed, ſi quis diligentiùs *a* Apoſtolum legerit, ſine dubitatione ita ſtatuet, perfectam Baptiſmi cognitionem à fidelibus magnopere requiri; ideò non ſolùm frequenter, ſed grauibus verbis, & Spiritu Dei plenis eius myſterij memoriam renouat, diuinitatem commendat, atque in eo redemptoris noſtri mortem ſepulturam, & reſurrectionem nobis ante oculos, tum ad cõtemplandum, tum ad imitandum conſtituit. Quare Paſtores nunquam ſe ſatis multam operam, & ſtudium in huius Sacramenti tractatione collocaſſe arbitrentur.

a Ro. 6.3.4.7. & 1.Cor.6.1 & cap. 12. 13. & Gal.3.27.Eph. 5.26. Baptiſmi vis quá ſerio omnibus ſit ex pendenda.

2 *Quan-*

2 *Quãdo potiſſimum Parocho ſermo de Baptiſmi ſit ĩſtituẽdus.*

Verùm præter eos dies, in quibus more maiorũ diuina baptiſmi myſteria potiſſimum explananda eſſent, in Sabbato magno Paſchæ, & Pentecoſtes, quo tempore Eccleſia ſumma cũ religione, maximiſque cæremonijs hoc Sacramentũ celebrare conſueuerat, alijs etiã diebus occaſionem captent de hoc argumento diſſerẽdi. Atque illud in primis tẽpus maximè opportunum ad eam rem videri poterit, ſi interdũ, cũ baptiſmus alicui miniſtrandus ſit, fidelis populi multitudinem conueniſſe animaduerterint. Tunc enim facilius multò erit, ſi minus liceat omnia capita, quæ ad hoc Sacramentũ attinẽt, proſequi, vnum ſaltem, aut alterum docere, cum fideles earum rerum doctrinã, quàm auribus percipiunt ſimul, etiam ſacris baptiſmi cæremonijs expreſsã vident, pioque & attento animo contẽplantur. Ex quo deinde fiet, vt vnuſquiſque ijs rebus admonitus, quę in alio geri videat, ſecum recordetur, qua ſe ſponſione Deo obligarit, cũ baptiſmo initiatus eſt; ſimulq. illud cogitet, an vita, & moribus talẽ ſe præbeat, qualẽ ipſa Chriſtiani nominis profeſſio pollicetur. Vt igitur, quæ docẽda erũt, dilucidè exponantur, quænam ſit baptiſmi natura, & ſubſtãtia aperiendum eſt, ſi prius tamen vocis ſignificatio explicetur.

Solemnis Baptiſmus Sabbato Paſchæ & Pẽtecoſtes [illegible] gi ſolitus. Tert. l. de Baptiſ. cap. 19. Baſ. in ex ho. ad Bapt. Ambr. in lib. de myſt. pat. & alibi.

Vtilitas inculcatæ de bap. doctrina.

Qua ſe ſponſione quiſq. in baptiſmo obligauit, vide ſpecta, & de preſ. & de baptiſ.

Octo baptiſmi genera vide apud Dam. l. 4. de fide orth. c. 10.

3 *Quid baptiſmi nomen propriè denotet.*

Ac baptiſmum quidem Græcum eſſe nomen nemo ignorat: quod, etſi in ſacris litteris non ſolùm eam ablutionẽ, quę cũ Sacramento coniuncta eſt, *a* ſed etiã omne ablutionis genus, *b* quod aliquando ad paſſionẽ translatum eſt, ſignificat: tamen apud Eccleſiæ ſcriptores non quamuis corporis ablutionem declarat, ſed eam, quæ cum Sacramento coniungitur, nec ſine præſcripta verborũ forma miniſtratur, qua quidẽ ſignificatione *c* Apoſtoli ex Chriſti Domini inſtituto frequentiſſimè vſi ſũt.

Ablutio ſacramentalis.

a Eſd. 24. 23. Matt. 7. 4. Heb. 9. 10.

b Matt. 10. 38. Luc. 12. 50. 1. Cor. 15. 29.

c Ro. 6. 3. 4. 1. Cor. 1. Gal. 5. 17. Eph. 4. 5. Col. 2. 12. 1. Pet. 3. 21.

4 *Quibus præterea nominibus ablutionem Sacramentalem Patres expreſſerunt.*

Alia quoqe nomina ad eandem rem ſignificandam Sancti Patres vſurparunt. Sacramentum enim fidei appellari, quod illud ſuſcipientes, vniuersã Chriſtianę religionis fidem profiteantur, D. Auguſtinus teſtatur. Alij verò, quia fide corda noſtra illuminantur, quã in Baptiſ-

De varijs baptiſmi nominibus, vide Greg. Naz. in orat. in ſancta lumina, & Clemen. Alex.

l.1.prę da.c.6. Aug.ep.32. 5. Dion. Areop. cap.3 de Eccl. Hi rar. illumi natione vo-cat.
a Heb.10.32. et 6.4.
S.Chryſ.to.5. Expurgatio. Sepultura. Crux Chriſti plantatio.
b 1. Cor. 5.7.
c Ro. 6. 4. 5.
S.Dionyſ. de. Eccl. Hierar. c. p. 1.

mo profitemur, hoc Sacramentum illuminationem vocarunt nam, & Apoſtolus ita inquit; *a* Rememoramini priſtinos dies; in quibus illuminati magnũ certamẽ ſuſtinuiſtis paſſionum, tempus nimirũ, quo baptizati erãt, ſignificãs. Chryſoſtomus prçterea in oratione, quã ad Baptizandos habuit, tũ expurgationẽ, qua per Baptiſmum *b* expurgamus vetus fermentum, vt ſimus noua conſperſio, tum ſepulturam; *c* tum plãtationem, tum crũcẽ Chriſti nominat: quarum omnium appellationum cauſam ex epiſtola ad Rom. ſcripta licet colligere. Cur aut D. Dionyſius principium ſanctiſſimorũ mãdatorum vocauerit, perſpicuum eſt: cum hoc Sacramẽtum veluti ianua ſit, qua in Chriſtianæ vitę ſocietatem ingredimur, atque ab eo diuinis prçceptis obtemperandi initium facimus. Atque hęc de nomine breuiter exponenda erunt.

5 *Quæ ſit Baptiſmi definitio.*

Definitionẽs baptiſmi vide apud Alex. in 4.p. qu. 11. & Th.in 3.par.q 65.art.1.
d Io. 3. 5. & Spiritu ſancto legunt M S. & Aug. ſed Biblia Louaniẽſis Græca exẽplaria ſequentia habent ſolum & ſpiritu
e Eph. 5. 26.
f Eph.2.3.
g Io.1.13. 14.

Quod autem ad rei definitionẽ attinet, etſi multæ ex ſacris ſcriptoribus afferri poſſunt, illa tamen aptior, & commodior eſſe videtur, quàm ex verbis Domini apud Ioannem, & Apoſtoli ad Epheſios licet intelligere; nã, cum Saluator dicat. *d* Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & *e* Spiritu sãcto, nõ poteſt introire in regnũ Dei, & Apoſtolus, cũ de Eccleſia loqueretur; *f* Mũdans eã lauacro aquæ in verbo; ita fit, vt rectè, & appoſitè definiatur, Baptiſmũ eſſe Sacramentũ regenerationis per aquã in verbo *g*; natura enim ex Adã filij iræ naſcimur: per Baptiſmũ verò in Chriſto filij miſericordiæ renaſcimur; ſi quidẽ *h* dedit homnibus poteſtatẽ filios Dei fieri ijs, qui credũt in nomine eius, qui nõ ex ſanguinib9, neque ex volũtate carnis, neque ex volũtate viri, ſed ex Deo nati ſunt.

6 *Qua ratione Baptiſmi Sacramentum perficiatur.*

Baptiſmus ablutione, & forma verborum perficitur.
Chryſ. ho.24. in Io. Aug. l.6 cont. Don. c. 25 Conc. Flor. & Tri. D. Auguſt tract. 80. in Ioan.

Sed quibuſcunq. tandem verbis Baptiſmi naturam explicare contigerit, docendus erit populus, hoc Sacramẽtum confici ablutione, cui ex Domini Saluatoris inſtituto, certa, & ſolemnia verba neceſſariò adhibentur, quẽadmodum ſemper Sancti Patres docuerunt. quod apertiſſimo illo D. Auguſt. teſtimonio demõſtratur. Accedit Verbum ad Elementum, & fit Sacramentum. Id verò eo diligẽtiùs monere oportebit, ne fortè fideles in errorem inducantur, vt exiſtiment, quod vulgo dici ſolitum

litum eſt, aquam ipſam, quæ ad conficiendũ Baptiſmũ in ſacro fonte aſſeruatur, Sacramentum eſſe. tunc enim Sacramentum Baptiſmi dicendum eſt, cum aqua ad abluendũ aliquem additis verbis, quæ à Domino inſtituta ſunt, re ipſa vtimur. Iam verò quoniam ſingula Sacramẽta, ex materia, & forma conſtitui initio diximus, cũ generatim de omnib⁹ Sacramẽtis ageretur, id circo, quę vtraque ſit in Baptiſmo, à Paſtoribus declarãdum erit.

Aqua non poteſt dici Sacramentum, ſed ablutio.

7 *Quæ ſit propria Baptiſmi materia.*

MATERIA igitur, ſiuè elementum huius Sacramenti eſt omne naturalis aquæ genus, ſiuè ea maris ſit, ſiuè fluuij, ſiuè paludis, ſiuè putei, aut fontis, quæ ſine vlla adiunctione aqua dici ſolet; nam Saluator docuit. *a* Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu non poteſt introire in regnum Dei, & Apoſt. inquit, *b* Eccleſiam lauacro aquæ mũdatam eſſe. Et in B. Ioannis epiſtola ſcriptum legimus, *c* Tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra. Spiritus, aqua, & ſanguis. Quod etiam *d* alijs ſacrarũ literarum teſtimonijs comprobatur.

De materia. Bapti. ſeſſ. 7. Concil. Trid. de Baptiſmo can. 2. Conc. Flor. Th. in 3. p. c. 56. ar. 5. Io. 3. 5. a Eph. 5. 26. b 1. Io. 5. 8. c Act. 8. 36. & 10. 47. d Heb. 10. 22. & 1. Pe. 3. 20.

8 *Locus D. Matthæi de Baptiſmo ignis exponitur.*

Quod vero à Ioanne Baptiſta dictum eſt, venturum; eſſe Dominum, *e* qui baptizaret in Spiritu ſancto, & igne, id quidem nullo modo de Baptiſmi materia, intelligendũ eſt, ſed vel ad intimum Spiritus ſancti effectũ, vel certè ad miraculum referri debet. *f* quod die Pentecoſtes apparuit, cum Spiritus ſanctus è cœlo in Apoſtolos ignis ſpecie delapſus eſt, de quo alio loco Chriſtus Dominus noſter prædixit: *g* Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto non poſt multos hos dies.

e Mat. 3. 11. Sic exponit Hier. in Mat. f Act. 2. 3. ſeſs. 7. Conc. Trid. de Bap. c. 1. g Act. 1. 5.

9 *Quibus figuris, & Prophetijs vis aquarũ Baptiſmi ſit oſtẽtata.*

Verum idem quoque à Domino, tum figuris, tũ Prophetarum oraculis ſignificatum eſſe ex diuinis ſcripturis animaduertimus. Diluuiũ enim, *h* quo mundus purgatus eſt quod *i* multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum, huius aquæ figuram, & ſimilitudinem geſſiſſe, Apoſtolorum Princeps in priori Epiſtola oſtendit, & maris rubri tranſitũ eiuſdem aquæ ſignificationem habuiſſe, D. Paulus ad Corinthios ſcribens expoſuit, vt interim omittamus,

h Gen. 64. 5. Diluuium che baptiſmũ repræſentauit. i Gen. 6. 5. 1. Pet. 3. 20. Mare rubrum Exo. 14. 22. 1 Cor. 10. 1. Naaman. ablutio.

a tum Naaman Syri ablutionum, b tum probaticæ piſcinæ admirabilem vim, & alia id genus multa, in quibus huius myſterij ſymbolum ineſſe facilè apparet.

24. Reg. 6.14. b Io. 5. 2. Probati capiſcina vim aquarum baptiſmi præuidit Iſai.

De prędictionibus autem dubitare nemo poteſt, quin aquæ illæ, ad quas tam liberaliter c Iſaias Propheta omnes ſitientes inuitat, d vel quas à templo egredientes Ezechiel in ſpiritu vidit: tum e præterea fons ille, quem domui Dauid & habitantibus Hieruſalem paratum in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ Zacharias prænunciauit, ad ſalutarem baptiſmi aquam indicandam, atque exprimendam pertineant.

c Iſa. 54. 1. d Ezech. 47. 1. e Ezach. 13. 1.

10 *Cur aqua ad Baptiſmum conficiendum nos potiùs vti voluerit, Deus, quàm alia materia.*

Quantùm verò Baptiſmi naturæ, & virtuti conſentaneum fuerit, vt eius propria materia aqua inſtitueretur, pluribus quidē rationibus D. Hieronymus ad Oceanum ſcribēs demonſtrauit. Sed quod ad hunc locum attinet, Paſtores docere in primis poterūt, quoniam hoc Sacramētū omnibus ſine vlla exceptione ad conſequendā vitā neceſſarium erat; idcirco aquæ materiā, quæ numquam non præſto eſt, atq; ab omnibus facilè parari poteſt, maximè idoneam fuiſſe. Deinde aqua effectū Baptiſmi maximè ſignificat, vt enim aqua ſordes abluit, ita etiā Baptiſmi vim, atq; efficientiā, quo peccatorum maculæ eluuntur, optimè demōſtrat. Accedit illud, quod quemadmodū aqua refrigerādis corporibus aptiſſima eſt, ſic Baptiſmo cupiditatum ardor magna ex parte reſtinguitur.

Aquæ vſus in baptiſmo quā ſit naturæ cōſentaneus, & conueniens. S. Hier. ep. 83. to. 2. vide D. Tho. in 3. p. q. 66. art. 3.

Prima ratio.

Secūda ratio.

Tertia ratio.

11 *Aquæ ſimplici, & naturali quare Chriſma adijciatur.*

Illud verò animaduertendum eſt, quamuis, aqua ſimplex, quæ nihil aliud admixtum habet, materia apta ſit ad hoc Sacramentum conficiendum; quoties ſcilicet Baptiſmi miniſtrandi neceſſitas incidat; tamen ex Apoſtolorum traditione, ſemper in Catholica Eccleſia obſeruatum eſſe, vt cū ſolemnibus cæremonijs Baptiſmus conficitur, ſacrum etiam Chriſma addatur, quo Baptiſmi effectum magis declarari perſpicuum eſt. Docendus quoque erit populus, etſi aliquando incertum eſſe poteſt, vtrum hæc, an illa vera àqua ſit, qualem Sacramenti perfectio requirat; hoc tamen pro certo habendū eſſe, nūquā ex alia materia, quā ex aquæ naturalis liquore

Aquæ ſimplici, & naturali cur Chriſma adijciatur. vide Amb. l. 1 de ſac. c. 2. & 3 cap. 1. & in hoc lib. 1. decret. tit. 5. ca; cum ven. c. 11

quore, Baptiſmi Sacramẽtum vlla ratione confici poſſe?

12 *Quare promiſcuè omnibus fidelibus perfecta Baptiſmi forma clarè exponenda ſit.*

Sed duarum partium, ex quibus Baptiſmus conſtare debet, poſtquam altera, hoc eſt materia diligenter explicata fuerit, ſtudebunt Paſtores, eadẽ diligentiã formã etiam tradere, quæ eſt altera eius pars maximè neceſſaria. In huius autem Sacramenti explicatione, eo maiori cura, & ſtudio elaborandum putabunt, quod tam ſancti myſterij notitia non ſolùm ſua ſponte fideles vehementer delectare poteſt, quod quidẽ in omni diuinarũ rẽrũ ſcientia cõmuniter euenit; verũ etiam ad vſus ferè quotidianos ſummoperè expetẽda eſt. Cum enim ſepè incidant tempora, quemadmodum ſuo loco planiùs dicetur, in quibus tum ab alijs de populo, tum ſæpiſſimè à mulierculis Baptiſmũ miniſtrari oporteat, ita fit, vt promiſcuè omnibus fidelibus ea, quæ ad huius Sacramenti ſubſtantiam pertinent, cognita, & perſpecta eſſe debeãt. (Quam ſæpè & quanta cura Baptiſmi natura ſit inculcanda.)

13 *Quæ ſit perfecta, & abſoluta huius Sacraamenti forma.*

Quare dilucidis, & apertis verbis, quæ facilè percipi ab omnibus poſſint, Paſtores docebunt, hanc eſſe perfectam, & abſolutam Baptiſmi formam. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Ita enim à Domino, & Saluatore noſtro traditum eſt, cum Apoſtolis apud Matthæum præcepit: *a* Euntes docete omnes gentes, Baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Ex illo autem verbo, Baptizantes, Catholica Eccleſia diuinitùs edocta optimè intellexit, in huius Sacramenti forma actionem miniſtri exprimendam eſſe: quod quidem fit, cùm dicitur: Ego te baptizo. At quoniam præter miniſtros, tum illius perſonam, qui baptizatur, tum principalem cauſam, quæ Baptiſmum efficit, ſignificare oportebat, idcirco illud pronomen, Te, & diſtincta diuinarum perſonarum nomina adduntur, vt abſoluta Sacramenti forma ijs verbis concludatur, quæ modò expoſita ſunt. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Neque enim ſola Filij perſona, de quo à Ioanne ſcribitur; *b* Hic eſt, qui baptizat: ſed ſimul omnes ſanctæ Trinitatis perſonæ ad Baptiſmi ſacramentum operantur. Quod autem in

(Aug. l. 6. cont. Don. c. 25. & 4c. 15. Th. in 3. p. q. 66. art. Baptiſmi forma. — a Mat. 28. 19. Actio miniſtri Baptiſmo ex Chriſti verbo eſſe neceſſaria colligitur. — Perſona quæ baptizatur. — Principalis cauſa ſanctificationis eſt S. Trinitas. — b Ioan. 1. 33.)

In Nomine non in Nominibus dictum eſt, hoc planè declarat vnam Trinitatis naturam, & diuinitatem. Etenim hoc loco, Nomen ad perſonas non refertur, ſed diuinam ſubſtantiam, virtutem, & poteſtatem, quæ vna, & eadē eſt in tribus perſonis, ſignificat.

In forma baptiſmi quid nomen ſignificet.

14 *An in forma Baptiſmi verba omnia perinde ſint neceſſaria.*

Sed in hac forma, quam integrā, & perfectā eſſe oſtēdimus, obſeruādū eſt, quædā prorſus neceſſaria eſſe, quę ſi ommittātur, Sacramentū confici non poteſt: quędā verò non ita neceſſaria, vt ſi deſint, Sacramēti ratio nō cōſtet: cuiuſmodi eſt vox illa: Ego, cuius vis in verbo Baptizo cōtinetur: immò verò in Eccleſijs Grecorum, variata dicēdi ratione, prætermitti cōſueuit: propterea quod nullam fieri oportere miniſtri mentionē iudicarunt: ex quo factū eſt vt in Baptiſmo hac forma paſſim vtantur, Baptizatur ſeruus Chriſti In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sācti, à quibus tamen perfectè ſacramētū miniſtrari, ex Concilij Florētini ſentētia, & definitione, apparet: cū ijs verbis ſatis explicetur; id quod ad Baptiſmi veritatē attinet, nimirū ablutio quę tūc re ipſa peragitur.

Grecorum baptizandi ratio.

Conc. Flor. in doc. de Sacramentis.

15 *Quomodo Apoſtoli in nomine Chriſti Baptizauerint.*

Quod ſi etiam aliquando tempus fuiſſe dicendum eſt, cùm Apoſtoli *a* in nomine tātum Domini Ieſu Chriſti baptizarent, id quidem Spiritus ſancti afflatu eos feciſſe exploratū nobis eſſe debet, vt initio naſcentis Eccleſiæ Ieſu Chriſti nomine, prędicatio illuſtrior fieret, diuinaque, & immenſa eius poteſtas magis celebraretur. Deinde verò rem penitus introſpicientes, facilè intelligemus, nullam earum partium in ea forma deſiderari, quæ ab ipſo Saluatore pręſcriptę ſunt, *b* qui enim Ieſum Chriſtū dicit, ſimul etiam Patris perſonam, à que vnctus eſt, & Spiritum ſanctum, quo vnctus eſt ſignificat.

Th. in 3. pa. q. 60. art. 6.
a Act. 2. 38. & 8. 12. 20 & 48. & 19. 5.

b Amb. lib. 1. de Spiritu ſancto c. 3. Baſi. de Spiritu ſancto 1. c. 12.

16 *Apoſtolos in nomine Chriſti tacitis alijs duabus perſonis Trinitatis, nunquam baptizaſſe credendum eſt.*

Quamquam dubium fortaſſe alicui videri poteſt, an huiuſmodi forma Apoſtoli aliquem baptizauerint, ſi Ambroſij, & Baſilij ſanctiſſimorum, & grauiſſimorum Patrum auctoritatem ſequi volumus, qui ita Baptiſmū in nomine Ieſu Chriſti interpretati ſunt, vt dixerint, ijs verbis ſignificari Baptiſmum, non qui à Ioanne, ſed qui à

Chriſto

Chriſto Domino traditus eſſet: tametſi à communi, & vſitata forma, quæ diſtincta trium perſonarum nomina continet, Apoſtoli non diſcederent. Atque hoc loquẽdi genere Paulus etiam in epiſtola ad Galatas vſus videtur cum inquit; *a* Quicũque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis; vt ſignificaret in fide Chriſti, nec alia tamen forma, quam idem Saluator, & Dominus noſter ſeruandam præceperat, baptizatos eſſe, hactenus igitur de materia, & forma, quæ ad baptiſmi ſubſtantiam maximè pertinent, fideles docere ſatis fuerit. a Gal. 3. 27.

17 *Quo pacto in hoc regenerationis myſterio fieri debeat ablutio.*

Quoniam verò in hoc Sacramento conficiendo legitimę etiam ablutionis rationem ſeruari oportet, ideirco eius quoque partis doctrina à Paſtoribus tradenda eſt, atque ab eis breuiter explicandum, communi Eccleſiæ more, & conſuetudine receptum eſſe, vt Baptiſmus vno aliquo ex tribus modis confici poſſit. Nam qui hoc ſacramento initiari debent, vel in aquam merguntur, vel aqua in eos infunditur, vel aquæ aſperſione tinguntur. Ex his autem ritibus quicunque ſeruetur, Baptiſmũ verè perfici credendum eſt: aqua enim in Baptiſmo adhibetur, ad ſignificandam animæ ablutionem, quam efficit: Quare Baptiſmus ab *b* Apoſtolo lauacrũ appellatus eſt. Ablutio autem non magis fit, cum aliquis aqua mergitur, quod diu à primis temporibus in Eccleſia obſeruatum animaduertimus: quàm vel aquæ effuſione; quod nunc in ſequenti vſu poſitum videmus, vel adſperſione quemadmodum *c* à Petro factum eſſe colligitur, cum vno die tria millia hominum ad fidei veritatem traduxit, & baptizauit.

Ablutio baptiſmi tribus modis fieri poteſt. Tho. in 3. p. q. 66. art. 7.

b Tim. 3. 5. Eph. 1 26. Lauacrum regenerationis. Trina merſio fuit in vſu Auguſt. tempore.

c. Act. 31.

18 *Vnica ne ablutio requiratur, an trina.*

Vtrùm verò vnica, an trina ablutio fiat, nihil referre exiſtimandum eſt. Vtrouis enim modo, & antea in Eccleſia Baptiſmum verè confectum eſſe, & nunc confici poſſe ex D. Greg. Magni epiſtola ad Leandrum ſcripta, ſatis apparet. Retinendus eſt tamẽ à fidelibus is ritus, quẽ vnuſquiſque in ſua Eccleſia ſeruari animaduerterit.

Vna ne, an trina ablutio fieri debeat. Th. in 3. pa. q. 66. art. 8. B Greg. lib. 1. regiſ. ep. 41.

19 *Quare caput hic potiſſimùm abluatur.*

Atque illud præcipuè monere oportet, non quamlibet corporis partem, ſed potiſſimum caput, in quo omnes

nes

Th. in 3. par. q. 66. art. 7 ad 3.
Verba Sacramenti eodem tempore quo abluitur caput pronũcianda ſunt.

nes tum interiores, tum externi ſenſus vigent, abluendũ, ſimulque ab eo, qui baptizat, non ante, aut poſt ablutionem verba Sacramẽti, quæ formã continent, ſed eodem tempore, quo ablutio ipſa peragitur, pronuncianda eſſe. His expoſitis, conueniet præterea docere, atq. in memoriam fideliũ reducere baptiſmum, quemadmodum & reliqua Sacramenta, à Chriſto Domino inſtitutum eſſe.

20 *Chriſtus ne Baptiſmum ante an poſt paſſionem inſtituerit.*

Duo tempora inſtitutionis Baptiſmi.
Th. in 3. par. q 66. art. 2.
Quãdo Chriſtus Baptiſmũ inſtituerit.
a Matt. 3. 16.
D. Greg. Nazian. or. in natal. Sal circa finem. Aug. ſer. 29. 36. & 37. de tempore.
Aquæ vis per Chriſtum eſt aucta.
Tota Trinitas in Baptiſmo Chriſti præsẽs ſuum numen declarauit.
b Mat. 3. 26 27
Mar. 1. 10. 11.
Luc. 3. 21. 22.
Hiero in com in 3. cap. Mat. 5.
Aug. ſerm. 36. de tempore
Baptiſmus ante Chriſti paſſionẽ fuit quidem vſitatus poſtea tamen vim ſuam accepit.

Hoc igitur paſtores freq́uẽter docebũt, explicabũtque duo diuerſa tempora baptiſmi notanda eſſe: alterũ, cùm Saluator eũ inſtituit: alterũ, cum lex de eo ſuſcipiendo ſancita eſt. Ac, quod ad primum attinet, tunc à Dño hoc Sacramentũ inſtitutũ eſſe perſpicitur, cùm ipſe *a* à Ioãne baptizatus, ſanctificandi virtutẽ aquæ tribuit. Teſtantur enim S. S. Gregorius Naziãzen⁹, & Auguſtinus eo tẽpore aquæ vim generandi, in ſpiritualẽ ſcilicet vitam, datam eſſe. Et alio loco ita ſcriptũ reliquit Ex quo Chriſtus in aqua mergitur, ex eo omnia peccata abluit aqua. Et alibi baptizatur Dñs non mundari indigens, ſed tactu mundæ carnis aquas mũdans, vt vim abluendi habeant. Atq. ad eam rem illud maximo argumento eſſe potuit, quòd tũc ſanctiſſima Trinitas, in cuius nomine Baptiſmus cõficitur, numẽ ſuum præſens declarauit. *b* Vox enim Patris audita eſt; Filij perſona aderat; & Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie deſcendit: præterea cœli aperti ſunt, quò nobis iam per baptiſmum licet aſcendere. Quod ſi quis ſcire cupiat, quãnam ratione, tanta & tã diuina virtus à Dño aquis tributa ſit, id quidẽ humanã intelligentiã ſuperat. Hoc verò ſatis percipi à nobis poteſt, baptiſmo à Dño ſuſcepto ſãctiſſimi & puriſſimi ei⁹ corporis tactu, aquã ad baptiſmi ſalutarẽ vſum cõſecratã eſſe; ita tamẽ, vt hoc Sacramentũ, & ſi ante paſſionem inſtitutũ fuerit; à paſſione tamen, quę omnium Chriſti actionũ tanquam finis erat, vim, & efficientiam duxiſſe credendum ſit.

21 *Quando lex Baptiſmi homines obligare cœperit.*

Lex de baptiſmo ſuſcipiendo quando lata fuerit.
c Mat. 28. 19.
Mar. 16. 15.

Sed de altero etiam, quo ſcilicet tempore lex de Baptiſmo lata fuerit, nullus dubitandi locus relinquitur: nam inter ſacros ſcriptores cõuenit, poſt Domini reſurrectionẽ, cum Apoſtolis præcepit: *c* Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spi-

Spiritus ſancti, ex eo tempore omnes homines, qui ſalutem æternam cōſecuturi erant, lege de Baptiſmo teneri cœpiſſe. Quòd quidem ex Apoſtolorum Principis auctoritate colligitur, cum inquit: *a* Regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis. Idēq. ex illo Pauli loco: *b* ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, (cùm de Eccleſia loqueretur) mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ; licet cognoſcere: vterque enim Baptiſmi obligationē ad tempus, quod mortem Domini conſecutum eſt, videtur retuliſſe: vt dubitandum nullo modo ſit, verba etiā illa Saluatoris; *c* Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non po eſt introire in regnum Dei, id ipſum tempus ſpectaſſe, quod poſt paſſionem futurum erat.

Quando baptiſmus homines obligare cœpit.
a 1. Pet. 1. 3.
b Eph. 5. 26.
c Ioan. 3. 5.

22 *Sacramentum Baptiſmi in quanta veneratione habendum.*

Ex ijs igitur, ſi accuratè à Paſtoribus tractentur, haud dubiū eſſe poteſt, quin fideles maximā in hoc ſacramēto dignitatē agnoſcant, ac ſumma animi pietate venerētur; præſertim verò, cū cogitarint, præclara illa, & ampliſſima munera, quæ, cū Chriſtus Dñs baptizaretur, miraculorum ſignificationibus declarata ſunt, ſingulis, cū baptizantur, intima Spiritus ſancti virtute donari, atque impertiri. Vt enim, ſi quēadmodū *d* Eliſæi puero contigit, nobis oculi ita aperirentur, vt cæleſtes res intueri poſſemus, nemo adeò communi ſenſu carere putandus eſſet, quē diuina Baptiſmi myſteria in maximā admirationē nō traducerent: cur idem etiā euenturū nō exiſtimemus, cum à Paſtoribus huius Sacramenti diuitiæ ita expoſitæ fuerint, vt eas fideles, ſi nō corporeis oculis, ſaltem mētis acie fidei ſplendore illuminatæ, contēplari queant?

Quanta munera in baptiſmo conferantur, ex his quæ in Chriſti baptiſmo euenerūt docet.
D. Tho. 1. 13. p q. 39. ar. 5. & 6.
d 4 Reg. 16. 17

23 *Quot hominum genera baptiſmum adminiſtrare poſſint.*

Iam verò, à quibus miniſtris hoc Sacramentū conficiatur, non vtiliter modò, ſed neceſſariò tradendū videtur: tū vt ij, quibus præcipuè hoc munus cōmiſum eſt, illud ſanctè, & religiosè curare ſtudeant, tū vt nequis tanquā fines ſuos egreſſus, in alienam poſſeſſionem intempeſtiuè ingrediatur, vel ſuperbè irrumpat; cū in omnibus ordinem ſeruandum eſſe *e* Apoſtolus admoneat. Doceātur igitur, fideles, triplicem eſſe eorum ordinem; ac in primo quidem Epiſcopos, & Sacerdotes collocandos eſſe: quibus

Qui proprij ſunt miniſtri Baptiſ. vide D. Th. in 3. P. q. 67.
e 1. Cor. 14. 40

Triplex ordo miniſtrorum Baptiſmi. Primus ordo eſt Epiſcoporum & ſacerdotũ. Iſid. lib. 2. de offic. Eccleſ. c. 24.
a Matt. 28. 19.
b 1. Cor. 1. 17.
Sacerdotis proprium eſt Baptiſmum conferre. Tho. in 3 p. q. 67. ar. 2.
c 1. Cor. 10. 17 V de Leonem ep. 88. & Damaſum, ep. 4.
Secundus ordo eſt Diaconorum.

quibus datũ eſt, vt iure ſuo, nõ extraordinaria aliqua poteſtate, hoc munus exerceant; ijs enim in Apoſtolis præceptũ eſt à Domino: *a* Euntes baptizate, quamuis Epiſcopi, ne grauiorem illã docẽdi populi cura deſerere cogerentur, *b* Baptiſmi miniſterium Sacerdotibus relinquere ſoliti eſſent. Quòd verò Sacerdotes iure ſuo hãc functionem exerceant, ita vt pręſente etiã Epiſcopo miniſtrare Baptiſmũ poſſint, ex doctrina Patrũ, & vſu Eccleſiæ cõſtat; nam, cùm ad Euchariſtiã cõſecrandã inſtituti ſint, *c* quæ eſt pacis, & vnitatis ſacramentũ; conſentaneũ fuit, poteſtatẽ ijs dari omnia illa adminiſtrandi, per quę neceſſariò huius pacis, & vnitatis quilibet particeps fieri poſſet. Quòd ſi aliquãdo Patres ſacerdotib⁹ ſine Epiſcopi venia, baptizandi ius permiſſum non eſſe dixerunt: id de eo Baptiſmo, qui certis anni diebus ſolemni cœremonia adminiſtrari conſueuerat, intelligendum videtur.

Diaconi ſine neceſſitate baptizare non poſſunt.
Gelaſ. in ep. ad Edi. de Lucaniam cõſtitutos. c. 9. & d. 93. c. Diacon. Th. in 3. par. q. 67. ar. 1. & de conſ. d. 4. cap. Cunctas.

Secundum miniſtrorum locum obtinent Diaconi, quibus ſine Epiſcopi, aut Sacerdotis conceſſu, non licere hoc Sacramentum adminiſtrare, plurima ſanctorum Patrum decreta teſtantur.

24 *Qui Sacramẽtũ baptiſmi in caſu neceſſitatis cõferre poſſint.*

Quilibet in neceſſitate baptizare poteſt, ſeſs. 7. Concil. Trid. de bapt. cap. 1. & Nicolaus ad cõſulta. Bul. Ca. 204. & habetur de conſ. d. 4. c. quodam.
Idem docet Au. l. 7. de vn. Bapt. c. 53. & habetur ibid. c. Solet etiam, & l. 3. contra Dona. cap. 10. & habetur ib. c. Nõ eſt, & l. 2. contra Parmen. ca. 13. q. … habetur …

Extremus ordo illorum eſt, qui, cogente neceſſitate, ſine ſolemnibus cęremonijs baptizare poſſunt; quo in numero ſunt omnes, etiam de populo, ſiue mares, ſiue fœminę, quamcunque illi ſectam profiteantur: Nam, & Iudęis quoque, infidelibus, & hæreticis, cum neceſſitas cogit, hoc munus permiſſum eſt; ſi tamen id efficere, propoſitum eis fuerit, quod Eccleſia Catholica in eo adminiſtrationis genere efficit. Hæc autem, cum multa veterum Patrum, & Conciliorum decreta confirmarũt, tum verò à ſacra Tridentina Synodo anathema in eos ſancitum eſt, qui dicere audeant Baptiſmum, qui etiam datur ab Hæreticis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, non eſſe verum Baptiſmum. In quo profectò ſummam Dñi noſtri bonitatem, & ſapientiam licet admirari: nã, cum hoc Sacramentum neceſſariò ab omnibus percipiendum ſit: quemadmodum aquam ejus materiam inſtituit, qua nihil magis commune eſſe poteſt, ſic etiam neminẽ, ab eius adminiſtratione, excludi voluit; quãuis, vt dictum

eſt,

eſt, non omnibus liceat ſolemnes cæremonias adhibere; nō quidē quod ritus, aut cæremonias plus dignitatis, ſed quod minus neceſſitatis, quam Sacramentum habeant.

91. q. 1. c. Quod quędam. Côc. itē Lat. c. 1. & habentur de ſum. Trin. ca. Firmiter, & Conc. Flor. in decretis Eugenij Populares non debēt ſolemnes cæremonias in baptiſmo adhibere.

25 *Quis ordo ad baptizando à fidelibus ſeruandus ſit.*

Neque verò hoc munus ita omnibus promiſcuè permiſſum eſſe, fideles arbitrentur, quin ordinem aliquem miniſtrorum inſtituere maximè deceat; mulier enim, ſi mares adſint, Laicus item præſente Clerico, tum Clericus coram Sacerdote, Baptiſmi adminiſtrationem ſibi ſumere non debent. Quamquam obſtetrices, quæ baptizare conſueuerunt, improbandæ non ſunt, ſi interdū præſente aliquo viro, qui huius Sacramenti conficiendi minimè peritus ſit, quod aliàs viri magis proprium officium videretur, ipſæ exequantur.

Th. in 3. par. q. 67. art. 3. Tho. in 3. par. q. 67. art. 4.

26 *Cur præter eos, qui baptizant, in regenerationibus myſterijs Patrini adhibeantur.*

Accedit autem ad eos miniſtros, qui vt hactenus declaratum eſt, Baptiſmum conficiunt, aliud etiam miniſtrorum genus, qui ad ſacram, & ſalutarem ablutionem celebrandam ex vetuſtiſſima Catholicæ Eccleſiæ conſuetudine adhiberi ſolent: ij nunc Patrini, olim Suſceptores, Spōſores, ſeu Fideiuſſores, communi vocabulo à rerum diuinarum ſcriptoribus vocabantur. De quorū numero, quoniam ad omnes ferè laicos pertinet, accuratè à Paſtoribus agendum erit, vt fideles intelligant, quæ potiſſimum ad illud rectè perficiendum neceſſaria ſint; in primis verò explicare oportet, quæ cauſa fuerit, cur ad Baptiſmum præter Sacramenti miniſtros Patrini etiam, & Suſceptores adiungerētur, quod quidem optimo iure factum eſſe, omnibus videbitur, ſi meminerint Baptiſmum eſſe ſpiritualem regenerationem, per quam filij Dei naſcimur, de ea enim ita loquitur D. Petrus; a Sicut modo geniti infantes † rationabiles, ſine dolo, lac concupiſcite. Vt igitur poſtquam aliquis in hanc lucem editus eſt, nutrice, & pædagogo indiget, quorum ope, atque opera educetur, ac doctrina & bonis artibus erudiatur: ita etiam neceſſe eſt, vt qui ex Baptiſmi fonte vitam ſpiritualem viuere incipiūt, alicuius fidei, & prudentiæ committantur, à quo Chriſtianæ religionis præcepta haurire, ad omnemque pietatis rationem inſtitui poſ-

De Patrinis baptizandorū agit. Ter. li. de Bapt. c. 1. vbi eos Sponſores & l. de corona milit. vbi eos Suſceptores nominat.

Tho. in 3. p. q. 67. art. 7.

a 1. Pet. 2. 2. † Sic habent Bibli. Lou. ſed in mar. notāt legi in M. S. Rom. & Græcis exemplaribus rationabile.

poſſint, atque ita paulatim in Chriſto adoleſcere, donec tandem viri perfecti, iuuante Domino, euadant; cum præſertim Paſtoribus, qui publicę Parochiarũ curationi præpoſiti ſunt, tantum temporis non ſuperſit, vt priuatam illam curam pueros in fide erudiendi ſuſcipere poſſint. Huius autem vetuſtiſſimę conſuetudinis præclarum teſtimonium à D. Dionyſio habemmus, cum inquit; Diuinis noſtris ducibus (ſic enim Apoſtolos vocat) in mentem venit, & viſum eſt, ſuſcipere infantes, ſecundum iſtum ſanctum modum, quod naturales parentes pueri eum cuidam docto in diuinis veluti pædagogo, traderent, ſub quo, ſicut ſub diuino patre, & ſaluationis ſanctæ ſuſceptore, reliquum vitæ puer degeret. Eandem verò ſententiam confirmat Higinij auctoritas.

Patrinorum adhibendorũ quam vetuſta ſit conſuetudo. S. Dionyſ. de Eccle. Hierar. c. 7. par. 3.

Higinij Papæ de conſ. d. 4 c. in Catech. & ibid. c. non plures. & c. de baptiſmate, & 30. qu. 1. cap. Peruenit, & ſeq.

27 *Cognatio ſpiritualis in Baptiſmo contracta matrimonium impedit, & dirimit.*

Quamobrẽ ſapiẽtiſſimè à ſancta Eccleſia cõſtitutũ eſt, vt non ſolùm is, qui baptizat cum baptizato, ſed etiã ſuſceptor cũ eo, quẽ ſuſcipit, & cum eius veris parentibus affinitate deuinciãtur; ita vt legitima nuptiarũ fœdera inter hos homines iniri nõ poſſint, atque inita dirimantur.

De affinitate in Baptiſmo cõtract. Seſ 24 Conc. Trid. de reform. matrimonica. 2. 30. q. 1. vide item eſt, & de cog. ſpirituali, in 6. Patrinorũ officiũ Tho. n. 3. p. q. 67. art. 8.

28 *Quæ ſint Patrinorum partes, quidque ab illis exigatur.*

Præterea docere oportet fideles, quæ ſint Suſceptoris partes. Etenim hoc munus adeò negligenter in Eccleſia tractatur, vt nudum tantum huius functionis nomen relictum ſit; quid autem ſancti in eo contineatur, ne ſuſpicari quidem homines videantur. Hoc igitur vniuerſè Suſceptores ſemper cogitent, ſe hac potiſſimùm lege obſtrictos eſſe, vt ſpirituales filios perpetuò commendatos habeant, atque in ijs, quæ ad Chriſtianæ vitæ inſtitutionẽ ſpectant, curent diligẽter, vt illi tales ſe in omni vita præbeant, quales eos futuros eſſe ſolemni cæremonia ſpoponderunt. Audiamus quid ea de re ſanctus Dionyſius ſcribat, verba Sponſoris exprimens, Spondeo puerum inducturum, cum ad ſacram intelligentiam venerit, ſedulis ad hortationibus meis, vt abrenũciet contrarijs omninò, profiteatur, peragatque diuina, quæ pollicetur. Item D. Aug. Vos, inquit, ante omnia tam viros, quàm mulieres, qui filios in baptiſmate ſuſcepiſtis, moneo vt cognoſcatis fide iuſſores apud Deum extitiſſe pro illis,

Dionyſ. loco ſupra citato.

D. Augu. ſerm 163. de tempore ter. 215. ſimilia habet. quæ autẽ hic habetu, referuntur de conſe. d. 4. c. Vos autem.

illis, quos viſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere. Ac profectò decet maximè, eum, qui aliquod officium ſuſcepit, in eo diligenter exequendo numquam defatigari, & qui ſe alterius pedagogum, & cuſtodem profeſſus eſt, minimè pati illum eſſe deſertum, quem ſemel in fidem, & clientelam ſuam recepit, donec illum opera, & præſidio ſuo egere intellexerit. Quæ autem filijs ſpiritualibus tradenda ſint, paucis D. Auguſtinus, comprehendit, cum de hoc ipſo ſuſceptarum officio loqueretur, inquit enim. Debent eos admonere, vt caſtitate cuſtodiant, iuſtitiam diligant, charitatē teneant, & ante omnia Symbolum, & orationē Dominica eos doceant. Decalogum etiam, & quæ ſint prima Chriſtianæ religionis rudimenta.

Quid Suſceptores filios ſuos ſpirituales docere debeāt luſius Au. ſer. 16. de tēpor. ſed hęc habētur de cōſect. d. 4. cap. Vos autem.

29 *Quiuis promiſcuè ad Suſceptoris munus nō eſt admittēdus.*

Quæ, cum ita ſe habeant, facilè intelligimus, cuinam hominum generi ſanctæ huius tutelę adminiſtratio committenda non ſit, nimirum ijs, qui eam gerere, aut fideliter nolint, aut ſedulo, & accuratè non queant. Quocirca præter naturales, parentes, quibus non licet eam curationem ſuſcipere, vt ex eo magis appareat, quantum hæc ſpiritualis educatio à carnali diſtet, Hæretici in primis, Iudæi, Infideles, ab hoc munere omnino prohibendi ſunt, vt qui in ea cognitione & cura ſemper verſentur, vt fidei veritatem mendacijs ſemper obſcurent, atque omnem Chriſtianam pietatem euertant.

Quales Patrini ſūt aſſumēdi, Parētes naturales filios ſuos ſuſcipere nō poſſunt 30 q. 1. e peruenit Th. in 3. p. qu. 67. art. 8. ad 2. Neq; infideles & hæretici ex Conc. Mōg. de conſ. d. 4. ca. in baptiſmate.

30 *Quis Patrinorum numerus eſſe debeat.*

Plures quoque ne baptizatum de Baptiſmo ſuſcipiāt, ſed vt vnus tantum, ſiue vir, ſiue mulier, vel ad ſummum vnus, & vna, Tridentino Concilio ſtatutum eſt, tum quia diſciplinæ, atque inſtitutionis ordo à multitudine magiſtrorum perturbari poterat: tum quia prouidere oportebat; ne inter plures eiuſmodi affinitates cōiungerentur, quæ impedirent, quo minus legitimo matrimonij vinculo hominū inter homines ſocietas latius diffunderetur.

Patrinorum numerus. Seſ. 24. Conc. Trid. de refor. matrimonij c. 20 & idem habetur de conſec. d. 4 c. Non plures, & de cog. ſpirituali c. Quamuis in D. Th. ibidem

31 *Baptiſmus ad ſalutem omnibus neceſſarius.*

Sed cum cęterarum rerum cognitio, quæ hactenus expoſitę ſunt; fidelibus vtiliſſima habenda ſit, tum verò nihil magis neceſſarium videri poteſt, quam vt doceamus omnibus hominibus Baptiſmi legem a à Domino

a Ioā. 3. 6. Mat. 28. 9. Clement. Ro. ep. 4. Aug. in Ioā tract. 13 & de Eccl. dogm. c. 24.

Ambr. de ijs qui myſt. initiantur c.4. Concil. Lat. c. 1. Citra baptiſmũ nullus oīno ſaluari poteſt cõ. Tr. de bap. c.5. & ſeſ. 6 de iuſtific. c.3. De bapt. paruulorũ, ſeſ. 5. Conc. Trid. decreto de peccato originali, & ſeſ. 7 de bapt. c. 12. 13 & 14. Dyoniſ. Areop. de Eccleſ. Hie. ca. 7. Cypr. epiſt. 59. ad Fidũ. Aug. epiſt. 28. & li. 1. de peccat. merit. & rem. cap. 23. Chryſ. hom. Adã & Eua. Cõc. Mileuit. cap. 2 vide itẽ multa c. de conſecr. diſt. 4. 1. Matt. 28. 3. & 19. 14. a Matt. 10. 16. b Luc. 18. 15. c 1. Cor. 1. 16. d Gen. 17. 11. 12. Leuit. 12. 3. Lu. 1. 59, & 2. 3. 1. Eph. 2. 11. e Col. 2. 22. f Rom. 1. 17. Th. in 3. p. qu. 68. art. 8.

g Prou. 22. 6. Dion. Areop. in 7. cap. li. de Hie. Eccl. hãc etiam ratiõẽ habet. Infãtes etiã in baptiſmo gratiã accipiunt Th. ibi. vide etiã Clem. et. 1. de ſum. Tri. D. Auguſt. ep. 23. ad Bon.

præſcriptam eſſe, ita vt, niſi per Baptiſmi gratiam Deo renaſcantur, in ſempiternam miſeriam, & interitum à parentibus ſiuè illi fideles, ſiuè infideles ſint, procreentur. Igitur ſæpius à Paſtoribus explicandum erit, quod apud Euangeliſtam legitur; Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu, non poteſt introire in regnum Dei.

32 *Infantes omnino ſunt baptizandi.*

Quam legẽ, non ſolũ de ijs, qui adulta ætate ſunt, ſed etiam de pueris infantibus intelligendam eſſe, idque ab Apoſtolica traditione Eccleſiã accepiſſe, cõmunis Patrũ ſententia, & auctoritas confirmat. Prçterea credẽdũ eſt, noluiſſe Chriſtũ Dominũ Baptiſmi Sacramentũ, & gratiã pueris denegari, de quibus dicebat: *a* Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire; talium eſt enim regnum cçlorum; *b* quos amplexabatur, ſuper quos manus imponebat, & quos benedicebat. Deinde; cum, *c* legimus totam aliquam familiam à Paulo baptizatã eſſe, ſatis apparet, pueros etiam, qui in illorum numero erãt, ſalutari fonte ablutos eſſe. Deinde Circumciſio, quæ figura fuit Baptiſmi, eum morem maximè commendat; *d* pueros enim octauo die circũcidi ſolitos, nemo eſt qui ignoret. Ac quibus *e* circumciſio manufacta in expoliatione corporis carnis proderat, ijſdẽ Baptiſmũ, qui eſt *f* circumciſio Chriſti manufacta prodeſſe perſpicuum eſt.

Poſtremò vt apoſtolus docet, *g* ſi vnius delicto mors regnauit per vnum, multò magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Cùm itaque per Adæ peccatũ pueri ex origine noxã contraxerint; multò magis per Chriſtũ Dñm poſſunt gratiam, & iuſtitiam conſequi, vt regnent in vita: quod quidem ſine baptiſmo fieri nullo modo poteſt. Quare docebũt Paſtores infantes omnino baptizãdos, & deinde paulatim tenerã çtatẽ Chriſtianç religionis preceptis ad veram pietatẽ informandam eſſe nam, *g* vt à Sapiente præclarè dictũ eſt; Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea.

33 *Infantes in baptiſmo gratiam ſpiritualem percipiunt.*

Neque enim dubitare licet, quin Infantes fidei Sacramenta, cùm abluuntur, accipiant, non quia mentis ſuæ aſſenſione credant, ſed quia parentũ fide, ſi parentes fideles

deles fuerunt, ſin minus, fide (vt D. Auguſtini verbis loquamur) vniuerſæ ſocietatis ſanctorũ muniũtur, etenim ab ijs omnibus rectè dicimus eos baptiſmo offerri, quibus placet, vt offerantur, & quorum charitate ad communionem ſancti Spiritus adiunguntur.

Clemen. 1. de ſumm. Trin. D. Auguſt. epiſt. 23. ad Bon.

34 *Infantum Baptiſmus non differendus.*

Infantes mox ad baptiſmũ ſunt deferendi.

Hortandi autem ſunt magnopere fideles, vt liberos ſuos, cum primum id ſine periculo facere liceat, ad Eccleſiam deferendos, & ſolemnibus ceremonijs Baptizãdos curẽt. Nam cùm pueris infantibus nulla alia ſalutis cõparandæ ratio, niſi eis baptiſmus præbeatur, relicta ſit; facilè intelligitur, quã graui culpa illi ſeſe obſtringant, qui eos Sacramẽti gratia diutiùs, quã neceſſitas poſtulet, carere patiãtur, cùm præſertim propter ætatis imbecillitatem, infinita penè vitæ pericula illis impendeant.

Aug. lib. 3. de orig. animæ c. 9. & l. 1. de pec cat. mer. & remiſſ. cap. 22. & epiſt. 28. ad Hieron.

35 *Adulti quomodo ante Baptiſmum inſtruendi ſint.*

De Baptiſmo adultorum vide Aug. in l. de fide, & operi. cap. 9.

Diuerſam verò rationem in ijs ſeruãdam eſſe, qui adulta ætate ſunt, & perfectum rationis vsũ habent, qui ſcilicet ab infidelibus oriuntur, antiquæ Eccleſię cõſuetudo declarat; nam Chriſtiana quidem fides illis proponenda eſt, atque omni ſtudio ad eam ſuſcipiendam cohortandi, alliciendi, inuitandi ſunt. Quòd ſi ad Dominum Deum conuertantur; tum verò monere oportet, ne vltra tempus ab Eccleſia præſcriptum Baptiſmi Sacramẽtum differant; nam cum ſcriptum ſit; *a* Non tardes conuerti ad Dominũ, & ne differas de die in diem; docendi ſunt perfectam conuerſionem in noua per Baptiſmum generatione poſitam eſſe; præterea, quò ſeriùs ad Baptiſmum veniunt, eò diutiùs ſibi carendum eſſe cæterorũ Sacramentorum vſu, & gratia, quibus Chriſtiana religio colitur, cum ad ea ſine Baptiſmo nulli aditus patere poſſit; deinde etiam maximò fructu priuari, quem ex baptiſmo percipimus, ſi quidem non ſolũ omnium ſcelerũ, quæ antea admiſſa ſunt, maculã, & ſordes Baptiſmi aqua prorſus eluit, ac tollit, ſed diuina gratia nos ornat, cuius ope, & auxilio in poſterũ etiã peccata vitare poſſumus, iuſtitiamque & innocẽtiam tueri, qua in re ſummam Chriſtianæ vitæ conſtare, facilè omnes intelligunt.

Tert. l. de pœnit. ca. 6. & de præſcr. cap. 41 Cypr. epiſt. 13 & de conſ. d. 1. cap. ante baptiſmũ, & ca. ante viginti.

a Eccleſ. 5. 8

Baptiſmi quãta ſit virtus.

Propoſitum baptiſmi in neceſſitate ad ſalutem ſufficit. Auguſt. in lib. qu. in Le. q. 84 Ambr. in lib. de obitu valẽt. 68. art. 2.

36 *Adultis Baptiſmum differendum eſſe demonſtratur.*

Cur expediat in adultis Baptiſmum differri.

Sed quamuis hęc ita ſint, non cõſueuit tamẽ Eccleſia

Baptiſmi Sacramentū huic hominum generi ſtatim tribuere, ſed ad certum tempus differendū eſſe conſtituit, neque enim ea dilatio periculū, quod quidē pueris imminere ſupradictū eſt, coniunctū habet, cum illis qui rationis vſu prędit i ſunt, Baptiſmi ſuſcipiēdi propoſitū, atque conſiliū, & male actę vitę pęnitentia ſatis futura ſit ad gratiā, & iuſtitiā, ſi repentinus aliquis caſus impediat, quò minus ſalutari aqua ablui poſſint. Contra verò hæc dilatio aliquas videtur vtilitates afferre. Primum enim, quoniā ab Eccleſia diligenter prouidendū eſt, nequis ad hoc Sacramentū ficto, & ſimulato animo accedat eorū volūtas, qui Baptiſmū petunt, magis exploratur, atque perſpicitur, cuius rei cauſa, in antiquis cōcilijs decretū legimus, vt qui ex Iudęis ad fidem Catholicam veniūt, antequam Baptiſmus illis adminiſtretur, aliquot mēſes inter Cathecumenos eſſēt, deinde in fidei doctrina; quā profiteri debent, & Chriſtianæ vitę inſtitutionibus erudiūtur perfectius. Pręterea maior religionis cultus Sacramēto tribuitur, ſi cōſtitutis, tantū Paſchę & Pētecoſtes diebus ſolemni cęremonia baptiſmū ſuſcipiāt.

Conc. Agenten. cap. 34. & habetur de cōſecr. diſt. 4. Iudæi etiam Conc. Brach. ca. 1. & Laod. cap. 16.

37 *Baptiſmus non ſemper eſt adultis differendus.*

Quando non diu differri debeat Bapt.

Sed interdum tamen baptiſmi tempus iuſta aliqua & neceſſaria de cauſa differendum non eſt, velut ſi vitę periculum inſtare videatur; ac pręſertim, illi abluendi ſint, qui iam fidei myſteria plene perceperint. Quod quidem Philippum, & Apoſtolorum Principem feciſſe ſatis conſtat, *a* cùm alter Candacis reginæ Eunucum, *b* alter Cornelium nulla interpoſita mora, ſed ſtatim, vt ſe Fidem amplecti profeſſi ſunt baptizauit.

a Act. 8. 38.
b Act. 10. 48.

38 *Quomodo affecti eſſe debeant, qui ſunt baptizandi.*

Primū in baptizandis propoſitū requiritur.

Docēdum pręterea, ac populo explicandum erit, quo modo affecti eſſe debent; qui baptizandi ſunt. In primis itaque opus eſt, vt velint, propoſitumque ſit illis baptiſmum ſuſcipere, nam cùm vnuſquiſque *c* in baptiſmo peccato moriatur, & nouam vitę rationem, & diſciplinam ſuſcipiat, ęquum eſt, non inuito cuiquam, aut recuſanti, ſed illis tantum qui ſponte ſua & libenti animo accipiunt, Baptiſmum præberi. Quare ex ſancta traditione ſemper ſeruatum animaduertimus, vt nemini Baptiſmus miniſtretur niſi prius interrogatus fuerit, an ve-

c Rom. 6. 2. 3. Aug. in lib. de pęna medic. ca. 2. Th. 13. p. q. 68. art. 7.

lit

ſit Baptizari. Nec vero in pueris quoque infantibus eam voluntatem deeſſe exiſtimandum eſt, cum Eccleſiæ voluntas, quæ pro illis ſpondet, obſcura eſſe non poſſit.

39 *Amentes quando poſſint, vel non poſſint Baptizari.*

Prçterea amentes, & furioſos, qui cùm aliquando cõpotes mentis eſſent, in inſaniã deinde inciderunt, vt qui eo tempore nullam Baptiſmi ſuſcipiendi voluntatẽ habeant, niſi vitç periculum immineat, Baptizandos non eſſe: cùm autẽ in vitç diſcrimine verſantur, ſi antequam furere inciperent eius voluntatis ſignificationem dederunt, abluendi ſunt: ſin minus, à Baptiſmi adminiſtratione abſtinendam eſt, Idemque iudicium de dormientibus fieri debet. Quod ſi in mẽtis poteſtate nunquã fuerunt, ita vt nullum ratione carent, Baptizandos eſſe Eccleſiæ non ſecus, ac pueros, qui ratione carent, Baptizandos eſſe Eccleſiæ auctoritas, & conſuetudo ſatis declarat.

Tho. in 3. p. q. 68 at. 12. & colligitur ex Aug lib. 4. Cõf. ca. 4

40 *Quæ præterea ad Baptiſmum ſuſcipiendum requirantur.*

Verũ prçter Baptiſmi volũtatẽ, fides etiã ea ratione qua de volũtate dictũ eſt, ad cõſequendã Sacramenti gratiã maximè neceſſaria eſt. Etenim Dñs & Saluator noſter docuit: *a* Qui crediderit, & Baptizatus fuerit, ſaluus erit. Deĩde vt quẽlibet admiſſorũ ſcelerũ, & malè actç vitç peniteat, atq; vt idẽ in poſterũ à peccatis oĩbus abſtinere ſtatuat, opus eſt, aliter enim, qui ita Baptiſmũ peteret, vt tamẽ peccãdi cõſuetudinẽ nollet emẽdare, omninò repellẽdus eſſet, nihil enim Baptiſmi gratiç, & virtuti adeò repugnat, quã eorũ, mẽs, & cõſiliũ, qui nullũ vnquã peccãdi finẽ ſibi cõſtituũt. Cũ itaq; Baptiſmus ob rẽ expetẽdus ſit, *b* vt Chriſtũ induamus, & cũ eo coniũgamur; planè cõſtat, meritò à ſacra ablutione reijciendũ eſſe, cui in vitijs, & peccatis perſeuerare propoſitũ eſt, prçſertim verò, quia nihil eorũ, quæ ad Chriſtũ, & Eccleſiã pertinent, fruſtra ſuſcipiẽdũ eſt, inanẽq; Baptiſmũ, ſi iuſtitiæ, & ſalutis gratiã ſpectemus, in eo futurũ eſſe, ſatis intelligimus, *c* qui ſe ſecũdũ carnẽ ambulare, nõ ſecũdum ſpiritũ, cogitat: etſi quod ad ſacramẽtũ pertinet, perfectã eius rationẽ ſine vlla dubitatione cõſequitur, ſi modò, cũ ritè baptizatur, in animo habeat id accipere, quod à sãcta Eccleſia adminiſtratur. Quãobrẽ Princeps Apoſtolorũ magno illi hominũ multitudini, cui, vt ait ſcriptura, cõpũcti corde, ab eo, & à reli

In Baptizãdis fides requiritur. vide D. Th. q. 9. art. 8

a Mar. 16. 16. Vertior e pœni tẽt petit.

Th. ibi. art. 4.

b Gal. 3. 26.

Vbi ficta a'fis ſacra menta vi'entur, ibi abſti nendũ eſt.

c Rom. 8. 1.

Verus baptiſmus eſt põt in iniquitate, ſed nõ ſalutaris.

Act. 2. 38. Act. 3. 19. a Ro. 6. 11. b Ibid. 13.

quis Apoſtolis quid ſibi faciēdū eſſet quęſiuerāt, ita reſpondit, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrū; & alio loco; Pęnitemini, inquit, & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra. Item B. Paulus ad Romanos ſcribens apertè, oſtendit, ei, *a* qui baptizatur, omnino moriendum eſſe peccatis: quare nos monet: *b* ne exhibeamus membra noſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibeamus nos Deo, tanquam ex mortuis viuentes.

41 *Quantum de his ſermonem habere conferat.*

Hæc verò ſi fideles ſæpe meditati fuerint, primū quidem ſummam Dei bonitatem vehemēter admirari cogentur, qui nihil tale merentibus, tam ſingulare, & diuinum Baptiſmi beneficiū, ſola ſua miſericordia adductus tribuit; deinde cum ſibi ante oculos proponēt, quā aliena eſſe debeat, ab omni crimine eorū vita, qui tanto munere ornati ſunt, illud etiam in primis à Chriſtiano homine requiri facilè intelligent, vt quotidie tā ſanctè, & religiosè traducere vitā ſtudeāt, perinde ac ſi ea ipſa die Baptiſmi Sacramentū, & gratiā conſecuti eſſent, quāquā ad inflamandos veræ pietatis ſtudio animos, nihil magis proficiet, quàm ſi Paſtores accurata oratione explicauerint, quinam ſint Baptiſmi effectus.

42 *Præcipuus Baptiſmi effectus quis ſit.*

De eximijs baptiſmis effectibus. Tho. in 3. p. q. 69. Primus, ac præcipuus baptiſmi effectus eſt cuiuſcumque peccati remiſſio. Tho. 11 ar. 1. Conc. Trid. Seſs. 5. de peccato orig. c Ezec. 36. 25. d 1. Cor. 6. 11. D. Aug. lib. 1. de pecc. merit. & remiſs. cap. 15. Vide eundem lib. 1. contra duas epiſ. Pelag. c. 13. & l. 3.

De his igitur, quoniam ſæpe agendum eſt, vt fideles magis perſpiciant, ſe in altiſſimo dignitatis gradu poſitos eſſe, nec ſe ab eo deijci vllis aduerſarij inſidijs, vel impetu, vllo vnquam tempore patiantur, hoc primùm tradere oportet peccatum, ſiue à primis parentibus origine contractum, ſiuè à nobis ipſis commiſſum, quamuis etiam àdeo nefarium ſit, vt ne cogitari quidem poſſe videatur admirabili huius Sacramēti virtute remitti, & condonari. Id verò multo ante ab Ezechiele prænunciatum eſt, per quem Dominus Deus ita loquitur: *c* Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Et Apoſtolus ad Corinthios, poſt longam peccatorum enumerationem ſubiecit: *d* Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis. Atque hanc doctrinam perpetuo à ſancta Eccleſia traditam eſſe perſpicuum eſt. Sanctus enim Auguſtinus in libro, quem de baptiſmo paruulorum conſcripſit,

ſcripſit, ita teſtatur: Generante carne tantum contrahitur peccatum originale, regenerante autem Spiritu, non ſolum originalium, ſed etiam voluntariorum peccatorũ ſit remiſſio: & ſanctus Hyeronimus ad Oceanum, Omnia, inquit, in baptiſmate cõdonata ſunt crimina. Ac ne dubitare amplius ea de re cuiquam liceret, poſt aliorum Conciliorum definitionẽ, ſacra etiam Tridentina ſynodus idem declarauit; cum anathema in eos decreuit, qui aliter ſentire auderent, qui ve aſſeuerare non dubitarẽt, quamuis peccata in Baptiſmo remittantur, ea tamen prorſus nõ tolli, aut radicitùs euelli, ſed quodam modo abradi, ita vt peccatorum radices animo infixæ adhuc remaneant. Namq; vt eiuſdem ſanctæ Synodi verbis vtamur in renatis nihil odit Deus; quia *a* nihil damnationis eſt his, qui *b* verè conſepulti ſunt cum Chriſto per baptiſma in mortem: qui non ſecundum carnem ambulant; ſed *c* veterem hominem exuentes, & *d* nouum, qui ſecundum Deum creatus eſt, induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti ſunt.

cap. 3. & ĩ Ench. c. 64. Greg. l. 1. epiſt. & S. Hier. 10. 1. ad Ocean epi 83. Conc. Vien. & Floré in Doc. de Sac.

Tridentina Synod. ſeſſ. 5. de peccato originali.

a Rom. 8. 1.
b Rom. 6. 4.
c Cor. 3. 9. 10
d Aph. 4. 24.

Aug 1. de Ge. ad Litt. l. 6. ca. 14. & habetur de Pœni d. 2. cap. quomodo renouari.

43 *Concupiſcentia in Baptizatis an ſit peccatum.*

Ac fateri quidem oportet, ſicut eodem loco ipſius Synodi auctoritate decretum eſt, in baptizatis concupiſcentiam, vel fomitem remanere: ſed illa verè peccati rationem non habet; nam ex diui quoque Auguſtini ſententia, *e* In paruulis baptizatis concupiſcentiæ reatus abſoluitur, ad agonem relinquitur. Atque idem alibi teſtatur: *f* Concupiſcentiæ reatus in baptiſmate ſoluitur, ſed infirmitas manet; concupiſcentia enim, quæ ex peccato eſt, nihil aliud eſt, niſi animi appetitio, natura ſua rationi repugnans; qui tamen motus ſi voluntatis conſenſum, aut negligentiam coniunctam non habeat, à vera peccati natura longè abeſt. At cum S. Paulus inquit, *g* Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, *h* Non concupiſces; ex his verbis, non ipſam concupiſcendi vim, ſed voluntatis vitium intelligi voluit. Eandem doctrinam tradit S. Gregorius ita ſcribens; Si qui ſunt, qui dicant, peccata in baptiſmo ſuperficie tenus dimitti, quid eſt hac prædicatione infidelius? cum per fidei Sacramentum anima peccatis radicitùs abſoluta, ſoli Deo inhæreat. Atque ad eam rem demonſtrandam Sal-

De concupiſcentia in baptizatis remanente Conc. Trid. de peccato originali ſeſs. 4. Quid cõcupiſcẽtia.

e D. Aug. li. 1. de Pec. merit. & rem cap. 30 & l. 3. co. 2 epi. pela. cap. 3.

f Idem li. 1. de nup. & concl. ca. 23. & 25. & contra Iulia lib. 6, c. 5. lib. 1 retract. ca. 15. & de ver. Apoſt. ſer. 6.

g Rom. 7. 7.

uatoris noſtri teſtimonio vtitur, cum apud S. Ioann. ait; *a* Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus.

a Exo. 20.17. Deut. 5. 21. B. Greg. li. 9. regiſt. ep. 30. c Io. 23. 10. d Act. 2. 38. & 21. 16.

44 *Omnia peccata Baptiſmo tolli iterum demonſtratur.*

Quod ſi cui expreſſam huiꝰ rei figurã, & imaginẽ libeat intueri, proponat ſibi ad contemplandũ Naaman Syri leproſi hiſtoriã: *b* qui cũ ſepties Iordanis aqua ſe abluiſſet, teſtante Scriptura, ita à lepra mundatus eſt, vt eius caro, caro pueri videretur. Quare Baptiſmi proprius effectus eſt peccatorum omnium, ſiue originis vitio, natura culpa contracta ſint; remiſſio: cuius rei cauſa à Dño, & Saluatore noſtro inſtitutum eſſe clariſſimis verbis Apoſtolorum Princeps, vt alia teſtimonia omittamus, explicauit, cum inquit; *c* Pœnitentiã agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorũ.

Secundus Baptiſmi effectus eſt omnium pœnarũ, quæ peccatis debeantur condonatio.

45 *Vt culpa ita enim pœna omnis Baptiſmo remittitur.*

Iam verò in Baptiſmo non ſolùm peccata remittuntur, ſed peccatorum etiam, & ſcelerum pęna omnes à Deo benignè condonantur; nam, etſi omnibus Sacramentis hoc commune eſt, vt per illa virtus paſſionis Chriſti Domini communicetur: de ſolo tamẽ Baptiſmo dictum eſt ab Apoſtolo, *d* Nos per ipſum, Chriſto commori, & ſepeliri, ex quo ſancta Eccleſia ſemper intellexit, ſiue maxima Sacramenti iniuria fieri non poſſe, vt ei qui Baptiſmo expiandus ſit, eiuſmodi pietatis officia quæ vſitato nomine S. Patres opera ſatisfactionis vocarunt, imponantur. Nec verò, quæ hoc loco traduntur. veteris Eccleſiæ conſuetudine aduerſantur; quæ olim Iudæis, cum baptizarentur, præcipiebat, vt quadraginta continuos dies ieiunarent: neque enim illud inſtitutum ad ſatisfactionem pertinebat; ſed qui baptiſmum percepiſſent, ea ratione admonebantur, vt Sacramenti dignitatem venerantes ieiunijs & orationibus aliquandiu, ſine intermiſſione, operam darent.

Tho. in 3. p. q. 69. ar. 2. ex Ambr. in 11. c. ep. ad Rom. cui conſentit Aug. lib. 1. de nuptijs, & concup. c. 33. & in Enchi. cap. 45. d Ro. 6. 4. 5. Tho. recen. baptizato non eſt imponenda ſatisfactio. Tho. in 3. p. q. 68. art. 5. Greg. li. 7. regiſt. epiſt. 2. Iſid. 1. & habetur de conſ. d. 4. c. ne quod abſit baptizandis, cum aliis cũ do ieiunium ſit impoſitum. Tho. in 3. p. q. 69. art. 2. ad 3.

46 *Non liberatur mox baptizatus à pœnis ciuilibus.*

Sed quãquam in Baptiſmo pænas peccatorũ condonari exploratũ eſſe debet, ab eo tamen pęnarum genere, quæ ciuilibus iudicijs ob grauẽ aliquod ſcelus perſoluendæ ſunt, nemo liberatur, ita vt qui morte dignus ſit, per baptiſmũ à pęna, quę legibus cõſtituta eſſet eripiatur, ta-

metſi

metſi vehementer laudanda eſſet eorum Principum religio, & pietas, qui eam quoque animaduerſionem, vt Dei gloria in ſuis Sacramentis illuſtrior fieret, fontibus remitterent, ac condonarent.

47 *Remittũtur in Baptiſmo pœnæ quæ poſt hãc vitã inferri ſolẽt.*

Pęnę inferni in Baptiſmo remittuntur.

Efficit præterea Baptiſmus poſt huius vitæ curriculũ, pęnarum omnium, quæ originale peccatum conſequuntur, liberationem, ſiquidem merito mortis Domini factũ eſt, vt hæc conſequi poſſemus, Baptiſmo autem, vt ſupra dictum eſt, ei commorimur. *a* Si enim, vt inquit Apoſtolus, complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus.

a Rom. 2.d

48 *Quare per Baptiſmũ integrę naturę ſtat⁹ nõ ſtatim reddatur.*

Cur poſt Baptiſmum huius vitæ pænæ remaneãt Th. in 3. p. q. 69. art. 1.

b Ro. 6. 3. 4.

Quòd ſi quærat aliquis, cur ſtatim poſt baptiſmũ in hac etiã mortali vita, his incõmodis non careamus, atq; ad perfectũ illum vitæ gradũ, in quo Adam primus humani generis parens ante peccatũ collocatus fuerat, ſacræ ablutionis virtute nõ transferamur, id quidẽ duabus potiſſimum de cauſis factũ eſſe reſpõdebitur. Quarũ prima eſt, quòd nobis, *b* qui per Baptiſmũ Chriſti corpori coniũcti, atque eius mẽbra effecti ſumus, plus aliquid dignitatis tribuendũ non erat, quàm ipſi capiti noſtro tributum eſſet. Cum igitur Chriſtus Dñs, etſi ab initio ortus ſui, *c* gratiæ, & veritatis plenitudinẽ habuit: tamen humanæ naturæ fragilitatem, quam ſuſcepit, non antè depoſuit, quã paſſionis tormenta, & mortẽ pertulit, ac deinde ad immortalis vitæ gloriã reſurrexit: quis miretur, cum videat fideles, qui iã per baptiſmũ cæleſtis iuſtitiæ gratiã adepti sũt, adhuc tamẽ caduco, & fragili corpore veſtiri, vt poſtquam multis laboribus pro Chriſto perfuncti, & morte obita denuò ad vitam reuocati fuerint, tandem digni ſint, qui cùm Chriſto æuo ſempiterno perfruãtur;

c. Io. 1. 14.

Altera verò cauſa, cur in nobis poſt baptiſmum infirmitas corporis, morbus, dolorum ſenſus, concupiſcentię motus, relinquatur, illa eſt, vt ſcilicet tanquam ſegetem, & materiã virtutis haberemus, ex qua deinde vberiorẽ gloriæ fructum, atq; ampliora præmia conſequeremur. nam cum patienti animo vitæ incõmoda omnia toleramus, prauaſque animi noſtri affectiones ſub rationis imperiũ diuina ope ſubijcimus certa ſpe niti debemus, fo-

Secunda ratio, vt per ea quæ patimus nobis medendi ſit occaſio.

re,

re, vt ſi cum Apoſtolo bonum certamen certauerimus, curſum conſumauerimus, fidem ſeruauerimus, repoſitã quoq. iuſtitiæ coronã reddat nobis Dominus in illa die iuſtus iudex. Sic verò etiã cùm filijs Iſrael videtur Dominus egiſſe, *a* quos etſi ab Aegyptiorum ſeruitute, Pharaone, atque eius exercitu in mare demerſo, liberauit, tamen non ſtatim in beatã illam promiſſionis terrã introduxit, ſed prius in multis, varijſq; caſibus exercuit: ac deinde cũ eos in promiſſę terræ poſſeſſionẽ miſiſſet, cęteros quidẽ incolas è patrijs ſedibus exturbauit, *b* quaſdã verò nationes reliquas fecit, quas delere non potuerũt, vt populo Dei bellicę virtutis, & fortitudinis exercendæ occaſio nunquam deeſſet.

a Exo. 14. 24. 25.

b Iud. 8. 2.

Huc accedit, quod ſi per Baptiſmũ præter dona cæleſtia, quibus anima ornatur, corporis etiã bona tribuerẽtur, dubitari meritò poſſet, ne multi, præsẽtis potius vitæ cõmoda, quam futuræ ſperatã gloriam conſectantes, ad baptiſmũ venirent; cũ tamen nõ falſa hæc, & incerta, *c* quę videntur, ſed vera, atque æterna, quæ non videntur, bona Chriſtiano homini ſemper propoſita eſſe debeant.

Tertia ratione videlicet quis ob bona temporalia colẽdum ſibi Deũ putaret.

c 2. Cor. 4. 10.

49 *Renati inter huius vitæ miſerias ſolida animi oblectatione non deſtituuntur.*

Sed interim tamen huius vitæ conditio, quæ miſeriarum plena eſt, in his, qui dignè ambulant ſua vocatione, ſuis voluptatibus, & lætitijs nõ caret. Quid enim nobis, qui iam per baptiſmum, *d* veluti palmites, inſiti ſumus in Chriſto iucũdius, aut optabilius eſſe poteſt, quã, cruce in humeros noſtros ſublata, eũ ducem ſequi, nullisq. aut laboribus defatigari, aut periculis retardari, quominus *e* ad præmium ſupernæ vocationis Dei, omni ſtudio contendamus, *f* alij virginitatis lauream, alij *g* doctrinæ, & prædicationis coronã, *h* alij martyrij palmã, alij alia virtutum decora à Domino accepturi? Quæ quidem præclara laudis inſignia nemini darentur, niſi prius nos ipſos in huius ærumnoſę vitæ ſtadio exercuiſſemus, atque in acie inuicti ſtetiſſemus.

Renati inter huius vitę miſerias ſuã habent lætitiam

d Io. 15. 5.
e Phil. 3. 14.
f Apoc. 14. 4.
g Dan. 12. 3.
h Apoc. 7. 9.

Tertiꝰ baptiſmi effectus gratiæ Dei largitio Tho. 3. p. q. 96. art. 4.

i 1. Io. 3. 7.
K Io. 1. 12.
l 9. Ro. 8. 11.
Mat. 16. 8.

Quomodo per baptiſmũ filij Dei efficiamur pulchrè declarabitur. ſec. 7. de prædominic.

50 *Quid præter culpæ, & pænæ remiſſionẽ baptiſmo boni præſtetur.*

Sed vt ad baptiſmi effectus oratio redeat, exponendũ erit, huius Sacramenti virtute nos, non ſolũ à malis, quæ vera mala dicenda ſunt, liberari, verum etiam eximijs

Eph. 5. 26.

bonis,

bonis, & muneribꝰ augeri. Animus enim noſter diuina gratia repletur, qua *a* iuſti, & *b* filij Dei effecti, *c* æternæ quoque ſalutis hæredes inſtituimur, nã vt ſcriptũ eſt: *d* qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. *e* mundatamque Eccleſiam lauacro aquæ, in verbo, Apoſtolus teſtatur. Eſt autẽ gratia, quemadmodũ Trid. Synodus ab omnibus credendũ, pœna anathematis propoſita, decreuit, non ſolũ per quam peccatorũ ſit remiſſio: ſed diuina qualitas in anima inhærẽs ac veluti ſplendor quidã, & lux, quæ animarũ noſtrarũ maculas omnes delet, ipſasq; animas pulchriores, & ſplẽdidiores reddit. Atque id ex ſacris litteris apertè colligitur, cùm *e* gratiã effundi dicant, *f* eamque Spiritus ſancti pignus ſoleant appellare.

51 *Gratia diuina, quæ baptiſmo infunditur, adduntur veluti pediſſequæ virtutes.*

Huic autem additur nobiliſſimus omnium virtutum comitatus, quæ in animam cum gratia diuinitus infundũtur. Quare, cũ Apoſt. ad Tit. ait: *g* Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis Spiritus S. quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum. D. Aug. verba illa, Abundè effudit, explanans, Nimirum, inquit, ad remiſſionem peccatorum, & copiam virtutũ.

52 *Per Baptiſmum Chriſto incorporamur.*

Iam verò per baptiſmum etiam Chriſto capiti tanquam mẽbra copulamur, & connectimur. Quemadmodum igitur à capite vis manat, qua ſingulæ corporis partes ad proprias functiones aptè gerendas mouentur; ita etiam ex *i* Chriſti Domini plenitudine in omnes, qui iuſtificantur, diuina virtus, & gratia diffunditur, quæ nos ad omnia Chriſtianæ pietatis officia habiles reddit.

53 *Qui fiat, vt tot virtutibus in Baptiſmo cumulati, adeò tardè pietatem exerceant.*

Neq; verò mirum cuiquam videri debet, ſi cum tanta virtutum copia inſtructi & ornati ſimus, tamen non ſine magna difficultate, & labore pias, honeſtasque actiones inchoamus, vel certè abſoluimus, id enim ob eam rem euenit, quod virtutes, à quibus actiones ipſæ proficiſcuntur Dei beneficio nobis donatæ non ſint, ſed *k* quoniam poſt baptiſmum acerrima cupiditatis pugna aduerſus ſpiritum relicta eſt, in qua tamen contentione ani-

c Quid ſit gra. Tho. in 3. p. q. 110. ar. 2. ſeſ. 6. Conc. Trid. de iuſti. cap. 7. Aug. lib. 1. de pecc. mer. et rem. c. 10. & de ſpiritu & lit. cap. 28.

a Rom. 5. 5. in 2. Cor. 1. 2. & 55. Virtutum infuſio in baptiſ. Chry. ho. ad Neop. & ad bapti. Dam. h. 4. de fide orth. c. 1. Lact. l. 3. diu. iuſt. c. 25.

b Tit. 3. 5. Sic habet gl. ord. & ſimile Proſp. li. 1. de voc. pent. cap. 18. Aug. epi. 23. Ber. in ſer. de cęna Domi. Aug. lib. 1. de Bapt. paruul. ca. 26. Th. in 3. p. q. 69. a. t. 5. de conſ. de 4. c. ad hæc.

i Ioan. 1. 10

k Ro. 7. 15. 16. Galat. 5. 17. Aug. l. 5. cont. Iul. cap. 3. & 5. & li. 1. de pe. mer. & rem. c. 39. virtute, exercitio augentur, & faciles euadunt, Phil. 4. 8. 2. Cor. 13. 11. Alias baptiſmi effectus eſt characteris impreſſio.

animo frangi, aut debilitari chriſtianum hominẽ nō decet: cū Dei benignitate, freti, optima ſpeniti debeamus, fore vt quotidiana rectè viuendi exercitatione, quæcūque pudica ſunt quæcunq; iuſta, quæcumq; ſancta eadem etiā facilia, & iucūda videātur, hæc libenter cogitemus, hæc alacri animo agamus, *b* vt Deus pacis ſit nobiſcum.

Aug. lib. 6. de bapt. co. Doc. 1 & tract. 51. ep. 10 Conc. Trid. ſeſſ. 7. . . 7. de ſacram. in genere.

54 *In Baptiſmo character indelebilis imprimitur.*

Præterea per Baptiſmū cōſignamur charactere, qui ex anima deleri nūquā poteſt, de quo nihil eſt, vt plura hoc loco diſſerantur: cùm liceat ex his, quæ ſupradicta ſūt, cū vniuersè de Sacramētis ageretur, ſatis multa, quæ ad hoc argumentum pertinent, in hunc locum transferre.

Baptiſmum ſine ſacrilegio iterari nō poſſe, ſeſſ. 7. Conc. Tri. de bapt. can. 11. & 13. & ſeſs. 14. de ſacram pœn. cap. 21. item 1. Conc. Corth. can. 1. & Vien. vt hab. in cle. 1. de ſumt. Tri. a Eph. 4. 6. b Rom. 6 10. Cur baptiſmū ſemel tantum ſuſcipiendus ſit Synod. Conſtantinop.

55 *Baptiſmum iterari nunquàm poſſe demonſtratur.*

Sed, quoniam ex characteris vi & natura, ab Eccleſia definitū eſt, Baptiſmi Sacramentū nulla ratione iterādū eſſe, ea de re fideles, ne aliquādo in errores inducantur, ſæpè, & diligenter à Paſtoribus admonēdi ſunt. Hoc verò docuit Apoſtolus, inquiens, *c* Vnus Domini, vna fides vnum Baptiſma. Deinde, cū Romanos hortatur, vt mortui per Baptiſmū in Chriſto, cauerent, ne vitam, quā ab illo accepiſſent, amitterent, cùm inquit, *d* Quid enim Chriſtus mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel. Hoc videtur apertè ſignificare, ſicut ille mori iterum nō poteſt, ita nobis denuò mori per Baptiſmū nō licere. Quare ſancta etiā Eccleſia, ſe vnū Baptiſmum credere, palam profitetur, quod quidem rei naturæ, & rationi vehemēter cōſentaneum eſſe ex eo intelligitur, quòd Baptiſmus eſt quædam ſpiritualis regeneratio. Quemadmodū igitur naturali virtute ſemel tantùm generamur, & in lucē edimur; atque, vt D. Auguſtinus ait, vterus non poteſt repeti; ſic etiam vna eſt ſpiritualis generatio, nec Baptiſmus vllo vnquam tempore iterandus eſt.

D. Aug. tract. 11. in Io. Beda in c. 1. Io. Leo. ma. epi. 37 & 79. & cap. ne ſan. bapt. iter l. ſi quis. Th. 3. p. quæ. 66. ar. 9.

56 *Illi iteratò non baptizantur, qui certa conditione interpoſita abluuntur.*

Licet aliquādo baptizari ſub conditiōne Alex. 3. de bapt. & eius effect. c. de quibus.

Neque verò quiſquam putet, eum ab Eccleſia iterari, cum adhibita huiuſmodi verborum formula, aliquem abluit, de quo incertum eſt, an baptizatus prius fuerit: Si baptizatus es, te iterum non baptizo: ſi verò nondum baptizatus es, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: ita enim non impiè iterari, ſed ſanctè

cum

cum adiunctione Baptiſmum adminiſtrari, dicendũ eſt.

57 *Baptiſmus cõditionalis ſemper circa vllum diſcrimen vſurpandus non eſt.*

Qua in re tamẽ diligenter S. Paſtoribus aliqua prouidenda ſunt, in quibus ferè quotidie, nõ ſine maxima Sacramẽti iniuria peccatur: neq; enim desũt, qui nullũ ſcelus admitti poſſe arbitrentur, ſi quẽuis ſine delectu, cùm adiunctione illa baptizent; quare ſi infans ad eos deferatur, nihil prorſus quærendũ putãt, an is prius ablutus fuerit; ſed ſtatim ei Baptiſmũ tribuunt; quin etiam quamuis exploratum habeant, domi Sacramentũ adminiſtratum eſſe, tamen ſacrã ablutionẽ in Eccleſia, adhibita ſolenni ceremonia, cũ adiunctione, repetere nõ dubitant: quod quidem ſine ſacrilegio facere nõ poſſunt, & eam maculã ſuſcipiunt, quã diuinarum rerum ſcriptores irregularitatem vocant. Nã ea Baptiſmi forma ex Alexãdri Papæ auctoritate, in illis tantum permittitur, de quibus, re diligenter perquiſita, dubiũ relinquitur, an Baptiſmum ritè ſuſceperint, aliter verò nunquã fas eſt, etiã cum adiunctione Baptiſmum, alicui iterum adminiſtrare.

Parochi quãtum errent, dum cũ conditione ſiue diſcrimine baptizant.

Qui rebaptizant ſunt irregulares. De Apoſtatis & reiter. bapt. ex litterarum & de cõſ. d. 4 cap. eos qui lib. 3. decre. de Baptiſmo, & eius effectu, e de quibus.

58 *Quis ſit poſtrem⁹ fruct⁹, q virtute Baptiſmi hominib⁹ cõfert.*

Præter cætera verò, quæ ex Baptiſmo cõſequimur, illud veluti extremũ eſt, quò reliqua oĩa videntur referri, quòd ſcilicet cæli aditũ, propter peccatũ prius interclusũ vnicuiq. noſtrũ petefacit. Hęc autẽ, quę in nobis baptiſmi virtute efficiũtur, ex ijs planè intelligi poſsũt quæ in Saluatoris Baptiſmo cõtigiſſe Euangelica auctoritas cõfirmauit. Etenim *a* cœli aperti ſunt, & Spiritus ſanctus columbæ ſpecie in Chriſtũ Dñm deſcẽdens apparuit, ex quo ſignificatũ eſt, eis, qui baptizãtur, diuini numinis chariſmata impertiri, & cęlorũ ianuã reſerari, nõ quidẽ, vt ſimul, atq. baptizati ſunt, ſed vt magis oppportuno tẽpore ingrediãtur in illã gloriã, cũ omniũ miſeriarũ expertes, quæ in beatã vitã cadere non poſſunt, pro mortali cõditione immortalitem aſſequẽtur. Atque hi quidẽ sũt Baptiſmi fructus, quos, ſi quidẽ Sacramenti vim ſpectemus; æquè ad oẽs pertinere dubitari non poteſt: ſin autẽ, quoquiſq. animo affect⁹ ad illũ ſuſcipiẽdũ acceſſerit, cõſideremus, plus minus ve cæleſtis gratiæ, & fructus ad vnam aliquẽ, quàm ad aliũ peruenire, omninò fateri oportet.

Quintus baptiſmi effectus eſt cæli, quod peccato interclúſum fuerat, apertio.

Beda in c. 3. Euang. ſecundum Lucam. Tho. in 3. p. q. 69. art. 7.

a Mat. 3. 16. Mar. 1. 10. Luc. 3. 21. 22.

Baptiſmi fructus cui omnibus hominibus ſint cõmunes non æque tamen ad omnes perueniunt. Tho. in 3. p. q. 69. art. 8.

59 Quæ

59 *Quæ ſit cæremoniarum Baptiſmi vis, & vtilitas.*

De Precationibus ritibus. & cæremonijs Baptiſ.
a 1. Cor. 14. 14.
Ritus ſunt veluti imagines effectuum cuiuſcumq; Sacramenti.
Ritum Eccleſiaſticorú auctores Apoſtoli, quare de his Patres ſcripſerunt.
Dion. Areop. c. de Eccl. Hie
Cle. Ro. epi. 3.
Ter. de co. mi & de bapt.
Orig. ho. 12. In Numeros.
Cyp. epiſt. 70. ad Io. vide ité de conſ. d. 4.
Ritus baptiſmi ſunt tripli ces.
Primum genus eſt eorú rituum qui áte baptiſmú adhibentur.

Reſtat nunc, vt quæ de huius Sacramenti precationibus, ritibus, & cæremonijs tradéda ſint apertè, & breuiter explicentur. Nam, quod Apoſtolus de linguarũ dono admonuit, cum inquit, *a* Sine fructu eſſe, quæ aliquis loquitur, ſi à fidelibus non intelligantur: idé ferè ad ritus, & cæremonias transferri poteſt Imaginé enim & ſignificationem earum rerũ præſeferunt, quæ in Sacramento geruntur: quod ſi illorũ ſignorum vim, & poteſtaté fidelis populus ignoret, nõ magna admodũ cæremoniarum vtilitas futura eſſe videbitur. Dãda eſt igitur Paſtoribus opera, vt eas fideles intelligant, certoq; ſibi perſuadeãt, ſi minus neceſſariæ ſint, plurimi tamen faciédas, magnoq; in honore eſſe oportere. Id verò tũ inſtituentiũ auctoritas, qui ſine controuerſia ſancti Apoſtoli fuerunt: tũ finis, cuius cauſa cæremonias adhiberi voluerunt, ſatis docet; ita enim Sacramentũ maiori cum religione, ac ſanctitate adminiſtrari, ac veluti ante oculos poni præclara illa, & eximia dona, quæ in eo cõtinentur, & in animos fideliũ immenſa Dei beneficia magis imprimi, perſpicuum eſt.

60 *Quotuplices ſint Baptiſmi ritus.*

Sed omnes cæræmoniæ, & præcationes, quibus in Baptiſmi adminiſtratione Eccleſia vtitur, ad tria capita redigendæ ſunt, vt in ijs explicãdis certus ordo à Paſtoribus obſeruari poſſit, & quæ tradita ab illis fuerint, auditorum memoria faciliùs retineantur. Ac primum quidem illarum genus eſt, quæ, antequam accedatur ad Baptiſmi fontem, ſeruantur. Alterum earum, quæ cùm ad ipſum fontem ventum eſt, adhibentur: Tertium earum, quæ peracto iam baptiſmo addi ſolent.

61 *Quo tempore aqua ad Baptiſmum neceßaria communi ritu ſit conſecranda.*

Conſecrata aqua ad baptiſmum, teſtis ex Cyp. epiſt. 70. & Baſ. 1. de Spiritu ſanct. cap. 27. & de conſ. d. 1. c. in Sabbatho.

In primis igitur aqua paranda eſt, qua ad baptiſmum vti oportet. Conſecratur enim baptiſmi fons, addito myſticæ vnctionis oleo, neque id omni tempore fieri permiſſum eſt; ſed more maiorũ, feſti quidam dies, qui omnium celeberrimi, & ſanctiſſimi optimo iure habendi ſunt, expectantur, in quorum vigilijs ſacræ ablutionis aqua conficitur: quibus etiam tantùm diebus, niſi neceſſitas aliter facere coegiſſet, in veteris Eccleſiæ more poſi-

poſitum fuit, vt Baptiſmus adminiſtraretur. Sed quamuis Eccleſia hoc tempore, propter communis vitæ pericula, eam conſuetudinem retinendam non iudicarit; tamen ſolemnes illos dies Paſchæ, & Pentecoſtes, quibus baptiſmi aqua conſecranda eſt, ſumma cùm religione adhuc obſeruauit.

Quæ ſunt tẽpora baptiſmi cõferendi pręcipua.
Leo ep. 4. ad Epiſ. Siciliæ.

62 *Baptizandi cur mox in Eccleſiam non admittantur.*

Poſt aquæ conſecrationem, alia deinceps, quæ Baptiſmum antecedunt, explicare oportet; afferũtur enim, vel etiam adducũtur, qui Baptiſmo initiandi ſunt, ad Eccleſiæ fores, atque ab eius introitu omninò prohibentur, quòd indigni ſint, qui domũ Dei ingrediantur, antequã à ſe turpiſſimę ſeruitutis iugum repulerint, & totos ſe Chriſto Domino, eiuſq; iuſtiſſimo imperio addixerint.

Non admitti baptizãdos in Eccleſiam ſignat. Tert. lib. de cor. vti. c. 3. Pet Cyr. Hier. catec. c. 1.

63 *Cur Baptizandi, quid petant, interrogentur, & inſtruantur.*

Tum verò Sacerdos ab eis exquirit, quidnam ab Eccleſia petant; quo cognito, primum eos chriſtianæ fidei doctrina, quam in Baptiſmo profiteri debent, inſtituit: id autem Catechiſmo efficitur: cuius inſtitutionis morẽ à Domini Saluatoris præcepto manaſſe, nemo dubitare poteſt, cùm ipſe Apoſtolis iuſſerit; Ite in Mundum vniuerſum, & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia, quęcunque mandaui vobis. Ex quo licet cognoſcere, Baptiſmum non eſſe adminiſtrãdum, priuſquam ſumma ſaltẽ religionis noſtrę capita exponantur.

Hinc baptizandi competentes dicebãtur quod ſimul baptiſmũ peterent.
Aug. lib. 1. 10. tract. ic. 17. & ep. 155. & alibi paſſim Catechiſmũ pręceſſiſſe Baptiſmum, eſt notiſſimum vide & operi, ca. 1.
Mar. 16. 15.

64 *Quo pacto, ex veteri Eccleſiæ inſtituto, catechizari debeant rudiores.*

Quoniã verò Catechiſmi ratio ex multis interrogationibus cõſtat, ſi is, qui inſtituitur adulta ætate fuerit, ad ea, quæ rogãtur ipſe per ſe reſpõdet; ſi autẽ infans ſit, pro illo Sponſor ritè reſpondet, ſolemnéq; ſponſionẽ facit.

Catechizandi ratio ex multis interogationibus conſtat.

65 *Quis ſit Exorciſmi vſus.*

Sequitur exorciſmus, qui ad expellendum diabolum, eiuſque vires frangendas, & debilitandas, ſacris, & religioſis verbis, ac precationibus conficitur.

Exorciſmi vſus & cæremoniæ, cuius meminerũt Tertul. de præſcr. ad hę & c. 41. Cypr. epiſt. 2. Aug. lib. 1. de gratia Dei, & peccat. orig. c. 40. et. lib. 2. de nup. & cõcupiſc. cap. 19. Optat. lib. 4. contra Parmen.

66 *Cur eius, qui baptizatur, ori ſal admoueatur.*

Accedunt ad exorciſmum aliæ cæremoniæ, quarum ſingulæ, vt quę myſticæ ſint, propriam, atque illuſtrem ſignificationem habent. Nam, cum ſal in illius os, qui ad Baptiſ-

Salis ſignificatio in

Baptiſ. cuius meminerunt. Beda in lib. 1. Eſdræ cap. 9. & habetur de cõſec. d. 4. ca. ſal Iſid. lib. 2. de off. Eccl. c. 20 & Aug. ſ. lib. 1 Conf. cap. 11.

Baptiſmum adducẽdus eſt, immeritur, hoc ſignificari perſpicuum eſt, eum fidei doctrina, & gratiæ dono conſecuturũ eſſe, vt à peccatorum putredine liberetur, ſaporemque bonorum operum percipiat, & diuinæ ſapientiæ pabulo delectetur.

67 *Quid ſibi velit Crucis ſignũ multis corporis partibus adhibitũ*

Signum crucis in baptiſmo adhiberi ſolitum: ſcribunt Ter. in lib. de Reſurr. carnis Baſil. li. de Spiritu S. Chry. li. cõt Gẽ. & alij a Ioã. c. 7. Saliuæ ſignificatio in baptiſmo, cuius etiam meminit Ambr. lib. 1. Sac. c. 1 & de iis, qui myſt. init. ca. 1 de cõſec. d. 4. cap. poſtea Baptizandi Satanæ abrenunciabãt Tertul. lib. de co. mil. cap. 13. & de Spect. cap. 4. & de Idol. cap. 6. Cypr. epiſt. 7. 53. & alij. Quæ ſit vis abrenũciationis.

Obſignantur præterea ſigna crucis frons, oculi, pectus, humeri, aures, quę omnia declarant baptiſmi myſterio, ſenſus baptizati aperiri, ac roborari, vt Deum excipere, præceptaque eius intelligere, ac ſeruare poſſit.

68 *Quare nares, & aures baptizandi ſaliua liniantur.*

Poſtea verò illi nares, & aures ſaliua liniuntur, ſtatimque ad Baptiſmi fontem mittitur, vt quemadmodum *a* cæcus ille Euangelicus, quem Dominus iuſſerat oculos luto illitos Siloes à qua abluere, lumen recuperauit, ita etiam intelligamus ſacræ ablutionis eam vim eſſe, vt menti ad cœleſtem veritatem perſpiciendam, lumen afferat.

69 *Quid doceat abrenuntio illa Satanæ facta ab illo, qui baptizandus effertur.*

His peractis, ad Baptiſmi fontem veniunt, ibique aliæ ceremoniæ, & ritus adhibentur; ex quibus Chriſtianæ religionis ſummam licet cognoſcere: Sacerdos enim, ter conceptis verbis eum, qui baptizandus eſt, interrogat; Abrenuncias Satanæ, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius? At ille, aut eius nomine Patrinus, ad ſingulas interrogationes reſpondet. Abrenuncio, Igitur, qui Chriſto nomen daturus eſt, hoc primum ſanctè, & religiosè polliceri debet, ſe Diabolum, & mundum deſerere, ac nullum vnquam tempus fore, in quo vtrunque veluti hoſtem teterrimum non deteſtetur.

Quomodo baptizandus fidẽ ſuã profiteri debeat. Chryſ. Hier. Catech. 1. & 2. Aug. lib. 7. conf.

70 *Quomodo baptizandus fidei ſuæ profeſſionem faciat.*

Deinde ad ipſum Baptiſmi fontem cõſiſtens, interrogatur à Sacerdote hoc modo; Credis in Deum Patrem omnipotentem? Cui ille reſpondet. Credo. Atque ita deinceps de reliquis ſymboli articulis rogatus, fidem ſuam ſolemni religione profitetur. Quibus ſanè duabus ſponſionibus, omnem Chriſtianę legis vim, & diſciplinam contineri perſpicuum eſt.

71 *Cur ab eo qui aqua ſalutari proximè eſt tingendus petitur, num baptizari velit*

Sed, cùm iam Baptiſmũ adminiſtrare oportet, quærit Sacerdos ab eo, qui baptizadus eſt, num baptizari velit? quo quidẽ per ſe, vel eius nomine, ſi infans ſit, Patrino, annuente, ſtatim in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti ſalutari aqua eũ abluit. Quemadmodũ enim *a* homo ſua voluntate ſerpenti obediens, meritò damnatus eſt, ita Dominus, neminem ad ſuorũ numerũ, niſi voluntarium militem adſcribi voluit, vt, diuinis iuſſis ſponte obtemperans, æternam ſalutem conſequeretur.

a Gen. 3.6.

Nemo ſaluatur inuitus.

72 *Quamobrem baptizati caput mox chriſmate inungatur.*

Iam, poſtquam baptiſmus abſolutus eſt, Sacerdos, ſummum baptizati verticem chriſmate perungit, vt intelligat ſe ab eo die Chriſto capiti, tamquam membrum coniunctum eſſe, atque eius corpori inſitum, & ea re Chriſtianum à Chriſto, Chriſtum verò à chriſmate appellari. Quid verò chriſma ſignificet, ex ijs ſatis intelligi, quæ tunc ſacerdos orat, D. Ambroſius teſtatur.

Vnctionis poſt baptiſmũ meminerunt. Dionyſ. Areo. pag. Eccl. Hie cap. 2. & 3. Cy. Hie. catech. 3. Baſ. in lib. de Spiritu ſancto cap. 7. D. Am. bi. lib. .. de ... cap. 2. & lib. 1. 1. cap. 7.

73 *Quid deſignet veſtis candida, vel album ſudariolum, quo baptizatus induitur.*

Induit poſtea Sacerdos baptizatum veſte alba, dicens, Accipe veſtem candidam, & immaculatam quam perferas ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt habeas vitam æternam. Infantibus verò, qui veſtitu non vtuntur, ijſdem verbis albũ ſudariolum datur. Quo ſymbolo S. Patres ſignificari docent, tum reſurrectionis gloriam, ad quam per baptiſmum renaſcimur, tum nitorem, & pulchritudinem, qua dilutis peccatorũ maculis, anima in baptiſmo ornatur, tum innocentiam, atque integritatem, quam in omni vita baptizatus ſeruare debet.

Veſtis cãdidæ in baptiſmo dati ſolitę, meminit Dio. vbi ſup. Ambr. de ijs, quam myſ. ini cap. 7. & alij.

74 *Quæ ſit ratio ardentis cerei, qui baptizato tenetur.*

Et deinde cereus ardens in manũ traditur, vt oſtendat fidem, charitate inflammatam, quam in Baptiſmo accepit, bonorum operum ſtudio alendam, atque augendam eſſe.

Lucernarum ardẽtium, quę dabantur in manibus baptizatorũ meminit. Greg. Naz. ſer. de bat. Greg. Turen. lib. 5. c 25. Nicephor. hiſt. Eccl. lib. 5 cap. 11.

75 *Quare ac cuiuſmodi nomen baptizato ſit imponendum.*

Ad extremum verò, nomen baptizato imponitur quod quidem ab aliquo ſumendum eſt, qui propter, excellentem animi pietatem, & religionem, in San-

ctorum numerum relatus eſt, ita enim facilè fiet, vt quiuis, nominis ſimilitudine, ad ſanctitatis, & virtutis imitationem excitetur, ac præterea, quem imitari ſtudeat, eum quoque precetur, & ſperet ſibi aduocatum, tum ad ſalutem animi, tum corporis defendendam, venturum eſſe. Quare reprehendendi ſunt, qui Gentilium nomina, & eorum præcipuè qui ſceleratiſſimi fuerunt, tam diligenter conſectantur, & pueris imponunt, cùm ex eo intelligi poſſit, quanti Chriſtianæ pietatis ſtudium faciendum exiſtiment, qui impiorum hominũ memoria tantoperè delectari videntur, vt velint fidelium aures huiuſmodi profanis nominibus vndique circumſonare.

Gentiliũ nominibus abſtinendum.

76 *Summa eorum, quæ de baptiſmi myſterijs ſunt tradita.*

Epiliogus.

Hęc de Baptiſmi Sacramento ſi à Paſtoribus explanata fuerint, nihil eorum ferè prætermiſſum eſſe videbitur, quæ ad hanc cognitionem maximè pertinere exiſtimanda ſunt. Demonſtratum eſt enim, quid ipſum Baptiſmi nomen ſignificet, quæ ſit eius natura, & ſubſtantia, tum ex quibus partibus conſtet. Dictum eſt, à quo inſtitutus fuerit, qui miniſtri ad conficiendum Sacramentum neceſſarij ſint, quos ve, tanquam pædagogos ad ſuſtentandam baptizati imbecillitatem adhibere oporteat. Traditum eſt etiam, quibus, & quemadmodum animo affectis, Baptiſmus adminiſtrari debeat, quę ſit eius virtus, & efficientia, poſtremò, qui ritus, & cæremoniæ ſeruentur, quantum propoſita ratio poſtulabat, ſatis copioſè explicatum eſt. Quæ omnia ob eam præcipuè cauſam docenda eſſe Paſtores meminerint, vt fideles in hac cura, & cognitionem perpetuò verſentur, vt in ijs, quæ adeò ſanctè, & religioſè ſpoponderunt, cùm baptiſmo initiati ſunt, fidem ſeruent, atque eam vitam inſtituant, quæ ſanctiſſimæ Chriſtiani nominis profeſſioni reſpondeat.

DE CONFIRMAT. SACRAMENTO.

CAP. III.



1 *Cur hodie quam maximè Confirmationis virtus ſit explicāda.*

SI in confirmationis Sacramenuo explicando Paſtorum diligentia vnquam requirenda fuit, nunc certè opus eſt, illud quam maximè illuſtrare, cum in ſancta Dei Eccleſia hoc Sacramentum à multis omnino prætermittatur, pauciſſimi verò ſint, qui diuinæ gratiæ fructum, quem deberent, ex eo capere ſtudeant. Quare fideles ita de huius Sacramenti natura vi, dignitate, tum in die Pentecoſtes, quo præcipuè die adminiſtrari ſolet, tum alijs etiam diebus, cum id Paſtores commode fieri poſſe iudicauerint, docendi erunt: vt intelligant non ſolum negligendum non eſſe, ſed ſumma cùm pietate, & religione ſuſcipiendum, ne ipſorum culpa, maximoque, malo eueniat, vt fruſtra in eos diuinũ hoc beneficium collatum eſſe videatur.

Quantum Sacraméti confirmatio non contemptui ſit habendum.

Confirmatio quando præcipuè fieri debeat.

2 *Quare Eccleſia hoc Sacramentum Confirmationem vocarit.*

Sed, vt à nomine initium ſumatur, Confirmationem ab Eccleſia, hoc Sacramentum idcirco vocari docen-

Hoc Sacramétum eſt Polyonymum apud veteres ſed Cófirmatio ab Eccleſia dicitur ob verba Chriſti.

eſt; quoniam, qui baptizatus eſt cum ab Epiſcopo ſacrō chriſmate vngitur, additis ſolemnibus illis verbis. Signo te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Niſi aliud efficientiam Sacramēti impediat, nouę virtutis robore firmior, atque adeo perfectior Chriſti miles eſſe incipit.

3 *Confirmatio verum eſt noue legis Sacramentum.*

In Confirmatione autem veram, & propriam Sacramēti rationem Catholica Eccleſia ſemper agnouit, quod & Melchiedes Pontifex, & plures etiam alij ſanctiſſimi, & vetuſtiſſimi Pontifices apertè declarauit. Ac ſanctus Clemens eius veritatis doctrinam grauiori ſententia comprobare non potuit. Inquid enim. Omnibus feſtinandum eſt ſine mora renaſci Deo, & demum ab Epiſcopo conſignari, id eſt, ſeptiformem gratiam Spiritu ſancti percipere: cum alioqui perfectus Chriſtianus nequaquam eſſe poſſit is, qui iniuria, & voluntate, non autem neceſſitate compulſus, hoc Sacramentum prætermiſerit, vt à B Petro accepimus, & cœteri Apoſtoli præcipiente Domino docuerunt. Hanc verò eandem fidem doctrina ſua confirmarunt, qui eodem ſpiritu pleni pro Chriſto ſanguinem profuderunt, *a* Vrbanus *b* Fabianus, *c* Euſebius Romani Pontifices, quemadmodum ex eorum decretis licet perſpicere.

4 *Sacri Doctores, qui huius Secramenti meminerunt.*

Accedit præterea ſanctorum Patrum conſentiens auctoritas inter, quos *d* Dionyſius Areopagita, Athenarum Epiſcopus, cum diceret, qua ratione hoc ſacrum vnguentum conficere, eoque vti oporteret, ita inquit, Baptizatum Sacerdotes induunt veſte congrua munditiæ, vt ad Pontificem ducant: ille verò ſacro, atque prorſus diuino vnguento Baptizatum ſignans, ſacratiſſimæ communionis participem facit, *e* Euſebius quoque Cæſarienſis tantum huic Sacramento tribuit, vt dicere non dubitarit: Nouatum hæreticum Spiritum ſanctum promereri non potuiſſe; quia cùm baptizatus eſſet, in graui ægritudine, ſignaculo chriſmatis, non eſt ſignatus. Sed clariſſima habemus huius rei teſtimonia, tum à D. *f* Ambroſio in eo libro, quem de ijs qui initiantur inſcripſit, tum à D. *g* Auguſtino in libris, quos aduerſus Petiliani

Luc. 24. 45. Act. 1. 18. ſic vocatum eſt a Cōc. Aur. c. 3. & Flor. & alijs Confirmationē verè eſſe Sacramentū ex traditione Pōtificū oſtēdit Melch. in epi. ad Epi. Hiſp. c. 2. & hētur. de conſe. d. 5. cap. Spirit. & ca. de his vero S. Clemēs Papa ep. 4. ad Iulia. & Iul. epiſ. S. Petrus de Confirmat.

a Vrb. in epiſ. 1. ad omnes Chriſtianos c. 7. & hētur de cōſecr. d. 5. ca. omnes fideles *b* Fab. in epiſ. 2. ad oēs Or. Epiſc. cap. 1. *c* Euſe. in ep. 3. ad Eph. Tuſ. & Camp & hab. de cōſecr. d. 5. c. man. *d* Diog. de Eccle. Hier. ca 2. *e* Euſeb. lib. 6. Hiſt. Ecc. 1. 20 hoc habetur ex epiſ. Corn. Rom. *f* D. Amb. in l. de ijs, qui myſter. ini. c. 7. & lib. 2. de ſacr. cap. 2. & li. de Spiritu S. c. 6. *g* D. Aug. li. 2. cōt. lit. Peti. c. 10. & 15. per Trin. ca. 26. in ep. Ioan. 2 & 6 & in pſal. 26.

tiliani

tiliani Donatiſtę epiſtolas edidit; quorum vterque adeò de huius Sacramenti veritate nihil dubitari poſſe exiſtimauit, vt eam ſcripturæ etiam locis doceat, ac confirmet. Quare alter quidem verba illa Apoſtoli, *a* Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis; Alter verò, quod in pſalmis legitur; *b* Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron: tum illud eiuſdem Apoſtoli, *c* charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis, ad Confirmationis Sacramentum referri teſtatus eſt.

5 *Quæ ſit Confirmationis, & baptiſmi differentia.*

Quamuis autem à Melchiade dictum ſit, Baptiſmum Confirmationi maximè coniunctum eſſe, non idem tamen Sacramentum, ſed ab altero longè diſiunctum exiſtimandum eſt, conſtat enim varietatem gratiæ, quam ſingula Sacramenta tribuunt, & rei ſenſibus ſubiectæ, quæ ipſam gratiam ſignificat, efficere, vt varia quoque, & diuerſa Sacramenta ſint. Cùm igitur Baptiſmi gratia homines in nouam vitam gignantur: Confirmationis autem Sacramento, qui iam geniti ſunt viri euadant, *d* euacuatis, quæ erant paruuli; ſatis intelligitur, quantum in naturali vita generatio ab incremento diſtat, tantundem inter ſe differre Baptiſmum, qui regenerandi vim habet, & Confirmationem, cuius virtute fideles augeſcunt, & perfectum animi robur aſſumunt.

Præterea quoniam nouum, atque diſtinctum Sacramenti genus conſtituendum eſt, vbi animus in nouam aliquam difficultatem incurrit: facilè perſpici poteſt, quemadmodum baptiſmi gratia ad mentem fide informandam indigemus, ita etiam maximè conducere fidelium animos alia gratia confirmari, vt nullo pœnarum, ſuppliciorum, mortis periculo, aut metu, à veræ fidei confeſſione deterreantur, quod quidem, cum ſacro Confirmationis chriſmate efficiatur, ex eo aperte colligitur, huius Sacramenti rationem à Baptiſmo diuerſam eſſe. Quare Melchiades Pontifex vtriuſque diſcrimen accurrata oratione perſequitur, ita ſcribens: In Baptiſmate homo ad militiam recipitur, & in Confir-

Sed preteri los nominet unt huius Sacramenti.
Tert. in lib. de re ur. car. Cyp epi 7 et in ep. ad Iubai nū C. Ho. il 9. Cyril. Hie. Cat. 1 ch. 3. & aiij
Confirmatio verbi Dei auctoritate confirmatur.
a Ephes. 4. 22.
b Pſalm. 132.
c Rom. 5. 5. 5.
Melch. Papæ in med. ep. ad Epiſ. Hiſp. & citat. de cóſ d. 5. c. de his vero Conc. Flor. in doc. de Sacr. Pet. Dam. in ſe dedicat. Eccl. vnde diſtinct. Sacram ſit petēda D. Tho. 3. p. q. 72. ar. 11
d 1. Cor. 13. 11.
Alia ratio differētię baptiſmi, et Cōfirmationis quæ ex D. Th. in 3. p. q. 72. art. 9. colligitur.
B. Mel. pp. in epiſt. ſup. cit. a cuius verba habēt de cóſ. d. 5. c. Spiritus ſāctus Concil. Lood. c. 48 1. 8. Melc. c. 6. Flor. & Cōſt. Synodus Trid. ſeſ. 7 de cōfir. Chriſtus confirmationis auctor.

matione coarmatur ad pug[n]ã [:] in fonte Baptiſmatis Spiritus ſanctus plenitud[i]nem tribuit ad innocentiam, Cõfirmatione autem perfectionẽ ad gratiam miniſtrat: In Baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt Baptiſmũ ad pugnam Cõfirmamur: In Baptiſmo abluimur, po[ſt] Baptiſmum roboramur: Regeneratio per ſe ſaluat in pace baptiſmum recipientes, Confirmatio armat, atque inſtruit ad agones. Verum hæc iam non ſolum ab alijs Concilijs tradita, ſed præcipuè ſacra Synodo Tridentina decreta ſunt; vt iam de ijs non ſolum aliter ſentire, ſed ne dubitare quidem vllo modo liceat.

Chriſt[u]s confirmationi[s] auctor. Th. in 3. p. q. 2. S. Fab. pp. in initio, epiſt. 2. quæ eſt ad Epiſc. Orient. to. n. 1. Conc. Omnia Sacramenta à Christo ſunt inſtituta. Tho. in 3. p. q. 64. a. 1. Ambr. lib. 4. de ſacr. c. 4.

6 *Quis Sacramenti Confirmationis ſit auctor.*

Quoniã vero ſupra demonſtratũ eſt, quàm neceſſariũ eſſet cõmuniter de omnibus Sacramentis docére, à quonam ortũ habuerint, idẽ etiã de Confirmatione tradere oportet, vt fideles huius Sacram. ſanctitate magis afficiãtur. Igitur à Paſtoribus explicãdum eſt, Chriſtum Dñm non ſolum eius auctorem fuiſſe, ſed ſancto Fabiano Põtifice Rom. teſte, chriſmatis ritum, & verba, quibus in ei[us] adminiſtratione Catholica Eccleſia vtitur, præcepiſſe, quod quidem ex ijs facilè probari poterit, qui Cõfirmationem Sacramentum eſſe confitentur, cum ſacra omnia myſteria, humanæ naturæ vires ſuperent, nec ab alio, quàm à Deo poſſint inſtitui. Iam verò quæ ſint eius partes, ac primum quidem de materia dicendum eſt.

De materia Confirmationis. Aug. in Ps. 44. & l. 13. de Trin. c. 26. Quid ſit chriſma apud ſacros auctores Vid. Tho. in 3. p. q. 72. art. 2. Greg. [?] 1. cap. Gan. Concil. Laod. c. 48 & Carth. 2. cap. 3 & 3. c. 36. S. Dionyſ. de Eccl. Hiera. 2. & 4. S. Fab. pp. in ep. ad Epiſc. Orient. & citatur de conſ. d. 3. ca. lit ve ſtis. Cyp. ep. 70. ad Ianu. & in l. de vnctione. Chriſmatis ſignificatio. Chriſmatis Cœleſti ſignificatio ex Ambr. ſup. Ps. 118 & in l. de Sp. ſan. c. 3.

7 *Quæ ſit ſacris huius myſterij materia.*

Hæc autem chriſma appellatur, quo nomine à Græcis accepto, etſi profani ſcriptores quodlibet vnguenti genus ſignificant: illud tamen, qui res diuinas tradunt, cõmuni loquendi conſuetudine ad illud tantummodo vnguentum acommodarunt, quod ex oleo, & balſamo, ſolemni Epiſcopi conſecratione conficitur. Quare duæ res corporeæ permiſtæ, Confirmationis materiam præbent: quæ quidem diuerſarum rerum compoſitio, quemadmodum multiplicem Spiritus ſancti gratiam, quæ Confirmationi tribuitur, declarat ita etiam ipſius Sacramenti excellentiam ſatis oſtendit? Quod autem ea ſit huius Sacramenti materia, cum ſancta Eccleſia, & Concilia perpetuò docuerit, tum à ſancto Dionyſio, & complurimis alijs grauiſſimis Patribus traditum eſt, in primiſque

miſque à Fabiano Pontifice qui Apoſtolos chriſmatis cõfectionẽ à Dño accepiſſe, nobiſque reliquiſſe teſtatus eſt. Hier. ad Principia.

8 *Quid oleum in materia Confirmationis ſignificet.*

Neque verò vlla alia materia, quam chriſmatis, aptior videri poterat ad illud declarandum, quod hoc Sacramento efficitur. Oleum enim quod pingue ſit, & natura ſua manet, ac diffluat, gratiæ plenitudinem exprimit, quæ per Spiritum ſanctũ à Chriſto capite in alios redũdat, atque effunditur, ſicut vnguentũ *a* quod deſcendit in barbam Aaron, vſque in oram veſtimenti eius: *b* vnxit enim eum Deus oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis; ac *c* de plenitudine eius nos omnes accepimus.

Pſ.132. 2.
b Pſal 44. 8.
c Ioan. 1. 16.

9 *Quid Balſamum oleo admixtum huic admoneat.*

Balſamum verò, cuius *d* odoratus iucundiſſimus eſt, quid aliud ſignificat quàm fideles, cũ Sacramento Confirmationis perficiuntur, eam virtutum omnium ſuauitatem effundere, vt illud Apoſt. queant dicere, *e* Chriſti bonus odor ſumus Deo? Habet præterea Balſamum eam vim, vt quicquid eo circumlintum fuerit, putreſcere non ſinat, quod quidem ad huius Sacramenti virtutem ſignificandam valdè accommodatum videtur, cum planè conſtet; fidelium animos cœleſti gratia, quæ in confirmatione tribuitur, præparatos, facilè à ſcelerum contagione defendi poſſe.

Significatio balſami.
d Eccl. 24.21.
e 2.Cor. 2.15.

10 *Cur neceſſe ſit Chriſma ab Epiſcopo conſecrari.*

Conſecratur autem Chriſma ſolemnibus cæremonijs ab Epiſcopo, ita enim Saluatorem noſtrum docuiſſe in extrema cœna, cum chriſmatis conficiendi rationem Apoſtolis commendaret, Fabianus Pontifex ſanctitate, & Martirij gloria clariſſimus tradidit, quamquã cur ita fieri debuerit, ratione etiam oſtendi poteſt. Et enim in pleriſque alijs Sacramentis Chriſtus ita etiam eorum materiam inſtituit, vt ſanctitatem quoque illi tribuerit, non ſolum enim aquam elementum Baptiſmi eſſe voluit, cum inquit, *f* Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei; ſed cum ipſe baptizatus eſt, effecit, vt ea deinceps vt ſanctificandi prædita eſſet: quare dictum eſt à ſancto Chryſoſtomo; Aqua Baptiſmi purgare peccata credentium non poſſet, niſi tactu Dominici corporis ſanctificata fuiſſet.

Quãdo Chriſtus cõfectionem chriſmatis docuerit.
S. Fab. pp. in ep. citata.
Tho. in 3. p. q. 72. art. 4.
f Ioan. 3. 5.
Refertur de conſe. d. 4 cap. nunquam, & ſimile habetur hom. 4. oper. impr. in Mat. hoc aũt Chryſoſt. in nouo

Quoniã igitur Dominus hanc Cõfirmationis materiam vſu ipſo, & tractatione nõ ſacrauit, neceſſariũ eſt, vt ſanctis, & religioſis precationibus cõſecretur; neque ad aliũ ea confectio, niſi ad Epiſcopum pertinere poteſt, qui eiuſdem Sacramenti ordinarius miniſter inſtitutus eſt.

11 *Quæ ſit huius Sacramenti forma.*

Chriſtus non à tactu corporis ſui, ſed verbis ſanctionem materiam Cõfirmationis ſanctam voluit. Conc. Flor. in doct. de Sacr. Tho. in 3. p q. 72. art. 4. Sacramenti cuiuſque forma qualis eſſe debeat.

Sed explicanda erit præterea altera pars, ex qua Sacramentum conſtituitur, forma ſcilicet, & verba, quæ ad ſacram vnctionem adhibentur, monendiq; fideles, vt in hoc Sacramento ſuſcipiẽdo, tunc maximè, cùm ea pronunciari animaduertunt, ad pietatem, fidem, & religionem, animos excitent, ne quid cæleſti gratiæ impedimenti eſſe poſſit. His igitur verbis forma Confirmationis abſoluitur. ſigno te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Sed tamen ſi ad veritatem, rationem quoque reuocemus, idem facilè probari poteſt. Etenim Sacramẽti forma ea omnia continere debet, quæ ipſius ſacramenti naturam, & ſubſtantiam explicant.

12 *Hãc eſſe pfectã huius Sacramẽti formã quomodo cõfirmetur.*

Tria ſunt in Confirmatione obſeruanda. Th. ibid.

Atqui maximè hęc tria in Confirmatione obſeruãda ſunt diuina poteſtas, quæ vt principalis cauſa in Sacramento operatur, tum robur animi, & ſpiritus, quod per ſacram vnctionem fidelibus ad ſalutem tribuitur, deinde ſignum, quo notatur ijs, qui in certamen, chriſtianæ militiæ deſcenſurus eſt. Ac primum quidem verba illa: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, quæ extremo lòco poſita ſunt. Alterum, ea, Confirmo te chriſmate ſalutis, quæ in medio ſunt. Tertium, quæ in principio formæ locantur, Signo te ſigno Crucis. ſatis declarant. Quamquam, ſi etiam ratione aliqua probari non poſſit, hanc eſſe huius Sacramenti veram & abſolutam formã, Eccleſię catholicę auctoritas, cuius magiſterio ita ſẽper edocti fuimus, nõ patitur nos ea de re quicquã dubitare.

Confirmationis forma ex auctoritate eccleſiæ retinẽ.

ſ De miniſtro Confirmationis, vide Tho. 3. p. q. 72. ar. 11

13 *Quis ſit proprius Sacramenti Confirmationis miniſter.*

Docere etiam Paſtores debent, quibus potiſſimùm huius Sacramenti adminiſtratio commiſſa ſit. Nam, cùm multi ſint, *a* vt eſt apud Prophetam, qui currant, neque tamen mittantur, neceſſe eſt, qui veri, & legitimi eius miniſtri ſint, tradere; vt fideles populus Confirmationis Sacra-

a Hie. 23. 21. Epiſcopi ſoli ſunt miniſtri

Sacramentum, & gratiam conſequi poſſit. Solum itaque Epiſcopum huius ſacramenti conficiendi, ordinariam poteſtatem habere ſacræ litteræ oſtendũt. Nam in Actis Apoſtolorum legimus, *a* cùm Samaria verbum Dei accepiſſet, Petrum, & Ioãnem ad eos miſſos eſſe, qui orauerunt pro ipſis, vt acciperent Spiritum ſanctum: nondũ enim in quemquam illorum *b* venerat, ſed baptizati tantùm erant. Quo in loco licet videre, eum, qui baptizauera, quòd tantum eſſet Diaconus. Confirmandi poteſtatem nullam habuiſſe, ſed munus illud perfectioribus miniſtris, hoc eſt Apoſtolis, reſeruatum eſſe. Quinetiam *c* vbicunque ſacræ Scripturæ huius Sacramenti mentionem faciunt, idem obſeruari poteſt.

14 *Idem etiam Pontificum Maximorum decretis oſtenditur.*

Neque ad eam rem demonſtrandam deſunt ſanctorũ Patrum, atque Pontificum, *d* Vrbani, *e* Euſebij, *f* Damaſi, *g* Innocentij, *h* Leonis, clariſſima teſtimonia; quemadmodum ex eorum decretis perſpicuum eſt. D. quoque *i* Auguſt. grauiter quæritur de corrupta Aegyptiorum, & Alexandrinorum conſuetudine, quorum ſacerdotes audebant Confirmationis ſacramentum adminiſtrare. Ac iure quidẽ hoc factũ eſſe, vt eiuſmodi munus ad Epiſcopos deferretur, hac ſimilitudine poſſunt Paſtores declarare. Vt enim in extruendis ædificijs etſi fabri, qui inferiores miniſtri ſunt, cæmenta, calcem ligna, & reliquam materiam parant, atq; componunt, abſolutio tamẽ operis ad architectum ſpectat: ita etiam hoc Sacramentum, quo veluti ſpirituale ædificium perficitur, à nullo alio, niſi à ſummo ſacerdote, adminiſtrari opus erat.

15 *Cur in Confirmatione Patrini aſſumantur, & quæ in Confirmationes affinitas contrahatur.*

Additur verò etiam Patrinus, quemadmodum in baptiſmo fieri demonſtratum eſt. Nam, ſi qui gladiatoriam dimicationem ſubeunt: alicuius indigent, cuius arte, & conſilio doceãtur, quibus ictibus, & petitionibus, ſaluis ipſis cõficere aduerſarium poſſint, quanto magis fideles cum Sacramento Confirmationis, quaſi firmiſſimis armis tecti, ac muniti, in ſpirituale certamen, cui æterna ſalus propoſita eſt, deſcendunt, ducis ac monitoris indigebunt? Rectè igitur ad huius quoque Sacramenti

Confirmationis ſeſs. 7. Conc. Trid. de Confirmat. can. 3. & ſeſs. 23. de Sacr. ordinis c. 4. & can. 7.
a Act. 8. 14. 15. 16. 17.
b M.S. vnum exemplar, & Ro. & Græc. habent, ſuper venerat.
c Vt Act. 19. in fin. ep. ad oẽs Chriſtianos.
d Epiſt. 3. ad Epi. Tuſciæ, & Campaniæ.
e Circ. med. ep. 4. ad Proſ. & cęteros ep. orthod.
f epiſt. 1. ad Veren. c. 3.
g Epiſ. 88. ad Ger. & Gal. Ep. his addẽ Melchiadẽ in epiſ. ad Epiſc. Hiſp. & Cle. Ro. epiſ. 4 & Con. Euormeceńſe, c. 8. & Flor in doctr. de ſac. in Aug. in q. noui teſtam. q 41. docet ſolum epiſcopum huius Sacramẽti ordinarium eſſe miniſtrum.

De Patrinis in cõfirmatione agitur. 30. d. 1. c. ſi quis, & c. dedimus, & c. de his, qui, & de conſ. d. 4. c. In catec. & c. non plures, & c. in bapuſ. & Tho. in 3. p. q. 72. ar. 2. 10 In Confir. quarta

menti adminiſtratione Patrini aduocandi ſunt, quibus cũ eadem ſpiritualis affinitas coniungitur, quæ legitima nuptiarum fœdera impedit, quemadmodum ante docuimus, cùm de Patrinis ageretur, qui ad baptiſmũ adhibendi ſũt.

affinitas contrahatur, ſeſſ. 24. Conc. Trid. de refor. matr. cap. 2. vide item in 6. de cog. ſpi. c. ne. dum & c. quãuis. Confirmationis [illegible] quibus dandũ ſit.

15 *Confirmationis ſacramentum non eſt abſolutè neceſſarium, non tamen prætermittendum.*

Sed, quoniam ſæpe euenit, vt fideles in hoc Sacramẽto ſuſcipiendo, aut præpropera feſtinatione, aut diſſoluta quadã negligentia, & cunctatione vtantur: (nam de iis, qui ad eum impietatis gradum venerunt, vt illud cõtemnere, & aſpernari audeant, nihil eſt quod dicamus) aperiendum etiam Paſtoribus, qui, qua ætate, quo pietatis ſtudio præditi eſſe debeant; quibus Cõfirmationem dare oportet. Atq; illud in primis docẽdum eſt, hoc Sacramentum eiuſmodi neceſſitatẽ non habere, vt ſine eo ſaluus quis eſſe non poſſit; quamquam verò neceſſarium non eſt, à nemine tamẽ prætermitti debet, ſed potius maximè cauendum eſt, ne in re ſanctitatis plena, per quam nobis diuina munera tam largè impertiuntur, aliqua negligentia committatur: quod enim omnibus communiter ad ſanctificationem Deus propoſuit, ab omnibus etiam ſummo ſtudio expetendum eſt.

Tho. in 3. p. q. 72. ar. 8. oſtendit Confirmationem eſſe ad ſalutẽ omnino non ſi neceſſariam, à nullo tamen prætermitti debet. Mel. ep. ſup. citata, & habetur de conſe. d. 5. c. Spiritus ſanctus. Hug. item de S. Victore l. 2. de Sacram. par. 7. cap. 3. Vrb. papa 1. [illegible] & habetur de conſ. d. 5. c. omnes. Conc. Aur. cap. 3.

16 *Confirmationis Sacramentum ab omnibus ſuſcipiendum demonſtratur.*

Ac ſanctus quidem Lucas, cum admirabilem illam Spiritus ſancti effuſionem deſcriberet, ita inquit: a Et factus eſt repente de cœlo ſonus, tanquam aduenientes ſpiritus vehementis, & repleuit totam domum. Deinde paucis interiectis; b Et repleti ſunt omnes Spiritu ſancto. Ex quibus verbis licet intelligere; quoniam domus illa ſanctæ Eccleſiæ figuram, & imaginem gerebat, ad omnes fideles Confirmationis ſacramentum, cuius initium ab eo die ductum eſt, pertinere. Atque id etiam ex ipſius Sacramenti ratione facilè colligitur; illi enim ſacro chriſmate confirmari debent, quibus ſpirituali incremẽto opus eſt, & qui ad perfectum Chriſtianæ religionis habitum perducendi ſunt, ac nulli id non maxime conuenit: vt enim hoc ſpectat natura, vt, qui in lucem eduntur adoleſcant, atq; ad perfectam ætatem perueniant, etiam ſi interdum quod vult, minus aſſequatur: ita communis

a Act. 2.
b Ibid. 4.
Chriſti clarũ initium.

Sacramento Confirmationis Chriſtiani hominis forma perfectè abſoluitur.

communis

munis omnium mater Catholica Eccleſia vehementer optat, vt in iis, quos per Baptiſmum regenerauit, Chriſtiani hominis forma perfectè abſoluatur; id autẽ quoniam myſticæ vnctionis Sacramento efficitur, perſpicuum eſt, eam ad vniuerſos fideles æquè pertinere.

17 *Qua ætate Christiani ad hoc Sacramentum ſint admittendi.*

In quo illud obſeruandum eſt, omnibus quidem poſt Baptiſmum Confirmationis Sacramentum poſſe adminiſtrari; ſed minus tamen expedire hoc fieri, antequam pueri rationis vſum habuerint, quare, ſi duodecimus annus expectandus non videatur, vſque ad ſeptimũ, certè hoc Sacramentum differre, maximè conuenit. Neque enim Confirmatio ad ſalutis neceſſitatem inſtituta eſt, ſed, vt eius virtute optimè inſtructi, & parati inueniremur cum nobis pro Chriſti fide pugnandum eſſet: ad quod ſanè pugnæ genus pueros, qui adhuc vſu rationis carent, nemo aptos eſſe iudicarit.

Ad hoc facit C. p. 4. r. l. conc. ſ. placitum, quod habet de cõſ. d. 5. c. vt ieiun.

18 *Quo pacto qui iam ætate ſunt prouectiores ſe ad hoc Sacramentum præparare debeant.*

Ex iam dictis illud etiam efficitur, vt, qui adulta iam ætate confirmandi ſunt; ſi quidem huius Sacramẽti gratiam, & dona conſequi cupiant, eos non ſolum fidem, & pietatem afferre, ſed grauiora etiam peccata, quæ admiſerunt, ex animo dolere oporteat. Qua in re etiam elaborandũ eſt, vt peccata etiã prius cõfiteantur, & Paſtorũ cohortatione ad ieiunia, & alia pietatis opera ſuſcipiẽda incitentur admoneanturque laudabilem illã antiquę Eccleſiæ conſuetudinem renouandã eſſe, vt non niſi ieiuni, hoc Sacramentum ſuſciperent, quod quidem fidelibus facilè perſuaderi poſſe exiſtimandum eſt, ſi huius Sacramenti dona, admirabileſque effectus intellexerint.

Confirmandi peccatorum commiſſorũ pœniteant, ex D. Tho. in 2. par. q. 7. art. 7 ad 2. & confirmatur ex c. vt ieiuni de conſ. d. 2.

Conc. Aur l. cap. 3.

19 *Qui ſint Confirmationis effectus.*

Itaque Paſtores docebunt, Confirmationem hoc cum cęteris Sacramentis commune habere, vt, niſi impedimentum aliquod inferatur, nouam gratiam tribuat, etenim hęc ſacra, & myſtica ſigna eiuſmodi eſſe, demonſtratum eſt, quæ gratiam declarant, atq; efficiunt: ex quo ſequitur, vt peccata etiam condonet, ac remittat quoniam gratiam ſimul cum peccato, ne fingere quidem nobis licet. Sed præter hæc quæ cum aliis communia cen-

De Confirmationis effectibus, vide Tho in 3. p. q. 72. 7. Conc. Flor in doct. de ſacr. Eſſe in gratia, & manere in peccato repugnant Clem. ep. 4 ad Iul Mel. in ep. ad Epi. Hiſp.

cenſenda ſunt, primũ quidẽ illud propriè Confirmationi tribuitur, quod Baptiſmi gratiã perficit, qui enim per Baptiſmũ Chriſtiani effecti ſunt, *a* quaſi infantes modò geniti teneritatem adhuc, & mollitiam quandã habent, ac deinde chriſmatis ſacramẽto aduerſus omnes carnis, mundi, & diaboli impetus robuſtiores fiunt, & eorum animus in fide omnino confirmatur ad confitendum, & glorificandum nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti: ex quo etiam nomen ipſum inuentum eſſe nemo dubitat.

a 1. Pet. 2. 2.

Ratio nominis initio huius capitis propoſita hic illuſtratur.

20 *Confirmationis nomen vnde dictum eſt.*

Neque enim, vt quidam non minus imperitè, quam impiè finxerunt, Confirmationis vocabulum ab eo deducitur, quod olim, qui infantes baptizati erant, cum iam adulti eſſent, ad Epiſcopum adducebantur, vt fidem Chriſtianam, quam in baptiſmo ſuſceperant, confirmarent; ita vt Cõfirmatio nihil à Catecheſi differre videatur: cuius conſuetudinis nullum probatum teſtimonium afferri poteſt: ſed ab eo nomen rei impoſitum eſt, quod huius Sacramenti virtute Deus in nobis *b* id confirmat, quod Baptiſmo operari cępit: noſque ad Chriſtianæ ſoliditatis perfectionem adducit: nec verò confirmat ſolum, ſed auget etiam: de quo Melchiades ita teſtatur, Spiritus ſanctus, qui ſuper aquas Baptiſmi ſalutifero deſcendit illapſu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocẽtiam: in Confirmatione augmẽtum præſtat ad gratiam: Deinde, non auget modò, ſed admirabili quadam ratione auget. Hoc autem pulcherrimè indumenti tranſlatione Scriptura ſignificauit, & expreſſit: inquit enim Dominus Saluator, cum de hoc Sacramento loqueretur; *c* Sedete in ciuitate, quoad vſque induamini virtute ex alto.

Con. Triden. Seſſ. 7. ca. 1. de confirm.

b Pſ. 67. 29.

Melc. pp. loco ſup. cit. & habetur de conſe. d. 5. c. Spiritus, & Eus. Emiſſ. in ho. in die Pent.

c Luc. 24. 49.

21 *Virt⁹ Cõfirmationis ex his, quæ Apoſtolis euenerũt celebrãda*

Quod ſi Paſtores voluerint diuinã huius Sacramenti efficientiam oſtendere, (hoc verò ad commouendos fidelium animos maximam vim habiturum eſſe dubitari non poteſt) ſatis erit, quid ipſis Apoſtolis euenerit, explicare. Illi enim ante paſſionem, vel ſub ipſam paſſionis horã adeò infirmi, & remiſſi fuerunt, *d* vt cũ Dñs comprehenſus eſt, ſtatim ſe in fugam coniecerint; Petrus verò, *e* qui Eccleſiæ petra, & fundamentũ deſigna-

d Mat. 26. 56.
e Mat. 16. 18.
f Matt. 26. 33. 35.
g Ibid. 69. Ioan. 18. 25.

tus

ſus erat, *a* & ſumma cõſtãtia, excelſiq; animi magnitudinem præ ſetulerat, *b* vnius mulierculæ voce perterritus, ſe Ieſu Chriſti diſcipulũ eſſe, nõ ſemel, aut iterũ, ſed tertiò, negauerit, ac poſt reſurrectioné omnes *c* propter metum Iudęorũ, incluſi domi ſe cõtinuerint. At verò in die Pẽtecoſtes tanta Spiritus ſancti virtutes omnes repleti sũt, vt, *d* dum Euãgelium, quod eis cõmiſſum erat, nõ ſolùm Iudęorum regione, ſed vniuerſo orbe audacter, & liberè diſpergerẽt, nihil ſibi felicius accidere poſſe exiſtimauerint, quã *e* quod digni haberẽtur, qui pro Chriſti nomine contumeliam, vincula, tormenta, cruces perferrent. a Ioan. 20. 19. Act. 2. 14. 1. b Act. 5. 41.

22 *Confirmatio characterem imprimi, & iterari non poteſt.*

Habet præterea Confirmatio eam vim, *f* vt characterem imprimat, quo ſit, *g* vt nulla vnquam ratione iterari poſſit, quod etiam in Baptiſmo ſupra obſeruatum eſt; ac de Sacramento ordinis quoq; ſuo loco planius exponetur. Hæc igitur, ſi à Paſtoribus ſæpe, & accuratè explicata erunt, vix fieri poterit, quin fideles, cognita huius Sacramenti dignitate, atq; vtilitate, illud ſumma cũ diligentia, ſanctè & religioſè ſuſcipere ſtudeant. Reſtat nunc, vt aliqua etiam de ritibus, & cæremonijs, quibus in hoc Sacramento adminiſtrando Catholica Eccleſia vtitur, breuiter perſtringantur, quæ explicatio quanto vſui futura ſit, Paſtores intelligent, ſi quæ antea dicta ſunt, cum hic locus tractaretur, repetere voluerint.

Confirmationis character c. 2. Cor. 1. 5. e Ephe. 1. 13. in Conc. Terra. cap. 6. & habe. de conſecr. d 5. ca. dictum eſt. Gregor. 3. epi. 4. & hab. ibid. c. de homine Th. in 3. p. q. 72. art. 5. De ritibus Cõfirmationis.

23 *Quare eorũ qui cõfirmantur frons ad modũ crucis inũgatur.*

Qui igitur confirmantur, ſacro chriſmate in fronte vnguntur. Nam, hoc Sacramento Spiritus ſanctus in animos fidelium ſeſe infundit, in eiſq; robur, & fortitudinẽ auget, vt in ſpirituali certamine viriliter pugnare, & nequiſſimis hoſtibus reſiſtere queant. Quo circa declaratur eos nullo metu, aut verecundia, quarum affectionum ſigna maximè in fronte ſolent apparere, à libera Chriſtiani nominis confeſſione abſterrendos eſſe. Præterea nota illa, qua Chriſtianus à cœteris veluti miles inſignibus quibuſdã ab alijs diſtinguitur, in illuſtriori corporis parte imprimenda erat.

Frons quare vngatur hab. li. 1. de inſtit. cle. cap. 30. & habetur de conſ. d. 5. cap. nouiſſime. Aug. in Pſal. 141. Tho. in 3. p. q. 72. art. 9.

24 *Quo potiſſimum tempore hoc Sacramentum conferatur.*

Sed illud quoque ſolemni religione in Eccleſia Dei ſeruatum eſt, vt in Pentecoſte præcipuè hoc Sa-

Pentecoſtes tempore præcipuè adminiſtratur.

Sacramentum adminiſtraretur, quòd hoc maximè die

a Act. 2. 2. 3. *a* Apoſtoli, Spiritus ſancti virtute roborati, & cōfirmati ſint, cuius diuini facti recordatione fideles ad nonerentur, quæ quantaque myſteria in ſacra vnctione cogitanda eſſent.

Alapa quid ſignificet.

25 *Cur Epiſcopus alapam infringat, & pacem Confirmato imprecetur.*

Deinde verò, qui iam vnctus, & Confirmatus eſt, vt meminerit ſe, tanquam fortem athletam paratum eſſe

Pacis imprecatio.

oportere ad omnia aduerſa inuicto animo pro Chriſti nomine ferenda, manu leuiter in maxilla ab Epiſcopo

b Phil. 47.

cæditur. Poſtremo autem pax ei datur, vt intelligat ſe gratiæ celeſtis plenitudinem, & *b* pacem, quæ exuperat omnem ſenſum, conſequutum eſſe. Atque hęc ſumma eorum ſit, quę de Chriſmatis Sacramento à Paſtoribus, non tam quidem nudis verbis, & oratione, quam inflammato quodam pietatis ſtudio explicanda ſunt, vt ea in animis intimiſque fidelium cogitationibus inſerere videantur.

DE EVCHARISTIAE SACRAMENTO.

CAP. IIII.



1 *Quare myſteria Euchariſtiæ, ſumma cum reuerentia tractari, & ſuſcipi debeant.*

QVemadmodum ex omnibus ſacris myſterijs, quę nobis tanquam diuinæ gratiæ certiſſima inſtrumenta Dominus Saluatot noſter cōmendauit. nullum eſt, quod cum Sanctiſſio Euchariſtiæ Sacramento comparari queat: ita etiam nulla grauior alicuius animaduerſio à Deo metuenda eſt, quam ſi res omnis ſanctitatis plena, vel potius, quæ ipſum ſanctitatis auctorē, & fontem continet, neque ſanctè, neque religioſè, à fidelibus tractetur. Id verò Apoſtolus, & ſapienter vidit, & de eo nos apertè admonuit. Nam cum declaraſſet, quanto illi ſcelere obſtricti eſſent, qui corpus Domini non dijudicarent, ſtatim ſubiecit. *a* Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Vt igitur fidelis populus, cum cæleſti huic ſacramento diuinos honores tribuendos eſſe intellexerit, & gratiæ vberes fructus capiat, & iuſtiſſimam Dei iram effugiat illa omnia à Paſtoribus diligentiſſimè exponenda erunt, quæ eius maieſtatem magis illuſtrare poſſe videantur.

Sacramentum Euchariſt. omnium eſt Sacramentorum maximum.
Dion. in li. de Eccle. Hie. c 7
Th. in 3 par. q. 61. art. 3. Alex. pp. ep. 1. hęc c. de conſec. d. 9. c. nihil.
In Euchariſt. irreuerentia, quantum ſit, peccatum.
a 1. Cor. 11. 30.

2 Qua

2 *Quæ de cauſa, & quando Euchariſtiæ Sacramentum ſit inſtitutum.*

Quæ in re opus erit; vt *a* Pauli Apoſtoli rationem ſecuti, qui ſe, quod à Domino acceperat, Corinthijs tradidiſſe profeſſus eſt, in primis huius Sacramenti inſtitutionem fidelibus explicent, ita verò geſtam rem eſſe, ex Euangeliſtâ perſpicuè colligitur. *b* Cum enim Dominus dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos; cuius quidem amoris, vt diuinum aliquod, atque admirabile pignus daret, ſciens horam iam aduenisse, *c* vt tranſiret ex hoc mundo ad Patrem; *d* ne vllo vnquam tempore à ſuis abeſſet, inexplicabili conſilio, quod omnem naturæ ordinem, & conditionem ſuperat perfecit. Etenim, *e* celebrata cum diſcipulis agni Paſchalis cœna, vt figura veritati, vmbra corpori cederet, panem accepit, Deoque gratias agens benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & dixit, *f* Accipite, & manducate: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: Hoc facite in meam commemorationem. Similiter, & calicem accepit poſtquam cęnauit dicens. Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine: Hoc facite quotieſcunque bibetis in meam commemorationem.

3 *Cur hoc Sacramentum Euchariſtiæ vocetur.*

Huius ergo admirabilis Sacramenti dignitatem atque excellentiam, cum ſacri ſcriptores fieri nullo modo poſſe intelligerent, vt vno vocabulo demonſtrarent, pluribus eam nominibus exprimere conati ſunt, interdum enim Euchariſtiam appellant, quòd verbum, vel bonam gratiam, vel gratiarum actionem Latinè reddere poſſumus. Ac rectè quidem bona gratia, dicendum eſt, tum quia vitam æternam, de qua ſcriptum eſt, *g* Gratia Dei vita æterna, præſignificat: tum quia Chriſtum Dominum, *h* qui vera gratia, atque omnium chariſmatum fons eſt, in ſe continet. Nec verò minus aptè gratiarum actionem interpretamur: *i* ſiquidem hanc puriſſimam hoſtiam immolamus, immenſas quotidie gratias pro vniuerſis in nos beneficijs Deo agimus: atque in primis pro eius gratiæ tam excellenti bono quam nobis hoc Sacramento tribuit. Sed idipſum etiam nomen, cum ijs, quæ à Chriſto Domino geſta eſſe in hoc myſterio inſtituendo

a 1. Cor. 11. 23. De inſtitutione Sacramenti Euchariſtiæ, ſeſſ. 13. Conc. Trid. de Euch. cap. 2.
b Ioan. 13. 1. Cũ inſtitutio-Chriſt. homil. 41. in Ioan.
c Ioan. 13. 1.
d Mat. 28. 20.
e Luc. 22. 18. Tẽpus inſtitutionis Leo ſe. 7. de Paſſio. D Eu. Emiſſeno 4 & hẽt, de cõſ. d. 4. c. quia cor p. Th. in 3. p. q. 73. art. 5.
f Matt. 26. 26. Luc. 22. 19. 20. Marc. 14. 22. 1. Cor. 11. 24. 25.
Dignitas Sacramenti plurib. vocabulis explicatur.
Euchariſtia cur dicatur. Chry. hom. 24 in 1. ad Cor. ſup illud Calix benedictionis Th. in 3. p. q. 73 art. 4.
g Rom. 6. 23.
h Ioan. 1. 14. 16. 17. vide Itẽ Cypr. in li. de lapſis Ambr. lib. 5. de Sacra. cap. 1. Magiſt. in 4. ſe. d. 1 c 2. ſ. ... cõtr. Celinum.

do legimus, optime conuenit. Etenim *a* panem accipiés fregit, ac gratias, egit. Dauid quoque cum huius myſterij magnitudinem contemplaretur, antequam carmen illud pronunciaret; *b* Memoriam fecit mirabilium ſuorũ miſericors, & miſerator Dominus eſcam dedit timẽtibus ſe; gratiarum actionem præponendam exiſtimauit, cum inquit: *d* Confeſſio, & magnificentia opus eius.

4 *Quare hoc Sacramentum Communio, pacis, & charitatis Sacramentum nominetur.*

Frequenter etiam nomine ſacrificij declaratur, de quo myſterio paulò poſt latius dicẽdũ erit. Vocatur præterea Cõmunio: quod verbũ ex illo Apoſtoli loco ſumptũ eſſe liquet, vbi ait, *c* Calix benedictionis cui benedicimus, nonne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt; & panis quẽ frangimus, nonne participatio corporis Dñi eſt? Nam, *d* vt Damaſcenus explanauit, hoc Sacramẽtũ Chriſto nos copulat, atque eius carnis, & deitatis participes efficit, noſq; inter nos in eodẽ Chriſto cõciliat, ac coniungit, & velut vnũ corpus coagmentat. Ex quo factũ eſt, vt *e* Sacramentũ etiã pacis, & charitatis diceretur; vt intelligeremus, *f* quã indigni ſint Chriſtiano nomine, qui inimicitias exercent, odiaque, diſſidia, & diſcordias, vt teterrimas fidelium peſtes omninò exterminandas eſſe, cũ præſertim quotidiano religionis noſtræ ſacrificio, nihil nos ſtudioſius ſeruare, quam pacẽ, & charitatẽ profiteamur.

5 *Qua ratione idem Sacramentũ Viaticum, & Cœna dicatur.*

Sed Viaticum etiam frequenter à ſacris ſcriptoribus appellatur, tum quia ſpiritualis cibus eſt, quo in huius vitæ peregrinatione ſuſtentamur, tum quia viam nobis ad æternam gloriam, & fœlicitatem munit. Quare ex veteri Eccleſiæ Catholicæ inſtituto ſeruari videmus, vt nemo fidelium ſine hoc Sacramento è vita excedat. Ac vetuſtiſſimi quidem Patres *g* Apoſtolorum auctoritatẽ ſecuti, Cœnę etiam nomine ſacram Euchariſtiam interdum vocarunt; quod in illo nouiſſimæ cœnæ ſalutari myſterio à Chriſto Domino ſit inſtituta.

6 *Euchariſtia cibo, aut potu ſumpto conficí, & ſumi non poteſt.*

Neque verò propterea à cibo, aut potione Euchariſtiã cõficere, aut ſumere licet, quòd ab Apoſt. ſalutariter introducta cõſuetudo, quẽadmodũ veteres ſcriptores me-

a Matt. 26. 27.
b Pſal. 110. 5.
c Ibid. 4.
Concil. Nicæ. cap. 14.
Cõmunio, cur nominetur.
d 1. Cor. 10. 16.
e Damaſ. lib. 4 orth. fid. c. 14. Idem fere hēt Bened. 5. c. 2. Chr. ho. 45. in Ioã. c. 3. Cyri. Hi. cate. 4.
f Aug. tra. 26. in Ioã. ſeſſ. 12. Conc. Trid. de Euch. ĩ præfatione Concil. Nicę ca. 21. & Cart. ca. 77 & 28. Aurelicũ c. 6. & 26. q. 6. c. ſi quis d. & c. qui reced. & ca. 15. qui & c. de his vero.
g 1. Cor. 11. 24.
h Cœna a Cypri. hoc Sacramentũ dicitur in lib. de cęna Domini.
A ieiunis cõficienda & ſumẽda eſt Euchariſtia. D. Aug. epi. 118. cap. 6.
Concil. Carth. 3. can. 29. & de cõſecr. diſt. 1.

moriæ prodiderunt, perpetuo retenta, ac ſeruata eſt, vt à ieiunis tantùm perciperetur.

7 *Eucharistia veri nominis Sacramentum eſt.*

Sed explicata nominis ratione, docendum erit hoc verum eſſe Sacramentum, atque vnum ex illis ſeptem, quæ ſancta Eccleſia ſemper religioſè coluit, ac venerata eſt: nam cum calicis conſecratio fit, myſterium fidei appellatur. Præterea, vt infinita penè ſacrorum ſcriptorum teſtimonia omittamus, qui hoc inter vera Sacramenta numerandum eſſe, perpetuò ſenſerunt, ex ipſa ratione, & natura Sacramenti, idem conuincitur. Etenim in eo ſigna ſunt externa, & ſenſibus ſubiecta. Habet deinde gratiæ ſignificationem, & efficientiam: pręterea de Chriſti inſtitutione, *a* neque Euangeliſtę, neque *b* Apoſtolus dubitandi locum relinquunt. Quæ omnia cùm in vnum cõueniant ad Sacramenti veritatem confirmandam, nullis alijs argumẽtis opus eſſe perſpicitur.

8 *Multa eſſe in hoc Sacramenta, quibus Sacramenti nomen conueniat.*

Sed illud Paſtoribus diligenter obſeruãdum, eſt, multa in hoc myſterio eſſe, quibus aliquando Sacramenti nomen ſacri ſcriptores tribuerunt. Interdum enim & Conſecratio, & perceptio, frequẽter verò & ipsũ Domini corpus, & sãguis, qui in Euchariſtia cõtinetur, Sacramentũ vocari cõſueuit; inquit enim D. Auguſt. Sacramẽtũ hoc duobus conſtare, viſibili, ſcilicet elementorũ ſpecie, & inuiſibili carne, & ſanguine ipſius Dñi noſtri Ieſu Chriſti. Atque ad eundẽ modũ hoc Sacramentũ adorãdũ eſſe nimirùm corpus, & ſanguinẽ Domini intelligentes affirmamus. Verùm hęc omnia minus propriè dici Sacramenta perſpicuum eſt. Ipſæ autem panis & vini ſpecies, veram, & abſolutam huius nominis rationem habent.

9 *Quomodo differat Euchariſtia à reliquis omnibus Sacramentis.*

Sed quantum hoc Sacramentũ à reliquis omnibus differat, facilè colligitur. Nam cętera Sacramenta, materiæ vſu perficiũtur, dum, ſcilicet, alicui adminiſtrari ea contingit. Baptiſmus enim Sacramenti naturam tũc adipiſcitur, cùm re ipſa homo aqua abluitur, at verò ad Euchariſtiæ perfectionem ſatis eſt ipſius materiæ cõſecratio: † verumque enim Sacramentum eſſe non deſinit: quamuis in

cap. Sacramẽta alteris. Seſſ. 12. Conc. Trid de Euchariſt. cap. 3. Aug. li. 3. de Trin. c 4. & lib. 10. cõt. Fauſt. cap. 18. Ambr. li. 2. offic. ca. 28. lib. 1. de ſacram. c. 2 vide itẽ Th. in 3. p. q. 73 art 1.
a Matt. 16. 26. Luc. 22. 19. 20. Marc. 14. 22.
b 1. Cor. 11. 14 15.
Verba sũt Lãfr. cõt. Bereng. quę ſub nomine. Aug. citat. de conſ. d. 2. c. hoc eſt quib⁹ ſimilia habent Aug. de cat. rud. c. 16. ſimilia item habẽt Iren. lib c. 34.
Euchariſtia adorãda ſeſſ. 13 Conc. Trid. de Euchar. cap. 5. ibid. ca. 6. Euchariſtię ſpẽs, propriè dicuntur.
Sacramentum Mag. in 4. d. 10 lit. c. Tho. in 3 p. qu. 72. art. 3. ſeſſ. 13. Conc. Trid. de Euch. cap. 2. & cá. 4.
Hęc differẽtia colligi poteſt ex Augu. in 3. lib. de Tri. c. 4. & Amb. lib. 4. de ſacr. c. 4. vt habetur de cõſil. d. 4. c. panis eſt. Vide item Tho. in 3. p. q. 73. art. 1 ad 3.
† verũ enim debẽdũ putarẽ nõ vtrumq.

In pyxide aſſeruetur. Deinde in conficiendis alijs Sacramentis, nulla fit materiæ atq; elementi in aliam naturã mutatio, Etenim Baptiſmi aqua, aut chriſmatis oleum, cùm illa Sacramenta adminiſtrantur, priorem aquæ, & olei naturam, non amittunt: In Euchariſtia verò, quòd panis, & vinũ ante Cõſecrationẽ erat, confecta Conſecratione, verè eſt corporis & sãguinis Domini ſubſtãtia.

Vnũ Euchariſtiæ Sacramẽtum non duo vide Th. in 3. p. q. 73. art. 2.

10 *Duplex Euchariſtia materia duo Sacramentũ non conſtituit.*

Licet autem duo ſint elementa, panis ſcilicet, & vinũ, ex quibus integrum Euchariſtiæ Sacramentum conficitur, non tamen plura Sacramenta, ſed vnum tantum eſſe, Eccleſiæ auctoritate docti confitemur. aliter enim ſeptenarius Sacramentorũ numerus, quemadmodũ ſemper traditũ, atq; à Concilijs *a* Lateranenſi, Florentino, & Tridentino decretum eſt, conſtare non poterit. nam, cum huius Sacramẽti gratia, vnum corpus myſticũ efficiatur; vt Sacramentũ ipſum rei, quam efficit, conueniat; vnum eſſe oportet, atq; vnũ quidem, non quia indiuiduũ ſit, ſed quia vnius rei ſignificationem habet. Nam quemadmodum cibus, & potio, quæ duæ diuerſæ res ſunt, ad vnam tantum rem adhibentur, vt ſcilicet vires corporis reficiantur: ita etiam duas illis diuerſas Sacramenti ſpecies reſpondere, conſentaneũ fuit, quæ cibum ſpiritualẽ ſignificarent, quo mẽtes ſuſtinẽtur, & recreantur. Quare à Domino Saluatore dictum eſt: *b* Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Sed diligenter explicandum eſt, quid Euchariſtiæ Sacramentum ſignificet: vt fideles ſacra myſteria oculis intuentes, ſimul etiã diuinarum rerum contemplatione animum paſcant.

a Lat. Concil. mag. nõ recẽſet ſeptẽ ſacramenta ex eo tamen in cap. 1. & alijs colligi poſſunt, ſicut extra ad Abolendã, ti. de hęret. Cõcil. aũt Const. ſeſſ. 15. Flor. in doc. de ſacra. & Trid. ſeſſ. 7. cap. 1. ca definiunt.
b Ioã. 6. Sacrament. Euchar. ſignificat, & efficit vnionẽ membrorum Eccleſ. ſeſſ. 15. Cõcil. Trid. de Euch in proœmio & cap. 8.

11 *Quarum rerum ſignificatio hoc Sacramento includatur.*

Tria verò ſunt, quæ nobis hoc Sacramento indicãtur. Primum eſt Chriſti Domini paſſio, quæ iam præterijt: ipſe enim docuit. *c* Hoc facite in meam cõmemorationem; & Apoſtolus teſtatus eſt: *d* Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat. Alterum eſt diuina, & cęleſtis gratia, quæ præſens ad animam alendam, & conſeruandã hoc Sacramento tribuitur. Quemadmodũ enim Baptiſmo in nouã vitã gignimur, Confirmtaione roboramur, vt Satanæ repugnare, & palàm Chriſti no-

Euch. Sacram. tria ſignificat myſt. Th. c. q. art. 4. Primum præteritum.
b Luc. 21. 19.
c 1. Cor 11. 26.
Secundum, præſens.
Tert. in lib. de reſur. cat. Cõc. Florẽ in doct. de ſacra. Tho. ead. qu. art. 1.
Tertiũ futurũ

men profiteri poſſimus: ita Eucharistiæ Sacramento alimur, ac ſuſtentamur. Tertium eſt, quod futurum prænũtiat, æternæ iucunditatis, & gloriæ fructus, quos in cœleſti patria ex Dei promiſſione capiemus: Hæc igitur tria, quæ inſtantis, præteriti, & conſequentis temporis varietate diſtingui perſpicuum eſt, ſacris myſterijs ita ſignificantur, vt totum Sacramentum, quamuis ex diuerſis ſpeciebus conſtet, ad ſingula horum declaranda tanquam ad vnius rei ſignificationem, referatur.

12 *Quæ ſit huius Sacramenti materia, & huiuſmodoi panis eſt conſecrandus.*

Materia Euchariſtiæ duplex.
Alex. 1 in ep. ad oés orthodoxos 1. ca. 4. & hab. de cõſec. d. 2. cap. 1.
Cip. lib. 2. ep. 3.
Cęciliũ. hab. ibidem cap. 2. & ex Concil. Mar. c. 55. ib. c. non oport.
Iren. itẽ lib. 4. cap. 34. & li. 5. cap. 2.
a Matt. 26:20.
b Marc. 14.22.
c Luc. 21. 19.
d Ioan. 6. 11.
Panis Triticeus eſt proprius huius Sacramenti materia.
Tho. in 3. p. q. 74 art. 3.

Sed in primis cognoſcẽda eſt huius Sacramenti à Paſtoribus materia, tum vt ipſi ritè illud poſſint conficere, tum etiam vt fideles admoneantur, cuius rei ſymbolum ſit atq; eius rei, quam ſignificat, ſtudio, & deſiderio exardeſcant. Duplex itaque eſt huius Sacramenti materia, altera panis ex tritico confectus, de qua primo agetur: de altera poſtea dicendũ erit. Nam vt docent Euangeliſtæ, *a* Matthæus, *b* Marcus, & *c* Lucas, Chriſtus Dominus panẽ in manus accepit, benedixit, & fregit, dicens. Hoc eſt corpus meum. Apud Ioannem quoq; idem Saluator noſter ſeipsũ panem appellauit; cùm inquit: *d* Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Cùm autẽ varia ſint panis genera, vel quia materia differunt, vt cum alius ex tritico, alius ex hordeo, aut ex leguminibus cęteriſq; terræ fructibus, confectus eſt: vel quia diuerſis qualitatibus præditi ſunt, (vni enim fermentum additur, alter verò fermenti omnino expers eſſe poteſt) quod ad primũ attinet, Saluatoris verba oſtendunt, panem ex tritico confici oportere; communi enim loquendi conſuetudine, cùm panis abſolutè dicitur, panem ex tritico intelligi ſatis cõſtat; Id etiã veteris teſtamẽti figura declaratur: *e* Preceptũ enim à Domino fuerat, vt panes propoſitionis, qui hoc Sacramentũ ſignificabant, ex ſimilia cõficeretur.

e Leuit. 24. 56.

13 *Panem ex quo Euchariſtia conficitur azymum eſſe conueniens eſt.*

Honorius 3. Brixienſi Epiſcopo, vt habetur de celebrat. miſ. cap. fin. & Tho. in 3. p. q. 7. art. 4.

Sed quemadmodum nullus panis, niſi triticeus, apta ad Sacramentum materia putandus eſt (hoc enim Apoſtolica traditio nos docuit, & Eccleſię Catholicę auctoritas firmauit) ita etiam ex ijs, quæ Chriſtus Dominus geſſit,

geſſit, azymũ eſſe debere, facilè intelligitur, ipſe enim *a* primo azymorũ die, *b* quo nihil fermentati domi habere Iudæis licebat, hoc Sacramentũ confecit, atque inſtituit.

a Mat. 26. 17. Mar. 14. 12. Luc. 22. 7.
b Exo 12. 19.

Quòd ſi quis Ioannis Euangeliſtæ auctoritaté proponat, qui hæc omnia *c* ante diē feſtum Paſchæ acta eſſe commemoret, ea ratio facilè diſſolui poteſt. Etenim, què primum azymorũ diem cęteri Euangeliſtę appellarunt, quod feria quinta veſperi dies feſti azymorũ inciperét, quo tempore Saluator noſter Paſcha celebrauit: eũ ipsũ diem Ioannes pride Paſchæ fuiſſe deſcribit, vt qui diei naturalis ſpatiũ, quod ab Oriente Sole inchoatur, in primis notādũ exiſtimarit. Quapropter D. etiā Chryſoſtomus primũ azymorum diē interpretatur eum diem, quo ad veſperam azyma comedēda eſſent, Sed azymi panis conſecratio, quantum conueniat integritati, & mentis munditiæ qua fideles ad hoc Sacramentum afferre debent, ab Apoſtolo docemur, cũ inquit: *d* Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua cōſperſio, ſicut eſtis azymi; Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, itaque epulemur non in fermēto veteri; neq; in fermento malitiæ, & nequitię, ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis.

c Ioan 13. 1.
D. Chryſoſt. hom. 82. in Matth.

d 1. Cor. 5.

14 *Panes azymus ad Euchariſtiam non omninò neceſſarius.*

Neque tamen ea qualitas adeò neceſſaria exiſtimāda eſt, vt, ſi illa pani deſit Sacramētum confici non poſſit: vtrumque enim panis genus, veram, & propriam panis rationem, & nomē habet. Quamquam nemini licet priuata auctoritate, vel potius temeritate, laudabilē Eccleſię ſuæ ritum immutare. Atque eò minus id facere Latinis ſacerdotibus permiſſum eſt, quibus prętereà Pontifices max. præceperunt, vt ex azymo tantum ſacra myſteria conficerēt. Atque hæc de altera huius Sacramenti materia expoſuiſſe ſatis ſit; in quo tamen illud animaduertendum eſt, quam multa materia ad Sacramentum conficiendum vti oporteat, definitum nō eſſe cùm illorum etiam certus numerus definiri nequeat, qui aut poſſint, aut debeat ſacra myſteria percipere.

Flor. Cōc. ſeſs. vlt. Tho ibid.
Euchariſtia pane fermentato confici poſſit, ſed nō licet.
Lib. 3. decret. tit. de celebr. c. litteras.
Quam multa materia conſecrari debeat non eſt definitum.

15 *Quę materia ſit vſurpāda ad Cōſecrationē ſāguinis Domini.*

Tho. ca. q. 2. 2.
Vinum vitis aqua mixtum ad conſecrationem ſāguinis neceſſarium e, Tho. ead. art. 5.

Super eſt, vt de altera huius Sacramenti materia, & elemento dicatur: eſt autem vinum ex vitis fructu expreſſum, cui modicū aquæ permiſtum ſit. Nā Dominum

a Mat. 26. 29. Marc. 14. 25. S. Chryſ. ho. 83. in Matth. Th. ea. q. art. 6. Alex. 1. in ep. ad omnes fideles cap. 4. & habetur de conſe. d. 2. ca. 11. Conc. Flor. Cath. 3. c. 34.

Saluatorem vino in huius Sacramenti inſtitutione vſum eſſe, Catholica Eccleſia ſemper docuit, cum ipſe dixerit: *a* Non bibam àmodo de hoc genimine vitis vſque in diem illum: Quo in loco Chryſoſtomus, de genimine, inquit, vitis, quæ certè vinum non aquam produxit; vt tantò ante illorum hæreſim, qui aquam ſolam in hiſce myſterijs adhibendam ſenſerunt conuellere videretur.

16 *Aqua in Sacramento vino eſt admiſcenda.*

Aqua ſola in hoc Sacram. non eſt conſecranda. Seſs. 22. Conc. Trid. de Sacramento Miſſæ, cap. 7. & can. 9. S. Cyp. lib. 2. Epi. 3. ad Cæcilium. b Ioan. 19. 34. c Apoc. 17. 15.

Aquam verò, Dei Eccleſia, vino ſemper admiſcuit, primùm, quod id à Chriſto Domino factum eſſe Conciliorum auctoritate, & ſancti † Cypriani teſtimonio cõprobatur, Deinde, quod ſanguinis, & aquæ *b* quę ex eius latere exierunt, hac permiſtione memoria renouatur. Tum verò aquæ *c* vt in Apocalypſi legimus, populum deſignant: quare aqua vino admiſta fidelis populi cum Chriſto capite coniunctionem ſignificat. Atque hoc ex Apoſtolica traditione perpetuò ſancta Eccleſia ſeruauit.

17 *Non eſt neceſſarium abſolutè aquam adhiberi, & minor aquæ, quàm vini quantitas eſſe debet.*

Cyp. l. 2. ep. 3. ad Cæcilium. Th. q. ea art. 6. Honor. lib. 3. decret. tit. de miſſa celeb. c. perniciosus. Cur aquæ parua quantitas eſſe debeat. De conſe. d. 2. cap. 1. 2. & ſeq.

Sed quamuis aquæ admiſcendæ rationes ita graues ſint, vt eam ſine mortali peccato prætermittere non liceat: ea tamen ſi deſit, Sacramentum conſtare poteſt. Illud autem ſacerdotibus animaduertendum eſt, quemadmodum in ſacris myſterijs aquã vino adhibere oportet, ſic etiam modicam infundendam eſſe, nam Eccleſiaſticorum ſcriptorum ſententia, & iudicio, aqua illa in vinum conuertitur. Quare de eo Honorius Pontifex ita ſcribit: Perniciosus in tuis partibus inoleuit abuſus, videlicet, quod maior quantitas aquæ, in ſacrificio, quàm vini adhibetur, cum, ſecundum cõſuetudinem rationalem Eccleſiæ generalis longè plus vini, quam aquæ adhibẽdum ſit. Huius igitur Sacramenti hæc duo tantum elementa ſunt: ac meritò pluribus decretis ſancitum eſt, ne quid aliud præter panem, & vinum, quod nonnulli facere non videbantur, offere liceat. Sed iam videndum eſt, hæc duo panis, & vini ſymbola, quam apta ſint ad eas res declarandas, quarum Sacramenta eſſe credimus, & confitemur.

18 Quot,

18 *Quot, & quantas res panis & vini ſymbola in hoc Sacramento repræſentent.*

Primum enim Chriſtum nobis ſignificant, vt vera eſt hominum vita. Ipſe enim Dominus ait: *a* Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus; Cùm igitur corpus Chriſti Domini vitæ æternæ alimentũ illis præbeat, qui eius Sacramentum purè, & ſanctè ſuſcipiunt, rectè ijs potiſſimùm rebus conficitur, quibus hæc vita continetur; vt fideles facilè poſſint intelligere, pretioſi corporis, & ſanguinis Chriſti communione, mentem animumque ſaturari.

Panis & vini ſymbola Chriſtus in hoc Sacramento vt ſignificetur. Tho. in 3. p. q. 74. art. 1. a Ioan. 6. 55.

Nonnihil etiam hæc ipſa elementa ad id valent, vt eam cognitionem accipiant homines, eſſe in Sactamēto corporis, & ſanguinis Domini veritatem: nam, cùm panem, & vinum in humanam carnem, & ſanguinem quotidie vi naturæ immutari animaduertamus, faciliùs adduci poſſumus hac ſimilitudine, vt credamus panis, & vini ſubſtantiam in veram Chriſti carnem, verumque eius ſanguinem cœleſti benedictione conuerti.

Ex ipſis elemētis quomodo fideles ad huius Sacramēti veritatem cognoſcendam venire poſſint. Damaſc. lib. 4. de fide orth. cap. 14.

Affert etiam aliquid adiumenti hæc admirabilis elementorum mutatio ad adumbrandum, quod fit in anima. Vt enim, et ſi nulla extrinſecus panis, & vini mutatio apparet, tamen eorum ſubſtantia in carnem, & ſanguinē Chriſti verè tranſit; ita etiã, tametſi in nobis nihil immutatũ videtur, interiùs tamē ad vitam renouamur, dum veram vitam Euchariſtiæ Sacramento accipimus.

Quæ fiat ex ſumptione huius Sacram. in animi mutatio, vide c. cũ Mat. de celeb. Miſſæ, §. quæſiuiſti.

Accedit ad hæc, quòd, cùm *b* vnum Eccleſiæ corpus ex multis membris compoſitum ſit: nulla re magis elucet ea coniunctio, quàm panis vinique elementis; panis enim ex multis granis conficitur, & vinum ex multitudine racemorum exiſtit: atque ita nos, cùm multi ſimus huius diuini myſterij vinculo arctiſſimè colligari, & tãquam vnum corpus effici declarant.

Quomodo hæc ſymbola Eccleſiæ vnitatē deſignēt. b Ro. 12. 4. 5. 1. Cor. 10. 17. & 12. cap. 12.

19 *Qua forma ad conſecrandum panem vti oporteat.*

Sequitur nunc, vt de forma, qua ad conſecrandum panem vti oporteat agatur. Non quidem eius rei cauſa, vt hæc myſteria fideli populo, niſi neceſſitas cogat, tradantur; (eos enim qui ſacris initiati non ſunt, de his erudiri neceſſarium non eſt) ſed ne formæ ignoratione, in Sacramento conficiendo à ſacerdotibus turpiſſimè

peccetur; itaque a ſanctis Euangeliſtis, *a* Matthæo, & *b* Luca, itemque *c* ab Apoſtolo docemur illam eſſe formam: Hoc eſt corpus meum: Scriptum eſt enim. Cœnantibus illis accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & dixit; accipite, & manducate. Hoc eſt corpus meum. Quæ quidem conſecrationis forma, cum à Chriſto Domino ſeruata ſit, ea perpetuò Catholica Eccleſia vſa eſt. Prætermittenda ſunt hoc loco *d* ſanctorum Patrum teſtimonia, quæ infinitū eſſet enumerare, & *e* Concilij Florent. decretum, quod omnibus patet, atque in promptu eſt, cum præſertim ex illis Saluatoris verbis: *f* Hoc facite in meam commemorationem, idem liceat cognoſcere. Nam quod Dominus faciendum præcepit, non ſolum ad id, quod egerat, ſed etiam ad ea, quæ dixerat, referri debet. atque ad verba maximè pertinere id intelligendum eſt, quæ non minus efficiendi, quam ſignificandi cauſa prolata erant. Sed ratione etiam id facilè perſuaderi poteſt; nam forma ea eſt, qua illud ſignificatur, quod in hoc Sacramēto efficitur; cum autem hæc verba, id quod fit ſignificent, ac declarent, hoc eſt panis conuerſionem in verum Domini noſtri corpus, ſequitur formam in illis ipſis verbis conſtituendam eſſe, in quam ſententiam, quo ab Euangeliſta dictum eſt, *g* benedixit, licet accipere, perinde enim videtur intelligendum, ac ſi dixiſſet, accipiens panem benedixit, dicens. Hoc eſt corpus meum.

Matt. 26. 26. a Marc. 14. 22. b Luc. 22. 19. c 1. Cor. 11. 24. d Amb. 4. de Sacram. 4. & 5. Chryſ. ho. de prod. Iudæ. Aug. lib. 3. de Trin. c. 4. Ire. li. 4. cont. hær. c. 34. Ori. li. 8. cont. Celſum. Heſych. lib. 6. in Leu. cap. 22. Cyril. Alex. in ep. ad Caloſyrium ep. Tert. lib. 4 cōt Marc. Hierō. ep. ad Heliod. e Conc. Flor. in dec. de Sacram. Tridēt. ſeſſ. 13. c. 1. Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. 24. hanc eſſe veram huius ſacram. formam demonſtrat. Th. ea. q. ar. 2. g Mat. 29. 26. ſic exponit. Th. ea. q. art. 1. ad 1.

20 *Non omnia verba, quæ ex conſuetudine Eccleſiæ ad Conſecrationem adhibentur ſunt neceſſaria.*

Quamuis enim Euangeliſta verba illa, *h* Accipite, & comedite, præpoſuerit, illis tamen non materiæ conſecrationem, ſed vſum tantummodò ſignificari, perſpicuū eſt, quare à ſacerdote quidem omnino proferri debent, ſed ad ſacramentum conficiendum omnino neceſſaria non ſunt, quemadmodum etiam profertur coniunctio illa, enim, in corporis, & ſanguinis conſecratione: aliter enim fiet, vt ſi hoc Sacramentum nemini adminiſtrandum ſit, confici non oporteat: aut non poſſit quidem; cum tamen dubitare non liceat, quin ſacerdos, prolatis ex more, atque inſtituto ſanctę Eccleſiæ verbis Domini, aptam panis materiam verè conſecret,

h Mat. 26. 26.

quam-

quamuis deinde contingat, vt nulli vnquam ſacra euchariſtia adminiſtretur.

21. *Quæ ſit forma conficiendi Sanguinis.*

Iam verò quod ad vini, quæ eſt altera huius Sacramenti materia, Conſecrationem attinet, ob eandem cauſam, quam ſupra commemorauimus, opus eſt, vt ſacerdos eius formam cognitam, & perſpectam habeat. Eam igitur his verbis comprehendi certò credendum eſt: Hic eſt calix ſanguinis mei, noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effũdetur in remiſſionem peccatorum. Ex quibus verbis plura quidem à ſacris ſcripturis colliguntur, quædam verò in Eccleſia ex Apoſtolica traditione conſeruata ſunt. Nam quod dicitur, *a* Hic eſt calix, à D. Luca, & ab Apoſtolo ſcriptum eſt, quod verò ſequitur Sanguinis mei, vel, ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum, partim à *b* D. Luca, partim à D. Matthæo dictum eſt. Verba autem illa, æterni, & myſterium fidei, ſancta traditio Catholicæ veritatis interpres, & cuſtos, nos docuit.

De forma Conſecrationis vini, vide cap. cum Mar. celeb. Miſſa. Forma conſecrandi vinum

a Luc. 22. 20. 1. Cor. 11. 25.

b Luc. 22. 20. Matt. 28. 28.

22 *Quod hæc ſit vera conſecrationis forma, oſtenditur.*

Verum de hac forma nemo dubitare poterit, ſi quod antea dictum eſt, de forma conſecrationis, quæ ad panis elementum adhibetur, hoc etiã loco attendatur conſtat enim ijs verbis, quę vini ſubſtantiam in ſanguinẽ Domini conuerti ſignificant, huius elemẽti formam contineri. Quare, cùm verba illa hoc apertè declarent perſpicuum eſt, aliã formam conſtituendam nõ eſſe, exprimunt autem præterea quoſdã effuſi ſanguinis in paſſione Domini admirabiles fructus, qui ad hoc Sacramentum maximè pertinent. Vnus eſt aditus *c* ad æternam hæreditatẽ, quæ noui, atq; æterni Teſtamenti iure ad nos venit, Alter eſt, aditus ad iuſtitiam per myſterium fidei; *d* Ieſum enim per fidem in ſanguinem eius † propitiatorem Deus propoſuit, *e* vt ipſe ſit iuſtus, & iuſtificãs eum, qui ex fide eſt Ieſu Chriſti. Tertius eſt, *f* remiſſio peccatorum.

Thom. q. ead. art. 3.

Sanguinis Chriſti effectus triplex.

c Heb. 10. 19.

d Rom. 3. 15.

† Quamuis in texti legatur propitiationẽ tamen M. S. exemplaria, et Amb. & Syr. habẽt propitiatorẽ, & ſic ponunt græca verba.

e Rom. 3. 26.

f Heb. 9. 14.

23 *Forma conſecrationis ſanguinis exponitur.*

Quoniam verò hæc ipſa Conſecrationis verba plena myſteriorum ſunt, aptiſſimeque ad rem conueniũt, diligentius perpendere ea oportet. Quod verò dicitur. Hic

Expoſitio cõſecrationis vini iuxta ex c. cum Matth. de celeb. Miſ. & Th. vbi ſup.

eſt calix ſanguinis mei, ſic intelligendum eſt. Hic eſt ſanguis, meus, qui hoc calice cõtinetur; Rectè autẽ, & appoſitè cum ſanguis hic, vt eſt, fideliũ potus conſecratur, calicis mẽtio facienda eſt; neq; enim ſanguis huiuſmodi potionem ſatis ſignificare videretur, niſi vaſe aliquo exceptus eſſet. Sequitur, deinde, noui teſtamenti; quod quidẽ ob eam rem additum eſt; vt intelligeremus Chriſti Dñi ſanguinem non figura, quemadmodũ in veteri Teſtamẽto fiebat (de eo enim apud Apoſtolum ad Hebræos legimus, *a* ſine ſanguine Teſtamentũ dedicatũ non eſſe) ſed verè, & reipſa hominibus tradi, quod ad nouum Teſtamentũ pertinet. Quare Apoſt. inquit: *b* Ideo noui teſtamenti mediator eſt Chriſtus, vt morte intercedẽte repromiſſionẽ accipiant, qui vocati ſunt, æternæ hæreditatis. Verbũ verò ęterni, ad hereditatẽ æternã, quę Chriſti Dñi æterni teſtatoris morte, ad nos iure peruenit referẽdũ eſt.

Forma conſecrandi ſanguinis explicatur

a Heb. 9. 18.

b Heb. 9. 15.

Quomodo vinum conſecratum ſit myſterium fidei.

Quod ſubiungitur, myſterium fidei; nõ rei veritatem excludit, ſed quod occultè latet, atque ab oculorúm ſenſu remotiſſimum eſt, certa fide credendũ eſſe ſignificat. Diuerſa verò hiſce in verbis ſententia hoc loco ſubiecta eſt ab ea, quã habent, cum Baptiſmo etiam tribuuntur. Nam, quod ſanguinem Chriſti, ſub vini ſpecie latentem, fide cernimus, Myſterium fidei dicitur. At Baptiſmus, quoniam vniuerſam Chriſtianæ fidei profeſſionem complectitur, à nobis fidei Sacramentum à Græcis myſterium iure appellatur. Quamquam alia etiam ratione ſanguinem Domini myſterium fidei dicimus, quod ſcilicet in eo maxime plurimum difficultatis, & negotij humana ratio experiatur, cũ nobis fides credendũ proponit, Chriſtum Dominum verum Dei filium, ſimulque Deum, & hominem mortem pro nobis pertuliſſe; quæ quidem mors ſanguinis ſacramento deſignatur.

Baptiſmus cur fidei Sacramẽtum dicatur, Vide Th. in 1. 2. q. 105. art. 5. & 66. art. c. 1. & 70. art. 1. & Aug. ep. 23. ad Bonifac. & de conſ. d. 2. cap. hoc eſt.

24 *Cur maximè in ſanguinis Conſecratione mortis mentio fiat.*

Qua propter hoc loco appoſitè potiùs, quàm in cõſecratione corporis, paſſio Dominica commemoratur, his verbis; Qui effundetur in remiſſionem peccatorum. Sanguis enim ſeparatim conſecratus, ad paſſionem Domini, & mortem, & paſſionis genus ante omnium oculos ponendum, maiorem vim, & momentum habet. Sed verba illa quæ adduntur, pro vobis, & pro multis, à

a Mat-

a Matthæo, & Luca, ſingula à ſingulis ſumpta ſunt, quæ tamen ſancta Eccleſia ſpiritu Dei inſtructa, ſimul coniũxit: pertinent autem ad paſſionis fructum, atque vtilitatem declarandam. Nam, ſi eius virtute inſpiciamus, pro omnium ſalute ſanguinem à Saluatore effuſum eſſe fatendum erit; ſi verò fructum, quem homines ex eo perceperint cogitemus, non ad omnes, ſed ad multos tantùm eam vtilitatem peruenire, facilè intelligemus. Cum igitur pro vobis, dixit; eos qui aderant, vel delectos ex Iudæorũ populo, quales erant diſcipuli, excepto Iuda, quibuſcum loquebatur, ſignificauit. Cùm autem addidit pro multis, reliquos electos ex Iudæis aut Gentibus, intelligi voluit. Rectè ergo factum eſt, vt, pro vniuerſis, non diceretur, cùm hoc loco tantummodò de fructibus paſſionis ſermo eſſet, quę ſalutis fructum delectis, ſolùm attulit. Atque huc ſpectant vęrba illa Apoſtoli: *b* Chriſtus ſemel oblatus eſt; ad multorum exhauriẽda peccata. Et quod Dominus apud Ioannem inquit. *c* Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo ſed pro his quos dediſti mihi quia tui ſunt. Plurima alia in huius Conſecrationis verbis latent myſteria, quæ Paſtores aſſidua rerum diuinarum meditatione, & ſtudio, ipſi per ſe, iuuante Domino, facilè aſſequentur.

a Mat. 26. 28. Luc. 22. 29.
Cur in conſecratione calicis dicatu pro vobis, & pro multis.

b Heb. 9. 28

c Ioan. 17.

25 *Non expedit in hoc Sacramento ſenſuum adhibere iudiciũ.*

Sed iam ad earum rerum explicationẽ oratio reuertatur quę vt à fidelibus ignorentur, nullo modo committẽdum eſt. Ac quoniam Apoſtolus admonet, grauiſſimum ſcelus admitti ab ijs, *d* qui non dijudicant corpus Domini, hoc in primis doceant Paſtores animum, atq; rationẽ omni ſtudio à ſenſibus auocandam eſſe, ſi enim fideles ea tantum in hoc Sacramento contineri ſibi perſuaſerint, quæ ſenſibus percipiunt, in ſummam impietatem adducantur neceſſe eſt: cum nihil aliud, pręter panis, & vini ſpeciem oculis, tactu, odoratu, guſtu, ſentiẽtes, panem tantummodo, ac vinum in Sacramento eſſe iudicauerint. Curandum igitur eſt, vt fidelium mentes, quàm maximè fieri poteſt à ſenſuum iudicio abſtrahantur, atque ad immenſam Dei virtutem, & potentiam contemplandam excitentur.

d Cor. 11. 29.
In hoc Sacramento ſenſuũ iudicium reijciendum eſt. Vide Thom. opuſ. 58. c. 5.

26 Quod

26 *Quid myſticæ conſecrationis virtute in hoc Sacramēnto potiſſimum efficiatur.*

Tria enim ſunt maximè admirāda, atque ſuſpiciēda, quæ in hoc Sacramento verbis Conſecrationis effici, fides catholica ſine vlla dubitatione credit, & confitetur, Primum eſt, Verū Chriſti Dñi corpus illud idem, quod natum ex virgine, in cælis ſedet ad dexterā Patris, hoc Sacramento contineri. Alterum eſt, nullam in eo elemētorū ſubſtantiam remanere, quam nihil à ſenſibus magis alienū, & remotū videri poſſit. Tertiū eſt quod ex vtroque facile colligitur, & ſi verba conſecrationis id maximè exprimunt, accidentia, quæ aut oculi cernuntur aut alijs ſenſibus percipiuntur, ſine vlla re ſubiecta eſſe, mira quadam, atq; inexplicabili ratione. Ac panis quidem, & vini accidentia omnia licet videre, quæ tamen nulli ſubſtanciæ, inhærent, ſed per ipſa conſtant: cū panis, & vini ſubſtantia, in ipſum Domini corpus, & ſanguinē ita mutetur, vt panis, & vini ſubſtātia omnino eſſe deſinat.

27 *Certum eſt idem Chriſti corpus, quod natum eſt de Mariæ Virgine, in Euchariſtia contineri.*

Verùm, vt prius de primo agamus, onentur Paſtores explicare quam perſpicua, & clara ſint Saluatoris noſtri verba, quæ corporis eius veritatē in Sacramenta demōſtrant Nam cū inquit. *a* Hoc eſt corpus meū; Hic eſt ſanguis meus nemo, qui modò ſanæ mētis ſit, ignorare poteſt quid nobis intelligendū ſit, pręſertim cū de humana natura ſermo habeatur, quàm in Chriſto verè fuiſſe Catholica ſides dubitare neminē patitur, vt vir ſāctiſſimus, atque doctiſſimus Hilarius pręclare ſcripſerit, De veritate carnis, & ſanguinis Chriſti, Cum ex ipſius Domini profeſſione, & fide noſtra. Caro eius verè ſit cibus, relictum non eſſe ambigendi locum.

28 *Quomodo itē verū Chriſti corp⁹ in Euchariſtia eſſe cōuincat.*

Verū alter præterea locus à Paſtoribus enucleandus eſt, ex quo aperte licet cognoſcere, verum Domini corpus, & ſanguinem in Euchariſtia contineri. Nam Apoſtolus, poſtea quàm commemorauit panem, & vinum à Domino conſecratum, & ſacra myſteria Apoſtolis ſuis adminiſtrata eſſe ſubiungit: *b* Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat; qui enim

Tria per conſecrationem in hoc Sacramento effici. Corpus Chriſti verum eſt in hoc Sacramento.

Dio. de Eccl. Hie.c.3. Igna. ep. ad Smyr. Iuſtin Apo.2. Iren. lib.4 ca. 34. & 5.cap. 2. oēs alij quot. quot vnquam fuerunt, Scriptores Cath.

Tranſubſtantia eſt antiquiſſima Eccleſiæ doctrina. idem qui ſupra. Cyp. de cœna Dom. Euſeb. Emiſs. hom. 5. de Paſch. Cyril Hie catec. 13. & 4. Amb. lib.4. de ſacram. cap.4. Chryſ ho. 83. in Matt. & 60. ad pop. Ant. Conc. Lateran Mag c. 5. & innumerabiles alij.

a Mar. 14. 12. Luca 22.19 20 24. Matth. 26. 18 veritas cor. Chriſti in Sacramento ex ſcripturis oſtēditur. Seſs. 13. Conc. Trid. de Euchar cap.1. ibid. a.1. S. Hilar 8. l. de Tri. tractans illud, vt ſint vnum, & c. vide Th. in 3. par. q. 75. art. 1.

b 1. Cor. 11. 28 29.

enim manducat, & bibit, indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini. Quòd ſi vt hęretici dictant, nihil aliud in Sacramento venerandum eſſet pręter memoriã, & ſignum paſſionis Chriſti, quid opus erat tam grauibus verbis fideles hortari, vt ſe ipſos probarẽt? Graui enim illa iudicij voce, declarauit Apoſt. nefariũ aliquod ſcelus ab eo admitti, qui impurè ſumẽs corpus Domini, quod in Euchariſtia occultè latet, ab alio ciborũ genere non diſtinguit, quod etiã ſupra in eadem epiſtola vberius explicauit Apoſt. his verbis; *a* Calix benedictionis, cui benedicimus; nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quẽ frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt? quę quidẽ verba verã corporis, & ſanguinis Chriſti Domini ſubſtantiã demõſtrant. Hęc igitur ſcripturæ loca à Paſtoribus explicanda erunt, atque in primis docendum, nihil in ijs dubij, aut incerti relictum eſſe, præſertim cum hæc Eccleſiæ Dei ſacroſancta auctoritas interpretata ſit.

Refutatur Zũglianiſſimus, & Caluiniſſimus.

a 1. Co. 10. 15.

29 *Eccleſiæ Chriſti ſententia de ſenſu ſcripturarum, & veritate corporis Domini in Euchariſtia quomodo ſuperquirenda.*

Ad cuius ſententiæ cognitionem duplici via, & ratione poſſumus peruenire. Prima eſt, cũ Patres, qui ab initio Eccleſiæ, atq; omni deinceps ætate floruerunt, & Eccleſiaſticæ doctrinæ optimi teſtes ſunt, conſulimus, hi verò, ſummo conſenſu omnes huius dogmatis veritatem apertiſſimè tradiderunt, quorum ſingula teſtimonia afferre, quoniam operoſi laboris eſſet, ſatis erit pauca notare, vel iudicare potius, ex quibus iudicium de cæteris facilè fieri poterit. Primus igitur D. Amb. fidem ſuam proferat, qui in libro de ijs, qui initiantur myſterijs, teſtatus eſt, verum Chriſti corpus in hoc Sacramento ſumi, ſicut verum ex Virgine ſumptum eſt, idque certiſſima fide tenendum eſſe, & alio loco docet ante conſecrationem, panem ibi eſſe; poſt conſecrationem autem carnem Chriſti. Accedat alter teſtis D. Chryſoſtom. non minoris fidei, & grauitatis: qui quidem cum multis alijs in locis hanc ipſam veritatem profitetur, & docet, tum verò præcipuè Hom. ſexageſſima, de ijs qui ſacra myſteria impurè ſumunt, itemque Hom. 44. 45. in ſanctum Ioannem:

Primo inquirendus eſt Patrũ, et doctorũ Eccleſiæ per omnia cõſenſus.

D. Ambr. de ijs qui myſt. init. cap. 9 & de conſ. d. 2. c. ſicut.

Verus, & c. in illo & c. reue. Li. . de ſacra. c. 4. & de conſe. d. 2. ca. panis eſt.

Chryſ. ad po. Antio. homil. 60. 61.

S.Aug.com.1. trac.illud ad 1 Reg.21. ſe cũ. 70. legitur. Et ferebat ſe in manibus ſuis. S.Cyril.lib.4. Joan.c.13.14. & lib.10.c.13 Inſ.apolog.2. ſub finem ad Antoniũ piũ B.Iren.lib.5. cont.Her.c.2. a cap.3.Eccle. Hier. 4.Lib.8 de Tr. b Iren.lib.4.c. 34.Hie. epiſt. ad Dama. de filio prodig. Et ep.ad Heb. q.2. c Lib.4.de Ortho fi c.14.vide de conſec. d.2. Caniſij opus Catec. de ſacram.Euch. Gaterium, & alios.

nem; inquit enim Pareamus Deo, neq; contradicamus, licet vel cogitationibus, vel oculis noſtris videatur aduerſari quod dicitur; Ipſius enim ſermo infallibilis eſt, ſenſus noſter facilè ſeducitur. His verò omni ex parte conſentiunt, quæ D. Auguſt. acerrimus Catholicæ fidei propugnator, ſemper docuit, atq; in primis titulum Pſal. 33. exponens, ſcribit enim. Portare ſe in manibus ſuis, homini impoſſibile eſt, ſolique Chriſto cõuenire poteſt; ferebatur enim ille in manibus ſuis, quando cõmendãs, ipſum corpus ſuũ, ait; Hoc eſt corpus meũ. Ac Cyrillus, præterea Iuſtinus, & Irenæus adeò apertè lib.4. in Ioãnem veram Domini carnẽ in hoc Sacramento eſſe affirmat, vt eius verba nullis poſſint fallacibus, & captioſis interpretationibus obſcurari. Quod ſi Paſtores alia etiã Patrum teſtimonia requirent, facilè erit ſanctos *a* Dionyſium *b* Hilarium, *c* Hieronymum, *d* Damaſcenũ addere, innumerabileſque alios, quorũ de hac re grauiſſimas ſententias doctorum, & piorum hominum induſtria, & labore in vnum congeſtas paſſim legimus.

30 *Quoties contraria opinio in Concilijs Eccleſia condẽnata ſit.*

Secundo veritas Corporis Chriſti in Euchariſtia per contrariæ ſententiæ damnationem Eccleſia.[potuit cognoſci. Beren garius ſententiã ſuã in Verc.Conc. abiurauit,]vt conſtat ex ca. Ego Berengarius de conſe. d 2. imo etiã alteram abiurationem fecit quam Serius 10.3.conc.edidit. Concil. Later cap.3.& hab. de ſumma Trinit.& fide.

Altera reſtat via, qua ſanctæ Eccleſiæ iudicium in ijs, quæ ad fidem pertinent, inueſtigare liceat, contrariæ ſcilicet doctrinæ, & opinionis damnatio. At verò conſtat, ſemper corporis Chriſti veritatẽ, in ſancto Euchariſtię Sacramento, ita per vniuerſam Eccleſiam diffuſam, & diſſeminatam eſſe, & conſentienti voluntate ab omnibus fidelibus receptam, vt, cum ante quingentos annos Berengarius id negare auſus eſſet, ibiq; ſignum tantummodò eſſe aſſereret, ſtatim in Vercellenſi Concilio, quod Leonis IX. auctoritate conuocatum fuerat, omnium ſententijs condemnatus, ipſe hæreſim ſuam anathemati addixerit, qui poſtea, cum ad eandem impietatis inſaniam redijſſet, tribus alijs Cõcilijs Turonenſi, & duobus Romanis, quorum alterum Nicolaus II. alterum Gregorius VII. Pontifices Max. conuocarunt, damnatus eſt. Eam poſtea ſententiam Innocentius III. in Concilio Lateranenſi magno confirmauit: ac deinceps à Florentina, & Tridentina Synodis eiuſdem veritatis fides apertiùs declarata, ac ſtabilita eſt. Hæc igitur, ſi Paſtores diligenter expoſuerint, (vt nihil dicamus de ijs, qui

erro-

erroribus obcæcati, nihil magis quam veritatis lucem oderunt) & infirmos confirmare, & piorum mentes, ſumma quadam lętitia, & voluptate, afficere poterunt.

> Cath. c. ſimiliter Conc. Flor in doct. de ſacram. cap. 4. & can. 22. Conc. Tri. ſeſſ. 13. Tho. in 2. 2. q. 1. art. 8.

31 *Quomodo in ſymbolo dogma de veritate corporis Chriſti in hoc Sacramento includatur.*

Cum pręſertim fidelibus dubitare non liceat, quin inter cæteros fidei articulos huius etiam dogmatis fides comprehendatur. Nam, cum Dei ſummam omnium rerum poteſtatem credunt, & confitentur, credant etiam neceſſe eſt, poteſtatem ei non defuiſſe maximi huius operis efficiendi, quod in Euchariſtię Sacramento admiramur, & colimus. Deinde cùm credunt ſanctam Eccleſiam Catholicam, neceſſariò ſequitur, vt ſimul credant eam eſſe, quā explicauimus, huius Sacramēti veritatem.

32 *Quanta ſit Eccleſiæ militantis dignitas ex huius myſterij maieſtate oſtenditur.*

> Dignitas Sacramenti Euchariſtiæ, & Eccleſiæ propter illud.
> Hæc habet magna ex parte.
> Tho. in 3. p. q. 75. art. 1.
> S. Dionyſ. de Eccl. Hier. ca. 5. p. 1.

Sed nihil eſt profectò, quod ad piorum iucunditatē, & fructum addi poſſit, cùm huius altiſſimi Sacramenti dignitatem contemplantur. Primùm enim intelligunt, quanta ſit Euangelicæ legis perfectio, cui datum eſt, id re ipſa habere, quod ſignis tantùm, & figuris Moſaicę legis tēpore adumbratū fuerat. Quare diuinitùs dictū eſt à Dionyſio, Eccleſiam noſtrā mediā eſſe inter Synagogā, & ſupremā Ieruſalē, ac propterea vtriuſque participem. Ac profectò ſatis mirari fideles nunquā poterunt, ſanctæ Eccleſię perfectionem, eiuſque gloriæ altitudinem, cùm inter eam, & cęleſtem beatitudinē, vnius tantùm gradus intereſſe videatur. Hoc enim nobis cū cœlitibus commune eſt, vt vtriq; Chriſtum Deum, & hominē præſentem habeamus: ſed, quo vno gradu ab ijs diſtamus, illi præſentes beata viſione perfruuntur, nos præſentem, & tamen ab oculorum ſenſu remotum ſacrorum myſteriorum admirabili integumēto ſe occultantē, firma, & conſtanti fide veneramur: Præterea fideles hoc Sacramento Chriſti Saluatoris noſtri perfectiſſimam charitatem experiuntur, eius enim bonitatem maximè decuit, naturā, quam à nobis ſumpſerat, à nobis nunquam ſubtrahere, ſed quantum fieri poſſet, eſſe, verſarique nobiſcùm velle, vt illud omni tempore verè, & propriè dictum videretur: *a* Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum.

> a Prou. 8. 31.

33 Oſſa,

33 *Oſſa, nerui, & quæcunque ad hominis perfectionem pertinēt, vna cum diuinitate hic vere adſunt.*

De concomitantia partiū corporis Chriſti in hoc Sacram. de cōſe. d. 2. c. ſinguli, & c. vbi panis eſt Amb. in li. de ijs, qui myſ. ini. c. 9. & h. lib. ead. c. ante benedictionem.

Iam vero hoc loco etiam explicandum eſt à paſtoribus, non ſolū verum Chriſti corpus, & quicquid ad veram corporis rationem pertinent, veluti oſſa, & neruos, ſed etiam totum Chriſtū in hoc Sacramento contineri. Docere autē oportet, Chriſtū, nomen eſſe Dei, & hominis vnius ſcilicet perſonæ, in quo diuina, & humana natura coniuncta ſit, quare vtramq; ſubſtantiam, & quæ vtriuſq; ſubſtantiæ conſequentiā ſunt, diuinitatē, & totā humanam naturam, quæ ex anima, & omnibus corporis partibus, & ſanguine etiam conſtat, complectitur; quæ omnia in Sacramento eſſe credendum eſt, Nam, cum in cælo tota humanitas diuinitati in vna perſona, & hypoſtaſi, coniuncta ſit, nefas eſt ſuſpicari corpus, quod in Sacramento ineſt, ab eadem diuinitate ſeiunctum eſſe.

Tho. in 3. par. q. 76. art. 1.
Chriſtus nomen Dei, & hominis eſt.

34 *Sanguis, anima, & diuinitas, non eodem modo in Euchariſtia, quo corpus Chriſti ſunt.*

Ex Cōc. Eph. in ep. ad Neſtorium, & refertur de cōſ. d. 2. c. neceſſario hoc colligit.
D. Thom. loco ſupra citato.
Quid in ſacramento Euch. vi ipſius Sacramenti efficiatur, & pręſens adſit, quidque adſit ex cōcomitantia. Seſſ. 13. Conc. Trid. de Euch. c. 3.
a Mar. 26. 26.

In quo tamen Paſtores animaduertant, neceſſe eſt, non omnia eadem ratione, aut virtute in hoc Sacramēto contineri. Quędam enim ſunt, quæ ex vi, & efficiētia Conſecrationis in Sacramento eſſe dicimus, nam, cùm verba illa efficiant quicquid ſignificant, id eſſe in Sacramento ex vi Sacramenti diuinarum rerum ſcriptores appellarunt, quod verborum forma exprimitur: ita ſi contingeret, vt aliquid ab alijs rebus omnino ſeiunctum eſſet, id ſolum, quod forma ſignificaret, in Sacramento eſſe, cætera non item eſſe docuerunt: quædam verò, in Sacramento continentur, quòd illis rebus coniuncta ſint, quæ forma exprimuntur: nam, cùm forma, quæ ad panem conſecrandum adhibetur, corpus Domini ſignificet, cum dicitur: *a* Hoc eſt enim corpus meum, ipſum Chriſti Domini corpus ex vi Sacramenti in Euchariſtia erit. At quia corpori ſanguis, anima, & diuinitas coniungitur: hæc quoque in Sacramento erunt omnia non quidem ex Conſecrationis virtute, ſed, vt ea quæ corpori coniuncta ſunt. Atque hæc ex concomitantia in Sacramēto eſſe dicuntur, qua ratione totum Chriſtum in Sacramento eſſe, perſpicuum eſt. Si enim duo aliqua inter ſe re ipſa coniungantur, vbi vnum ſit, ibi etiam alterum

Sub altera Euchariſtiæ ſpecie totū Chriſtum per concomitantia cōtineri.

eſſe

eſſe neceſſe eſt. Sequitur itaque, totũ Chriſtũ vſque adeo tam in panis, quàm in vini ſpecie contineri, vt quemadmodũ in panis ſpecie nõ corpus modò, ſed etiam ſãguis, & totus Chriſtus verè inſit ſic contra in vini ſpecie non ſolum ſanguis, ſed corpus, & totus Chriſtus verè inſit.

35 *Cur in Euchariſtia duplex fiat conſecratio.*

Sed quamquam hæc ita ſe habere omnibus fidelibus certum; & perſuaſiſſimum eſſe debet; optimo tamen iure inſtitutum eſt, vt ſeparatim duæ Conſecrationes fierent; Primo enim vt paſſio Domini, in qua ſãguis à corpore diuiſus eſt, magis referatur, cuius rei cauſa in conſecratione ſanguinem effuſum eſſe meminimus. Deinde maximè conſentaneum fuit, vt, quoniam Sacramento ad alendam anima vtendum nobis erat, tanquam, cibus, & potus inſtitueretur, ex quibus perfectum corporis alimentum conſtare perſpicuum eſt.

Tho. in ead. qu. art. 2.

36 *Totus Chriſtus in quauis vtriuſque ſpeciei particula præſens adeſt.*

Neq; verò illud prætermittendũ, non ſolum in vtraq. ſpeciei in quauis vtriuſque ſpeciei particula totum Chriſtum contineri, ſic enim Augu. ſcriptum reliquit: Singuli accipiũt Chriſtũ Dominũ & in ſingulis portionibus totus eſt, nec per ſingulos minuitur, ſed integrũ ſe præbet in ſingulis. Atque id præterea ex Euãgeliſtis facilè colligi poteſt neque enim credendum eſt, ſingula panis fruſtra propria verborũ forma à Domino cõſecrata eſſe, ſed eadem ſimul omnẽ panem, qui ad ſacra myſteria conficiẽda, atque Apoſtolis diſtribuenda ſatis futurus eſſet: id quod de calice factũ eſſe apparet, cũ ipſe dixit; a Accipite, & diuidite inter vos. Hactenus quæ explicata ſunt, eò pertinent, vt oſtendant Paſtores, verum Chriſti corpus, & ſanguinem in Euchariſtiæ Sacramento contineri.

De hoc art. vide D. Tho. qu. ead. art. 3. De cõſ. d. 2. c. ſinguli habe. in Miſſ. Ambroſ. præf. Dñic. 5. poſt Epiphan. idque citant Guid. mũſus lib. 1. cõtra berẽg. & Algerus, & lu. concordat, ca. vbi pars c. d. Iſtud paulò poſt fuſus explicata, ſeſſ. 3. Concil. Trid. c. 4. et ſeſ 21. de cõ. ſub vt. que ſpecie cap. 2.

a Luc. 22. 17.

37 *Poſt Conſecrationem nulla materia huius Sacramenti remanet ſubſtantia.*

Nunc, quod alterum erat propoſitum, docebãt etiam panis & vini ſubſtantiam in Sacramento poſt Cõſecrationem nõ remanere. Hoc verò quamuis maxima admiratiõnẽ meritò habere poſſit, tamen cum eo, quod prius demonſtratum eſt, neceſſario coniungitur. Etenim ſi eſt verùm Chriſti corpus ſub panis & vini ſpecie poſt Con-

De tranſubſtãtiatione Seſſ. 13. Cõc. Trid. Euch. cap. 4. et can. 2.

Quo corpus Chriſti in Euchariſtia eſſe incipiat.

Tho. in 3. p. q. 75. art. 2.

ſecratione, omnino neceſſe eſt, cùm ibi antea non eſſet, hoc vel loci mutatione, vel creatione, vel alterius rei in ipſũ conuerſione factũ eſſe. At verò fieri nõ poſſe cõſtat, vt corpus Chriſti in Sacraméto ſit, quod ex vno in aliũ locum venerit: ita enim fieret, vt à cęli ſedibus abeſſet: quoniã nihil mouetur niſi locũ deſerat, à quo mouetur. Creari autẽ corpus Chriſti minus credibile eſt, ac ne in cogitationẽ quidẽ cadere hoc poteſt; relinquitur ergo, vt in Sacraméto ſit corpus Dñi, quòd panis in ipſũ cõuertatur, quare nulla panis ſubſtãtia remaneat, neceſſe eſt.

Non per loci mutationem. Non per creationem.

Adeſt per panis conuerſionem.

38 *Tranſubſtantiatio à Concilijs approbata in ſcripturis fundamentum habet.*

Lat. Cõc. ca. 1. Eug. 4. in epi. ad Arm. data approbata à Concil. Fl r. Trid. Syn. ſeſſ. 13 4. decr.

Tranſubſtantiatio ſcripturis ſtatuitur.

Hac ratione adducti Patres, & maiores noſtri in Cõcilijs Lateranenſi magno, & Florentino huius articuli veritatem apertis decretis confirmarunt: à Tridentina verò ſynodo explicatiùs ita definitum eſt: Si quis dixerit in ſacroſancto Euchariſtię Sacraméto remanere ſubſtantiã panis, & vini, vna cum corpore, & ſanguine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, anathema ſit. Hæc verò ex teſtimonijs ſcripturarum facilè fuit colligere: primũ, quod in eius Sacramenti inſtitutione ipſe Dominus dixit: a Hoc eſt corpus meũ, vocis enim, Hoc, ea vis eſt, vt omnẽ rei pręſentis ſubſtantiam demonſtret, quod ſi panis ſubſtantia remaneret, nullo modo verè dici videretur; Hoc eſt corpus meũ Deinde Chriſtus Dominus apud Ioãné, b Panis inquit, quem ego dabo caro mea eſt pro mũdi vita, panẽ videlicet carnem ſuã vocans. Ac paulò poſt ſubiecit: c Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitã in vobis, & rurſus, d Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Cum ergo tam claris, & perſpicuis verbis carnem ſuam panem, & verùm cibum: ſanguinem item verum potum nominauerit, ſatis videtur declaraſſe, nullã in Sacramento ſubſtantiam panis, & vini remanere.

a Matt. 26. 26. Marc. 14. 2. Luc. 22. 1. 1. Cor. 1. 24.

b Ioan. 6. 61.

c Ibid. 53.

d Ibid. 57.

39 *Quomodo Patres in hoc Sacramento Tranſubſtantiationem agnouerint.*

Tranſubſtantiatio ex conſenſu Patrum oſtenditur. D. Amb. lib. 4. de ſacr. c. 4. & habetur de cõ

Atque hanc perpetuò ſanctorum Patrum conſentientem fuiſſe doctrinã, qui eos euoluerit, facilè intelliget, D. quidem Ambroſius ita ſcribit: Tu fortè dicis meus panis eſt viſitatus; ſed panis iſte, panis eſt ante verba Sacra-

cra-

cramentorum: vbi accedente conſecratio, de pane fit caro Christi: quod quidem vt facilius probare poſſet, varia deinde affert exempla, & ſimilitudines. Alibi verò cùm verba illa interpretatur, *a* Omnia, quęcunque Dominus voluit, fecit in cęlo, & in terra, Licèt, inquid, figura panis, & vini videatur, nihil tamé aliud, quã carò Christi, & ſanguis poſt Conſecrationẽ credendũ eſt. Atque iiſdẽ ferè verbis eandem ſententiam S. Hilarius, exponens docuit, quamuis extrinſecus panis, & vinum videatur, verè tamen corpus, & ſanguinem Domini eſſe.

ſec.d.2.ca. Panis eſt, vide quę ſup. annotauimus.
a Pſal. 134.6.
b Ex lib.4.de Sacr.c.4.& 6 habetur.
De conſ.d 2. c. Omnia Paſchaſius, Aũtid habet lib. de Euch.cap.1.& Rabanus c.3. Citat ex Hil. ea.d.cap. corpus,&Algerus hoc citat ex Aug. de Sacr. Altar.

40 *Qua ratione Euchariſtia poſt Cõſecrationẽ etiã panis dicitur*

Sed moneant Paſtores hoc loco, mirandum non eſſe, ſi poſt Conſecrationem, panis etiam vocetur, hoc enim nomine Euchariſtia appellari conſueuit, tùm quia panis ſpeciem habeat, tùm quia naturalem alendi, & nutriendi corporis vim, quæ panis propria eſt, adhuc retineat. Eam autem eſſe ſacrarum litterarum conſuetudinem, vt res ita appellet, cuiuſmodi eſſe videantur, ſatis oſtendit, quod in Geneſi dictum eſt, *b* tres viros Abrahæ apparuiſſe, qui tamen tres angeli erant; *c* Et duo illi, qui Apoſtolis, aſcendente in cœlum Chriſto Domino, apparuerunt, cum eſſent Angeli, viri dicuntur.

b Gen. 18. 2.
c Act.1.10.
Vide D.Th.in 3. p. q. 75.art. 3. & 4.
Quam admirabilis ſit conuerſio.

41 *Quomodo fiat tam admiranda ſubſtantiarum conuerſio.*

Difficilima eſt omninò huius myſterij explicatio, ſed tamen conabuntur Paſtores, iis, qui magis in diuinarum rerum cognitione profecerunt, (Nam qui adhuc imbecilliores ſunt; verendum eſſet, ne rei magnitudine opprimerentur) conabuntur, inquam, tradere huius admirabilis cõuerſionis modum; quæ ita fit, vt tota panis ſubſtantia, diuina virtute in totam corporis Chriſti ſubſtãtiam, totaque vini ſubſtantia, in totam ſanguinis Chriſti ſubſtantiam, ſine vlla Domini noſtri mutatione conuertatur. Neque enim Chriſtus; aut generatur, aut mutatur, aut augeſcit. ſed in ſua ſubſtantia totus permanet: quod myſterium cùm *d* D. Ambroſius declararet. Vides, inquit; quam operatorius ſit ſermo Chriſti. Si ergo tanta vis eſt in ſermone Dñi Ieſu, vt inciperent eſſe, quæ non erant, mundus, ſcilicet quanto magis operatorius eſt, vt ſint ea, quæ erant, & in aliud cõmutentur; in quam ſententiam alij etiam veteres, & grauiſſimi patres ſcriptum reli-

d D. Amb. 4. de Sacr.cap.4. & hab. de conſ. d 2. Panis eſt vbi notatu eſt quedam exẽplaria habere, vt quæ erant, in aliud cõmutẽtur vbi tranſubſtantiatio maximè adſtruitur.

reliquerunt: D. quidem Auguſt. *a* Fideliter fatemur antè Conſecrationem panem eſſe, & vinum, quod natura formauit, poſt conſecrationem vero carnem Chriſti, & ſanguinem, quod benedictio conſecrauit. Damaſcenusq; *b* Corpus ſecundum veritatem coniunctum eſt diuinitati, corpus ex ſancta Virgine, non quod ipſum corpus aſſumptum de cœlo deſcendat, ſed quod ipſe panis, & vinum in corpus, & ſanguinem Chriſti traſmutentur.

41 *Stupendæ huic conuerſioni commodum nomen impoſitum eſt Tranſubſtantiatio.*

Hæc itaque admirabilis cōuerſio, cōuenienter, & propriè à ſancta Catholica Eccleſia Tranſubſtātiatio eſt appellata, quemadmodū ſacra Tridentina Synodus docuit. Vt enim generatio naturalis, quod forma in ea mutatur, rectè, & propriè transformatio dici poteſt: ita etiā quod in Sacramēto Euchariſtiæ tota vnius rei ſubſtātia in totā alterius rei ſubſtantiā tranſeat, verbū Tranſubſtantiationis rectè, & ſapienter à maioribus noſtris inuentum eſt.

42 *Modus Tranſubſtantiationis, & loci, quo Chriſtus eſt in hoc Sacramento, curioſiùs non inquirendus eſt.*

Sed illud ſæpiſſimè à ſanctis Patribus repetitū, fideles admonendi ſunt, ne curioſius inquirant, quo pacto ea mutatio fieri poſſit; nec enim percipi à nobis poteſt, nec in naturalibus mutationibus, aut in ipſa rerum creatione eius rei exemplum aliquod habemus. verum, quid hoc ſit, fide cognoſcendum eſt: quomodo fiat, non curioſius inquirendum. Non minorem verò cautionem Paſtores adhibeant, oportet, in eo etiam myſterio explicando, quo modo Chriſti Domini corpus in minima panis particula, totum contineatur; vix enim vnquam huiuſmodi diſputationes inſtituendę erunt; ſed tamen quādo Chriſtiana charitas hoc poſtulauerit, primùm quidē meminerint fidelium animo illa voce præmunire: *c* Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.

43 *Chriſti corpus in Euchareſtia non eſt, vt in loco.*

Deinde verò doceant, Chriſtum Dominum in hoc Sacramento, vt in loco, nō eſſe: etenim locus res ipſas cōſequitur, vt magnitudine aliqua præditæ ſunt; Chriſtum verò Dominum in ea ratione in Sacramento eſſe nō dicimus, vt magnus, aut paruus eſt, quod ad quantitatē attinet,

a Heb. ead. c. nos autem ex Proſperi ſententijs, ſed notatur hoc a Lāfranco ex Au. in li. de cathechizandis rudib. citati; vbi etiā legitur dicitur, inter ſecrāti vero cōuerti in Chriſti carne & sāguinem quas vtraſq; res benedictio conſecrauit. Cęterum hoc cap t apud Caſſio. in Pſal. 1 c. 9. Aug. li. 1. cap 7. luo. p. 2. c. 9. habetur.

b Gam. lib. 14. c. orth. fi. c. 14. Triden. Syn. ſeſſ. 13. cap. 4. quod nomen primo auctoritate Later. Cō magni recep. tū eſt c. 1. & habetur de ſem. Trinit. & ſide Catech. cap. 1. conſule. Matt. de celeb. Miſſarum.

Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum pie credendū non curioſè ſcrutandum.

Quomodo Chriſti corpus in minima panis particula totū contineatur, vide D. T. in 3. p. q. 76. ar. 3. & cōc. Trid. ſeſſ. 13. c. 3. de cōſ. d. 2. c. Singuli, & Floren. Concil. in dec. de Sacram.

c. Luc. 1. 37.

Chriſtus in Sa[cramento]

tinet:ſed vt ſubſtãtia eſt; ſubſtantia enim panis in Chriſti ſubſtantiam, non in magnitudinem, aut quantitatem conuertitur; nemo verò dubitat, ſubſtantiam, æquè in paruo, atque in magno ſpatio contineri. nam, & aeris ſubſtãtia, totaq; eius natura ſic in parua, vt in magna aeris parte: itemq; tota aquæ natura nõ minus in vrnula, quam in flumine inſit, neceſſe eſt. Cũ igitur panis ſubſtãtiæ, corpus Dñi noſtri ſuccedat; fateri oportet, ac eundẽ planè modum in Sacramento eſſe, quomodo panis ſubſtantia ante Conſecrationem, ea verò, vtrum ſub magna, an ſub parua quantitate eſſet, nihil ad rem omnino pertinebat.

Sacramento non eſt vt in loco, ſeu, vt magnus vel paruus, ſed vt ſubſtantiaque integra æque in paruo & magno, ſpatio cõtinetur. Tho. in ead. q. art. 5.

44 *In hoc Sacramento nulla eſt ſubſtantia, cui accidentia panis. & vini inhæreant.*

Tertium reſtat, quod in hoc Sacramento maximum atque admirabile videatur: quod quidẽ, iam duobus alijs explicatis, facilius à Paſtoribus tractari poſſe exiſtimãdũ eſt; panis videlicet, & vini ſpecies in hoc Sacramẽto ſine aliqua re ſubiecta cõſtare. Nã cùm antea demõſtratũ ſit, corpus Dñi, & ſanguinẽ verè in Sacramento eſſe, ita, vt amplius nulla ſubſit panis, & vini ſubſtãtia; quoniã ea accidẽtia Chriſti corpori, & ſanguini inhærere nõ poſſũt; relinquitur, vt ſupra omnẽ naturæ ordinẽ ipſa ſe nulla alia re nixa, ſuſtentẽt. Hæc perpetua, & cõſtãs fuit Catholicæ Eccleſiæ doctrina, quæ etiã facilè eorũ teſtimoniorũ auctoritate confirmari poterit, quibus antea planũ factũ eſt, nullã reſidere in Euchariſtia panis, aut vini ſubſtãtiã.

De ſubſiſtẽtia accidẽtiũ panis, & vini ſine aliqua re ſubiecta. Collig. hoc ... eſt ex cap. Nos autem de ... d. 8. & c. ... Matth. de celeb. Miſſæ. §. quæſiuiſti, & probat D. Th. 3. p. q. 75. art. 2. & q. 77. ar. 1. & ſæpè alibi, & Concil. Conſt. ſeſſ. 8.

45 *Quare Chriſtus ſub panis, & vini ſpecie, corpus, & ſanguinem ſuum tradere voluerit.*

Sed nihil magis fidelium pietati conuenit, quàm, omiſſis ſubtilioribus quæſtionibus, huius admirabilis Sacramẽti maieſtatẽ venerari, & colere, ac deinde in eo ſummã Dei prouidentiã ſuſpicere, quòd ſacroſancta myſteria ſub panis, & vini ſpecie adminiſtrãda inſtituerit; nã, cũ à communi hominũ natura maximẽ abhoreat, humanæ carnis eſca, aut ſanguinis potione veſci, ſapientiſſimè fecit, vt ſanctiſſimum corpus, & ſanguis ſub earum rerum ſpecie, panis, inquam, & vini, nobis adminiſtraretur, quorum quotidiano, & cõmuni alimento, maximè delectamur. Adiunctæ vero etiã ſunt duæ illæ vtilitates, quarum prima eſt, quòd ab infidelium calumnia liberati

Vide Cyr. l. 4. in Ioan. ca. 22. Cypr. de cena Dñi. An. tr. 27. in Ioan. Th. in 3. p. q. 74. ar. 1. & 75. art. 1.

Prima ratio.

ſumus, quas facilè effugere non poſſemus, ſi Dominum ſub propria ſpecie comedere videremur, altera eſt, quòd dum, corpus, & ſanguinẽ Domini ita ſumimus, vt tamẽ, quòd verè ſit ſenſibus percipi non poſſit, hoc ad fidem in animis noſtris augendam plurimùm valet: quæ quidem, vt ſancti Gregorij ſententia peruulgatū eſt, ibi nō habet meritum, vbi humana ratio prębet experimentū. Hæc autem, quæ hactenus expoſita ſunt, non niſi magna adhibita cautione, pro audientium captu, & temporum neceſſitate explicanda erunt.

Secūda ratio.

S. Greg. Pont. hom. 26. ſup Euangelia.

46 *Quid boni conſequantur, qui corpori, & ſanguini Domini indignè communicauerint.*

Verum, quæ de huius Sacramēti admirabili virtute, & fructibus dici poſſunt, nullū eſſe genus fidelium exiſtimandum eſt, ad quos earum rerum cognitio non pertineat, quibus maximè neceſſaria videri non debeat. Vt enim Euchariſtiæ vtilitatem fideles intelligant, ob eam potiſſimum cauſam, quæ de hoc Sacramento tam multis verbis diſſeruntur, cognoſcenda ſunt. Sed quoniam immenſæ eius vtilitates & fructus nulla oratione explicari poſſunt, vnus aut alter locus à Paſtoribus tractādus erit, vt oſtendant quanta in ſacroſanctis illis myſterijs bonorum omniū copia, & affluentia incluſa ſit; hoc verò aliqua ex parte ita aſſequentur, ſi omnium Sacramentorū vi, atq; natura patefacta, Euchariſtiā fonti, cętera riuulis comparauerint; verè enim ac neceſſario fons omnium gratiarū dicenda eſt, cùm fontem ipſum cęleſtium chariſmatum, & donorum, omniumq; Sacramentorum auctorem Chriſtum Dñm admirabili modo in ſe cōtineat, à quo tanquam à fonte, ad alia Sacramenta quidquid boni, & perfectionis habent, deriuatur. Ex hoc igitur diuinæ gratiæ fonte ampliſſima munera, quę nobis hoc Sacramento impertiuntur, facilè colligi poterunt.

De multiplici & admirabili fructu huius Sacramenti agit Seſſ. 13. Conc. Trid. de Euch. c. 1. & c. 5. vide Ire. li. 4 ca. 34. Cyril. lib. 4. in Ioa. c. 12. & 14 Chryſ. ho. 24. in Ioan. Tho. 3. p. q. 77. p. totam, & alibi

Amb. lib. 5. de Sacram. c. 4. & Chryſ. ho. 45. in Ioan.

47 *Quæ commoda panis, & vinū corpori, ea Euchariſtia aīę afferat.*

Commodè etiam fieri videbitur, ſi panis, & vini natura, quę huius Sacramenti ſymbola ſunt, perpendatur; nam, quos vſus corpori panis, & vinū affert, eos omnes animę ſaluti, iucunditati meliori quidem, ac perfectiori ratione, Euchariſtiæ Sacramentum prebet. Neque enim hoc Sacramentum in ſubſtantiam noſtram, vt panis, & vi-

Per Euchariſtiam nos Deo & Deus nobis coniungitur.

Conſideratur hic locus, cō-ſect. 6. vlt. art. Symb.

vinum mutatur, ſed nos quodammodo in eius naturam conuertimur: vt rectè illud D. Auguſtini ad hunc locum transferri poſſit: Cibus ſum grandium, creſce, & mãducabis me, nec tu me in te mutabis ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me.

S. Aug. lib. 7. confeſ. c. 10.

48 *Quomodo per hoc Sacramentum gratia conferatur.*

Quod ſi *a* gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, in animam quoque influat, eſt neceſſe, cũ eum purè, & ſanctè accipit, qui de ſe ipſo dixit: *b* Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo; nam, qui pietatis & religionis ſtudio affecti, hoc Sacramentũ ſumunt, nemini dubium eſſe debet, quin ita filium Dei in ſe admittant, vt eius corpori, tanquàm viua membra, inſerantur; ſiquidem ſcriptum eſt; *c* Qui manducat me: & ipſe viuet propter me: item: *d* Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Quem locum Cyrillus dum interpretaretur, inquit: Dei verbũ vniens ſeipſum propriæ carni fecit ipſam viuificatiuam. Eum ergo decebat miro quodam modo vniri corporib⁹ per ſacram eius carnem, & pretioſum ſanguinẽ, quæ accipimus in benedictione viuificatiuã in pane, & vino.

a Ioan. 1. 17.
b Ioan. 6. 56.
c Ibid. 57.
d Ibid. 51.
B. Cyr. lib 4 in Ioan. c. 12. 14. & ep. 10. ad Neſt.

49 *Homo peccatis fœdatus, ac mortuus Euchariſtiæ ſumptione nõ viuificatur etiã ſi hoc Sacramentũ gratiã conferre dicatur.*

Verùm quod dicitur, Euchariſtia gratiam tribui, Paſtores admoneant, oportet, ita intelligendum non eſſe, perinde ac neceſſe non ſit, vt, qui re ipſa hoc Sacramentum vtiliter percepturus eſt, gratiã ante adeptus fuerit. Conſtat enim quemadmodum mortuis corporibus naturale alimentum nihil prodeſt, ita etiam animæ, quæ ſpiritu nõ viuit, ſacra myſteria non prodeſſe; ac propterea panis, & vini ſpeciem habent; vt ſignificetur, non quidem reuocandę ad vitam animæ, ſed in vita conſeruãdę cauſa, inſtituta eſſe. Verùm hoc ideo dictũ eſt, quoniam prima etiam gratia, (quã omnes præditos eſſe oportet, antequam ſacram Euchariſtiam ore contingere, audeant, *e* ne iudicium ſibi manducẽt, & bibant) nemini tribuitur, niſi hoc ipſũ Sacramẽtũ deſiderio, & voto percipiat. Eſt enim omnium Sacramentorum finis & Eccleſiaſticæ vnitatis, ac coniunctionis ſymbolum, neque extra Eccleſiam conſequi gratiam vllus poteſt.

Quomodo hoc Sacramẽtum ſit gratiæ cauſa. Tho. in 3. p. q. 79. ar. 3. vide lib. de Eccl. dog. c. Conc. Triden. ſeſſ 13. & de conſe. d. 2. c. Quam ſcelerate, & cap. Timorem, & c. Quidẽ Chriſtum, & c. ſicut Iudas.

e. 1. Co. 11. 29

Quomodo hoc Sacramentum ſit de neceſſitate ſalutis ſaltem in voto, vide apud Th. in 3. q. 73. ar. 3. & q. 79. ar. 1. ad 1.

50 *Quomodo anima hoc ſpirituali cibo reficiatur, & augeatur*

Deinde quoniam, vti corpus cibo naturali non conſeruatur modò, ſed etiam augetur, guſtuſq; nouam quotidie ex eo voluptatem, & ſuauitatem percipit: ita etiã ſacræ Euchariſtiæ cibus, non ſolum animam ſuſtentat, ſed vires illi addit, efficitq; vt ſpiritus diuinarum rerum delectatione magis commoueatur: ob eam cauſam, fit, vt gratiam hoc Sacramento tribuit, rectè & veriſſimè dicatur. Iure enim *a* manæ comparari poteſt, ex quò omnis ſaporis ſuauitas percipiebatur.

a Sap. 16. 20. Ioan. 6 49. Iren. 3. l. 4 de my. alta. c 44. Th. in c. q 79. art. 4. Ber. ſer. de cæna Domini. Cyr. lib. 4. in Joa. c. 17 & li. 3. c. 37.

51 *Per Euchariſtia peccata leuiora dimittuntur.*

Remitti verò Euchariſtia, & condonari leuiora peccata, quæ venialia dici ſolent, non eſt quod dubitari debeat, Quicquid enim cupiditatis ardore anima amiſit, dum leui aliqua in re parum offendit, totum id Euchariſtia, eas ipſas minores culpas abſtergens, reſtituit, quemadmodum etiam (neque enim à propoſita ſimilitudine diſcendendum videtur) quod innati caloris vi quotidie detrahitur, ac deperit, paulatim addi, & reffici naturali alimento ſentimus. Quare meritò à D. Ambroſio de hoc cœleſti Sacramento dictum eſt: Iſte panis quotidianus ſumitur in remedium quotidianæ infirmitatis. Verùm hæc de ijs peccatis intelligenda ſunt, quorum ſenſu, & delectatione animus non permutetur.

D. Amb. l. 4. de ſacram. c. 6. & lib. 5. c. 4.

52 *Per hoc item Sacramētũ anima à futuris malis pręſeruatur.*

Illa præterea in ſacris myſterijs vis eſt, vt nos à criminibus, puros, & integros, atq; à tentationum impetu incolumes ſeruet, ac tanquam cœleſti medicamento animam pręparet, ne alicuius mortiferæ perturbationis veneno facilè infici, ac corrumpi queat. Atque ob etiam cauſam, vt teſtatur Cyprianus, cum olim à tyrannis fideles ad tormenta, & cædem propter Chriſtiani nominis confeſſionem vulgò raperentur, ne illi fortè dolorum acerbitate victi, in ſalutari certamine deficerent vetus in Eccleſia Catholica mos fuit, vt eis ab Epiſcopis Dominici corporis, & ſanguis Sacramenta præberentur. Sed carnis etiam libidinem cohibet, ac reprimit, dum enim charitatis igne animos magis incendit, concupiſcentię ardorem extinguat neceſſe eſt.

Tho. ea. q. 79. art. 6. ex Ioan. ca. 6. 50. Aug. tra. 26. in Ioa.

S. Cypr lib. 7. ep. 2. ad Cornel.

53 Quo-

53 *Quomodo per hoc Sacramētū aditus ad æternā gloriā pateat.*

Poſtremo, vt vno verbo omnes huius Sacramenti vtilitates, & beneficia comprehendantur, dicendum eſt, ſacræ Euchariſtiæ ſummam vim eſſe ad æternam gloriā comparandam; ſcriptum eſt enim; *a* Qui manducat meā carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternā, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Huius videlicet Sacramenti gratia fideles, dum hanc vitam degunt, ſumma conſcientiæ pace, & tranquilitate perfruuntur: Deinde eius virtute recreati, non ſecus atque Elias, *b* qui ſubcinericij panis fortitudine ambulauit vſque ad montem Dei Horeb, cum ex vita emigrandi tempus aduenit, ad æternam gloriam, & beatitudinem aſcendunt. Hæc omnia à Paſtoribus latiſſimè explicabuntur, ſi vel D. Ioannis cap. vj. in quo multiplices huius Sacramenti effectus aperiuntur tractandum ſumpſerint, vel admirāda Chriſti Dñi facta percurrentes, oſtenderint, cū eos iure, ac meritò beatiſſimos fuiſſe exiſtimamus *c* in quorum tecta mortalis receptū eſt, vel qui illius *d* veſtis aut fimbriæ tactu ſanitatem recuperarunt, multò nos beatiores, & fœliciores eſſe, in quorū animā immortali gloria præditus ingredi nō grauetur. vt eius vulnera ſanet omnia, eamq; ampliſſimis muneribus ornatā ſibi cōiungat.

Tho. in 3. p. q. 79. art. 2. Chryſ. de ſacerd. lib. 6.

a Ioan. 6. 54.

b 4. Reg. 19. 8.

c Mat. 8. 14. & 9. 11. Luc. 10. 39.

d Mat. 9. 21.

54 *Quot modis corpore, & ſanguini Domini communicemus,*

Verum docendum eſt, à quibus ingentes illi ſacræ Euchariſtiæ fructus, qui modo commemorati, ſunt, percipi poſſint, neque vnum tantum eſſe communicandi rationem, vt fidelis populus diſcat meliora chariſmata æmulari. Rectè igitur, & ſapienter maiores noſtri, vt in *e* Trid. Synodo legimus tres huius Sacramenti ſumendi rationes diſtinxerunt. Alij enim tantum Sacramentum accipiunt, vt peccatores, qui ſacra myſteria impuro ore, & corde accipere non verentur, quos Apoſtolus ait: indignè manducare, & bibere corpus Domini. De his D. Auguſtinus ita ſcrbit. Qui non manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus, procul dubio non manducat ſpiritualiter eius carnem, licet carnaliter, & viſibiliter premat dentibus Sacramenta corporis, & ſanguinis. Qui itaque hoc modo affecti ſacra myſteria accipiunt, non ſolum ex his nullum capiūt

De modis recipiendi Euchariſt. vide.

e Trid. Conc. ſeſſ. 13. cap. 8. Aug. de conſ. diſt. 2. c. Quid eſt, & in tract. 26. in Ioan. & lib. 5. de bapt. cont. Dona. c. 8 & Mag. in 4. diſt. 9. lit. b. & Tho. in 3. p. q. 80. art. 1.

Triplici modo ſumitur Euchariſtia Sacramentaliter tātum, & corporaliter.

fru-

a 1.Cor.11.15.
Spiritualiter tantum.

fructu, ſed ipſo *a* Apoſtolo teſte, iudiciũ ſibi manducãt, & bibunt. Alij verò ſpiritu tantummodo Euchariſtiã ſumere dicuntur, ij ſunt, qui deſiderio, & voto, propoſitũ cæleſtem illum panem comedũt fide vera incenſi, *b* quæ per dilectioné operatur; ex quo, ſi non omnes, maximos certè vtilitatis fructus conſequũtur. Alij denique ſunt, qui Sacramento, & ſpiritu ſacram Euchariſtiã percipiũt, qui cum ex Apoſtoli doctrina *c* prius ſe probauerint, ac *d* veſte nuptiali ornati ad diuinam hanc menſam acceſſerint, ex Euchariſtia capiũt vberrimos illos, quos antea diximus, fructus. Quare perſpicuũ eſt, eos ſe maximus, & cœleſtibus bonis priuare, qui cùm ad corporis Domini ſacramentum etiam ſumendũ parati eſſe poſſint ſatis habent ſpiritu tantùm eſt ſacram cõmunionemaccipere.

b Gal.5.6.
Sacramentaliter, & ſpiritualiter ſimul
c 1.Cor.11.18.
d Mat.22.18.
Qui communicare Sacramentaliter negligũt, quantis ſe priuent fructibus.

55 *Antequàm quis ad Euchariſtiam accedat, præparandus animus: ſe oſtenditur.*

De præparatione ad Euchariſtiam. Seſs.13.Conc. Tri.de Euchariſtia .7. & c. 11. vide Baſi. q. 72. in reg. breuio & ſe.2. de bapt Cypr. in ſer. de lap. Chryſ. ho. 83. in Matt. Aug. ſer. 21 de tem.
e Ioan.13.5.

Sed iam docendum eſt, qua ratione præparatos fidelium animos eſſe oporteat, antequam ad Sacramentalē Euchariſtiæ perceptionem veniãt. Ac primum quidem, vt pateat, eam præparationem maximè neceſſariã eſſe, Saluatoris noſtris exemplũ proponendum eſt. Nam antequam Apoſtolis pretioſi corporis, & ſanguinis ſui Sacramenta daret, quamuis iam mundi eſſent, *e* pedes eorum lauit, vt declararet omnem diligentiam adhibendã eſſe, ne quid nobis ad ſummam animi integritatem, & innocentiam deſit, cum ſacra myſteria percepturi ſumus. Deinde verò fideles intelligant, quemadmodum, ſi optimè affecto, & præparato animo Euchariſtiam aliquis ſumat, ampliſſimis cæleſtis gratiæ muneribus ornatur, ita contra, ſi imparatus accipiat, non ſolum nihil commodi, ſed maxima etiam incommoda, & detrimẽta eum accipere. Optimis enim rebus, & maximè ſalutaribus hoc proprium eſt, vt, ſi in tempore ijs vtamur, vehementer proſint; ſi in alieno tempore adhibeantur, perniciem, & exitium afferant. Quare mirandum non eſt, ingentia quoque, & præclariſſima Dei dona, cùm bene conſtituto animo accipiuntur, ad cæleſtem gloriã conſequendam maximo nobis adiumento eſſe; at vero, cum ijs nos ipſos indignos præbemus, ſempiternam mortem afferre. Id verò arcæ Domini exemplo com-

Vide Tho. in p.3.q.80.ar 8.

pro-

probatur, *a* arca enim fœderis, qua nihil præſtantius Iſraeliticus populus habuit, cui etiã per illam maxima, & innumerabilia beneficia Dominus tribuerat, à *b* Philiſtæis ablata, ſummam illi pœ tem, & calamitatẽ, cũ æterno dedecore coniunctam importauit. ſic etiam cibi, qui ore accepti, in ſtomacum bene affectũ illabũtur, corpora alunt, & ſuſtentant, qui verò in ſtomachum vitioſis humoribus plenum infundi ſolent graues morbos efficiũt.

a Exo. 26. 27. 22.

b 1. Reg. 5. per totum.

56 *Quo pacto animus ad Euchariſtiam ſit præparandus.*

Primam itaque illam præparationem fideles adhibeant: vt diſcernant menſam à menſa, hanc ſacram ab alijs profanis, cœleſtem hunc panem à communi, atq; hoc fit, cum certo credimus præſens eſſe verum corpus, & ſanguinem Domini, *c* quem in cœlo Angeli adorant, *d* ad cuius nutum columnæ cœli contremiſcunt, & pauent, cuius *e* gloria plenum eſt cœlum, & terra. Hoc nimirum eſt dijudicare corpus Domini, quod *f* Apoſtolus admonuit; cuius tamen myſterij magnitudinem venerari potiùs oportet, quàm in diſputationibus eius veritatem curioſiùs perquirere.

Ad dignam Euchariſtiæ ſumptionem primo diſcernendus eſt cęleſtis panis à communi.

c Pſ. 96. 8. Heb 16.

d Iob 26. 11.

e Iſa. 6. 3.

f 1. Cor. 11. 29.

Altera verò illa præparatio maximè neceſſaria eſt, vt vnuſquiſque à ſe ipſo quærat num, pacem cum alijs habeat, *g* num proximos verè atque ex animo diligat. *h* Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs † reconciliari fratri tuo & tunc veniens offeres munus tuum.

Secundo reconciliatio cũ inimicis facienda eſt.

g 1. Ioan 3. 14.

h Matt. 5. 24. 25.

† Reconciliaris legunt ſex M. Ro. Græc. & Syr exemp.

Deinde conſcientiam noſtram ſcrutari diligenter debemus, ne forte exitiali aliquo peccato contaminati ſimus, cuius pœnitere neceſſe ſit, vt priùs Contritionis, & Confeſſionis medicamento illud eluatur. Definitum eſt enim à ſancta Tridentina ſynodo nemini licere, quẽ peccati mortalis conſcientia ſtimulet, ſi Sacerdotis facultas data ſit, antequam ſe Sacramentali confeſſione purgarit, quantumuis ſibi contritus eſſe videatur, ſacram Euchariſtiam accipere.

Tertio conſcié a per Sacram pœnitétiæ a capitalibus vitijs eluenda eſt.

Chryſ. ho. 30. in Gen. & 10. in Matt.

Cypr. in ſerm. de lap. Syno. Tri. ſeſ. 13. c. 3

Præterea, taciti cum animis noſtris cogitemus, quàm indigni ſimus, quibus diuinum hoc beneficium à Domino tribuatur. Quare illud Cẽturionis, de quo idem ipſe Saluator teſtatus eſt ſe non inueniſſe tantam fidem in

Quarto præmittenda eſt humilis de ſe ipſo exiſtimatio.

Matt. 8. 10.

Iſrael,

Iſrael, ex animo dicendum eſt, *a* Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum. Exquiramus etiam à nobis ipſis, an illud Petri vſurpare nobis liceat, *b* Domine, tu ſcis quia amo te. Meminiſſe enim oportet, eum, qui ſine *c* veſte nuptiali in conuiuio Domini accubuerat, in tenebroſum carcerem coniectum, ſempiternis pœnis addictum fuiſſe.

a Ibid. 8. Quinto eſt videndũ an vera charitate ſimus præditi. b Ioan. 21. 15. c Matt. 22.21.

58 Etiã corporis aliqua ratio cõmunicari volenti eſt ſuſcipienda.

Neque verò animi ſolum, ſed etiã corporis præparatione opus eſt, nam ieiuni ad ſacram menſam accedere debemus, ita vt ſaltem à dimidia antecedentis diei nocte, vſque ad illud temporis punctũ, quo ſacram Euchariſtiam accipimus, nihil omnino comederimus, aut biberimus. Poſtulat etiam tanti Sacramenti dignitas, vt qui matrimonio iuncti ſunt, aliquot dies à concubitu vxorum abſtineant, Dauidis exemplo admoniti, qui cũ panes propoſitionis à ſacerdote accepturus eſſet, purum pueros ſuos ab vxorũ conſuetudine tres dies ipſos profeſſus eſt. Hæc ferè ſunt, quę maximè obſeruari *a* fidelibus oportet, vt ſe ad ſacra myſteria vtiliter accipienda antea parent: reliqua enim, quæ hac in re prouidenda eſſe videantur, ad hæc ipſa capita facilè redigi poterunt.

Ieiunos communicãtes eſt neceſſe eſſ. Aug. ep. 118 c. 6. & habetur de conſ. d. 2. c. Liquido item caitos, vide Greg. in reſp. ad Au. &c. vir cum propria. 3. q. 4. &c. Omnis homo de con. diſ. 2.

59 Chriſtiani omnes Euchariſtiam ſumere ſaltem ſemel in anno tenentur.

Sed, ne fortè aliqui ſegniores ad hoc Sacramentum percipiendum reddantur, quòd tantam præparationem adhibere graue admodum, & difficile ducant, fideles ſæpè admonendi ſunt, omnibus eam legem propoſitam eſſe, vt ſacram Euchariſtiam accipiant. Præterea conſtitutum eſt ab Eccleſia, vt qui ſemel ſaltem ſingulis annis in Paſcha non communicauerit, ab Eccleſia arceatur.

Conc. Later. c. 21. & habetur de pœn. & remiſ. cap. Omnis. Seſſ 15. Cõcil. Triden. de Euch. c. 6.

60 Quoties, & quibus temporibus percipienda ſit Euchariſtia.

Neque tamen fideles ſatis habeant, ſe huius decreti auctoritati obtemperantes, ſemel tantummodò corpus Domini quotannis accipere, verum ſæpius iterandam Euchariſtiæ Communionem exiſtiment. Vtrum autem ſingulis menſibus, vel hebdomadis, vel diebus id magis expediat, certa omnibus regula præſcribi non poteſt. veruntamen illa eſt ſancti Auguſtini norma certiſſima: Sic, viue, vt quotidie poſſis ſumere. Quare Parochi

Sępius communicandum, S. Aug. de ver. Domini ſerm. 28 qui deſumptus eſt, ex Amb. lib. 5. de p. Sac. c. 4. vide item Aug. in l. 5. hom. 41. Item de bono

chi partes erũt, fideles crebro adhortari, vt quemadmodum corpori in ſingulos dies alimentum ſubminiſtrare neceſſarium putant; ita etiam quotidie hoc Sacramento alendæ, & nutriẽdæ, animæ cura nõ abijciant; neq; enim minus ſpirituali cibo animam, quam naturalis corpus, indigere perſpicuum eſt. Vehementer autem proderit hoc loco repetere maxima illa, & diuina beneficia, quę, vt antea demonſtratũ eſt, Euchariſtiæ Sacramẽtali Cõmunione cõſequimur. Illa etiam figura erit addẽda, *a* cum ſingulis diebus corporis vires Manna reficere oportebat; Itemq; ſanctorum Patrum auctoritates, quæ frequentem huius Sacramenti perceptionem magnoperè commendant; neq; enim vnius ſancti Patris *b* Auguſtini ea fuit ſẽtẽtia; Quotidie peccas, quotidie ſume, ſed, ſi quis diligẽter attẽderit eundẽ omniũ, *c* Patrũ, qui de hac re ſcripſerunt, ſenſum fuiſſe facilè comperiet.

61 *Communicandi morem in Eccleſia olim frequentem fuiſſe demonſtratur.*

Ac tempus quidẽ olim fuiſſe, cũ fideles quotidie Euchariſtiã acciperent, ex *d* Apoſtolorum Actis intelligemus omnes enim qui tũc fidẽ Chriſtianã profitebantur, vera, & ſyncera charitatę ita ardebãt, vt cum ſine intermiſſione orationibus, & alijs pietatis officijs vacarent, quotidie ad ſacra Dominicis corporis myſteria ſumenda, parati inuenirentur. Eam poſtea conſuetudinem quæ intermitti videbatur, Anacletus ſantiſs martyr, & Pontifex aliqua ex parte renouauit; prçcepit enim vt miniſtri qui Miſſę ſacrificio intereſſent, communicarẽt, quod ab Apoſtolis conſtitutum eſſe affirmaret, diu etiã in Eccleſia ille mos fuit, vt Sacerdos peracto ſacrificio, cum Euchariſtiam ſumpſiſſet, ad populum, qui aderat, conuerſus, his verbis ad ſacram menſam fideles inuitaret. Venite fratres ad Communionem; tunc qui parati erãt, ſumma cum religione ſacroſancta myſteria ſumebant. Sed cum deinde charitas, & pietatis ſtudium adeò refrixiſſet, vt rarò admodum Communionem fideles accederẽt, ſancitum eſt à Fabiano Pontifice, vt ter quotãnis, Natali Domini, & Reſurrectione, & Pentecoſte oẽs Euchariſtiam ſumerent; id quod poſtea à multis Cõcilijs, prçſertim verò Agathenſi primo confirmatum eſt. Ad

a Exod 16.15

b D. Aug. ſer. 28. de ver. Domini.

c Ign. in ep. ad Epheſ. Baſi. ad Cæſar. Pat. Amb. l. 3. de Sacra. c. 4. Chr. li. 61 ad pop. Ant. Cyp. ſerm 6 de ora. Dom. Hier. ad Lucium ep. 28 Cyril. lib. 3. in Io. c. 37.

d Act. 2. 42. 46 S. Anac. ep. 2. & cit. de conſ d. 1. c. Epi. & d. 2. c. de trac. vi de Dio Ar. de Eccl. Hie. c. 3. p. 2. Quotidie in Eccl. Rom. ſolere cõmunicati notat. D. Hie. in ep. 28. ad Luc. & Gre. lib. 2. dial. c. 23 S. Fab. ep. 3. ad Hil. Ep. & hab. d. cõſ. d. 2. cap. Et ſi. Præcipitur vt fideles ter, in anno cõicent. Turon. Conci 3. c. 50. Concil Agat. ca. 18. & Cap. 2. Concil

Lat cap.25.& citatur de ſe-nit & rem ca. Omnis.& Tri. ſeſs.13. can.9.

Ad extremum, cùm eo res adducta eſſet, vt non modò ſâcta illa & ſalutaris præcepto nō ſeruaretur, ſed in plures etiam annos ſacræ Euchariſtiæ Communio differretur, decretum eſt in Lateranenſi Concilio, vt ſemel, ad minus, ſingulis annis in Paſcha fideles omnes ſacrū Domini corpus acciperent, qui verò id facere neglexiſſent, Eccleſiæ aditu prohiberentur.

62 *Pueris nondum ratione vtentibus Euchariſtiam adminiſtrare non conuenit.*

Infantibus Euchariſtia non eſt adminiſtranda Conc. Trid. Seſs.21. de cōmunione ſub vtraq; ſpecie c.4.& can.4 Tho.in 3.p.q.80 art 9. a Mat. 16 26. Vide Cypr. ſerm.de lapſis poſt med.

Verùm, quamuis hæc, lex, Dei, & Eccleſiæ auctoritate ſancita, ad omnes fideles pertineat, docendū eſt eos tamen excipi qui nondū rationis vsū propter ætatis imbecillitatem habent. Hi enim neq; ſacram Euchariſtiā à cōmuni & profano pane ſciunt diſcernere, neq ad eam accipiendam pietatem animi, & religionem afferre poſſunt. Atq; id etiam à Chriſti Domini inſtitutione alieniſſimum videtur, inquit enim.*a* Accipite, & comedite. Infantes autē Idoneos non eſſe, qui accipiant, & comedant, ſatis conſtat. Vetus quidā illa fuit, in quibuſdā locis, conſuetudo, vt infantibus etiā ſacram Euchariſtiam praberet: ſed tamen tum ob eas cauſas, quæ antea dictæ ſunt, tum ob alias Chriſtianæ pietati maximè conſentaneas, iam diu eiuſdē Eccleſiæ auctoritate id fieri deſijt.

63 *Qua ætate pueris ſacra myſteria danda ſint.*

Qua verò ætate pueris ſacra myſteria danda ſint, nemo melius conſtituere poterit, quam Pater, & Sacerdos cui illi confitentur peccata, ad illos enim pertinet explorare, & à pueris percunctari, an huius admirabilis Sacramenti cognitionem aliquam acceperint, & guſtum habeant.

64 *Licet inſanos aliquando ad Communionem admittere.*

Conc.Araſ.c. 3.& hab. 26. q.6c.qui rece. Th. ibid.Cōc. Carth.4. a 79. & habet 26. q.6.cap.5.qui per pœnitēti.

Amentibus præterea, qui tunc à pietatis ſenſu alieni ſunt, Sacramenta dare minimè oportet: quāmuis, ſi antequam in inſaniam inciderint, piām & religioſam animi voluntatem præſetulerint: licebit eis in fine vitæ, ex Concilij Carthaginenſis decreto, Euchariſtiam adminiſtrare, modo vomitionis, vel alterius indignitatis, & incommodi periculum nullum timendum ſit.

65 *Laicis ſub vtraque ſpecie communicandum non eſt.*

Quod verò ad communicandi ritum pertinet doceāt

Paro-

Parochi ſanctæ Eccleſiæ lege interdictũ eſſe, ne quis ſine ipſius Eccleſiæ auctoritate, preter ſacerdotes, corpus Dñi in ſacrificio, cõficientes, ſub vtraq; ſpecie ſacram Euchariſtiam ſumat. Nam, vt à Tridẽtina Synodo explicatum eſt, quamuis Chriſtus Dñs in vltima cæna altiſſimũ hoc Sacramentũ in panis, & vini ſpeciebus inſtituerit, & Apoſtolis tradiderit; ex eo tamẽ non efficitur, hanc legem à Domino ſaluatore conſtitutam eſſe, vt omnibus fidelibus ſacra myſteria ſub vtraque ſpecie adminiſtranda ſint. Etenim idem Dñs noſter, cum de hoc Sacramento loqueretur, alterius tantũ ſpeciei ſæpius meminit, vt cũ inquit; *a* Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: &, Panis, quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita: &, Qui manducat hunc Panem viuet in æternum.

Laicis niſi accedat Ecc. auctoritas ſub altera tantum ſpecie cõmunicandum eſt. Videatur cap. de Sacramẽto ordinis, vbi agitur de miniſte io diaconi Tri. Syn. ſeſ 61. de commu. ſub vtraque ſpecie, cap. 1. 2. 3. can. 1 2. 3. & quidem vnius tãtũ ſpeciei vſum veteribus cõnſueſſe decl. Ter. l 2. de ad Vxorem Cypr. ſer. 5. de lapſis. Orig ho 22. in Ex. Ba. 1. ep. ad Cæſ. pat. Aug. ep. 86. ad Caſ. ii Hie. in ap. ad Pam Chriſ. hom. 41. oper. imp. in Matt. a Ioan 6. 51.

66 ***Rationes, ob quas Eccleſia alterius tantùm ſpeciei vſum laicis conceſſerit.***

Cur Eccl. alterius ſpeciei vſum Laicis tãtũ permiſerit.

Multis verò; & iis quidem grauiſſimis rationibus adductam eſſe Eccleſiam patet, vt hanc potiſſimam ſub altera ſpecie communicandi conſuetudinem non ſolùm approbaret, ſed etiam decreti auctoritate firmaret.

Primùm enim maximè cauẽdum erat, ne ſanguis Domini in terram funderetur: quod quidem facilè vitari poſſe non videbatur, ſi in magna populi multitudine, eum miniſtrare oportuiſſet.

Prima ratio. Con. Cõſt. ſeſ. 13. Baſ. 3. Trid ſeſs. 21.

Præterea; cùm ſacra Euchariſtia ægrotis præſtò eſſe debeat; magnoperè timendum erat; ne ſi diutiùs vini ſpecies aſſeruaretur, coaceſceret.

Secũda ratio. Conc. Nic. cã. 12. Areop. c. 13

Permulti præterea ſunt, qui vini ſaporem, ac ne odorem quidẽ, perferre vllo modo poſſint. Quare, ne, quod ſpiritualis ſalutis cauſa datum eſt, corporis valetudini noceret, prudentiſſimè ſancitum eſt ab Eccleſia, vt panis tantummodò ſpeciem fideles acciperent.

Tertia ratio.

Accedit ad aliàs rationes, quod in pluribus prouincijs ſumma vini penuria laboratur; neque id aliunde ſine maximis impenſis, ac non niſi longiſſimis, ac difficillimis itineribus conuehi poteſt.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Deinde, quod maximè omnium ad rem pertinet, cõuellenda erat eorum hæreſis; qui negabant ſub vtraque ſpecie totum Chriſtum eſſe, ſed corpus tantùm exangue ſub panis, ſanguinem autem ſub vini ſpecie contineri aſſere-

Totum Chriſtũ in Euchariſtia contineri ſcribũt Ba. ad Cæſar. pat.

ſerebant. Vt igitur fidei Catholicæ veritas magis ante omniũ oculos poneretur, ſapientiſſimo conſilio alterius ſpeciei; hoc eſt, panis communio inducta eſt. Sũt, & aliæ rationes ab ijs collectæ, qui de hoc argumento diſſerũt, quæ, ſi opus eſſe videbitur, à Parochis afferri poterunt. Iam de miniſtro, quãuis id à nemine ferre ignorari poſſit, agẽdum eſt, ne quid prętermiſſum ſit, quod ad huius Sacramenti doctrinam pertinere videatur.

67 *Proprius huius Sacramenti miniſter eſt ſacerdos.*

Itaque tradendũ eſt ſolis Sacerdotibus poteſtatẽ datã eſſe, *a* vt ſacram Euchariſtiã cõficiant, ac fidelibus diſtribuant; eum autẽ morem in Eccleſia ſemper ſeruatum eſſe, vt fidelis populus à ſacerdotibus Sacramenta acciperet, ſacerdotes autem ſacra facientes ipſi ſe communicarent, Sancta Tridentina Synodus explicauit: oſtenditque hanc Conſuetudinem tanquam ab Apoſtolica traditione profectam, religioſè retinendam eſſe, cũ præſertim huius rei nobis illuſtre exemplum Chriſtus Dominus reliquerit, qui & ſanctiſſimum ſuum corpus conſecrauit, & *b* Apoſtolis ſuis manibus porrexit. Verùm, vt quacunque ratione, tanti Sacramenti dignitati cõſuleretur, non modò eius adminiſtrãdi poteſtas ſolis ſacerdotibus data eſt, ſed lege etiam Eccleſia vetuit, ne quis, niſi cõſecratus eſſet, ſacra vaſa, lintea, & alia inſtrumẽta quæ ad illius confectionẽ neceſſaria ſunt, tractare auderet, modò grauis aliqua neceſſitas non incideret.

68 *Poteſt Euchariſtia per improbos ſacerdotes, vel conſecrari, vel adminiſtrari.*

Ex quo tum Sacerdotes ipſi, tum reliqui fideles intelligere poſſunt, quanta religione, & ſanctitate præditos eſſe oporteat, qui ad Euchariſtiam, vel conſecrandam, vel adminiſtrandam, vel ſumendam accedunt. Quamquam, quod antea de cæteris Sacramentis dictum eſt, ea non minus ab improbis adminiſtrari, ſi, quæ ad illorum perfectam rationem attinent, ritè ſeruentur, idem valet in Euchariſtiæ ſacramento, neq; enim hæc omnia miniſtrorũ merito niti, ſed Chriſti Domini virtute, & poteſtate geri credendum eſt. Hæc ſunt, quæ de Euchariſtia, vt Sacramentum eſt, explicanda erunt; Nunc quod reſtat dicendum, vt ſacrificium eſt oportet explanare:

ti ſcribunt Ba. ad Cęſ. pat. Cyri. ad Caloſyr. & in Ioan. li. 4. cap. 25. Euſeb. Emi. ho. 5. de Paſch.

a Chry. lib. 6. de ſacerd. & ho. 60. ad popu. Ant. Hier ep. 1 ad Helio & cótr. Lucif. Victor li. 2. de perſ. van. Cyp epiſt. 54. ad Conc. & c. perfectis, d. 25. & c Peruenit. de cóſ. d. 2. c. Th. in 3. p. q. 82. art. 1. & 3.

Miniſter Euc. ſolus ſacerdos Trid. Syn. ſeſſ. 13. cap. 13.

b Matt. 26. 26. Marc. 14. 22.

Laicis non licet res ſacras ad cõſecrationẽ Euc. neceſſarias attingere diſt. 23. cap. ſacratas & c. nó oportet, & c. non liceat & Six. 1. epiſ. 2. & citatur dé cóſ d. 1. cap. In ſácta. Aug. in li. de verb. do ſer 11. & li. 1. cót. Parm. cap. 10. Hie. cóc. Lucifer. & cap. infra Catholicá. 1 q. 1. & cap. vtrũ ſub figura de conſ. di. & Th. in 3. p. q. 82 art. 5. vide ité Cóc. Trid. ſeſ 14 cap. 6. & can. 10. De Eucha vt in ſacrificiũ ſeſſ. 22 Concil. Trid. in ſin.

vt intelligant parochi, quæ potiſſimùm de hoc myſterio, quemadmodum ſancta Synodus decreuit, Dominicis, & feſtis diebus fideli populo tradere debeant.

69 *Euchariſtia peculiare noui teſtamenti ſacrificium Deo eſt acceptiſſimum.*

Etenim hoc Sacramentũ non ſolùm theſaurus eſt cœleſtium diuitiarũ, quo, ſi benè vtamur, Dei gratiã nobis conciliamus, & amorem; ſed in eo quædam præcipua ratio ineſt, qua ei pro immenſis in nos collatis beneficijs, aliquam gratiã referre poſſimus. At verò hæc victima, ſi ritè, & legitimè immoletur, quam grata, & accepta Deo ſit, ex hoc colligitur. Si enim veteris legis ſacrificia, de quibus ſcriptũ eſt; *a* Sacrificiũ, & oblationem noluiſti; & iterũ, *b* Si voluiſſes ſacrificiũ, dediſſẽ vtique, holocauſtis nõ delectaberis: ita placuerũt Dño, vt *c* Scriptura Deum odoratũ eſſe odorẽ ſuauitatis id eſt, grata ei, & accepta fuiſſe teſtetur; quid nobis ſperandum de eo ſacrificio, in quo ille ipſe immolatur, atq; offertur, de quo cæleſtis vox bis audita eſt: *d* Hic eſt filius meus dilectus ĩ quo mihi bene cõplacui? Hoc igitur myſteriũ Parochi diligenter exponent, vt, cũ fideles ad rẽ diuinã cõuenerint, attentè, & religiosè ſacra illa quibus interſunt, meditari diſcant.

Sacramenti, & ſacrificij diſcrimẽ innuit Euch. ſacrificium quam ſit Deo gratum. Vide Iſa. c. 20. 56. 7. & 71. 7. Ierem. 33. 18. Malach. 1. 10.

a Pſal. 39. 7.

b Pſal. 50. 8.

c Gen. 8. 12.

d Matt. 3. 17. & 17. 5.

70 *Quæ ſint cauſæ ob quas Euchariſtia à Chriſto Domino inſtituta eſt.*

In primis igitur docebũt Euchariſtiã duabus de cauſis inſtitutã eſſe à Chriſto Dño. Altera eſt, *e* vt cæleſte animæ noſtræ alimentũ eſſet, quo vitã ſpiritualẽ tueri, & cõſeruare poſſemus. Altera, vt Eccleſia perpetuũ ſacrificiũ haberet, quo peccata noſtra expiarẽtur, & cæleſtis Pater ſceleribus noſtris ſæpe grauiter offenſus, ab ira ad miſericordiam, à iuſtæ animaduerſionis ſeueritate ad clementiã traduceretur. Huius rei figurã, & *f* ſimilitudinẽ in agno Paſchali licet animaduertere, qui, vt ſacrificium, & Sacramentum à filijs Iſrael offerri, & comedi conſueuerat. Nec verò, cùm Saluator noſter Deo Patri ſeipſum in ara crucis oblaturus eſſet, vllam ſuæ erga nos immenſæ charitatis illuſtriorem ſignificationem dare potuit, quàm cùm nobis viſibile ſacrificium reliquit, quo cruentum illud, ſemel in cruce paulò poſt immolandum, inſtauraretur, eiuſque memoria vſque in finem ſæculi quo-

Euchariſtiam a Chriſto eſſe inſtitutam vt ſi ſacramentum ſacrificium.

e Prouer. c. 1. Ioan. 6. 35. 48. 49. 50. 51. 1. Cor. 10. 16. & 12. 26.

Seſſ. 22. Conc. Trid. de ſacrificio miſſæ, c. 1. 2. Dion. lib. Eccl. Hier. c. 3. Ignat. ad Smyrné. Ter. in l. de ora. Iren. lib. 4 c. 32. Aug. l. 10. de ciu. c. 20. & 17. c. 20. & 18. c. 31. & 19. c. 23 & 22. cap. 8. & paſſim. Simil. agni Paſch.

f Exod. 12. 3. 4.

tidie ſumma cum vtilitate, ab Eccleſiam per vniuerſum orbem diffuſa coleretur.

Diffusè Sacramẽti, & ſacrificij, diſcrimẽ exponitur.

71 *Quomodo Sacramentum à Sacrificio ſecernatur.*

Differunt autem plurimum inter ſe hæ duæ rationes, Sacramentũ enim conſecratione perficitur; omnis verò ſacrificij vis in eo eſt, vt offeratur. Quare ſacra Euchariſtia, dum in pixide continetur, vel ad ægrotum defertur, Sacramenti, non Sacrificij rationem habet: Deinde etiam, vt Sacramentum eſt, ijs, qui diuinam hoſtiam ſumunt, meriti cauſam affert, & omnes illius vtilitates, quæ ſuperiùs commemoratæ ſunt. Vt autem ſacrificium eſt, non merendi ſolùm, ſed ſatisfaciendi quoque efficientiam continet. Nam vt Chriſtus Dominus in paſſione ſua pro nobis meruit, ac ſatisfecit ſic qui hoc ſacrificium offerunt, quo nobiſcum communicant, Dominicæ paſſionis fructus merentur, ac ſatisfaciunt.

Sacrificiũ noui teſtamẽti quãdo ſit inſtitutũ Trid. Syn. ſeſſ. 22. de ſacrific. Miſſæ cap. 1. & cap. 1. & 2. a Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. 24. Iren. lib. 4. ca. 32. Euſ. de demonſt. Euang. lib. 1. cap. 10. Aug. lib. 10. ci. Dei cap. 10. Soli Deo ſacrific. in Miſſæ. offe. Seſſ. 22. Cõcil. Trid. c. 3. & c. 5. Aug. lib. 10. cõt. Fauſ. c. 2. & lib. 8. ciu. c. 27. verba ſunt orationis, q. S. Trinitati offertur ſacrificium Eccleſia Catholicæ de ſacrificio doctrina ſcripturis confirmatur.

72 *Quo tempore iſtud noui teſtamenti ſacrificium ſit inſtitutũ.*

Iam de huius ſacrificij inſtitutione nullum ambigendi locum Sancta Tridentina Synodus reliquid. Declarauit enim in *a* extrema cœna à Chriſto Domino inſtitutum eſſe, ſimulq; anatemate eos damnauit, qui aſſerant verum, & propriũ ſacrificium Deo non offerri, aut offerre, nihil aliud eſſe quàm Chriſtum ad manducandum dari.

73 *Non licet Sanctis, aut vlli creaturæ ſacrificium offerre.*

Nec verò illud prætermiſſit, quin diligẽter explicaret vni Deo ſacrificium fieri. Nam etſi Eccleſia interdum Miſſas in memoriam, & honorem Sanctorum celebrare conſueuit; non tamen illis ſacrificium, ſed vni Deo, qui Sanctos immortali gloria coronauit, offerri docuit. Quare nec ſacerdos vnquam dicere ſolet. Offero tibi Sacrificium, Petre, vel Paule; ſed, dum vni ſoli Deo immolat, gratias illi agit, pro beatiſſimorũ Martyrum inſigni victoria, earumque patrocinium ita implorat, vt ipſi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris.

74 *Vnde doctrina illa ſacrificij, & ſacerdotij nouæ legis hauritur*

b Luc. 26. 19. 1. Cor. 1. 24. Apoſ. q̃ ſi ſacerdotes ſint inſtituti.

Hæc autem, quæ de huius ſacrificij veritate à Catholica Eccleſia tradita ſunt, ex Domini verbis accepit: cum extrema illa nocte hæc ipſa ſacra myſteria Apoſtolis commendans; *b* Hoc facite, inquit, in meam commemo-

memorationem. Eos enim, quemadmodum à Synodo definitum eſt, tunc ſacerdotes inſtituit, præcepitque, vt ipſi, & qui eis in ſacerdotali munere ſucceſſuri eſſent, corpus eius immolarent, & offerrent. Atque id etiam Apoſt. verba ad Corinthios ſcripta ſatis demonſtrant, cum ait: *a* Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum. Vt enim pro dæmoniorum menſa, altare, in quo eis immolabatur, intelligendum eſt; ita etiam (vt, quod Apoſtolus proponit, probabili argumentatione concludatur) menſa Domini nihil aliud, niſi altare, in quo ſacrificium Domino fiebat, ſignificare poteſt.

Seſſ. 22. Conc. Trid. de ſacrificio Miſ. & can. 2.
a 1. Cor. 10. 21. Euchariſtia eſt ſacrificium ſiguris & prophetijs veteris teſtamenti prædictum.

75 *Quibus potiſſimum figuris, & prophetijs iſtud ſacrificium olim ſignificatum fuerit.*

Si ex veteri teſtamento huius ſacrificij figuras, & oracula requiramus: primùm quidem de eo Malachias apertiſſimè vaticinatus eſt, his verbis: Ab ortu ſolis vſque ad occaſſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in gentibus dicit Dominus exercituum. Præterea hæc Hoſtia tam ante, quàm poſt latam legem, varijs ſacrificiorum generibus prænunciata eſt. Etenim bona omnia, quæ ijs ſacrificijs ſignificabantur, hæc, vna victima, tanquam omnium perfectio, & abſolutio complexa eſt. Veruntamen nulla in re eius imaginem magis expreſſam licet videre: quàm *b* in Melchiſedech ſacrificio. Ipſe enim Saluator *c* Sacerdotẽ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech, ſe in æternũ conſtitutũ declarans, corpus, & ſanguinẽ ſuũ in extrema cœna ſub ſpeciebus panis, & vini Deo Patri obtulit.

b Malach. 1. 10. 11. Matt. in ep. ad Cor de eg. cap. 3 Iuſtin. contra Tryp. Iren. l. 4. cap. 32. 33. 34. Chryſ. in Pſal. 96. Aug. ſer. 8. 18. c. 35. & 19. de ciu. Dei ca. 20. Aug. lib. 10 de ciu. c. 20. & li. 7. cõt. Fauſ. cap. 5.
c Gen. 14. 18. Heb. 7. 8.
d Pſal. 109. 4. Cypr. epiſt. 63. Euſeb. li. 3. de demõſt. cap. 3. Hier. ep. 17. & 136. Au. in Pſal. 33.

76 *Idem ſacrificium, quod in cruce fuit oblatum, in Miſſa peragitur.*

Vnum itaque, & idem ſacrificium eſſe fatemur, & haberi debet, quod in Miſſa peragitur, & quod in cruce oblatum eſt; quemadmodum vna eſt, & eadem hoſtia Chriſtus, videlicet Dominus noſter, qui ſeipſum in ara crucis ſemel tantummodò cruentum immolauit. Neque enim cruenta, & incruenta hoſtia duæ ſunt hoſtiæ, ſed vna tantum cuius ſacrificium poſtquam Dominus ita

Vnũ eſt Chriſti ſacrificium & Eccleſ. vide de ſũma Trinitate cap. firmiter Aug. 10. de ciui. ca. 20. & ſer. 4. Seſ. 22 de ſacrifi. Miſſæ, c. 4. Cruen.

præcepit, a Hoc facite in meam commemorationem, in Euchariſtia quotidie inſtauratur.

77 *Eſt etiam vnius vtrinque ſacerdos.*

Sed vnus etiam, atque idem ſacerdos eſt Chriſtus Dominus. Nam miniſtri, qui ſacrificiū faciunt, non ſuā, ſed Chriſti perſonam ſuſcipiunt, cum eius corpus, & ſanguinem conficiunt: id quod, & ipſius Conſecrationis verbis oſtenditur. Neq; enim ſacerdos inquit; Hoc eſt corpus Chriſti, ſed: Hoc eſt corpus meum, perſonam, videlicet Chriſti Domini gerens, panis, & vini ſubſtantiam in veram eius corporis, & ſanguinis ſubſtantiam conuertit.

78 *Miſſa vt laudis, ita etiam propitiationis eſt ſacrificium.*

Quæ cum ita ſint, ſine vlla dubitatione docendum eſt id, quod etiam ſancta Synodus explicauit, ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium eſſe non ſolum laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem ſacrificij, quod in cruce factum eſt; ſed verè etiam propitiatorium ſacrificium, quo Deus nobis placatus, & propitius redditur. Quare, ſi puro corde, accenſa fide, & intimo ſcelerum noſtrorum dolore affecti hanc ſanctiſſimam hoſtiam immolemus, & offeramus, dubitandum non eſt, quin miſericordiam à Domino conſequuturi ſimus, & gratiam in auxilio opportuno. Huius enim victimæ odore ita delectatur Dominus, vt gratiæ, & pœnitentiæ donum nobis impertiens, peccata condonet. Quamobrem & ſolemnis eſt illa Eccleſiæ precatio. Quoties huius hoſtiæ commemoratio celebratur, toties opus noſtræ ſalutis exercetur; nimirū vberrimi illi cruētæ hoſtię fructus per hoc incruentum ſacrificium ad nos manant.

79 *Pertingit etiam ſacrificij Miſſæ fructus ad defunctos.*

Deinde verò huius ſacrificij eam vim eſſe Parochi docebunt; vt non ſolùm immolanti, & ſumenti proſit, b ſed omnibus etiam fidelibus, ſiue illi nobiſcum in terris viuant, ſiue iam in Domino mortui, nondum planè expiati ſint. Neque enim minùs ex Apoſtolorum certiſſima traditione pro his vtiliter offertur, quàm pro viuorum peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, ac quibuſuis calamitatibus, & anguſtijs.

ta, & incruenta hoſtia vnā tantū hoſtiam efficiunt
a Luc. 22. 2. 1. Cor. 11. 24
Chriſtus, eſt qui offert, & cōſecrat per propriè Ch... 2 in 2. 4. ad Tim. & in hom. de prod. Iuda Am. b lib. 4. de ſacr. ... 4 ... eſſe nō ſol. ... laudis, ſed propitiationis ſacrific. S ... 22. Conc. Trid. de ſacr. Miſ. ca. 5. & can. 3.
Fruct... ſacrificij Miſ. vide Marti. epiſt. ad Burde. c. 5. Cypr. ſer. de cęna Dom. ſac. Baſi. & Chr. in l. lu. Hie. 1. c. 1 epiſ. ad Titū Ambr lib. offi. ca. 48 Auguſ lib. 24. Sacr. Dñi æ 5. poſt ... Trid. Syn. ſeſ. 22. ca. 20 Alex. Papa ep. ad orth c. 4 Naz. inuect. 1. in Iul. Aug. ſeſ 4. de innocen Conc. Brac. b Cy l. 2. ep 66 ad Cle et po pul. furn. ic. Chry. hom 45 in 1 epiſt. ad Cor. Aug. lib de c. pro mor. c. 1. & de verbis Ap ſer. 34. l. 9. cōfeſ. c. 11. 12. & 13. Epiph cont. Aer. her. 75. pro deſ. defunctis Nulla Miſſa priuata dicēda eſt ſeſ. 2. Conc. Trid

80 Nulla

80 *Nulla Miſſa, ex communi vſu Eccleſiæ celebrata dicenda eſt priuata.*

Ex quo facilè perſpicitur omnes Miſſas communes cenſendas eſſe, vt quæ ad communem omnium fideli-um vtilitatem, & ſalutem pertineant.

81 *Quònam huius ſacrificij cæremoniæ pertineant.*

Habet autem hoc ſarificium multos, eoſque maximè inſignes, ac ſolemnes ritus, quorum nullus ſuperuaca-neus, aut inanis exiſtimandus eſt, verùm omnes eò ſpectant, vt & tanti ſacrificij maieſtas magis eluceat, & ſalutaribus myſterijs intuendis ad rerum diuinarum, quæ in eo ſacrificio occultæ ſunt, contemplationem fideles excitentur. Sed de his nihil eſt, vt plura dicamus: tum quia hoc argumentum longiorem explicationem poſtulare videtur, quàm propoſitæ inſtitutioni conue-niat; tum quia innumerabiles penè libellos, & com-mentarios, qui de hac re à pijs, & doctiſſimis viris conſcripti ſunt, ſacerdotes in promptu habebunt. Hacte-nus igitur ſatis fuerit earum rerum, quæ ad Euchari-ſtiam, tum qua Sacramentum, tum qua Sacrificium ſit, pertinent, potiora capita, iuuante Domino, expoſuiſſe.

de ſacr. Miſſ. c. 6. & can. 8.

Ritus Miſſæ quò pertineát ſeſſ. 22. Concil. Trid. cap. 5. & can. 7.

Vide. Di. Are lib. de Eccleſ. Hier. ca. 3. Iuſ. apol. 1. Au. ep. 19. & 18. & 15. & alibi vid. D. Th. in 3 p. q. 83. art. 5. & opuſ. 65. & 60

DE POENITENTIÆ SACRAMENTO.

CAP. V.



De pœnitẽtia ex veteribus ſcri ſ tunt. Ter.l de pœn. Cypr. epi. ad Antonianum, ac. l. de lapſis. Amb. l. d o. Pacianus, lib. vnum. Chryſ. ho. 10 & Aug. ſæp, & l. de pœnit. remed. & de vera, & falſa pœn. conſule. item ſeptem de pœn. diſtin. 1. in Decreto Accuratius de pœnit. quam de Baptiſmo docendũ eſt. Trid. Syn ſeſs. 6. de iuſtific. cap. 14. & ſeſs. 14. de pœn. 2. Tert in lib. de pœnit.

1 *Accurata ac frequenter doctrina Pœnitentiæ Chriſtianis auribus eſt inſerenda.*

QVemadmodum humanæ naturæ fragilitas, & imbecillitas omnibus nota eſt, eamque in ſeipſo quiſque facilè experitur; ita, quantam habeat neceſſitatem Pœnitentiæ Sacramẽtum, ignorare nemo poteſt. Quòd ſi diligentiam, quæ à Parochis in vnoquoque argumento adhibenda eſt, ex rei, quam tractant, magnitudine, & pondere metiri oportet; omnino fatebimur eos nũquam in loci huius explicatione adeò diligentes futuros eſſe, vt ſatis videri poſſit. Quin etiam de hoc Sacramento, quam de Baptiſmo eò accuratiùs agendum eſt, quod Baptiſmus ſemel tantum adminiſtratur, nec iterari poteſt: Pęnitentiæ verò toties locus datur, eiuſq; repetendæ toties neceſſitas impoſita eſt, quoties poſt Baptiſmum peccare contingat. Ita enim à Tridentina Synodo dictum eſt, Sacramentum Pœnitentiæ non ſecus lapſis poſt Baptiſmum, ac Baptiſmi nondum generatis ad ſalutem neceſſariam eſſe: vulgataque illa S. Hieronymi ſentẽtia, ab omnibus, qui deinceps res ſacras

cras tradiderunt, magnopere comprobatur; Pœnitentiā eſſe ſecundā tabulam. Vt enim, confracta naui, vnū vitæ ſeruandæ perfugium reliquum eſt, ſi fortè tabulā aliquā de naufragio liceat arripere: ita poſt amiſſam Baptiſmi innocentiam, niſi quis ad Pœnitentiæ tabulā confugiat, ſine dubio de eius ſalute deſperandū eſt. Hæc autē, non ad Paſtores ſolū, ſed ad reliquos etiā fideles excitandos, dicta ſint, ne fortè in eis rei maximè neceſſariæ incuria reprehendatur. Primum enim cōmunis fragilitatis memores omni ſtudio operare debent, vt diuina ope adiuti, ſine caſu, aut prolapſione aliqua in via Dñi progredi poſſint. Quòd ſi nonnunquā offenderint, tum verò ſummam Dei benignitatem intuentes, qui tanquam *a* bonus paſtor ouium ſuarū vulnera obligare, eiſque mederi ſolet, hoc ſaluberrimum Pœnitentię medicamentum nunquam in aliud tempus differendum eſſe cogitabunt.

Hier. in 3. cap. Iſaiæ ſuper illud Ruit, & Hieruſalem, & in ep. 8.
Pacianus in ep. ad Symp. Amb. ad virg. lapſam.
Mag. in 4. d. 14. lit. a. & de pœn. d. 1. cap. ſecundo.
a Ioa. 10. 11. Ezech. 34. 10.

2 *Quam varia ſit verbi Pœnitentiæ ſignificatis.*

Vt autem rem ipſam aggrediamur, priùs explicanda eſt varia huius nominis poteſtas, & notio, ne aliquis, ambiguitate vocis, in errorem inducatur. Nonnulli enim Pœnitentiam pro ſatisfactione accipiunt. Alij, à Catholicæ fidei doctrina longiſſimè remoti, cum arbitrentur Pœnitentiam nullam præteriti temporis rationem habere, nihil aliud, quàm nouam vitam eſſe definiunt. Docendum eſt igitur multiplicem eſſe huius nominis ſignificationem. Primùm enim pęnitentia de ijs dicitur, quibus aliquid diſplicet, quod ante placuerit, nulla habita ratione huius cogitationis, bonum ne, an malum fuerit. Sic omnes pœnitet, *b* quorum triſtitia ſecundùm ſeculū eſt, non ſecundùm Deum, cuiuſmodi pœnitentia non ſalutem affert, ſed mortem. Altera eſt pœnitentia, cùm quis ex ſcelere admiſſo, quod quidem antea placebat, dolorem, non Dei, ſed ſui ipſius cauſa, concipit. Tertia eſt, cum non ſolùm admiſſi ſceleris cauſa intimo animi ſenſu dolemus, vel eius doloris externum etiam aliquod ſignum damus, verùm vnius Dei cauſa in eo mœrore ſumus. Ac ſinguli quidem pœnitentiæ generibus, quæ commemorata ſunt, Pœnitentiæ vox propriè conuenit.

Verbi Pœnitentiæ multiplex ſignificatio.
Prima.
b 2. Cor. 7. 10.
Secunda.
Tertia.

3 Nam, cùm in *c* ſacris litteris Deum pænitere legimus, id per tranſlationem dici peſpicuum eſt. Eo enim lo-

c Gen. 66. 1. Reg. 15. 11.

Pſ. 10. 45. Ier. 26. 3. 13. 19.

Deum impropriè alicuius rei pœnitet.

a Gen. 6. 6.
b Reg. 15. 11.

quendi genere, quod ad hominum mores accõmodatum eſt, ſacræ litteræ vtuntur, cum Deũ mutare aliquid conſtituiſſe declarant: quòd non aliter facere videatur, quã homines, quos ſi alicuius rei pœniteat, eam commutare omni ſtudio laborant. Sic ergo ſcriptum eſt *a* pœnituiſſe eum, quòd hominem feciſſet; & alio loco, *b* quod Saul regem conſtituiſſet.

4 *Quod ſit inter Pœnitentiæ ſignificationes diſcrimen.*

Actiones pœnitentiæ obtinent locum materiæ in hoc quarto Sacramento.
Seſſ. 4. Conc. Trid. de pœn. c. 3. & c. 4.
Vide Tho. de pœn. virtute, q. 85.

Verùm inter has Pænitentiæ ſignificationes magnum diſcrimen obſeruare oportet. Prima enim in vitio ponẽda eſt; altera eſt quædam cõmotio, & perturbatio animi affectio: tertiã tũ ad virtutẽ pertinere, tũ Sacramẽtũ eſſe dicimus, quæ ſignificatio huius loci propria eſt; ac primum quidẽ de ipſa, vt virtutis parte, agendum eſt, non ſolùm, quia fidelis populus ad omne virtutis genus à Paſtoribus inſtitui debet; ſed etiam quia huius virtutis actiones tanquã materiã præbent, in qua pænitentiæ Sacramẽtũ verſatur: ac niſi priùs, quæ ſit pænitentiæ virtus, intelligatur, Sacramenti etiam vim ignorari neceſſe eſt.

5 *Quid interior Pœnitentia.*

Duplex eſt pęnitentia, exterior, & interior.
Amb. in ſerm. de pœn. et hab. de pœn. d. 3. c. Pęnitentia, & Aug. in lib. de vera, & falſa pœn. cap. 8. & habetur in 16 cap. Pœnit 12.
Greg. hom. 34 in Euang. & lib. 9. ep. 39.
Seſs. 14. Conc. Trid. de Pœn. c. 3. & c. 4.

Quare in primis monẽdi, hortãdique sũt fideles, vt omni cõtẽtione, & ſtudio in intima animi pænitẽtia, quam virtutẽ dicimus, elaborent, ſine qua ea, quæ extrinſecùs adhibetur, parũ admodũ profutura eſt: intima autẽ pęnitentia eſt illa, cùm ad Deũ nos ex aĩo conuertimus, & cõmiſſa à nobis ſcelera deteſtamur, & odio habem⁹, ſimulq; illud nobis certũ, & deliberatũ eſt malã vitæ conſuetudinẽ, corruptoſq; mores emẽdare, nõ ſine ſpe veniæ à Dei miſericordia cõſequendæ. Hanc verò dolor, & triſtitia, quæ perturbatio, & affectio eſt, & paſſio à multis vocatur, conſequitur, veluti comes peccatorum, deteſtationi adiũcta; quamobre, apud plures ex ſanctis Patribus, Pœnitentiæ definitio, huiuſmodi animi cruciatu declaratur.

6 *Fides Pænitentiæ pars non eſt.*

Vera animi pęnitentiam eſſe virtutem.

Verùm in eo, quem pænitet, fides Pænitentiam antecedat, neceſſe eſt. Neque enim poteſt quiſquam ſe ad Deum cõuertere, qui fide careat. Ex quo fit, vt nullo modo Pænitentiæ pars rectè dici poſſit.

7 *Intima animi pœnitentiæ virtus eſt cenſenda.*

Quod autem intima hæc pænitẽtia, vt antea diximus,

ad

ad virtutem pertineat, apertè oſtendunt multa *a* quæ de pœnitentia tradita ſunt præcepta. Lex enim de ijs tantũ actionibus, quæ inſcipiũtur eũ virtute, præcepit. Negare præterea nemo poteſt, quin dolere quando, quomodo, & quatenus oportet, virtutes ſit. Hoc autẽ, vt rectè fiat, pœnitentiæ virtus præſtat. Interdum enim euenit, vt ex admiſſis ſceleribus minorẽ, quàm par eſt, dolorẽ homines capiant. Quin etiã, vt à Salomone ſcriptũ eſt, *b* nonnulli ſunt, qui, cum malefecerint, lætantur: rurſus verò, alij ita ſe mœrori animi, & egritudini dedũt, vt de ſalute etiã prorſus deſperent: qualis fortaſſe Caim videri poteſt, qui ait: *c* Maior eſt iniquitas mea, quã vt veniã merear; & qualis certè Iudas fuit, *d* qui pœnitentia ductus, ſuſpendio vitã, & animam amiſit. Vt igitur modũ in dolore tenere poſſimus, Pœnitentiæ virtute adiuuamur.

a Mat. 3. 2. & 4. 17. Mar. 1. 12. Luc. 15. 3. Tho in 3. q. p. 3 art. 1.

Lex Dei imperat, dumtaxat actiones virtuti coniũctas.

Dolor, triplici ratione, virtus cenſeri poteſt

Prima ratio eſt, ſi non peccetur defectu.

b Prou. 2. 24.

Secunda ratio ſi non peccetur exceſſu.

c Gen. 4. 13.

d Mat. 17. 45. Act. 1. 18.

8 *Quomodo is, quem verè pœnitet, affectus eſſe debeat.*

Sed idem etiam ex ijs rebus colligi poteſt, quas ſibi tanquam finem proponit is, quem værè peccati pænitet. Primùm autẽ hoc ei propoſitum eſt, vt peccatũ aboleat, omnemq; animæ culpam, & maculam abſtergat. Alterũ eſt, vt pro ſceleribus admiſſis Deo ſatisfaciat; quod quidẽ ad iuſtitiam referri perſpicuũ eſt. Nam etſi inter Deũ, & homines propria iuſtitiæ ratio intercedere nõ poteſt, cum tam longo interuallo inter ſe diſtent; aliquam tamẽ eſſe iuſtitiam conſtat, cuiuſmodi eſt inter patrem, & filios, inter dominum, & ſeruos. Tertium eſt, vt homo in Dei gratiam redeat, in cuius offenſionem, & odium propter peccati fœditatem incurrit. Hæc vero omnia ſatis declarant Pœnitentiam ad virtutem ſpectare.

Tertia ratio, ſi bono fine ſit ſuſceptus qđ fit tripliciter.

Chryſ. de pœ. & hab. de pæ nit. d. 3. c. perfecta.

Quomodo iuſtitia inter Deũ et homines eſſe poſſit, ex Ar. in 5. Ethic. c. vlt. docet D. Th. in c. q. artic. 3.

9 *Quibus veluti gradibus ad diuinam illam Pœnitentiæ virtutem aſcendatur.*

Sed docendum eſt etiam, quibus gradibus ad hanc diuinam virtutem liceat aſcendere. Primùm itaque Dei miſericordia nos præuenit, cordaq; noſtra ad ſe conuertit, quod cum precaretur Propheta: *e* Conuerte, inquit, nos, Domine, ad te, & conuertemur.

Quæ de pœnitentię virtute hic traduntur habentur de iuſtificatione in Concil. Trid. ſeſſ. c. 6.

e Thi. 15. 21.

Primus gradus gratia præueniens.

Deinde hoc lumine illuſtrati, per fidem ad Deũ animo tendimus. *f* Credere enim oportet accedentem ad Deum, vt Apoſtolus teſtatur, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.

Secundus gradus fides.

f Heb. 11. 6.

Tertius grad⁹ timor.

Præterea motus timoris cõſequitur, & ſuppliciorũ acerbitate propoſita, animus à peccatis reuocatur. Atque huc videtur ſpectare illa Iſaiæ verba; *a* Sicut quæ cõcipit, cùm appropinquerit ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti ſumus. Huc deinde accedit *b* ſpes impetrandæ à Deo miſericordiæ, qua erecti vitã, & mores emendare conſtituimus. Poſtremò charitate corda noſtra accẽduntur, ex qua liberalis ille *c* timor probis, & ingenuis filijs dignus oritur, atq; ita vnum illud veriti, ne qua in re Dei maieſtatem lædamus, peccandi conſuetudinem omnino deſerimus. Hiſce igitur quaſi gradibus ad hanc præſtantiſſimam Pœnitentiæ virtutem peruenitur.

a Iſa. 26. 27.
Quartus gradus ſpes.
b Matt. 9. 2.
Quintus gradus charitas.
c Eccl. 1. 17.

10 *Quis ſit præcipuus virtutis pœnitentiæ fructus.*

Fructus pœnitentiæ præcipuus eſt vita æterna.
d Matt. 3. 2. & 4. 17.
e Eze. 18. 21.
f Eze. 33. 11.

Quæ prorſus diuina, & cæleſtis virtus exiſtimanda eſt, cui ſcilicet regnum cælorum ſacræ litteræ pollicentur: Nam apud S. Matthæum ſcriptum eſt: *d* Pœnitentiã agite, appropinquauit enim regnum cælorum & apud Ezechielem; *e* Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iuſtitiam, vita viuet tum alio loco; *f* Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat. Quod quidem de æterna, & beata vita intelligendum eſſe planè conſtat.

11 *Quid de externa pœnitentia ſentiendum ſit, quaq; de cauſa Chriſtus eam in numero Sacramentarum referri voluerit.*

Quid exterior pœnitentia et quod ſacramenti ratio in illa conſtat.
Tho. in 3. p. q. 34. art. 1.
g Ezec. 13. 11.
Prima ratio eſt, vt fides noſtra de remiſſione peccatorum, eorũ iudicioq; eorũ eſt diſcernere inter lepram, & lepram magis confirmaretur, & conſcientiæ noſtræ pacatiores redderentur.

De externa verò penitentia docendum eſt eam eſſe, in qua Sacramenti ratio conſiſtit, habereque externas quaſdam res ſenſibus ſubiectas, quibus declarantur ea, quę interius in anima fiunt. In primis autem explanandum fidelibus videtur, quare factum ſit, vt Chriſtus Dominus Pænitentiam in numerum Sacramẽtorum referri voluerit. Huius autem rei illa omnino cauſa fuit; vt nobis de remiſſione peccatorũ, quam Deus pollicitus eſt, cùm ait: *g* Si impius egerit pænitentiam, & cætera, minùs dubitare liceret. Vehementer enim pendere animo de intima pænitentia opus eſſet, cum de ſuo cuique iudicio in ijs, quæ agit, meritò timendum ſit. Vt igitur Dominus huic noſtræ ſolicitudini ſubueniret, Pænitentiæ Sacramentum inſtituit, quo per ſacerdotis abſolutioné, peccata nobis remiſſa eſſe conſideremus, conſcientiæ-

que noſtræ ob fidem, quæ ſacramentorum virtuti merito habenda eſt, pacatiores redderētur. Neq; enim aliter accipienda eſt vox ſacerdotis peccata nobis legitimè cōdonātis, quàm Chriſti Domini, qui ait paralitico, *a* Cōfide, fili, remittuntur tibi peccata tua.

a Matt. 9.2.

Deindè verò cum nemo ſalutem, niſi per Chriſtum, eiuſque paſſionis beneficio, conſequi poſſit, conſentaneum, nobiſque vtiliſſimum fuit, eiuſmodi Sacramentū inſtitui, cuius vi, & efficentia Chriſti ſanguis ad nos defluens, peccata poſt Baptiſmum admiſſa elueret, atque ita reconciliationis beneficium illi vni Saluatori noſtro, acceptum referre profiteremur.

Secunda ratio eſt, vt hominibus in promptu eſſet inſtrumentum quo peccata poſt Baptiſmū contracta in ſanguine Chriſti eluerentur. Conc. Trid. ſeſs. 14. c. 1. Inno. 1. ep. 91. inter epi. Aug. Cōc. Lat. c. 1. Tho. ibi. Aug. l. de adu. coniun. c. 28.

11 *Quo pacto pœnitentia verum ſit nouæ legis Sacramentum.*

Quòd verò pœnitentia Sacramentum ſit, Paſtores ita facile obſtendent. vt enim Baptiſſimus Sacramentū eſt, quia *b* peccata omnia, ac præſertim, quod origine cōtractum fuit, delet: eadem ratione Pœnitentia, *c* quæ peccata omnia, poſt Baptiſmum, voluntate, vel actione ſuſcepta tollit, verè, & propriè Sacramentū dicendū eſt. Deinde, quod caput eſt, cum illa, quę extrinſecùs tū à pænitente, tum à ſacerdote fiunt, declarent ea, quę interius, efficiūtur in anima, quis neget Pænitentiā vera, & propria Sacramenti ratione prędıtam eſſe? Si quidem Sacramentū ſacræ rei ſignū eſt, peccator autē, quem pœnitet, rerū, & verborum notis planè exprimit ſe animū à peccati turpitudine abduxiſſe; itemq; ex ijs, quæ à ſacerdote geruntur, & dicūtur, miſericordiā Dei peccata ipſa remittētis, facilè cognoſcimus. Quāquam hoc apertè indicāt illa Saluatoris verba: *d* Tibi daboclaues regni cœlorū, &, Quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cœlis. Abſolutio enim, ſacerdotis verbis enunciata, remiſſionē illam peccatorum ſignat, quam in anima efficit.

Seſs. 14. Conc. Trid. de pœn. c. 1. & can. 1.
b Act. 2. 38.
c Act. 8. 22.

Dilucidè exponitur quomodo pœnitētia ſit ſacræ rei ſignum.

Aug. lib. 8. de ciu. Dei ca. 10.

Actio Sacerdotis abſoluētis nititur auctoritate verbi Dei.

d Matt. 16. 18.

13 *Pœnitentiæ Sacramentum iterari poteſt.*

Neque verò ſolùm fideles docendi ſunt pænitentiam in numero Sacramentorum habendam eſſe, ſed eorum etiam, quæ iterari poſſunt. Quærenti enim Petro, num ſepties venia peccati danda eſſet, Dominus reſpondit: *e* Non dico tibi vſque ſepties; ſed vſq; ſeptuagies ſepties. Quare, ſi cum eiuſmodi hominibus agendum ſit, qui ſummæ Dei bonitati, & clementiæ diſſidere videantur;

Seſs. 24. Conc. Trid. de pœn. c. 2
e Matt. 18. 22.
Quomodo deſperantes cōſolandi ſint.
Chryſ. h. 5. in ep. ad Theod. lap. hab. de pœ. d. 2. c. Talis.

con-

tidie ſumma cum vtilitate, ab Eccleſiam per vniuerſum orbem diffuſa coleretur.

71 *Quomodo Sacramentum à Sacrificio ſecernatur.*

Diffusè Sacraméti, & ſacrificij, diſcrimé exponitur.

Differunt autem plurimum inter ſe hæ duæ rationes, Sacramentũ enim conſecratione perficitur; omnis verò ſacrificij vis in eo eſt, vt offeratur. Quare ſacra Euchariſtia, dum in pixide continetur, vel ad ægrotum defertur, Sacramenti, non Sacrificij rationem habet: Deinde etiam, vt Sacramentum eſt, ijs, qui diuinam hoſtiam ſumunt, meriti cauſam affert, & omnes illius vtilitates, quæ ſuperiùs commemoratæ ſunt. Vt autem ſacrificium eſt, non merendi ſolùm, ſed ſatisfaciendi quoque efficientiam continet. Nam vt Chriſtus Dominus in paſſione ſua pro nobis meruit, ac ſatisfecit ſic qui hoc ſacrificium offerunt, quo nobiſcum communicant, Dominicæ paſſionis fructus merentur, ac ſatisfaciunt.

Sacrificiũ noui teſtaméti quādo ſit inſtitutũ Trid. Syn. ſeſſ. 22. de ſacrific. Miſſæ cap. 1. & cap. 1. & 2. a Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. 24. Iren. lib. 4. ca. 32. Euſ. de demonſt. Euang. lib. 1. cap. 10. Aug. lib. 10. ci. Dei cap. 10. Soli Deo ſacrific. in Miſſæ. offer. Seſſ. 22. Cōcil. Trid. c. 3. & c. 5. Aug. lib. 20. cõt. Fauſt. c. 2. & lib. 8. ciu. c. 27. verba ſunt orationis, q. S. Trinitati offer tur ſacrificium Eccleſiæ Catholicæ de ſacrificio doctrina ſcripturis confirmatur.

72 *Quo tempore iſtud noui teſtamenti ſacrificium ſit inſtitutũ.*

Iam de huius ſacrificij inſtitutione nullum ambigendi locum Sancta Tridentina Synodus reliquid. Declarauit enim in *a* extrema cœna à Chriſto Domino inſtitutum eſſe, ſimulq; anatemate eos damnauit, qui aſſerant verum, & propriũ ſacrificium Deo non offerri, aut offerre, nihil aliud eſſe quàm Chriſtum ad manducandum dari.

73 *Non licet Sanctis, aut vlli creaturæ ſacrificium offerre.*

Nec verò illud prætermiſſit, quin diligēter explicaret vni Deo ſacrificium fieri. Nam etſi Eccleſia interdum Miſſas in memoriam, & honorem Sanctorum celebrare conſueuit; non tamen illis ſacrificium, ſed vni Deo, qui Sanctos immortali gloria coronauit, offerri docuit. Quare nec ſacerdos vnquam dicere ſolet. Offero tibi Sacrificium, Petre, vel Paule; ſed, dum vni ſoli Deo immolat, gratias illi agit, pro beatiſſimorũ Martyrum inſigni victoria, earumque patrocinium ita implorat, vt ipſi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris.

74 *Vnde doctrina illa ſacrificij, & ſacerdotij nouæ legis hauritur*

b Luc. 26. 19. 1. Cor. 1. 24. Apoſ. q̄ſi ſacerdotes ſint inſtituti.

Hæc autem, quæ de huius ſacrificij veritate à Catholica Eccleſia tradita ſunt, ex Domini verbis accepit: cum extrema illa nocte hęc ipſa ſacra myſteria Apoſtolis commendans; *b* Hoc facite, inquit, in meam commemo-

memorationem. Eos enim, quemadmodum à Synodo definitum eſt, tunc ſacerdotes inſtituit, præcepitque, vt ipſi, & qui eis in ſacerdotali munere ſucceſſuri eſſent, corpus eius immolarent, & offerrent. Atque id etiam Apoſt. verba ad Corinthios ſcripta ſatis demonſtrant, cum ait: *a* Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum. Vt enim pro dæmoniorum menſa, altare, in quo eis immolabatur, intelligendum eſt; ita etiam (vt, quod Apoſtolus proponit, probabili argumentatione concludatur) menſa Domini nihil aliud, niſi altare, in quo ſacrificium Domino fiebat, ſignificare poteſt.

Seſſ. 12. Conc. Trid. de ſacrificio Miſſ. & can. 2.

a 1. Cor. 10. 21.

Euchariſtiæ ſacrificium figuris & prophetijs veteris teſtamenti prædictum.

75 *Quibus potiſſimum figuris, & prophetijs iſtud ſacrificium olim ſignificatum fuerit.*

Si ex veteri teſtamento huius ſacrificij figuras, & oracula requiramus: primùm quidem de eo Malachias apertiſſimè vaticinatus eſt, his verbis: Ab ortu ſolis vſque ad occaſſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in gentibus dicit Dominus exercituum. Præterea hæc Hoſtia tam ante, quàm poſt latam legem, varijs ſacrificiorum generibus prænunciata eſt. Etenim bona omnia, quæ ijs ſacrificijs ſignificabantur, hæc, vna victima, tanquam omnium perfectio, & abſolutio complexa eſt. Veruntamen nulla in re eius imaginem magis expreſſam licet videre: quàm *b* in Melchiſedech ſacrificio. Ipſe enim Saluator *c* Sacerdotē ſecundū ordinē Melchiſedech, ſe in æternū conſtitutū declarans, corpus, & ſanguinē ſuū in extrema cœna ſub ſpeciebus panis, & vini Deo Patri obtulit.

b Malach. 1. 10. 11. Matt. in ep. ad Hordeg. cap. 3 Iuſti. contra Tryp. Iren. l. 4. cap. 32. 33. 34. Chryſ. in Pſal. 96. Aug. ſer. 8. 18. c. 35. & 19. de ciu. Dei ca. 22. Aug. lib. 10 de ciu. c. 20. e li. 7. cōt. Fauſ. cap. 5.

c Gen. 14. 18. Heb. 7. 8.

d Pſal. 109. 4. Cypr. epiſt. 63. Euſeb. li. 5. de demōſt. cap. 3. Hier. ep. 17. & 136.

76 *Idem ſacrificium, quod in cruce fuit oblatum, in Miſſa peragitur.*

Vnum itaque, & idem ſacrificium eſſe fatemur, & haberi debet, quod in Miſſa peragitur, & quod in cruce oblatum eſt; quemadmodum vna eſt, & eadem hoſtia Chriſtus, videlicet Dominus noſter, qui ſeipſum in ara crucis ſemel tantummodò cruentum immolauit Neque enim cruenta, & incruenta hoſtia duæ ſunt hoſtiæ, ſed vna tantum cuius ſacrificium poſtquam Dominus ita

Au. in Pſal. 33. Vnū eſt Chriſti ſacrificium & Eccleſ. vide de ſūma Trinitate cap. firmiter Aug. 10. de ciui. ca. 20. & ſer. 4. Seſ. 22 de ſacrifi. Miſſæ, c. 4. Cruen.

præcepit, *a* Hoc facite in meam commemorationem, in Euchariſtia quotidie inſtauratur.

77 *Eſt etiam vnus vtrinque ſacerdos.*

Sed vnus etiam, atque idem ſacerdos eſt Chriſtus Dominus. Nam miniſtri, qui ſacrificiũ faciunt, non ſuã, ſed Chriſti perſonam ſuſcipiunt, cum eius corpus, & ſanguinem conficiunt: id quod, & ipſius Conſecrationis verbis oſtenditur. Neq; enim ſacerdos inquit; Hoc eſt corpus Chriſti, ſed: Hoc eſt corpus meum, perſonam, videlicet Chriſti Domini gerens, panis, & vini ſubſtantiam in veram eius corporis, & ſanguinis ſubſtantiam conuertit.

78 *Miſſa vt laudis, ita etiam propitiationis eſt ſacrificium.*

Quæ cum ita ſint, ſine vlla dubitatione docendum eſt id, quod etiam ſancta Synodus explicauit, ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium eſſe non ſolum laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem ſacrificij, quod in cruce factum eſt; ſed verè etiam propitiatorium ſacrificium, quo Deus nobis placatus, & propitius redditur. Quare, ſi puro corde, acc enſa fide, & intimo ſcelerum noſtrorum dolore affecti hanc ſanctiſſimam hoſtiam immolemus, & offeramus, dubitandum non eſt, quin miſericordiam à Domino conſequuturi ſimus, & gratiam in auxilio opportuno. Huius enim victimæ odore ita delectatur Dominus, vt gratiæ, & pœnitentiæ donum nobis impertiens, peccata condonet. Quamobrem & ſolemnis eſt illa Eccleſiæ precatio. Quoties huius hoſtiæ commemoratio celebratur, toties opus noſtræ ſalutis exercetur; nimirũ vberrimi illi cruẽtæ hoſtiç fructus per hoc incruentum ſacrificium ad nos manant.

79 *Pertingit etiam ſacrificij Miſſæ fructus ad defunctos.*

Deinde verò huius ſacrificij eam vim eſſe Parochi docebunt; vt non ſolùm immolanti, & ſumenti proſit, *b* ſed omnibus etiam fidelibus, ſiue illi nobiſcum in terris viuant, ſiue iam in Domino mortui, nondum planè expiati ſint. Neque enim minùs ex Apoſtolorum certiſſima traditione pro his vtiliter offertur, quàm pro viuorum peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, ac quibuſuis calamitatibus, & anguſtijs.

80 Nulla

ta, & incruenta hoſtia vnã tantũ hoſtiam efficiunt

a Luc. 22. 2. 1. Cor. 11. 24

Chriſtus, eſt qui offert, & cõſecrat propriè Ch. ... 2. ... ad Tim. & in hom. de proditione Iuda Amb. lib. 4. de ſacr. c. 4 Miſſ. eſſe nõ ſol. ... laudis, ſed propitiationis ſacrific. Seſſ. 22. Conc. Trid. de ſacr. Miſſ. ca. 5. & can. 3.

Fructus ſacrificij Miſſ. vide Mart. epiſt. ad Burde. c. 5. Cypr. ſer. de cena Dom. ſac. Baſi. & Chr. in l. Iu. Hie. 1. c. epiſt. ad Tit. Ambr. lib. offic. ca. 48 Auguſ. lib. 24. Sact. Dñi æ 5. poſt Pẽt. Trid. Syn. ſeſ. 22. ca. 20 Alex. Papæ ep. ad orth. c. 4 Naz. inuect. 1. in Iul. Aug. ſeſ 4. de innocen Conc. Bracar.

b Cy. l. 2. ep. 66 ad Cle. et popul. furnic. Chry. hom. 45 in 1 epiſt. ad Cor. Aug. lib. de c. pro mor. c. 1. & de verbis Ap. ſer. 34. l. 9. cõf. c. 11. 12. & 13. Epiph. cont. Aer. her. 75. pro defũ defunctis Nulla Miſſæ priuata dicẽda eſt ſeſ. 22. Conc. Trid

80 *Nulla Miſſa, ex communi vſu Eccleſiæ celebrata dicenda eſt priuata.*

Ex quo facilè perſpicitur omnes Miſſas communes cenſendas eſſe, vt quæ ad communem omnium fideli- um vtilitatem, & ſalutem pertineant.

81 *Quònam huius ſacrificij cæromoniæ pertineant.*

Habet autem hoc ſarificium multos, eoſque maximè inſignes, ac ſolemnes ritus, quorum nullius ſuperuaca- neus, aut inanis exiſtimandus eſt, verùm omnes eò ſpectant, vt & tanti ſacrificij maieſtas magis eluceat, & ſalutaribus myſterijs intuendis ad rerum diuinarum, quæ in eo ſacrificio occultæ ſunt, contemplationem fi- deles excitentur. Sed de his nihil eſt, vt plura dicamus: tum quia hoc argumentum longiorem explicationem poſtulare videtur, quàm propoſitæ inſtitutioni conue- niat; tum quia innumerabiles penè libellos, & com- mentarios, qui de hac re à pijs, & doctiſſimis viris con- ſcripti ſunt, ſacerdotes in promptu habebunt. Hacte- nus igitur ſatis fuerit earum rerum, quæ ad Euchari- ſtiam, tum qua Sacramentum, tum qua Sacrificium ſit, pertinent, potiora capita, iuuante Domino, expoſuiſſe.

de ſacr. Miſſ. c. 6. & can. 8.

Ritus Miſſæ quò pertineãt ſeſſ. 22. Concil. Trid. cap. 5. & can. 7.

Vide. Di. Are lib. de Eccleſ. Hier. ca. 3. Iuſ. apol. 1. Au. ep. 19. & 18. & 15. & alibi vid. D. Th. in 3 p. q. 83. art. 5. & opuſ. 65. & 60

DE POENITENTIÆ SACRAMENTO.

CAP. V.



De pœnitētia ex veteribus ſcripſerunt. Ter.l. de pœn. Cypr. epi. ad Antonianum, ac. l. de lapſis. Amb. l. de pœ. Pacianus, lib. vnum. Chryſ. ho. 10 & Aug. ſæpe, & l. de pœnit. remed. & de vera, & falſa pœn. conſule. item ſeptem de pœn. diſtin. 3. in Decreto. Accuratius de pœnit. quam de Baptiſmo docendū eſt. Trid. Syn ſeſs. 5. de iuſtific. cap. 14. & ſeſs. 14 de pœn. 2. Tert in lib. de pœnit.

1 *Accurata ac frequenter doctrina Pœnitentiæ Chriſtianis auribus eſt inſerenda.*

QVemadmodum humanæ naturæ fragilitas, & imbecillitas omnibus nota eſt, eamque in ſeipſo quiſque facilè experitur; ita, quantam habeat neceſſitatem Pœnitentiæ Sacramētum, ignorare nemo poteſt. Quòd ſi diligentiam, quæ à Parochis in vnoquoque argumento adhibenda eſt, ex rei, quam tractant, magnitudine, & pondere metiri oportet; omnino fatebimur eos nūquam in loci huius explicatione adeò diligentes futuros eſſe, vt ſatis videri poſſit. Quin etiam de hoc Sacramento, quam de Baptiſmo eò accuratiùs agendum eſt, quod Baptiſmus ſemel tantum adminiſtratur, nec iterari poteſt: Pęnitentiæ verò toties locus datur, eiuſq; repetendæ toties neceſſitas impoſita eſt, quoties poſt Baptiſmum peccare contingat. Ita enim à Tridentina Synodo dictum eſt, Sacramentum Pœnitentiæ non ſecus lapſis poſt Baptiſmum, ac Baptiſmi nondum generatis ad ſalutem neceſſariam eſſe: vulgataque illa S. Hieronymi ſentētia, ab omnibus, qui deinceps res ſacras

cras tradiderunt, magnopere comprobatur; Pœnitentiã eſſe ſecundã tabulam. Vt enim, confracta naui, vnũ vitæ ſeruandæ perfugium reliquum eſt, ſi fortè tabulã aliquã de naufragio liceat arripere: ita poſt amiſſam Baptiſmi innocentiam, niſi quis ad Pœnitentiæ tabulã confugiat, ſine dubio de eius ſalute deſperandũ eſt. Hæc autẽ, non ad Paſtores ſolũ, ſed ad reliquos etiã fideles excitandos, dicta ſint, ne fortè in eis rei maximè neceſſariæ incuria reprehendatur. Primum enim cõmunis fragilitatis memores omni ſtudio opŕare debent, vt diuina ope adiuti, ſine caſu, aut prolapſione aliqua in via Dñi progredi poſſint. Quòd ſi nonnunquã offenderint, tum verò ſummam Dei benignitatem intuentes, qui taquam *a* bonus paſtor ouium ſuarũ vulnera obligare, eiſque mederi ſolet, hoc ſaluberrimum Pœnitentię medicamentum nunquam in aliud tempus differendum eſſe cogitabunt.

Hier. in 3. cap. Iſaiæ ſuper illud Ruit, & Hieruſalem, & in ep. 8.
Pacianus in ep. ad Symp.
Amb. ad virg. lapſam.
Mag. in 4. d. 14. lit. a. & de pœn. d. 1. cap. ſecundo.
a Ioa. 10. 11. Ezech. 34. 10.

2 *Quam varia ſit verbi Pœnitentiæ ſignificatis.*

Vt autem rem ipſam aggrediamur, priùs explicanda eſt varia huius nominis poteſtas, & notio, ne aliquis, ambiguitate vocis, in errorem inducatur. Nonnulli enim Pœnitentiam pro ſatisfactione accipiunt. Alij, à Catholicæ fidei doctrina longiſſimè remoti, cum arbitrentur Pœnitentiam nullam præteriti temporis rationem habere, nihil aliud, quàm nouam vitam eſſe definiunt. Docendum eſt igitur multiplicem eſſe huius nominis ſignificationem. Primùm enim pęnitentia de ijs dicitur, quibus aliquid diſplicet, quod ante placuerit, nulla habita ratione huius cogitationis, bonum-ne, an malum fuerit. Sic omnes pœnitet, *b* quorum triſtitia ſecundùm ſeculũ eſt, non ſecundùm Deum, cuiuſmodi pœnitentia non ſalutem aff[illegible], ſed mortem. Altera eſt pœnitentia, cùm quis ex ſcelere admiſſo, quod quidem antea placebat, dolorem, non Dei, ſed ſui ipſius cauſa, concipit. Tertia eſt, cum non ſolùm admiſſi ſceleris cauſa intimo animi ſenſu dolemus, vel eius doloris externum etiam aliquod ſignum damus, verùm vnius Dei cauſa in eo mœrore ſumus. Ac ſinguli quidem pœnitentiæ generibus, quæ commemorata ſunt, Pœnitentiæ vox propriè conuenit.

Verbi Pœnitentiæ multiplex ſignificatio.
Prima.
b 2. Cor. 7. 10.
Secunda.
Tertia.

3 Nam, cùm in *c* ſacris litteris Deum pænitere legimus, id per tranſlationem dici peſpicuum eſt. Eo enim loquen-

c Gen. 66. 1 Reg. 15. 11.

Pſ. 10. 45. Ier. 26. 3. 13. 19. Deum impropriè alicuius rei pœnitet.

a Gen. 6. 6. b Reg. 15. 11.

quendi genere, quod ad hominum mores accõmodatum eſt, ſacræ litteræ vtuntur, cum Deũ mutare aliquid conſtituiſſe declarant: quòd non aliter facere videatur, quã homines, quos ſi alicuius rei pœniteat, eam commutare omni ſtudio laborant. Sic ergo ſcriptum eſt *a* pœnituiſſe eum, quòd hominem feciſſet; & alio loco, *b* quod Saül regem conſtituiſſet.

4 *Quod ſit inter Pœnitentiæ ſignificationes diſcrimen.*

Actiones pœnitentiæ obtinent locum materiæ in hoc quarto Sacramento. Seſſ. 4. Conc. Trid. de pœn. c. 3. & c. 4. Vide Tho. de pœn. virtute, q. 85.

Verùm inter has Pænitentiæ ſignificationes magnum diſcrimen obſeruare oportet. Prima enim in vitio ponẽda eſt; altera eſt quædam cõmotio, & perturbationis affectio: tertiã tũ ad virtutẽ pertinere, tũ Sacramẽtũ eſſe dicimus, quæ ſignificatio huius loci propria eſt; ac primum quidẽ de ipſa, vt virtutis parte, agendum eſt, non ſolùm, quia fidelis populus ad omne virtutis genus à Paſtoribus inſtitui debet; ſed etiam quia huius virtutis actiones tanquã materiã præbent, in qua pænitentiæ Sacramẽtũ verſatur: ac niſi priùs, quæ ſit pænitentiæ virtus, intelligatur, Sacramenti etiam vim ignorari neceſſe eſt.

5 *Quid interior Pœnitentia.*

Duplex eſt pęnitentia, exterior, & interior. Amb. in ſer. de pœn. et hab. de pœn. d. 3. c. Pęnitentia, & Aug. in lib. de vera, & falſa pœn. cap. 8. & habetur in 16 cap. Pœnit 12. Greg. hom. 34 in Euang. & lib. 9. ep. 39. Seſs. 14. Conc. Trid. de Pœn. c. 3. & c. 4.

Quare in primis monẽdi, hortãdique ſũt fideles, vt omni cõtẽtione, & ſtudio in intima animi pænitẽtia, quam virtutẽ dicimus, elaborent, ſine qua ea, quæ extrinſecùs adhibetur, parũ admodũ profutura eſt: intima autẽ pęnitentia eſt illa, cùm ad Deũ nos ex aĩo conuertimus, & cõmiſſa à nobis ſcelera deteſtamur, & odio habemꝰ, ſimulq; illud nobis certũ, & deliberatũ eſt malã vitæ conſuetudinẽ, corruptoſq; mores emẽdare; nõ ſine ſpe veniæ à Dei miſericordia cõſequendæ. Hanc verò dolor, & triſtitia, quæ perturbatio, & affectio eſt, & paſſio à multis vocatur, conſequitur, veluti comes peccatorum, deteſtationi adiũcta; quamobre, apud plures ex ſanctis Patribus, Pœnitentiæ definitio, huiuſmodi animi cruciatu declaratur.

6 *Fides Pænitentiæ pars non eſt.*

Vera animi pęnitentiam eſſe virtutem.

Verùm in eo, quem pænitet, fides Pænitentiam antecedat, neceſſe eſt. Neque enim poteſt quiſquam ſe ad Deum cõuertere, qui fide careat. Ex quo fit, vt nullo modo Pænitentiæ pars rectè dici poſſit.

7 *Intima animi pœnitentiæ virtus eſt cenſenda.*

Quod autem intima hæc pænitẽtia, vt antea diximus,

ad

ad virtutem pertineat, apertè oſtendunt multa *a* quæ de pœnitentia tradita ſunt præcepta. Lex enim de ijs tantũ actionibus, quæ inſcipiũtur eũ virtute, præcepit. Negare præterea nemo poteſt, quin dolere quando, quomodo, & quatenus oportet, virtutes ſit. Hoc autẽ, vt rectè fiat, pœnitentiæ virtus præſtat. Interdum enim euenit, vt ex admiſſis ſceleribus minorẽ, quàm par eſt, dolorẽ homines capiant. Quin etiã, vt à Salomone ſcriptũ eſt, *b* nonnulli ſunt, qui, cum malefecerint, lætantur: rurſus verò, alij ita ſe mœrori animi, & egritudini dedũt, vt de ſalute etiã prorſus deſperent: qualis fortaſſe Caim videri poteſt, qui ait: *c* Maior eſt iniquitas mea, quã vt veniã merear; & qualis certè Iudas fuit, *d* qui pœnitentia ductus, ſuſpendio vitã, & animam amiſit. Vt igitur modũ in dolore tenere poſſimus, Pœnitentiæ virtute adiuuamur.

a Mat. 3. 2. & 4. 17. Mar. 1. 12. Luc. 15. 3. Tho in 3. q. p. 3 art. 1.

Lex Dei imperat, dumtaxat actiones virtuti coniũctas.

Dolor, triplici ratione, virtus cenſeri poteſt.

Prima ratio eſt, ſi non peccet ar defectu.

b Prou. 2. 24.

Secunda ratio ſi non peccet in exceſſu.

c Gen. 4. 13.

d Mat. 27. 45. Act. 1. 18.

8 *Quomodo is, quem verè pœnitet, affectus eſſe debeat.*

Sed idem etiam ex ijs rebus colligi poteſt, quas ſibi tanquam finem proponit is, quem vært è peccati pænitet. Primũm autẽ hoc ei propoſitum eſt, vt peccatũ aboleat, omnemq; animæ culpam, & maculam abſtergat. Alterũ eſt, vt pro ſceleribus admiſſis Deo ſatisfaciat; quod quidẽ ad iuſtitiam referri perſpicuũ eſt. Nam etſi inter Deũ, & homines propria iuſtitiæ ratio intercedere nõ poteſt, cum tam longo interuallo inter ſe diſtent; aliquam tamẽ eſſe iuſtitiam conſtat, cuiuſmodi eſt inter patrem, & filios, inter dominum, & ſeruos. Tertium eſt, vt homo in Dei gratiam redeat, in cuius offenſionem, & odium propter peccati fœditatem incurrit. Hæc vero omnia ſatis declarant Pœnitentiam ad virtutem ſpectare.

Tertia ratio, ſi bono fine ſit ſuſceptus qd ſit tripliciter. Chryſ. de pœ. & hab. de pænit. d. 3. c. perfecta.

Quomodo iuſtitia inter Deũ et homines eſſe poſſit, ex Ar. in 5. Ethic. c. vlt. docet D. Th. in c. q. artic. 3.

9 *Quibus veluti gradibus ad diuinam illam Pœnitentiæ virtutem aſcendatur.*

Sed docendum eſt etiam, quibus gradibus ad hanc diuinam virtutem liceat aſcendere. Primùm itaque Dei miſericordia nos præuenit, cordaq; noſtra ad ſe conuertit, quod cum precaretur Propheta: *e* Conuerte, inquit, nos, Domine, ad te, & conuertemur.

Deinde hoc lumine illuſtrati, per fidem ad Deũ animo tendimus. *f* Credere enim oportet accedentem ad Deum, vt Apoſtolus teſtatur, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.

Quæ de pœnitentię virtute hic tradũtur habentur de iuſtificatione in Concil. Trid. ſeſſ. c. 6.

e Thi. 15. 21.

Primus gradus gratia præueniens.

Secundus gradus fides.

f Heb. 11. 6.

Tertius grad⁹ timor.

Præ-

Præterea motus timoris cõſequitur, & ſuppliciorũ acerbitate propoſita, animus à peccatis reuocatur. Atque huc videtur ſpectare illa Iſaiæ verba; *a* Sicut quæ cõcipit, cùm appropinquerit ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti ſumus. Huc deinde accedit *b* ſpes impetrandæ à Deo miſericordiæ, qua erecti vitã, & mores emendare conſtituimus. Poſtremò charitate corda noſtra accẽduntur, ex qua liberalis ille *c* timor probis, & ingenuis filijs dignus oritur, atq; ita vnum illud veriti, ne qua in re Dei maieſtatem lædamus, peccandi conſuetudinem omnino deſerimus. Hiſce igitur quaſi gradibus ad hanc præſtantiſſimam Pęnitentiæ virtutem peruenitur.

a Iſa. 26. 27.
Quartus gradus ſpes.
b Matt. 9. 2.
Quintus gradus charitas.
c Eccl. 1. 17.

10 *Quis ſit præcipuus virtutis pœnitentiæ fructus.*

Quæ prorſus diuina, & cæleſtis virtus exiſtimanda eſt, cui ſcilicet regnum cælorum ſacræ litteræ pollicentur: Nam apud S. Matthæum ſcriptum eſt: *d* Pœnitentiã agite, appropinquauit enim regnum cælorum & apud Ezechielem; *e* Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iuſtitiam, vita viuet tum alio loco; *f* Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat. Quod quidem de æterna, & beata vita intelligendum eſſe planè conſtat.

Fructus pœnitentiæ præcipuus eſt vita æterna.
d Matt. 3. 2. & 4. 17.
e Eze. 18. 21.
f Eze. 33. 11.

11 *Quid de externa pœnitentia ſentiendum ſit, quaq; de cauſa Chriſtus eam in numero Sacramentarum referri voluerit.*

De externa verò penitentia docendum eſt eam eſſe, in qua Sacramenti ratio conſiſtit, habereque externas quaſdam res ſenſibus ſubiectas, quibus declarantur ea, quę interius in anima fiunt. In primis autem explanandum fidelibus videtur, quare factum ſit, vt Chriſtus Dominus Pænitentiam in numerum Sacramẽtorum referri voluerit. Huius autem rei illa omnino cauſa fuit; vt nobis de remiſſione peccatorũ, quam Deus pollicitus eſt, cùm ait: *g* Si impius egerit pænitentiam, & cætera, minùs dubitare liceret. Vehementer enim pendere animo de intima pænitentia opus eſſet, cum de ſuo cuique iudicio in ijs, quæ agit, meritò timendum ſit. Vt igitur Dominus huic noſtræ ſolicitudini ſubueniret, Pænitentiæ Sacramentum inſtituit, quo per ſacerdotis abſolutionẽ, peccata nobis remiſſa eſſe conſideremus, conſcientiæ-

Quid exterior pœnitentia et quod ſacramenti ratio in illa conſiſtat.
Tho. in 3. p. q. 84. art. 1.
g Ezec. 13. 11.
Prima ratio eſt, vt fides noſtra de remiſſione peccatorum, eorũ iudicioq; eorũ eſt diſcernere inter lepram, & lepram magis confirmaretur, & conſcientiæ noſtræ pacationes redderentur.

que noſtræ ob fidem, quæ ſacramentorum virtuti meritò habenda eſt, pacatiores redderētur. Neq; enim aliter accipienda eſt vox ſacerdotis peccata nobis legitimè cōdonatis, quàm Chriſti Domini, qui ait paralitico, *a* Cōfide, fili, remittuntur tibi peccata tua.

a Matt. 9.2.

Deindè verò cum nemo ſalutem, niſi per Chriſtum, eiuſque paſſionis beneficio, conſequi poſſit, conſentaneum, nobiſque vtiliſſimum fuit, eiuſmodi Sacramentū inſtitui, cuius vi, & efficentia Chriſti ſanguis ad nos defluens, peccata poſt Baptiſmum admiſſa elueret, atque ita reconciliationis beneficium illi vni Saluatori noſtro, acceptum referre profiteremur.

Secunda ratio eſt, vt hominibus in promptu eſſet inſtrumentum quo peccata poſt Baptiſmū contracta in ſanguine Chriſti eluerentur. Conc. Trid. ſeſs. 14. c. 1. Inno. 1. ep. 91. inter. epi. Aug. Cōc. Lat. c. 1. Tho. ibi. Aug. l. de adu. coniun. c. 28.

12 *Quo pacto pœnitentiæ verum ſit nouæ legis Sacramentum.*

Quòd verò pœnitentia Sacramentum ſit, Paſtores ita facilè obſtendent. vt enim Baptiſſimus Sacramentū eſt, quia *b* peccata omnia, ac præſertim, quod origine cōtractum fuit, delet: eadem ratione Pœnitentia, *c* quæ peccata omnia, poſt Baptiſmum, voluntate, vel actione ſuſcepta tollit, verè, & propriè Sacramentū dicendū eſt. Deinde, quod caput eſt, cum illa, quę extrinſecùs tū à pænitente, tum à ſacerdote fiunt, declarent ea, quę interius, efficiūtur in anima, quis neget Pænitentiā vera, & propria Sacramenti ratione prędìtam eſſe? Si quidem Sacramentū ſacræ rei ſignū eſt, peccator autē, quem pœnitet, rerū, & verborum notis planè exprimit ſe animū à peccati turpitudine abduxiſſe; itemq; ex ijs, quæ à ſacerdote geruntur, & dicūtur, miſericordiā Dei peccata ipſa remittētis, facilè cognoſcimus. Quāquam hoc apertè indicāt illa Saluatoris verba: *d* Tibi dabo claues regni cœlorū, &, Quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cœlis. Abſolutio enim, ſacerdotis verbis enunciata, remiſſionē illam peccatorum ſignat, quam in anima efficit.

Seſs. 14. Conc. Trid. de pœn. c. 1. & can. 1.
b Act. 2. 38.
c Act. 8. 22.
Dilucidè exponitur quomodo pœnitētia ſit ſacræ rei ſignum.
Aug. lib. 8. de ciu. Dei ca. 19.
Actio Sacerdotis in abſolūētis nititur auctoritate verbi Dei.
d Matt. 16. 18.

13 *Pœnitentiæ Sacramentum iterari poteſt.*

Neque verò ſolùm fideles docendi ſunt pænitentiam in numero Sacramentorum habendam eſſe, ſed eorum etiam, quæ iterari poſſunt. Quærenti enim Petro, num ſepties venia peccati danda eſſet, Dominus reſpondit: *e* Non dico tibi vſque ſepties; ſed vſq; ſeptuagies ſepties. Quare, ſi cum eiuſmodi hominibus agendum ſit, qui ſummæ Dei bonitati, & clementiæ diffidere videantur;

Seſs. 24. Conc. Trid. de pœn. c. 2.
e Matt. 18. 22.
Quomodo deſperantes cōſolandi ſint.
Chryſ. h. 5. in ep. ad Theod. lap. hab. de pœn. d. 2. c. Talis.

con-

> Amb. de pœn lib. 1. c. 1. & 2. vide Aug. in l. de vera, & falſa pœn c. 5. citatum ead ca. adhuc iſtam.

confirmandus erit illorum animus, atque ad ſpem diuinę gratiæ erigendus. Quod quidem facilè conſequentur tum huius loci, & aliorum tractatione, qui in ſacris litteris permulti occurrét; tum verò ijs rationibus, & argumentis; quæ ex ſanctorum Chryſoſtomi libro de lapſis: & Ambroſij libris de pęnitentia petere licebit.

> De materia Sacramenti pœnitentiæ, quod hic ſit alia eius conditio quam in alijs Sacramentis.

14 *Materia pœnitentiæ, quæ, & qualis.*

Iam, quoniam nihil fideli populo notius eſſe debet, quàm huius Sacramenti materia, docendũ eſt in eo maximè hoc Sacramẽtum ab alijs differre, quòd aliorũ, Sacramentorũ materia eſt res aliqua naturalis, vel arte effecta, Sacramẽti verò pœnitentiæ quaſi materia sũt actus pęnitentis, nẽpe Contritio, Cõfeſſio, & ſatisfactio, vt à Trident. Synodo declaratũ eſt, qui quatenus à pęnitẽte, ad integritatem Sacramenti, & plenam, ac perfectã peccatorũ remiſſionẽ, ex Dei inſtitutione requiruntur, hac ratione partes pęnitentiæ dicuntur. Neq; verò hi actus, quaſi materia à ſancta Synodo appellãtur, quia vere materiæ rationẽ non habeant, ſed quia eius generis materia non ſint, quę extrinſecùs adhibeatur, vt aqua in Baptiſmo, & Chriſma in Confirmatione. Quod autẽ ab alijs dictum eſt peccata ipſa huius Sacramenti materiam eſſe, nihil planè aduerſum dici videbitur, ſi diligenter attendamus, Vt enim ignis materiam ligna eſſe dicimus, quæ vi ignis conſumuntur; ita peccata, quæ pęnitentia delentur, rectè huius Sacramenti materia vocari poſſunt.

> Tres actus pœnitentiæ, qui ſunt loco materiæ, quomodo eiuſdé Sacramenti partes eſſe dicantur.
>
> Trid. Syn. ſeſſ. 14 de pęn. c. 3. & can. 4. Concilium item Flor. in doctrina de Sacr.
>
> Chryſ. in ſer. de pœn. & habetur de pœn. d. 3. c. perfecta

> Peccata ipſa quo Sacr. materia dici poſſit Tho. ea. ar 2

15 *Quæ ſit Secramenti Pœnitentiæ forma.*

> De forma Sacram. Pęn. ſeſ. 14. Cõc. Tri de pęn. c. 3. Conc. Flo. & Tho. ea art. 2 & op. 22.
>
> a Matt. 17. 18.
>
> Effectus proprius Sacramenti pęnit.
>
> b Prou. 5. 22. Iſaię 5. 18.
>
> Vi ſolius contritionis accedente tamen

Sed formæ etiam explicatio Paſtoribus pretermittẽda non eſt, quòd eius rei cognitio excitet fideliũ animos ad percipiendã ſumma cum religione huius Sacramenti gratiã. Eſt aũt forma: Ego te abſoluo: quã non ſolũ ex illis verbis licet colligere: *a* Quæcũq; ſolueritis ſuper terrã, erunt ſoluta & in cœlis: ſed ex eadẽ Chriſti Domini doctrina ab Apoſtolis traditã accepimus. Ac quoniã Sacramẽta id ſignificant, quod efficiũt: illa: Ego te abſoluo, oſtẽdunt peccatorũ remiſſionẽ huius Sacramenti adminiſtratione effici, planũ eſt hanc eſſe Pœnitentiæ perfectam formam. Sunt enim peccata tãquam *b* vincula, quibus conſtrictæ animæ tenentur, & ex quibus Pœnitẽtiæ ſacramento laxantur; quod quidem nõ minus verè de il-

Io etiam homine ſacerdos pronunciat, qui prius ardentiſſimæ contritionis vi, accedente tamen Confeſſionis votò, peccatorum veniam à Deo conſecutus ſit.

Confeſſionis voto interdū peccata remitti.

16 *Quo fructu ad formam Sacramenti preces aliæ adÿciantur.*

Adduntur præterea complures preces non quidem ad formam neceſſariæ, ſed vt ea remoueantur, quæ Sacramenti vim, & efficientiam, illius culpa, cui adminiſtratur, impedire poſſent.

Quantæ Deo agendæ ſunt gratiæ propter inſtitutum in Eccleſia pœnitentiæ Sacramentum.

17 *Quantum differat poteſtas ſacerdotum Chriſti, in dijudicanda peccati lepra à poteſtate ſacerdotum veteris legis.*

Quamobrem peccatores Deo ingentes gratias agant, qui tam amplā poteſtatē in Eccleſia ſacerdotibꝰ tribuit. Neq; enim, vt olim in veteri lege *a* ſacerdotes teſtimonio ſuo aliquem à lepra liberatum eſſe dūtaxat renunciabāt; ita nunc in Eccleſia ea tantùm poteſtas ſacerdotibus facta eſt, vt aliquem peccatis eſſe abſolutum declarent, ſed verè tanquam Dei miniſtri abſoluunt; id quod Deus ipſe, *b* gratiæ, & *c* iuſtitiæ auctor, ac parens, efficit.

a Leuit 13.9.10 11. & 14. 2.4. Deus eſt, qui miniſterio ſacerdotis abſoluit, vide Concil. Triden. ſeſs. 14. cap. 6. Chry. lib. 3. de ſacer. Aug. de verb. Dom. ſerm. 8. & 44. & in Io. tract. 49. & de ciu. lib. 20. c. 9. Hier. ep. 1. ad Heliod. b Pſ. 83. 12. c Rom. 8. 33

18 *Quo habitu, quibuſue ritibus ſuam actionem commendare Pœnitentes debeant.*

Diligenter verò ritus etiam, qui ad hoc Sacramentum adhibentur, fideles obſeruabunt: ita enim fiet, vt animo magis hæreant, quæ hoc ſacramento conſequuti ſunt, nimirum ſe tanquam ſeruos clementiſſimo Domino, vel filios potius optimo parenti reconciliatos eſſe, & ſimul faciliùs intelligant, quid eos facere oporteat, qui velint (velle autem omnes debent) ſe tanti beneficij gratos, & memores probare. Nam, quem peccatorum pœnitet, is ſe humili, ac demiſſo animo ad pedes ſacerdotis deijcit, vt, cum ſe tam humiliter gerat, facilè poſſit agnoſcere ſuperbiæ radices euellendas eſſe, *d* à qua omnia ſcelera, quæ deflet, ortum habuerint & enata ſint. In ſacerdote autē, qui in eum legitimus iudex ſedet, Chriſti Domini perſonam, & poteſtatem veneretur. Sacerdos enim, quemadmodum in alijs, ita in Pœnitentiæ Sacramento adminiſtrando Chriſti munus exequitur. Deinde peccata ſua pœnitens ita enumerat, vt ſe maxima, & acerbiſſima animaduerſione dignum eſſe fateatur, ſupplexque delictorum veniam petit: quæ ſanè omnia vetuſtatis ſuæ certiſſima teſtimonia à S. Dionyſio habent.

Humilitas pœnitentis coram Sacerdote declaranda.
d Eccl. 10. 15.

D. Dyoniſ. Areog. in ep. ad Demoph. Tert. in l. de pœn cap. 9. Aug hom. 49. de temp.

19 Quos

19 *Quos præcipuè fructus ex Sacramento Pœnitentiæ homines capiant.*

Sed nihil profectò tam proderit fidelibus, nihilq; maiorẽ illis alacritatẽ pœnitentiæ ſuſcipiendæ afferet, quã ſi à Parochis ſæpè explicatũ fuerit, quantã ex ea vtilitatem capiamus. Verè enim de Pœnitentia illud dici poſſe intelligent, eius quidem radices amaras, fructus verò ſuauiſſimos eſſe. Pœnitentiæ itaq; omnis in eo vis eſt vt nos in Dei gratiã reſtituat, cum eoq; ſũma amicitia coniungat. Hanc verò reconciliationem interdũ in hominibus pijs, qui hoc Sacramẽtum ſanctè, & religioſè percipiunt, maxima conſcientiæ pax, & tranquillitas, cũ ſumma Spiritus iucunditate cõſequi ſolet. Nullũ eſt enim tã graue, & nefariũ ſcelus, quod pœnitentiæ Sacramento nõ quidẽ ſemel, ſed iterum, & ſæpius, nõ deleatur. Qua de re ita Dominus per Prophetã inquit: *a* Si impius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit præcepta mea, & fecerit iudiciũ, & iuſtitiam, vita viuet, & nõ morietur, omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor. Et ſanctus Ioãnes: *b* Si cõfiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra. Et paulò poſt. *c* Si quis peccauerit, inquit (nullum videlicet peccati genus excipiens) aduocatũ habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.

Primꝰ fructus eſt beneuolẽtiæ diuinæ reconciliatio.
Conc. Tridẽt. ſeſſ. 14. c. 2.
Secundus fructus eſt pax, & tranquillitas animæ.
Tertius fructꝰ peccati quantumuis grauis remiſſio.
a Ezec. 18. 22.
b 1. Io. 1. 9.
c 1. Ioa. 2. 1. 2.

20 *Qua ratione quædam peccata dicantur remitti non poſſe.*

Quod autem in *d* ſcripturis legimus quoſdam à Domino miſericordiã nõ eſſe conſequutos, quãuis eã vehementer implorauerint; id verò idcirco factũ eſſe intelligimus, quòd eos verè, atq; ex animo delictorũ nõ pœnitebat. Quare cũ huiuſmodi ſentẽtiæ in ſacris litteris, vel apud Patres occurrũt, quibus affirmare videntur *e* aliqua peccata remitti nõ poſſe, ita eas interpretari oportet, vt difficilem admodum eſſe veniæ impetrationem intelligamus. Vt enim morbus aliquis ea re inſanabilis dicitur, q̃ ægrotus ita affectus ſit, vt ſalutaris medicinæ vim oderit: ſic quoddã eſt peccati genus quod nõ remittitur, nec condonatur, propterea quòd propriũ ſalutis remedium, Dei gratiam repellit. In hanc ſententiam à D. Aug. dictum

Tacitę obiectioni dilutio.
d Vt de Antiocho 2. Mach. 9. 12. & de Eſau Heb. 12. 17.
Peccata quædã nõ remitti quomodo intelligatur.
e Matth. 12. 31. 32. vide Aug. ſerm. 11. de verb. Dom. & epiſt. 50. ad Bonif. Gel. 20. 1. de Anath. vinculo. & Th. in 2. 3. q. 4. art. 1. & 3.
D. Aug. l. 1. de ſerm. Dom. in monte c. 43. et 44. vide item lib. 1. retract. c. 19.

ctum eſt; Tanta labes eſt illius peccati, cũ poſt agnitionẽ Dei per gratiã Chriſti oppugnat aliquis fraternitatẽ, & aduerſus ipſam gratiam inuidię facibus agitatur, vt deprecandi humilitatẽ ſubire non poſſit, etiã ſi peccatum mala conſcientia agnoſcere, & annunciare cogatur.

Peccati in Spiritum ſanct. i grauitas.

Propria vis pœnitentię eſt delere peccata.

21 *Nullus cõdonationẽ peccatorũ citra Pœnitẽtiã obtinere poteſt*

Sed vt ad pœnitentiam reuertamur, hęc adeò propria eius vis eſt, vt peccata deleat, vt ſine pœnitentia remiſſionem peccatorũ impetrare, aut ne ſperare quidem vllo modo liceat. Scriptũ eſt enim: *a* Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis: quod quidem de grauioribus, & mortiferis peccatis dictũ à Domino eſt, etſi aliquo etiam pœnitẽtiæ genere indigẽt leuiora peccata, quę venialia vocantur. Sanctus enim Auguſt. inquit, cũ quædam ſit pœnitentia, quæ quotidie in Eccleſia pro peccatis venialibus agitur illa ſanè fruſtra eſſet, ſi peccata venialia abſque pœnitentia dimitti poſſent.

a Luc. 13. 3. Tho. in 3. p. q. 87. 2. 2. venial. peccata non requirunt neceſſario pœnitentiam ſacramentalem D. Aug. lib. 50. h. 50. vide item ep. 108. ad Seleuch. & Enchi. cap. 71. Conc. Tri. 4. o. 9. & Tho. in 3. par. q. 871. tres pœnitẽtię partes integrales quarum ſi aliqua deſit perfecta non eſt. Seſſ. 14. Conc. Trid. de pœn. c. 3. & c. 4. Itẽ Conc. Flor. in doc. de ſac. & 1. Reg. 16. 11. 12. Item 2. Re. 13. & 24. 13. & 3. Reg. 21. 27. Io. 3. 5. & Pſal. 50. 14. Act. 17. 18. Iac. 9. 16. Matt. 3. 8. D. Chr. ſer. 1. de pœnit. qui ponitur poſt ho. 14. de patientia Iob. de pœnit. tom. 5. & de pœn. d. 3. c perfecta, vide Tho. in 3. p. q. 90.

22 *Quot ſint partes integrales Pœnitentiæ.*

Sed quoniam, de ijs rebus, quę aliquo modo in actionem cadunt, non ſatis eſt vniuersè loqui; curabunt Paſtores ſigillatim ea tradere; ex quibus verę, & ſalutaris pœnitentię ratio à fidelibus percipi queat. Eſt autem huius Sacramenti proprium, vt pręter formam, & materiam, quę omnibus Sacramentis communia ſunt, partes etiam, vt antea diximus, illas habeat, quę tanquam totam, integramq; pęnitentiam conſtituant, Contritionem ſcilicet, Confeſſionem, & Satisfactionem, de quibus D. Chryſoſtomus his verbis loquitur: Pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre, in corde eius contritio, in ore confeſſio, in opere tota humilitas, vel fructifera ſatisfactio. Hę autem partes ex earum partium genere eſſe dicuntur, quæ ad aliquod totum conſtituendum neceſſarię ſunt; quoniam quemadmodũ hominis corpus ex pluribus membris conſtat, manibus, pedibus, oculis, & alijs huiuſmodi partibus, quarum aliqua ſi deſit, meritò imperfectum videatur, perfectum verò, ſi nulla deſideretur, eodem etiam modo Pœnitẽtia ex hiſce tribus partibus ita conſtituitur, vt quamuis, quod ad eius naturam attinet, Contritio, & Confeſſio, quibus homo iuſtus ſit, ſatis ſit; tamen niſi tertia etiam

pars,

pars, id eſt, Satisfactio, accedat, aliquid ei omnino ad perfectionem deſit, neceſſe eſt. Quare adeò hæ partes inter ſe connexæ ſunt, vt contritio, confitendi, & ſatisfaciendi conſilium, & propoſitum incluſum habeat; confeſſionem contritio, & ſatisfaciendi voluntas; ſatisfactionem verò duę reliquæ antecedant.

Partes Pœnitentię quomodo connexæ. Tres pœnitentiæ partes ex tribus peccandi modis colliguntur. Th. in 3.p.q.90.art.2 Aug. in lib. de vera, & falſa pœn. cap. 3. & hab. de pœnit. d.3.c. pœnitentia est quædã. De contritione prima pœnitentię parte Conc. Triden. ſeſs.14. de pœnit. c.4. & c 5. ſeſs 6.c.9 et 14 Vide Aug. ſer. 7. de temp. & in l. 50 hom. ho. 50.c.3. & habetur de conſ. d. 4.c. omnis qui iam Fulgẽ. de rem. peccat. c. 12. Chryſ. de compũct. cordis lib.1. & 2.

13 *Quomodo hæ tres Pœnitentiæ partes colligantur.*

Harum autẽ triũ partium eam rationem afferre poſſumus, quod animo, verbis, & re ipſa peccata in Deũ committantur. Quare conſentaneũ fuit, vt nos ipſos Eccleſiæ clauibus ſubijcientes, quibus rebus Dei ſanctiſſimum nomen à nobis violatum eſſet, iiſdẽ etiam eius iram placare, & peccatorum veniam ab eo impetrare conaremur.

Sed idem etiam alio argumento confirmari poteſt. Etenim Pœnitentia eſt veluti quædam delictorum compenſatio, ab eius voluntate profecta, qui deliquit, ac Dei arbitrio, in quem peccatum commiſſum eſt, conſtituta. Quare & voluntas compenſandi requiritur, in quo maximè Contritio verſatur, & Pęnitẽs ſacerdotis iudicio, qui Dei perſonã gerit, ſe ſubijciat, neceſſe eſt, vt pro ſcelerum magnitudine pęnam conſtituere in eũ poſſit, ex quo, tum Cõfeſſionis, tum Satisfactionis ratio, & neceſſitas perſpicitur.

24 *Quid in hac materia propriè ſit contritio.*

Quid ſit Contritio. Conc. Trid. ibid. Flor.

Quoniam verò harum partium vim, & naturam tradere fidelibus oportet: prius incipiendum eſt à Contritione, eaque diligenter explicanda. Neque enim ad vllũ temporis punctum, cum ad memoriam præterita peccata redeunt, vel cum aliquid offendimus, Contritioni animus debet vacare. Hanc Patres in Concil. Trident. ita definiunt: Contritio eſt animi dolor, ac deteſtatio de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero. Et paulò poſt de Contritionis motu ſubijcitur. Ita demum præparat ad remiſſionem peccatorum, ſi cũ fiducia diuinæ miſericordiæ, & voto pręſtandi reliqua coniunctus ſit, quę ad ritè ſuſcipiendum hoc Sacramentum requiruntur. Ex hac itaque definitione intelligent, fideles contritionis vim in eo tantum poſitam non eſſe, vt quis peccare deſinat, aut propoſitum ei ſit nouum vitæ genus inſtituere, aut ipſum iam inſtituat, ſed in

primis

primis malè actæ vitæ odium, & expiationem ſuſcipiẽdam eſſe. Id verò maximè confirmant illi ſanctorum Patrum clamores, quos in ſacris literis frequenter profuſos eſſe legimus: *a* Laboraui, inquit Dauid, in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectũ meum. Et; *b* Exaudiuit Dominus vocem fletus mei, & rurſus alius: *c* Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Quas certè & alias huiuſmodi voces vehemens quoddã ante actæ vitæ odium, & peccatorũ deteſtatio expreſſit.

Cõtrariæ opinionis refutatio ſumpta ex auctorit. Concil. & ſcripturis Conc. Trid. ibi & ſeſſ. 6. c. 6. & 14.
a Pſal. 6. 7. vide idẽ pſa. 50. 6 Ezec. 18. 31.
b Pſal. 6. 10.
c Iſaiæ 38. 15.
vide c. Et venit. de pœn. d. 2 & cap. totũ. de pęn. diſ. 3. ex Hier. ad Ruſticum.

25 *Cur contritio dolor à Patribus Concilij nominata ſit.*

Quod autem contritio dolore definita eſt, monendi ſunt fideles, ne arbitrentur eũ dolorẽ corporis ſenſu percipi, Cõtritio enim eſt volũtatis actio. Et S. Aug. teſtatur dolorem, Pęnitentiæ comitẽ eſſe, nõ Pœnitentiam. verũ peccati deteſtationẽ, & odiũ, doloris vocabulo, Patres ſignificarũt; tum quia ſacrę litterę ita vtũtur; inquit enim Dauid; *d* Quãdiu ponam cõſilia in anima mea, dolorẽ in corde meo per diem? tum quia dolor in inferiori animę parte, quę vim cõcupiſcẽdi habet, ex ipſa cõtritione oritur, vt nõ incõmodè Cõtritio dolore definita fuerit, quòd dolorẽ efficiat, ad eumq; declarandũ pœnitentes veſtem etiã mutare ſoliti ſint: de quo Dñs apud ſanctũ Matthæũ inquit: *e* Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida; quia ſi in Tyro, & Sidone facta eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent.

Vera cõtritio non corporis ſenſu ſed dolore animi eſt metienda.
Augu. lib. 50. hom. 50. c. 1.
d Pſal. 12. 2.
Cur penitẽtes ſolitũ ſint veſte mutare.
e Matt. 11. 21. Luc. 10. 3. Gen. 37. 34. & 3. Reg. 2. 27. & 4. Reg. 6. 30. Iudit. 49. Ioan. 3. 8.
Vide Tho. in 4. diſt. 17. qu. 1 art. 2. q. 1. & in ſupp. q. 1. art. 1

26 *Quare peccati deteſtatio vulgo à theologis Cõtritio appeletur*

Rectè autem Contritionis nomem peccati deteſtationi, de qua loquimur, ad ſignificandã vim doloris impoſitũ eſt, ducta ſimilitudine à rebus corporeis quæ minutatim ſaxo, aut duriore aliqua materia confringũtur; vt eo vocabulo declararetur corda noſtra, quæ ſuperbia obdureruũt, Pęnitẽtiæ vi contũdi, atq; conteri. Quare nullus alius dolor, vel ex parentum, & filiorum obitu, vel cuiuſuis alterius calamitatis cauſa ſuſceptus, hoc nomine appellatur; ſed illius tantũ doloris propriũ eſt nomẽ, quo ex amiſſa Dei gratia, atque innocentia afficimur.

Dolor aliunde prouenięs, nõ dicitur contritio.

27 *Quibus prǽterea vocabulis eadem peccati deteſtatio declarari ſoleat.*

Verũ alijs quoque vocabulis eadem res declarari ſolet. Nam, & contritio cordis dicitur; quia cordis nomen

Eadẽ peccati deteſtatio, alias cordis cõtritio dicitur.

a Gen. 6. 3. & 8.21. Iob. 1. 5. Pſ. 4.3. & 19.5. Matt. 5.28. & 6.21. & 15.8. & 18. Cordis cõpũctio Chryſ. in lib. de cõpũct. cordi Iſi. de ſũmo bono lib. 2. cap. 12. cordis ſciſſio. b Ioa. 2. 12. 13. Tho. vbi ſupr. art. 2. q. 1. & ſequẽtibus, et in ſup. 1. 3. art. 2.

frequẽter *a* ſacræ litteræ pro voluntate vſurpant. Vt enim à corde motionum corporis principium ſumitur; ita voluntas reliquas omnes animæ vires moderatur, ac regit. Vocatur etiam à ſ. Patribus cordis compunctio, qui libros de contritione conſcriptos, De compunctione cordis inſcribere maluerunt. Etenim quemadmodum ferro tumida vlcera ſecantur, vt incluſum virus poſſit erumpere; ita corda, quaſi ſcalpello contritionis adhibito, inciduntur, vt peccati mortiferum virus queant eijcere. Quare & ſciſſio cordis à Iohele Propheta appellata eſt; *b* Cõuertimini, inquit, ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu, & ſcindite corda veſtra.

Prima ratio. Ex Auguſt. in lib. 14. ciu. c. 7. 8. & 9. c 1. Ioan. 4. 18.

28 *Cur dolor de peccatis vocabulo Contritionis incluſus maximus, & vehementiſſimus eſſe debeat.*

Summũ verò & maximũ dolorẽ ex peccatis, quę cõmiſſa ſunt, ſuſcipiendũ eſſe, ita, vt nullus maior excogitari poſſit; facilè erit hiſcè rationibus dẽmõſtrare. Nã cũ perfecta cõtritio ſit charitatis actio, *c* quę ab eo timore qui filiorũ eſt, proficiſcitur, patet eũdẽ cõtritionis, & charitatis modũ ſtatuẽdũ eſſe. At quoniã charitas, qua Deũ diligimus, perfectiſſimus eſt amor, hinc fit; vt contritio vehemẽtiſſimũ animi dolorẽ cõiunctũ habeat. Vt enim maximè diligẽdus eſt Deus; ita, quæ nos à Deo alienant, maximè deteſtari debemus. In quo etiam illud obſeruãdũ eſt eodẽ loquẽdi genere charitatis, & cõtritionis magnitudinẽ in ſacris litteris ſignificari. De charitate dictũ eſt: *d* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Ruſus, quod ad contritionem attinet, clamat Dominus per Prophetam; *e* Conuertimini in toto corde veſtro.

d Deut. 6.5. Matt. 22. 37. Marc. 12. 29. 9. Luc. 10. 27. e Ioe. 2. 12.

Secunda ratio.

Præterea, ſi, vti Deus ſũmũ bonũ eſt inter oĩa, quę diligẽda ſunt, ita etiã peccatũ ſũmũ eſt malũ inter omnia, quę odiſſe homines debẽt: illud ſequitur, vt, quã ob cauſam Deum ſummè diligendũ eſſe cõfitemur, ob eandem rurſus peccati ſummũ odium nos capiat, neceſſe ſit. Omnibus verò rebus Dei amorem anteponendum eſſe, ita vt ne vitæ quidem conſeruandæ cauſa peccare liceat, apertè nos docent illa Domini verba; *f* Qui amat patrem aut matrem pluſquàm me, non eſt me dignus: & *g* Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam.

Vitæ cõſeruãdæ cauſa peccare non licet. f Matt. 10.25. Luc. 14. 25. g Matt. 16.25. Marc. 8. 35. Luc. 17. 33. Ioan. 12. 22. Tertia ratio.

Sed illud etiam animaduertendum eſt, vt, quemadmodum,

dum ſancto Bernardo teſte, nullus finis, & modus caritati præſcribitur (Modus enim, inquit ille, diligendi Deum, eſt ipſum diligere ſine modo) ita peccati deteſtationi nullus modus deſinatur.

S. Bern. circa med. lib. de diligendo Deo. Dolor de peccatis non tantũ debet eſſe maximus, ſed etiã vehementiſſimus.

Sit præterea non ſolum maxima, ſed vehementiſſima, atque adeo perfecta, omnemq; ignauiam, & ſocordiam excludat. Etenim in Deuteronomio ſcriptum eſt. *a* Cum quæſieris Dominũ Deũ tuũ, inuenies eum, ſi tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatione animę tuę, & apud Hieremiã; *c* Quęretis me, & inuenietis cum quęſieris me in toto corde veſtro, & inueniar à vobis, ait Dominus.

a Deut. 4. 29. Sap. 1. 1.
b Hier. 29. 13. 14.

29 *Contritio vera eſſe non definit, etiamſi ſenſibilis dolor de peccatis non fuerit abſolutus.*

Vera, & vtilis contritio etiã eſſe poteſt ſi non tantũ dolorẽ ſẽtiamus de peccatis q̃ de reb. externis obſtante. ſ. naturæ imbecillitate. Seſ. 14 Conc. Trid. de pen. c. 4. Contritio lachrymis teſtanda. S. Auguſt. ſer. 41. de ſanctis. c Mat. 11. 21. Luc. 10. 3. d Ioã. 3. 5. 6. 7. Matt. 12. 41. Luc. 1. 32. e 2. Reg. 12. 13. Pſal. 50. f Luc. 7. 37. 38. g Matt. 26. 75.

Quamquam ſi id minus conſequi nobis liceat, vt perfecta ſit; vera tamen, & efficax cõtritio eſſe poteſt. Sæpe enim vſu venit, vt, quæ ſenſibus ſubiecta ſunt, magis, quã ſpiritualia, nos afficiãt. Quare nõ nulli interdum maiorẽ ex filiorum obitu, quàm ex peccati turpitudine, doloris ſenſum capiunt. Idem etiã iudiciũ faciendum eſt, ſi lachrymæ doloris acerbitatem non conſequantur: quæ tamen in Pęnitentia ſummoperè optandæ, & cõmendãdæ ſunt Pręclara eſt enim ea de re ſancti Auguſt. ſentẽtia: Non ſunt, inquit, in te Chriſtianæ pietatis viſcera, ſi luges corpus, à quo receſſit anima, animam verò, à qua receſſit Deus, non luges. Atque huc ſpectant illa Saluatoris noſtri verba, quæ ſupra allata ſunt: *d* Væ tibi, Corozaim vę tibi, Bethſaida: quia, ſi in Tyro, & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ sũt in vobis olim in cilicio & cinere pęnitentiam egiſſent Tametſi ad eã rem comprobãdã ſatis eſſe debent clariſſima *e* Niniuitarũ, *f* Dauidis, *g* Peccatricis, *h* Apoſtolorum principis exempla: qui omnes plurimis lachrymis Dei miſericordiam implorantes, peccatorum veniam impetrarunt.

30 *Peccata capitalia ſigillatim in Contritione deteſtanda ſunt.*

Tho. in ſupp. q. 2. art. 6.

Maximè autẽ hortandi, & monẽdi ſunt fideles, vt ad ſingula mortalia crimina proprium contritionis dolorẽ adhibere ſtudeãt. Ita enim Ezechias contritioné deſcribit; cũ ait: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meę. Etenim recogitare omnes annos, eſt ſigillatim peccata excutere, vt ea ex animo doleamus,

h Iſa. 38. 15. i Ezech. 18. 21 lib. de vera, & fal. Pen. c. 1. & habe d. pœn. diſt 5. cap. conſideret.

mus. Sed apud Ezechielem quoque ſcriptum legimus: *k* Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, vita viuet. Atque in hanc ſententiam S. Auguſtinus inquit: Conſideret peccator qualitatem criminis in loco, in tempore, in varietate, in perſona.

31 *Sufficit vniuerſe quandoque peccata ſua deteſtari.*

Non deſperãdũ de Dei bonitate etiã ſi abſolutam peccatorum contritionem nõ ſentiamus.

Neque tamen hac in re deſperent fideles de sũma Dei bonitate, & clemẽtia. Is enim cũ noſtræ ſalutis cupidiſſimus ſit, nullam morã ad tribuẽdam nobis veniam interponit, ſed peccatorem paterna charitate complectitur, ſimul atq; ille ſe collegerit, & vniuersè peccata ſua deteſtatus, quæ deinde alio tempore, ſi facultas erit, ſingula in memoriam reducere, ac deteſtari in animo habeat, ad Dominum ſe conuerterit. Ita enim nos per Prophetã iubet ſperare, cum inquit; *a* Impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conuerſus fuerit ab impietate ſua.

a Ezec. 35. 1.

32 *Quæ ad veram contritionem ſint in primis neceſſaria.*

Ex his igitur colligi poterunt, quæ ad veram cõtritionẽ maximè ſunt neceſſaria, de quibus fidelẽ populũ accuratè oportebit docere, vt quiſque intelligat, qua ratione comparare eã poſſit, regulamq; habeat, qua diiudicet, quantũ abſit ab eius virtutis perfectione. Primum enim neceſſe eſt peccata omnia, quæ admiſimus, odiſſe, & dolere, ne, ſi quędã tantũ doleamus, ficta, & ſimulata, neq; ſalutaris Pænitẽtia à nobis ſuſcipiatur. Nã, vt à S. Iacobo Apoſtolo dictũ eſt. *b* Quicunque totam legem ſeruauerit, offendit autem in vno, factus eſt omnium reus.

Primum.
Th. ead. ar. 23.
Ficta eſt Pœnitẽtia in qua quibuſdam de peccatis tantũ dolemus.
b Iacob. 2. 10.

Alterũ eſt, vt ipſa contritio cõfitendi, & ſatisfaciendi voluntatem coniunctã habeat, de quibus poſtea ſuo loco agetur. Tertiũ eſt, vt pęnitens vitæ emendandæ certã, & ſtabilẽ cogitationẽ ſuſcipiat. Hoc verò Prophet. apertè his verbis nos docuit: *c* Si impius egerit Pœnitentiã ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudiciũ, & iuſtitiã, vita viuet, & non morietur omniũ iniquitatũ eius, quas operatus eſt, nõ recordabor & paulò poſt: *d* Cũ auerterit ſe impius ab impietate ſua, quã operatus eſt, & fecerit iudiciũ, & iuſtitiã, ipſe animã ſuã viuificabit & paucis interiectis: *e* Conuertimini, inquit, & agite Pænitentiã ab oĩbus iniquitatibus veſtris, & nõ erit vobis in ruinã iniquitas,

Secundum.
Concil. Trid. ſeſs. 14. cap. 4.
c Ezec. 18. 21. 22.
d Ibid. 27.
e Ibid. 30.

quitas; proijcite à vobis oẽs prçuaricationes veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouũ, & ſpiritũ nouũ. Idẽ etiã Chriſtus Dñs *a* mulieri, quæ in adulterio deprehẽſa eſt, prçſcripſit: Vade, inquit, & iã amplius noli peccare. Itẽ Paralytico illi, quem ad probaticã piſcinã curauerat: *b* Ecce, ait, ſanus factus es, iã noli peccare.

a Ioan. 8. 12.

b Ioan. 5. 14.

33 *Dolorem præteritæ culpæ & cauendæ in poſterum propoſitũ Contritioni neceſſarium eſſe oſtenditur.*

Sed natura quoq; ipſa, & ratio oſtendunt duo illa ad Contritionẽ in primis eſſe neceſſaria, dolorem ſcilicet peccati admiſſi, & propoſitum, cautionemq; nequid huiuſmodi in poſterùm cõmittatur. Nã, qui amico reconciliari velit, quẽ iniuria aliquã affecerit, & doleat oportet quòd in eũ iniurioſus, & cõtumelioſus fuerit, & diligẽter reliquo tẽpore prouideat, ne qua in re amicitiã læſiſſe videatur; quæ duo obedientiã adiunctã habeãt, neceſſe eſt. Hominẽ enim legi, ſiue naturali, & diuinæ, ſiue humanæ, quibus ſubiectus eſt, parere conuenit. Quare, ſi quid pænitẽs alteri per vim, aut per fraudẽ abſtulit, reſtituat, oportet, itẽq; alicuius aut cõmodi, aut officij cõpẽſatione illi ſatisfaciat, cuius dignitatẽ, aut vitam, dicto, factoue violauit. Tritũ enim eſt oĩum ſermone, quod apud S. Ag. legim⁹: Nõ remittitur peccatũ, niſi reſtituatur ablatũ.

S. Aug. epiſ. 54 ad Maced. & hab. 14. q. 6. ca. 1 de vſuris c. cum tum, & in 7. de re. iu. c. peccatum.

34 *Indulgendum eſt alijs, ſi nobis volumus indulgeri.*

Quartum.

Neque verò inter cætera, quæ ad contritionẽ maximè pertinent, minùs diligenter, & neceſſariò curãdũ eſt, vt quicquid iniuriarũ ab altero acceperis, id totum remittatur, ac condonetur. Ita enim Dominus, & Saluator noſter monet, atq; denũciat: *c* Si dimiſeritis hominibus peccata eorũ, dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis delicta veſtra; ſi autẽ nõ dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Hæc ſunt, quæ fidelibus in contritione obſeruanda ſunt. Cætera, quæ ad hanc rem à Paſtoribus colligi facilè poterunt, efficient quidem, vt in ſuo genere contritio ſit magis perfecta, & abſoluta; verum adeò neceſſaria exiſtimanda non ſunt, vt ſine his veræ, & ſalutaris pœnitentiæ ratio conſtare non poſſit.

c Matt. 6. 14. & 18. 33. Marc. 11. 25. Eccl. 28. 3.

35 *Quæ ſit propria contritionis vis, & vtilitas.*

Prima vtilitas eſt quod ſit certiſſima peccatorum medicina.

Sed quoniam non ſatis eſſe paſtoribus debet, ſi ea doceant, quæ ad ſalutem videntur pertinere, niſi etiã omni

a Pro. 15. 8. Iſa. 27. 15. & 59.3.4.& 61.8.

cura, & induſtria laborent, vt fideles ad eã ipſam rationẽ, quæ illis præſcripta eſt, vita actioneſq; ſuas dirigant, vehementer proderit contritionis vim, & vtilitatem ſæpius proponere; Nam, cùm pleraq; alia pietatis ſtudia, *a* veluti beneficentia in pauperes, ieiunia, preces, & alia id genus ſancta, & honeſta opera, hominũ culpa, à quibus proficiſcuntur, à Deo interdum repudientur; ipſa certe contritio nunquàm illi grata, & accepta eſſe non poteſt. Nam, inquit Propheta: *b* Cor contritum, & humilliatum Deus non deſpicies.

b Pſ. 50.10.

Altera vtilitas eſt quod ſit facilis, expedita, & mox ſanans ægrotanti animæ medicina

c Pſal. 31. 5.
d Luc. 17. 14.
Conc. Triden ſeſs. 14. c. 4.

Quinetiã, ſtatim vt eam mentibus noſtris cõcepimus, peccatorũ remiſſionẽ nobis à Deo tribui alio loco eiuſdem Prophetæ verba illa declarant: *c* Dixi; Confitebor, aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Atq; eius rei figuram in *d* decẽ leproſis animaduertimus, quia Saluatore noſtro ad ſacerdotes miſſi, antequam ad illos peruenirent, à lepra liberati ſunt. Ex quo licet cognoſcere, vere cõtritionis, de qua ſupra dictum eſt eã vim eſſe, vt illius beneficio omnium delictorũ veniam ſtatim à Domino impetremus.

36 *Qua ratione ad perfectionem contritionis veniatur.*

Primum requiritur peccati agnitio. Chryſ. hom. 2. in Pſal. 50.
Secundo ſui ipſius accuſatio.
Tertio confitendi, ac ſe emendãdi propoſitum.
Quarto diuini auxilio petitio.
Quinto vehemẽtiſſima peccatorum deteſtatio.

Primum etiam valebit ad fideliũ mentes excitandas, ſi Paſtores rationem aliquam tradiderint, qua ſe quiſque ad Contritionẽ exercere poſſit. Monere autẽ oportet, vt omnes conſcientiã ſuã frequenter excutientes, videant, nùm, quæ à Deo, ſiue Eccleſiaſticis sãctionibus præcepta ſunt, ſeruauerint; quod ſi quis alicuius ſceleris rerũ ſe eſſe cognouerit, ſtatim ſe ipsũ accuſet; ſupplexque à Domino veniã expoſcat, & ſpatium tũ confitendi, tũ ſatisfaciendi ſibi dari poſtulet, in primisque diuinę gratię pręſidio ſe adiuuari petat, ne in poſterũ eadẽ illa peccata admittat, quæ admiſiſſe vehemẽter pęnitet. Curandũ erit præterea Paſtoribus, vt in peccatũ ſummum fidelium odiũ concitetur, tum quia ſumma eſt illius fœditas, & turpitudo, tum quia grauiſſima damna, & calamitates nobis afferet: nam *e* Dei beneuolentiam, à quo maxima bona accepimus, longeque maiora expectare, & conſequi licebat, à nobis alienant, & ſummorum dolorum cruciatibus perpetuo afficiendos ſempiternæ mortis nos addicit. Hactenus de Contritione, nunc ad Confeſſionem, quę eſt altera Pœnitentię pars veniamus.

Pſal. 50. 7.
e Eccl. 12. 7.
Sap. 14.7. & ſępe alias.

37 *Quæ ſit confeſsionis præſtantia, quamque fuerit ad Chriſtianam ſalutem neceſſaria eius inſtitutio.*

Quantum verò curæ, & diligentiæ in ea explicanda Paſtores ponere debeant, ex eo facilè intelligent, quòd omnibus ferè pijs perſuaſum eſt, quicquid hoc tempore ſanctitatis, pietatis, & religionis in Eccleſia ſummo Dei beneficio, conſeruatum eſt, id magna ex parte Confeſſioni tribuendum eſſe; vt nulli mirandum ſit, humani generis hoſtem, cum fidem Catholicam funditus euertere cogitat, per miniſtros impietatis ſuæ, & ſatellites, hanc veluti Chriſtianæ virtutis arcem totis viribus oppugnare conatum eſſe. Primum itaq; docédum eſt Cófeſſionis inſtitutionem nobis ſummoperè vtilem; atque adeò neceſſariam fuiſſe. Vt enim hoc concedamus Cótritione peccata deleri, quis ignorat illum adeò vehementem acrem incenſam eſſe oportere, vt doloris acerbitas cum ſcelerum magnitudinem æquari, conferrique poſſit? at, quoniam pauci admodum ad hunc, gradum peruenirent, fiebat etiam, vt à pauciſſimis hac via peccatorum venia ſperanda eſſet. Quare neceſſe fuit, vt clementiſſimus Dominus faciliori ratione communi hominum ſaluti conſuleret, quod quidem admirabili conſilio effecit, *a* cum claues regni cœleſtis Eccleſiæ tradidit.

38 *Confeſsio Contritionem perficit.*

Etenim ex fidei Catholicæ doctrina omnibus credédum, & conſtanter affirmandũ eſt: ſi quis ita animo affectus ſit, vt peccata admiſſa doleat ſimulque in poſterum nō peccare conſtituat; etſi eiuſmodi dolore nō afficiatur, qui ad impetrandam veniam ſatis eſſe poſſit; ei tamen, cum peccata ſacerdoti ritè confeſſus fuerit, vi clauiũ ſcelera omnia remitti, ac condonari, vt meritò a ſanctiſſimis viris Patribus noſtris celebratũ ſit Eccleſiæ clauibus aditum in cœlum aperiri. De quo nemini dubitandum eſt, cum à Concilio Florentino decretum legamus Pœnitentiæ effectum eſſe abſolutionem à peccatis.

Verùm ex eo præterea licet cognoſcere, quantam afferat confeſſio vtilitatem, quod ijs, quorum eſt corrupta vitæ conſuetudo nihil tam prodeſſe ad mores emendãdos experimur, quam ſi interdum occultas animi ſui cogitationes facta, dictaque omnia prudenti, & fideli amico

De confeſſione Sacramẽti pœnitentiæ altera parte.

Confeſſionis quãta ſit præſtantia primũ colligitur ex eius neceſſitate ad ſalutem conſequenda.

De neceſſitate Cõfeſſionis paulo poſt.

Trid. Syn. ſeſſ. 14. d. pœn. c. 4.

Quæ cõtritio citra confeſſionem peccata deleat.

Vi confeſſionis ſalutis cõſequendæ rati efficitur facilior.

a Mat. 16. 1. & 18. 18. & 10. 20. 24. & 11. 15.

Amor in ſer. 1. de Quadrag. & habetur de pœn. d. 1. c. ecce nunc.

Aug. lib. 1. de adul. conc. 3. Chryſ. lib. de ſacr. Florent. Conc. in decreto Eug. 4.

Secundo confeſſionis excellentia inde colligitur quod ſit certiſſimũ ad mores emendãdos inſtrumentum.

De pęn.d.6.c, ſacerdos & de pœn.& remiſ. c.omnis vtriuſque.

amico patefaciant, qui eos opera, & conſilio iuuare poſſit. Quare ad eandem rationem maximè ſalutare exiſtimandum eſt ijs, qui ſcelerum conſcientia agitātur, vt Sacerdoti, tanquam Chriſti Domini vicario, cui perpetui ſilentij ſeueriſſima lex propoſita eſt, animæ ſuæ morbos, & vulnera aperiant. Statim enim parata ſibi medicamenta inuenient, quę non ſolum pręſentis ęgritudinis ſanandæ, verum ita præparandę animę cęleſtem quandam vim habeant, vt deinceps facilè futurum non ſit in eiuſdem morbi, & vitij genus recidere.

Tertio, hinc intelligimus confeſſionis vtilitatē, qui vitæ humanæ ſocietatem publicamque honeſtatem conſeruat.

Quid ſit confeſſio vide Th. in ſup. q. 7 art. 1. & in 4. par. 17 q. 2. ar. 1. q. 1. Peccata accuſatorio animo in confeſſione ſunt enumeranda.

Neque verò illa confeſſionis vtilitas prętermittenda, quę ad vitæ ſocietatem, & coniunctionem magnoperè pertinet, conſtat enim ſi Sacramentalem confeſſionem è Chriſtiana diſciplina exemeris, plena omnia occultis, & nefandis ſceleribus futura eſſe, quæ poſtea & alia, etiam multò grauiora, homines, peccati conſuetudine deprauati, palam committere non verebuntur. Etenim confitendi verecundia delinquendi cupiditati, & licentiæ tanquam fræntos inijcit, & improbitatem coercet. Sed iam Confeſſionis vtilitate expoſita, quæ ſit eius natura, & vis Paſtoribus tradendum erit.

39 *Confeſſionis Sacramentalis deſcriptio & natura.*

a Prou. 2.14. S.Chryſ. hom. 20. in Gen.

Quæ ſit cauſa enumerationis peccatorū. Iudicium cōfeſſionis eſt diſſimile forēſibus iudicijs.

Aug. ſer. 8 de Verb. Dom. in l. de vera, & fal. pœ. ca. 10. Greg. ho. 40. in Euan. et li. 10. mor. ca. 15.

Dei bonitas cauſa eſt inſtitutæ à Chriſto confeſſion. Conc Tri. ſeſſ. 14 de pœ. c. 5. & c. 6.

Eam igitur definiunt eſſe peccatorum accuſationem (quæ ad Sacramenti genus pertinet) eò ſuſceptā, vt virtute clauiū veniā impetremus. Rectè autem accuſatio dicitur, quod peccata ita cōmemoranda nō ſunt, quaſi ſcelera noſtra oſtētemus, vt ij faciūt, *a* qui lętantur, cū malè fecerint; nec omnino ita enarranda, quaſi rē aliquā geſtā otioſis auditoribus delectādi cauſa exponamus; verū accuſatorio animo ita enumerāda ſunt, vt ea etiā in nobis vindicare cupiamus. Venię autē impetrandę cauſa peccata cōfitemur: quoniā hoc iudicium longè diſſimile eſt forenſibus capitaliū rerū quæſtionibus, in quibus confeſſioni pœna, & ſupplicium, non culpę liberatio, & errati venia cōſtituta eſt. In eandem ferè ſententiam, quamuis alijs verbis, ſanctiſſimi Patres videntur Confeſſionē definiſſe; veluti cum S. Aug. inquit: Confeſſio eſt, per quam morbus latēs, ſpę venię aperitur. & S. Greg. Cōfeſſio eſt peccatorum deteſtatio; quarum vtraque, quod in ſuperiori definitione cōtinetur, facilè ad eam referri poterit.

40 Qua

40 *Quæ ex cauſa, & quando inſtituta ſit à Chriſto confeſſio.*

Sed iã, quod omniũ maximi faciendũ eſt, docebũt Parochi, ac ſine vlla dubitatione fidelibus tradẽt hoc Sacramentũ à Chriſto Domino, *a* qui benè omnia, & vnius ſalutis noſtræ cauſa fecit, ob eius ſummã bonitatem, & miſericordiã inſtitutum eſſe. Apoſtolus enim poſt Reſurrectionem in vnũ locum cõgregatis, inſuflauit, dicens: *b* Accipite Spiritum ſanctũ, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &, quorum retinueritis, retenta ſunt.

41 *Ex quibus alijs Scripturæ locis confeſſionem à Chriſto inſtitutam eſſe colligatur.*

Atque idem ſignificare viſus eſt Dominus cũ Apoſtolis id negotij dedit, *c* vt Lazarum à mortuis excitatum, à vinculis ſoluerent, quibus cõſtrictus erat. Nam S. Aug. eum locum ita explanat:† Ipſi, inquit, ſacerdotes plus iã poſſunt proficere, plus cõfitentibus parcere, quibus enim crimẽ remittũt, Dñs remittit, (ſcilicet per ipſos Apoſt.) Lazarum, quem de monumento iam ſuſcitauerat, obtulit diſcipulis ſoluendũ, oſtendens poteſtatẽ ſoluendi eſſe cõceſſam ſacerdotibus. Quò etiã pertinet, quod ijs, *d* qui à lepra in itinere curati ſunt, præceperat, vt ſacerdotibus ſe oſtenderent, illorumq; iudicium ſubirent.

42 *Quomodo ex verbis Domini neceſſario Confeſſio Sacerdoti facienda colligatur.*

Cum igitur Dominus poteſtatem retinendi, & remittendi peccata, ſacerdotibus tribuerit, perſpicuum eſt, ipſos etiam ea de re *e* iudices conſtitutos fuiſſe. At quoniam, vt ſancta *f* Tridentina Synodus ſapienter admonuit de qualibet re verum iudicium fieri, atque in repetentis criminum pœnis, iuſtitiæ modus teneri non poteſt, niſi planè cognita, & perſpecta cauſa fuerit ex eo ſequitur, vt Pœnitentium Confeſſione ſigillatim peccata omnia ſacerdotibus patefacienda ſint. Hæc igitur Paſtores docebunt, quę à ſancta Tridentina Synodo decreta, ac perpetuò à Catholica Eccleſia tradita ſunt. Si enim *g* ſanctiſſimos Patres attentè legimus, nuſquam non apertiſſima teſtimonia occurent, quibus confirmetur hoc Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum eſſe, & Confeſſionis Sacramentalis legem, quam illi Exomologeſin, & Exagoreuſin Græco vocabulo appellant,

a Matt.7.37. b Ioã.20.a.23. Augu.t. in li. 50. hom. 50. hab. de pęn, d. 1. c. agite. Orige. ho. 1. in Pſ. 37. & 2. in Leuit Chryſ. li. 3. de ſacerd.

c Ioan. 11. 44. S. Aug. lib. de ver & fal. pęn. 16. & ſec. 8. de ver. Dom vide item in Io. tra. 22. & tra. 49. et in Pſ. 101.

† Locũ hunc ex ipſo original. emendauimus. Nam, cũ antea ſenſu imperfecto legerẽt quibus crimẽ remittũt Dominus nos addidimus.

d Luc 17. 14. 15.

e Sacerdotes eſſe peccatorũ iudices docẽt. D. Aug. lib. 29. de ciu. 10. 9. Hier. epi. 1. ad Heliod. Chry. lib. 3. de ſacr. & hom. 5. de verbis Iſa. Greg. ho. 26. in Euang. Amb. lib. 2. de Cain cap. 4. et hab. de pę. d. c. verbum Dei.

f Conc. Tri. de pę. ſeſſ. 14. c. 5. can. 7. Cur in Confeſſione omnia peccata ſunt patefacienda. d. Exomologeſi ſcripſerunt preter iã citatos. Tert. in l. de pę. Cypr. de lapſis, & in epiſ. ad

pellant, tanquã Euangelicam accipiendam eſſe. Quòd ſi etiã veteris teſtamenti a figuras exquirimus, ſine dubio ad peccatorum cõfeſſionem videntur pertinere varia illa ſacrificiorum genera, quæ ad expianda varij generis peccata a ſacerdotibus fiebant.

Anton. & 55. ad Corneliũ. Baſil. . 88. in reg. breu. & 229. & ep. 3. ad Amphil. Leo. pa. ep. 89. ad Theo. & habetur de pœn. d. 1. c. multiplex & ep. 78. ad Epiſco. cap. & habent ead. c. ſufficit, & ãte os omnes. cle. Ro. in epiſt. ad Iacobum fratrẽ. Confẽ. veteris legis figuris eſt adumbrata.

a Sacrificia propeccatõ figuræ fuerũt noſtræ cõfeſſionis, quę habẽtur Leuit. 4. totum 5. 6. 7. 8. 9. 14. 15. & 16. Nu. 5. & 6. 7. 8. cap. 12. 14. 15. & pluribus alijs in locis

43 *Quo fructu ad ſacramentalem Confeſſionem Eccleſia certas quaſdam cæremonias adiunxerit.*

Sed, quemadmodum Confeſſionem à Domino Saluatore inſtitutã eſſe fideles docendi ſunt, itam etiam monere eos oportet quoſdã ritus, & ſolemnes cæremonias Eccleſiæ auctoritate additas eſſe, quæ, etſi ad Sacramenti rationẽ nõ ſpectãt, eius tamẽ dignitatẽ magis ante oculos ponũt, & cõfitentiũ animos pietate accenſos, ad Dei gratiã faciliùs conſequendã præparant. Cũ enim aperto capite ad pedes ſacerdotis abiecti, demiſſo in terrã vultu, ſupplices manus tendentes, aliaque huiuſmodi Chriſtianæ humilitatis ſigna dantes, quæ ad Sacramẽti rationem, neceſſaria non ſunt, peccata confitemur, ex his perſpicuè intelligimus, tum in Sacramento cæleſtem vim agnoſcendam, tum à nobis diuinam miſericordiam ſummo ſtudio requirendam, atque efflagitandam eſſe.

Cęremoniarũ cõfeſſionis vtilitas. Vide Hie. epi 30. in ep. a Fabiolæ, & alios quos ſup. ſec. 15. citauimus.

44 *Salutem citra confeſſionem recuperare non poſſunt, qui peccatis ſunt obnoxij capitalibus.*

Iam vero nemo exiſtimet Confeſſionem à Domino quidem inſtitutam, ſed ita tamen, vt eius vſum neceſſarium eſſe non edixerit. Etenim ſic ſtatuãt fideles, oportere eum, qui mortali ſcelere premitur Confeſſionis Sacramento ad ſpiritualem vitam reuocandum eſſe. Quod quidem pulcherrima trãslatione a Domino aperte ſignificatum videmus, cum huius Sacramenti adminiſtrandi poteſtatem, b clauem regni cælorum appellauit. Vt enim locum aliquem munitum, & ſublimem, ingredi nemo poteſt, ſine eius opera, cui claues cõmiſſæ ſunt ſic intelligimus, neminem in cælum admitti, niſi fores à ſacerdotibus, quorum fidei claues Dominus tradidit, aperiantur; aliter enim nullus planè clauium vſus in Eccleſia eſſe videbitur; ac fruſtra is, cui clauium poteſtas data eſt, quempiam cæli aditu prohibebit, ſi tamen, alia via introitus patere queat. Hoc verò præclarè à ſancto Auguſtino cognitum eſt, cum inquit; Nemò

Neceſſitas ſalutis recuperandæ per cõfeſſionem. Hoc ẽt attigit. ſeſſ. 31. Trid. Syn. de pœ. c. 5. & c. 7.

Poteſtas abſoluendi cur claui comparetur.

b Mat. 16. 19.

ſibi

ſibi dicat; occulte ago, apud Dominum pœnitentiam, nouit Deus, qui mihi ignoſcat, quid in corde ago: ergo ſine cauſa dictum, a Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt in cœlo? ergo ſine cauſa claues datæ ſũt Eccleſiæ Dei; Atque in eandem ſententiam S. Ambroſius in libro de pænitentia ſcriptum reliquit, cùm Nouatianorum hæreſim conuelleret; qui ſoli Domino poteſtatem remittendi peccata reſeruandam afferebant: Ecquis Deum, inquit, magis veneratur, qui ne mandatis illius obtemperat, an qui reſiſtit: Deus nobis iuſſit eius miniſtris obtẽperare; quibus cùm pareamus, honorem ſoli Deo deferimus.

Aug. li. 50. ibi. 40. & habetur, de pœ. d. 1. ca. agit., item in 4. ſe. d. 17. lit. a. a Matt. 18. 18. S. Amb. l. 1. de pœn. c. 2. Nouatianorum hæreſis.

45 *Quo ætatis, & anni tempore confitendùm ſit.*

Sed cùm minimè dubitari poſſit, Confeſſionis legem ab ipſo Domino latam, & conſtitutã eſſe, ſequitur vt videndum ſit, quinam, quo ætatis, & anni tempore, ei parere debeant. Primũ itaque ex Cõcilij Lateranenſis canone, cuius initium eſt. Omnis vtriuſque ſexus, perſpicitur, neminem Confeſſionis lege adſtrictum eſſe ante eã ætatem, qua rationis vſum habere poteſt, neque tamen ea ætas certo aliquo annorũ numero definita eſt: ſed illud vniuersè ſtatuendum videtur, ab eo tempore confeſſionem puero indictam eſſe, cum inter bonum, & malũ diſcernendi vim habet, in eiusq; mẽtem dolus cadere poteſt. nam cum ad id vitæ tempus quiſque peruenerit, in quo de ſalute æterna deliberandũ eſt, tum primùm ſacerdoti peccata confiteri debet, cum aliter ſalutẽ ſperare nemini liceat, qui ſcelerum cõſcientia premitur. Quo verò potiſſimũ tempore cõfiteri oporteat, eo Canone de quo antea diximus, ſancta Eccleſia decreuit, iubet enim ſemel ſaltem quotannis fideles omnes peccata ſua confiteri.

Trid. Syn. de pœn. c. 58. & c. 8.

Later. Concil. c. 21. & hab. lib. 5. decr. de pœn & remiſ. c. omnis vtriuſque ſexus.

Quando pueri cõfiteri debeant.

46 *Quoties Chriſtiani hoc beneficio vti debeant.*

Verum, ſi quid ſalutis noſtræ ratio poſtulet conſideremus, profectò, quoties, vel mortis periculum imminet, vel aliquam rem tractare aggredimur, cuius tractatio, homini peccatis contaminato, nõ conueniat, veluti cum Sacramenta adminiſtramus, aut percipimus, toties Confeſſio prætermittenda non eſt. Atque idem omnino ſeruare oportet, cum veremur, ne nos alicuius culpæ, quam admiſerimus, obliuio capiat. Neque enim peccata confiteri, poſſumus, quæ non meminimus:

Morituris imprimis neceſſaria eſt. Prudentis eſt viri, & pij ſæpius confiteri. Hoc amplificatur paulo poſt. Confitẽdum eſſe ante cõfirmationẽ ſuſcipiẽda do-

mus: neque peccatorum veniam à Domino impetramus, niſi ea pœnitentiæ Sacramentum per Confeſſionem deleat.

47 *Omnia peccata ſigillatim in Confeſſione aperienda.*

Sed quoniam multa in Confeſſione obſeruanda ſunt, quorum alia ad Sacramenti naturam pertinent, alia non item neceſſaria ſunt, de his accuratè agendum erit, neq; enim deſunt libelli, & commentarij, ex quibus facilè eſt horum omnium explicationem depromere, illud autem in primis doceant Parochi, in Confeſſione curandum eſſe, vt integra, & abſoluta ſit. Etenim omnia mortalia peccata ſacerdoti aperire oportet: nam venialia, quæ nos à Dei gratia non diuellunt, & in quæ frequentius labimur, tametſi rectè, atque vtiliter, quod piorum vſus demonſtrat, confitemur, tamen ſine culpa prætermitti, multiſque alijs rationibus expiari poſſunt: at mortifera peccata, vt iam diximus, ſingula enumeranda ſunt, quãuis etiam occultiſſimè lateant, & eius generis ſint, quæ duobus tantum extremi Decalogi capitibus interdicuntur. Sæpè enim euenit, vt ea grauius animam vulnerent, quàm illa quæ apertè, ac palàm peccare homines ſolẽt. ita verò à Sancta Tridentina Synodo definitum, atque à Catholica Eccleſia ſemper traditum eſt, quemadmodum ſanctorum Patrum teſtimonia declarant; eſt enim apud S. Ambroſium in hunc modum. Non poteſt quis iuſtificari à peccato, niſi ante confeſſus fuerit peccatum. Sanctus etiam Hieronymus in Eccleſiaſte idem planè confirmat: inquit enim; Si quem ſerpens Diabolus occultè momorderit, & nullo conſcio, eum peccati veneno infecerit, ſi tacuerit, & Pœnitentiam non egerit, nec vulnus ſuum fratri, vel Magiſtro voluerit confiteri, Magiſter, qui linguam habet ad curandum, ei prodeſſe non poterit. Præterea ſanctus Cyprianus, in ſermone de lapſis, apertiſſimè hoc docet, his verbis: Quamuis nullo ſacrificij, aut libelli facinore conſtricti ſint, quoniam tamen de eo cogitauerunt, id ipſum apud Sacerdotes Dei dolenter confiteantur. Denique hæc omnium Eccleſiæ Doctorum communis vox eſt, atque ſententia,

48 Pec-

cere vt ieiuni, de conſec. d. 5 & ante Euch Conc. Tri ſeſ. 13. c. 2. & ante Matrimoniũ ſeſs. 24. c. 1. de ref. matrimon ſicque de alijs eſt intelligẽdum doctor. tradunt.

De conditionibus et circũſtantijs ad cõfeſſionem requiſitis.

Primò eſſe debet confeſſio integra, & plena. Trid. Syn. ſeſs 14. de pœni. ca. 4 & can. 7. peccata venialia qua ratione dimittãtur, vide Aug. in Ench. ca. 1. citatum de pœn. d. 2. de quotidianis, & in Conc. Tol. 4. c. 9.

Omnia, & ſingula peccata neceſſario cõfitenda docet Aug. in l. de vera, & falſa pœn. ca. 10. ci. de pœn. d. 1. c. quem pœn. & c. 9. de pœ. d. 3. c. ſint plures, & 14. de pœn. d. 5. c. conſideret. Gre. hom. 10. ſupra Ezec. & hab. c. d. 3. c. pluit.

S. Amb. l. de para. c. 14. & hab. de pœ. d. 1. c. non põt.

48 *Peccatorũ circunſtantiæ, dũ quis confitetur, ſunt patefaciẽdæ.*

Sed in confeſſione ſumma illa cura, & diligentia adhibenda eſt, quam in rebus grauiſſimis ponere ſolemus, omneque ſtudium ita eò conferendum, vt ſanemus animæ vulnera, & peccati radices euellamus. Neque verò ſolùm peccata grauia narrando explicare oportet, verũ etiam illa, quæ vnumquodq; peccatum circumſtant, & prauitatem valdè augent, vel minuunt. Quædam enim circunſtantiæ adeò graues ſunt, vt peccati mortiferi ratio ex illis tantùm conſtet; quare hæc omnia confiteri ſemper oportet. Si quis enim hominem interemit, explicandum eſt, vtrum ille ſacris initiatus, an profanus fuerit. Itemque, ſi cum muliere concubuit, Matrimonij ne lege libera, aut alterius vxore, aut propinqua, aut alicuius voti ſponſione Deo conſecrata, aperiat neceſſe eſt. Hæc enim diuerſa peccatorum genera conſtituunt; ita vt primum quidem, ſimplex fornicatio; alterũ, adulterium; tertium, inceſtus; quartum ſacrilegium à diuinarum rerum doctoribus appelletur: Furtum etiam in peccatis numerandum eſt, verùm ſi quis aureum nummum furetur, leuius omninò peccat, quàm qui centum, vel ducentos, vel ingentem aliquam auri vim, præſertim verò, qui ſacram pecuniam abſtulit. Quæ etiam ratio ad locum, & ad tempus pertinet: quorum exempla notiora ſunt ex multorum libris, quam, vt à nobis commemorentur. Hæc igitur, vt diximus, enumeranda ſunt; quæ verò prauitatem rei magnoperè non augent, ſine crimine omitti poſſunt.

Hier. ſuper illud. cap. 10. Si mordeat ſerpens, &c. S. Cyp. ſer. 5. de lapſis circa fi.

Circunſtantiæ aggrauãtes aperiendæ ſũt. Tri. Syn. de pœ. ſeſ. 14. cap. 5. Aug. de vera, & falſa pœnit. cap. 14. & de pœn. d. 5. cap. conſideret.

Vide D. Tho. in 2. 2. q. 154. art. 1.

Circunſtantiæ non grauãtes poſſunt reticeri.

49 *Cõfeſſio, in qua ſponte aliquid grauius reticetur iteranda eſt.*

Sed ad Confeſſionem adeò neceſſarium eſt, vt, quod antea diximus, integra ſit, & abſoluta, vt, ſi quis dedita opera, alia quidem ex ijs, quæ explicari debent, prætermittat, alia verò tantummodò confiteatur, non ſolum ex ea confeſſione is nullum commodum conſequatur, ſed etiam nouo ſcelere ſe obſtringat; neque eiuſmodi peccatorum enumeratio Confeſſionis nomine, in qua Sacramenti ratio inſit, appellanda eſt: quin potiùs Pœnitenti Confeſſionem repetere eſt neceſſe, ſeq; ipſum illius peccati reum facere, quòd Sacramenti ſanctitatem confeſſionis ſimulatione violauerit.

Confeſſio in qua aliquid ſponte reticetur, quàm ſit noxia, & cur ſit iteranda. Trid. Syn. ſeſſ. 14. de pœn. c. 5. Tho. in 4 d. 17. q. 3. ar. 4. & cap. Omnis de pœn. & rem.

50 Con-

50 *Confeſſio, in qua per obliuionem, vel incuriam leuem aliquid om ſſum eſt, non iteranda.*

Reticẽria quę ex obliuione, vel modica negligentia naſcitur non requirit iterationem confeſſionis.

Negligentia magna & voluntaria iterationem confeſſionis poſtulat.

At verò ſi alia de cauſa Confeſſioni aliquid defuiſſe videatur, vel quia pęnitens nõnulla crimina oblitus fuerit, vel quia conſcientiæ ſuæ latebras non ita accuratè perquiſierit, cum tamen illud in animo haberet, vt integrè omnia peccata confiteretur, nihil opus ei erit confeſſionem iterare, ſatis autem habebit, ſi quando peccata, quæ oblitus erat, in memoriam reduxerit, ea ſacerdoti, alio tempore confiteri. In quo tamen animaduertendum eſt, ne nimis diſſolutè, & remiſsè conſcientiam noſtram ſcrutati ſimus, adeòque negligenter peccata admiſſa memoria repetere ſtuduerimus, vt ea ne recordari quidem voluiſſe meritò videri poſſumus, id enim ſi factum fuerit, Confeſſionem iterare omninò oportebit.

51 *Nuda, ſimplex, & aperta debet eſſe Confeſſio.*

Tertio nudè & remoti, ambagibus aperienda ſunt peccata.

Prçterea curandum eſt, vt Confeſſio nuda, ſimplex, & aperta ſit, non artificioſè compoſita, quod à nonnullis fit, qui potiùs vitæ ſuæ rationem exponere, quã peccata confiteri videntur: ea enim confeſſio eſſe debet, quę nos tales ſacerdoti aperiat, quales nos ipſos nouimus, certaq; pro certis, ac dubia pro dubijs demonſtret. Quod ſi peccata vel non recenſentur, vel alieni à re, quam tractamus, ſermones inferuntur, perſpicuum eſt Confeſſionem hac virtute carere.

52 *Prudens, & verecunda debet eſſe Confeſſio.*

Quarto conſiderata ſit, & verecunda cõfeſſio.

Vehemẽter etiã cõmendandi ſunt, qui prudentiam, & verecundiã in explicandis rebus adhibent: neque enim nimis multis verbis agendum eſt, ſed, quæ ad cuiuſque peccati naturã, & rationem pertinent, breui oratione, quæ modeſtiam coniunctam habeat, aperienda ſunt.

53 *Confeſſio per internuntium, aut per litteras fieri non poteſt.*

Quinto ſecreta ſit cõfeſſio, & extra periculum reuelandi. Trid. Syn. ſeſs. 14. c. 5. de pœn.

Illud verò etiam tum confitenti, tum ſacerdoti maximè laborandum eſt, vt eorum ſermo in Confeſſione ſecretò habeatur. Quare fit, vt nemini omnino, neque per nuncium, neque per litteras, quoniam eo ratione nihil iam occultè agi poteſt, peccata confiteri liceat.

54 *Expedit homini Chriſtiano ſæpius confiteri.*

Vtilitas frequentatę confeſſio.l.

Sed nulla res fidelibus adeò curæ eſſe debet, quam, vt frequenti peccatorum confeſſione animam ſtudeãt expiare,

piare, etenim cùm aliquis mortifero ſcelere vrgetur, nihil ei magis ſalutare eſſe poteſt, ob multa, quæ impendent, vitæ pericula, quàm ſtatim peccata ſua confiteri. Nam, vt ſibi quiſque diuturnum vitæ ſpatium polliceri queat, turpe profectò eſt, cum in eluendis corporis, aut veſtium ſordibus tam diligentes ſimus; non eadem ſaltem diligentia curare, ne animæ ſplendor turpiſſimis peccati maculis obſoleſcat.

55 *Quotuplici poteſtate huius Sacramenti miniſter præditus eſſe debeat.*

Sed iam de miniſtro huius Sacramenti dicendum eſt. Eum autem ſacerdotem eſſe, qui ordinariam, aut delegatam abſoluendi poteſtatem habeat, ex Eccleſiaſticis ſanctionibus ſatis apparet. habeat enim oportet non ſolum Ordinis, verum etiam Iuriſdictionis poteſtatẽ, qui hoc munere fungi debet. Illuſtre verò huius miniſterij teſtimonium præbent illa Domini verba apud S. Ioánnẽ. a Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt: neque enim omnibus, ſed Apoſtolis tantùm hæc dicta fuiſſe conſtat, quibus in hac functione ſacerdotes ſuccedunt: idque etiam maximè conſentaneũ eſt. nam cum omne gratiæ genus, quæ hoc Sacramẽto tribuitur, a Chriſto capite ad membra deriuetur, meritò debent corpori Chriſti myſtico, ideſt fidelibus illud adminiſtrare, qui ſoli verum eiuſdem corpus conficiendi poteſtatem habent, cũ præſertim fideles hoc ipſo Pænitentiæ Sacramento, ad ſacram Euchariſtiam ſumendam, apti, idoneique reddantur. Verùm quanta olim religione in antiquiſſima Eccleſia ius ordinarij ſacerdotis conſeruatum fuerit, ex veteribus Patrum decretis facilè intelligitur, quibus cautum eſt, nequis Epiſcopus, aut ſacerdos in alterius Parochia, aliquid gerere auderet, ſine ipſius auctoritate, qui illi præeſſet, aut niſi magna neceſſitas cogere videretur. Ita verò ab Apoſtolo b ſancitũ eſt, cùm Tito præcepit, vt in ſingulis ciuitatibus ſacerdotes conſtitueret, qui ſcilicet doctrina, & Sacramentorum cœleſti pabulo, fideles alerent, & educarent.

De legitimo et idoneo cõfeſſionis ſacramẽtalis miniſtro. Miniſter duplici pŕãte ſit præditus. Trid. ſyn. ſeſ. 14. c. 5 & 6. de pœn. cap. 10.

a Ioán. 20. 23.

Ordinis poteſtas vnde probetur. Tride. Syn. cap. 7. ſeſ. ead. Iuriſdictionis poteſtas vñ probetur vide cauſę 11. q. 2. vbi ex Calixto j. Cõc. Nau. Antioc. Calcedon. & alijs hæc probãtur facit ét ad hoc c. placuit de pœn. d. 6. & c. omnis vtriuſque de pœn. & remiſ.

b Tit. 1. 5.

56 *Poteſt quiuis ſacerdos quemcunque peccatorem in neceſſitate abſoluere.*

Quanta cuiuſque ſacerdotis in periculoſ

Quamquam ſi mortis periculum imminet, & proprij

ſacer-

ſacerdotis facultas non datur, nè hac occaſione aliquis pereat, in Eccleſia Dei cuſtoditum fuiſſe, Concilium Tridentinum docet, vt vnicuique ſacerdoti liceret non ſolum omni peccatorum genere cuiuſcunque poteſtatis ſit, illa condonare, ſed etiam ab ex communicationis vinculo ſoluere.

mortis circa abſolutioné ſit poteſtas. Trid. Syn. de pœ.ſeſs.14.c.6. & probat ex c. ſi quis ſuaden te 17. q. 4.

57 *Qualis cuique de ſua ſalute ſolicito deligendus ſit Confeſſionis miniſter.*

Eruditio, & prudentia etiá in Cófeſſario neceſſaria. Aug. de vera, & falſa pœ.ca. 10. & hab. de pœ. d.1.c. quá pœnitet, & 6. c. qui vult.

Confeſſarius iudicis perſonam ſuſtinet. Trid.Syn.ſeſs. 14.de pœ.ca.6. & can. 9.

Confeſſarius medici perſonam ſuſtinet. S. Baſ. in reg. bre. q. 229. & Conc. La.c.21 & de pœn. & re. c. omni.

Qualis confeſſarius deligédus.

Iam, præter Ordinis, & iuriſdictionis poteſtaté, quę prorsùs neceſſaria sűt, opus eſt in primis, vt huius Sacramenti miniſter, tum ſcientia, & eruditione, tum prudétia præditus ſit, iudicis enim, & medici ſimul perſonam gerit. Ac, quod ad primum attinet, ſatis conſtat, non vulgarem ſcientiam neceſſariam eſſe, qua, & peccata inueſtigare, & ex varijs peccatorum generibus, quæ grauia, quę leuia ſint, pro cuiuſq; hominis ordine, & genere iudicare poſſit. Vt autem medicus eſt, ſumma quoque prudentia indiget. etenim diligenter prouidendum eſt, vt ea remedia ægroto adhibeantur quæ ad illius animam ſanandam, & in poſterûm contra morbi vim muniendam, aptiora eſſe videantur. Ex quo poterunt fideles intelligere, cuiuis maximò ſtudio curandum eſſe, vt eum ſibi ſacerdotem deligat, quem vitæ integritas, doctrina, prudens iudicium commendet, qui, & quantum in eo officio, cui prӕeſt, ponderis, & momenti ſit, & quę cuique ſceleri pę na conueniat, & qui vel ſoluẽdi, vel ligandi ſint, optimè nouerit.

58 *Nunquam, quæ inter confitendum ſunt, audita, verbo, aut ſigno patefacere licet.*

Confeſſarij quáta debeat eſſe taciturnitas. De pœnit.d.6. c. ſacerdos, & de pœn.& remiſ.ca.omnis ex Conc. Later.c.21.

Sed quoniam nemo eſt, qui non vehementer cupiat ſcelera, turpitudinem ſuam occultari, monendi ſunt fideles, nihil eſſe, quòd timeant, ne ea, quæ ipſi Cófeſſione patefecerint, à ſacerdote vlli vnquam indicentur, ne, ve aliquod ex ea periculi genus ſibi vllo tempore creari poſſit, ſacræ.n. ſanctiones grauiſſimè in eos ſacerdotes animaduerti voluerunt, qui peccata omnia, quæ aliquis eis cőfeſſus fuerit, perpetuo, & religioſo ſilẽtio cőpreſſa nő tenuerint. Quare in Cőcilio Lateranenſi magno ita legimus: Caueat omninò ſacerdos, ne verbo, vel ſigno, vel alio quouis modo prodat aliqua tenus peccatorem.

59 *Quæ ſint præcipuè obſeruanda ſacerdoti aliorum Confeſſiones excipienti.*

Sed iam rerum ordo poſtulat, cum de miniſtro dictũ ſit vt quædam præcipua capita explicētur, quæ ad Confeſſionis vſum, & tractationem non parùm ſunt accommodata. Magna enim fidelium pars, quibus vulgò nihil longius videri ſolet, quam vt dies illi, qui Eccleſiaſtica lege Confeſſioni præfiniti ſunt, effluant, tantùm abſunt à Chriſtiana perfectione, vt vix peccatorum ſuorum meminerint, quæ ſacerdoti patefacienda eſſent, nedùm cętera diligenter curēt, quæ ad diuinā gratiā cōciliādam vim habere maximam perſpicuũ eſt. Quare cùm illorum ſaluti omni ſtudio ſuccurrendũ ſit, hoc primum ſacerdotes in pęnitente diligenter obſeruabũt, ſi veram peccatorũ ſuorũ cōntritionem habeat, certumq; illi ſit, ac deliberatum in poſterũ peccatis abſtinere. Quod ſi ita animo affectum eſſe animaduerterint, moneant, & vehementer hortentur, vt pro tanto, & tā ſingulari beneficio, maximas Deo gratias agat, ab eoque cæleſtis gratiæ præſidiũ petere nunquam deſinat: quo munitus, ac tectus facilè poterit prauis cupiditatibus reſiſtere, ac repugnare.

De his quæ ad confeſſionis vſum per ſacerdotem circa pęnitentiā ſunt obſeruanda.

Quantamultorum circa confeſſionem negligentia.

Primũ videatur an pęnitēs vere ſit contritus, & propoſitum abſtinēdi habeat.

Docendus eſt etiam, vt nullum patiatur eſſe diem quin aliquid de paſſionis Domini noſtri myſterijs meditetur, ad eum q; imitandũ, & sũma charitate amandum, ipſe ſe excitet, atque inflammet: hac enim meditatione aſſequetur, vt ab omnib⁹ Dæmonis tētationibus in dies ſe tutiorem eſſe ſentiat. Neque enim vlla eſt alia cauſa, cur tam citò, vel leuiter ab hoſte impugnati, animo, & viribus ſuccumbamus, quam, quòd ex cęleſtium rerum meditatione diuini amoris ignem concipere non ſtudemus; quo mens recreari, atque erigi poſſit. Sin autem ſacerdos intellexerit, eum qui velit confiteri, adeo peccata ſua non dolere, vt verè contritus dicendus ſit, conetur magno contritionis deſiderio eum afficere, vt deinde huius præclari doni cupiditate in cenſus, illud à Dei miſericordia petere, & efflagitare in animum inducat.

Diſpiciatur an frequenter beneficij paſſionis Chriſti recordetur.

Meditatio quātā vim habeat aduerſus tentationes.

Excitandus eſt pœnitens negligentior ad contritionem.

60 *Quomodo ſe gerere debeat Confeßarius erga eos, qui ſua peccata excuſant.*

In primis autem reprimenda eſt quorũdam ſuperbia, qui ſcelera ſua, excuſatione aliqua, vel defendere, vel

Monendus eſt confitens, vt, non excuſet.

minora facere nitūtur. Nam, exempli cauſa, cum aliquis fateatur, ſe ita vehementiùs commotum fuiſſe, ſtatim huius perturbationis cauſam in alium cōfert, à quo prius ſibi iniuriā factam eſſe queritur. Monēdus itaq; eſt, hoc elati animi; & hominis peccati ſui magnitudinē, vel deſpicientis, vel planè ignorātis, ſignū eſſe: tū verò eiuſmodi excuſationis genus ad augēdū potiùs, quàm ad minuēdum peccatum pertinere, nam qui ita factum ſuum probare cōtendit, hoc videtur profiteri; ſe tūc patientia vſurum eſſe; cum à nemine iniuria lædetur, quo quidē nihil homine Chriſtiano indignius eſſe poteſt. Etenim cum illius vicem maximè dolere debuerit, qui iniuriā fecit; tamen nō peccati prauitate commouetur, ſed fratri iraſcitur, ac, cū ei præclara occaſio oblata fuerit, vt Deū patientia colere, & fratrem manſuetudine ſua corrigere poſſit, ſalutis materiam ad perniciem ſuam conuertit.

Monēdus eſt Confitens, vt non excuſet.

61 *Quomodo his conſulet confeſſarius, qui peccata ſua confiteri erubeſcunt, vel imparati eum adeunt?*

Pernicioſior autem eſt illorum culpa exiſtimanda, qui ſtulta quadam verecundia impediti, peccata ſua confiteri non audeant. Iis igitur hortādo animū addere oportet, monendique ſunt, nihil eſſe, quòd vitia ſua aperire vereantur, nulliq; mirum videri debere, ſi intelligat homines peccare: qui quidem communis eſt omnium morbus, & in humanam imbecillitatem propriè cadit.

Alij ſunt, qui, vel quòd rarò peccata ſua confiteri ſolēt, vel quòd nullā curam, & cogitatione in perueſtigandis ſuis ſceleribus poſuerūt, nec cōmiſſa confeſſione expedire, nec vnde eius officij initium ducendū ſit, ſatis ſciunt: quos certè acriùs obiurgare opus eſt, atq; in primis docere priuſquam ad ſacerdotem aliquis adeat, omni ſtudio curandum eſſe, vt peccatorum ſuorum contritione commoueatur: id verò præſtari nullo modo poſſe, niſi eam reminiſcendo ſigillatim recognoſcere ſtudeat. Quare ſi ſacerdos huiuſmodi prorſus imparatos eſſe cognouerit, humaniſſimis verbis à ſe dimittet: hortabiturque, vt ad cogitanda peccata aliquod ſpacium ſumant, ac deinde reuertantur, quod ſi fortè affirmauerint, ſe in eam rem omne ſtudium, & diligentiam ſuam contuliſſe: (quoniam ſacerdoti maximè verendum eſt, ne ſemel dimiſſi,

Supina confitentium negligentia eſt caſtiganda.

Pœnitentes imparati ſunt remittendi.

amplius

ampliùs nõ redeant,)audiendi erunt, præſertim,ſi e nẽdãdæ vitæ ſtudiũ aliquod præſeferant,adduciq; poſſint, vt negligentiam ſuã accuſent,quã ſe alio tẽpore diligenti, & accurata meditatione cõpenſaturos promittant, in quo tamẽ magna cautio adhibẽda eſt;ſi enim,audita Cõfeſſione,iudicauerit,neq; in enumerãdis peccatis diligentiã,nec in deteſtandis dolorẽ pœnitenti omninò defuiſſe,abſolui poterit: ſin autem vtrumque in eo deſiderari animaduerterit, auctor illi, & ſuaſor erit,vt maiorẽ curã,quod antea dictũ eſt,in excutiẽda cõſciẽtia adhibeat, hominemque, vt blandiſſimè poterit tractatũ dimittet.

62 *Pudori quorundam quomodò conſulendum.*

Sed quoniam interdùm contingit, vt mulieres alicuius ſceleris in priori Confeſſione oblitę,iterùm ad ſacerdotem non audeant redire, quòd vereantur, vel ne in ſuſpicionem magnæ improbitatis populo veniant, vel ſingularis religionis laudem quærere exiſtimentur: ſæpe tum publicè,tum priuatim docendum eſt, neminem tanta memoria eſſe,qui omnia ſua facta, dicta, & cogitata meminiſſe queat. Quapropter fideles nulla re deterendos eſſe, quò minùs ad ſacerdotem reuertantur, ſi in memoriam alicuius criminis redierint,quod antea fuerit prætermiſſum. Hęc igitur, atque alia huius generis multa, in Confeſſione à ſacerdotibus obſeruanda erunt, nunc ad tertiam Pœnitentiæ partem veniendum eſt. De ſatisfactione tertia. Pœnitentiæ parte,eiuſque exequendę neceſſitate.

63 *Quid in genere, quidque in materia Confeſſionis ſignificet Satisfactio.*

Primum itaque Satisfactionis nomen,& vis exponenda eſt. Hinc enim Catholicę Eccleſię hoſtes amplã occaſionẽ diſſidij,& diſcordię,cum maxima Chriſtiani populi pernicie arripuerũt. Eſt autẽ Satisfactio rei debitæ integra ſolutio:nam,quod ſatis eſt,ei videtur nihil deeſſe, quarè cũ de gratię reconciliatione loquimur,idẽ ſatisfacere ſignificat, quod alteri tantùm præſtare, quantũ irato animo ad vlciſcendam iniuriam ſatis eſſe poſſit,atq; ita Satisfactio nihil aliud eſt, quam iniuriæ alteri illatæ compenſatio. Quod autem ad hunc locum pertinet, Satisfactionis nomen diuinarum rerum doctores ad declarandam eam compenſationem vſurparunt; cùm homo pro peccatis commiſſis Deo aliquid perſoluit.

Quid ſatisfactio generat. ſũpta ſit,doct. ſic definiunt in 4 d. 15. & in 11. de reſt. ſpo. ita Quid ſatisfactio vt ad pę nitenti à perti net vi caput ſatisfactio de p n. di. 3 & doct. in illud, & Tho in 4.d 16. qu. 1. art. 1. q. 1. & in ſup. pl. q. 12. art. 3.

64 *Quot ſint gradus eius ſatisfactionis, quæ compenſationem aliquam peccati includit.*

Quo in genere quoniã multi gradus eſſe poſſunt, hinc fit, vt Satisfactio variè accipiatur, ac prima quidem, & præſtantiſſima illa eſt, qua pro ſcelerum noſtrorum ratione, etiam ſi Deus ſummo iure nobiſcum velit agere, quicquid à nobis debeatur, cumulatè perſolutum eſt; Hæc verò eiuſmodi eſſe dicitur: quæ nobis Deum propitium & placatum reddidit, eamq; vni Chriſto Domino acceptã ferimus, qui in cruce, precio pro peccatis noſtris ſoluto, pleniſſimè Deo ſatisfecit. Neq; enim vlla res creata tanti eſſe potuit, quæ nos tam graui debito liberaret; atque, vt ſanctus Ioannes teſtatur, *a* ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autẽ tantũ, ſed etiã pro tòtius mundi. Hæc igitur plena, & cumulata eſt ſatisfactio, ſcelerum omnium rationi, quæ in hoc ſæculo cõmiſſa ſunt, pariter, æqualiterq; reſpondens, cuius põdere hominum actiones, apud Deũ plurimũ valent, ac ſine eo nulla prorsùs æſtimatione dignæ haberentur. Atque hùc Dauidis verba videntur ſpectare, qui poſtquam, ſecum ipſe reputans, illud protuliſſet, *b* Quid retribuam Dño pro omnibus, quæ retribuit mihi? nihil præter hanc ſatisfactionem, quam calicis nomine expreſſit, dignum tot, tantiſq; beneficijs inuenire potuit, quare ſubiecit; *c* Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.

Satisfactionis ſpiritualis varij gradus & multiplex acceptio.
Primo.
Propria, & plena ſatisfactio Chriſto eſt adſcribẽda. vide Tho. in 3. p. q. 48. artic. 2. & cont. Gen. li. 4. diſt. 55.

a 1. Ioan. 2. 2. vide item Ioan. 1. 29. & 2. Cor. 5. 19. 21. & Epheſ. 2. 4. 5 & 5. Heb. 9. 11. 12. 13.
b Pſal. 115. 12.
c Ibid. 13.

Alterum ſatisfactionis genus, eſt ea, quæ & canonica appellatur, & certo temporis ſpatio definita perficitur; Quare antiquiſſimæ Eccleſiæ vſu receptum eſt, vt cum pænitentes, à peccatis ſoluuntur, pæna aliqua eis irrogetur, cuius pænæ ſolutio, Satisfactio vocari conſueuit.

Secundo accipitur pro ſatisfactione ſacramentali, & canonica, quæ eſt pænę impoſitæ à ſacerdote cum propoſito vitę emendandæ perſolutio.
Tertio, accipitur pro ſatisfactione vltro ſuſcepta.

Eodem verò nomine quodlibet pænæ genus ſignificatur, quam prò peccatis, non quidem a ſacerdote conſtitutam, ſed ſponte noſtra ſuſceptam, atque à nobis ipſis repetitam ſuſtinemus.

65 *Quid ſit hæc ſatisfactio, quæ ad Sacramentum Pænitentię pertinet.*

Verùm hæc ad Pænitentiã, vt Sacramentum eſt, minimè pertinet: ſed illa tantùm Sacramenti pars cenſenda eſt, quam diximus ex præcepto ſacerdotis Deo pro peccatis dependit: hoc adiuncto, vt ſtatutum cum animo, &

Trid. Syn. ſeſſ. 14. de pęn. c. 8. & 9. cap. 13. de hac ſatisfactione ſcripſerunt. Tert. in lib. 1. de pœn.

delibe-

deliberatũ habeamus, peccata in poſterum omni ſtudio vitare, ita enim *a* nonnulli definierunt: Satisfacere, eſt Deo debitum honorem impendere. Quod autem nemo debitũ honorẽ Deo poſſit tribuere, niſi qui peccata omninò vitare conſtituat, ſatis apparet. *b* Et ſatisfacere, eſt peccatorum cauſas excidere, & eorum ſuggeſtioni aditum non indulgere. In quam ſententiam alij ſenſerunt, Satisfactionem eſſe purgationem, qua eluitur, quicquid ſordium propter peccati maculam in anima reſedit, atq; à pœnis tempore definitis, quibus tenebamur, abſoluimur. Quæ cum ita ſint, facilè erit fidelibus perſuadere, quàm neceſſarium ſit, vt pęnitentes in hoc ſatisfactionis ſtudio ſe exerceant.

66 *Non ſemper cum remiſſione pœnę æternę, quę conſequitur condonationem culpę pœna temporalis remittitur.*

Docendi enim ſunt duo eſſe, quæ peccatũ conſequuntur, maculã & pœnam: ac quamuis ſemper culpa dimiſſa ſimul etiam æternæ mortis ſupplicium apud inferos cõſtitutum, condonetur; tamen non ſemper contingit, quẽadmodum à Tridentina Synodo declaratum eſt, vt Dñs peccatorum reliquias, & pœnã, certo tempore definitã, quæ peccatis debetur, remittat. Cuius rei perſpicua ſunt exempla in ſacris litteris, *c* Geneſis tertio capite, *d* Num. 12. & 22. & *e* alijs multis locis; ſed illud Dauidis clariſſimum, & maximè illuſtre intuemur, cui, etſi Nathan dixerat: *f* Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, non morieris; is tamen grauiſſimas pœnas vltrò ſubijt, Dei miſericordiam his verbis noctes dieſque implorãs: *g* Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me: quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Quibus verbis illud petitum eſt à Dño, vt nõ ſolũ crimen, ſed pęnam etiã crimini debitã cõdonaret, atque à peccati reliquijs purgatũ in priſtinũ decoris, & integritatis ſtatum reſtitueret. Atque hæc cũ ſummis precibus peteret, eũ tamen Dñs, *h* tum filij ex adulterio ſuſcepti, *i* tum Abſalonis, quem vnicè diligebat, defectione, & *k* morte, mulctauit, alijſque pęnis & calamitatibus affecit, quas illi antea intẽtarat In Exodo etiam, *l* etſi Dominus Moyſis precibus exoratus, populo idolatræ pepercerat,

Cypr. ep. 59. ad Clerum. Aug. in Enchir. c. 17 *a* Anſel. lib. 1. Cur Deus homo c. 21.
b Aug. de Eccl. dogma. c. 54 hab. Pœn. d. 3. c. ſatisfactio.
Duo ſunt quæ peccatum cõſequuntur, macula animę, & pęna. Ier. 2. 11.
Pœna eterna cũ remiſſione culpę ſemper remittitur temporalis nõ ité. Trid. Syn. ſeſſ. 14. de pęn. c. 8. can. 12. & 15.
c Gen. 3. 17. 18.
d Num. 12. 10. 11. 12. & 20. 12. 24.
e Exod. 32. 33. 34. Num. 14. 21 22. 23. Pſ. 98. 8. Vide itẽ Aug. lib. 2. de pecc. meritis, & remiſſ. cap. 34. & 22. cõtra Fauſt cap. 67. & in Ioan tract. 4. Greg. l. 9. mor. c. 27. Chryſ. 10 hom 8. ad popul. Antioc.
f 2. Reg. 12.
g Pſal. 50. 25.
h 2. Re 12. 18.
i 2. Reg. 13.
k 2. Reg. 18. 14
l Exod. 32. 33. Vide itẽ Aug. in Ench. c. 70. citatũ de pœn.

tamen minatus eſt, ſe tanti flagitij graues pœnas repetiturum eſſe, ipſeque Moyſes teſtatus eſt fore, vt illud Dominus ſeueriſſimè in tertiam, & quartam vſque generationem vlciſceretur. Hęc verò à ſanctis Patribus in Eccleſia Catholica ſemper tradita eſſe, ipſorum auctoritate apertiſſimè comprobatur.

d. 3. c. ſanè cauendum & c. 6. Hier. in ep. Papæ. 27. A b li. 1. de pę. c. 10 & li. 2. ca 5. Vide item canones pœnitétiales qui partim à quibuſdam vitis peculiariter ſũt cóſcrip i, partim in ipſo iuris canonici corpore habétur, qui in prima Synodo Mediolanenſi iuſſu Reueren Cardi. Borromæi ſimul co lecti extant.

67 *Quare non tantum indulgeat Deus homini Per Sacramentum Pœnitentiæ, quantum per Baptiſmum.*

Verùm, qua de cauſa factum ſit, vt pęna omnis Pœnitentiæ Sacraméto, æquè ac Baptiſmo non condonetur, preclarè à Sancta Tridentina Synodo explicatum eſt, his verbis: Diuinæ iuſtitiæ ratio exigere videtur, vt aliter ab eo gratiam recipiantur, qui ante Baptiſmum per ignorantiã deliquerint, aliter verò, qui ſemel à peccati, Dęmonis ſeruitute liberati, & accepto Spiritus ſancti dono, *a* ſcientes templum Dei violare, *b* & Spiritum ſanctum contriſtare non formidauerint.

Pluríb. de cauſis omnis pœna Sacraméto pœnitentię vt in Baptiſmo nõ remittitur. Trid. Syn. can. ſeſſ. 14. ca. 8. Prima ratio. a 1. Cor. 3. 17 b Eph. 4. 30. Secunda ratio c Heb. 10. 29. d Rom. 2. 5. e Pſ. 50. 20. S. Augu. ench. c. 5. 65. & hab. de pęn. diſ. 1 o in actione, & in 4. ſent. d. 20

Et diuinam clementiam decet, ne ita nobis abſq; vlla ſatisfactione peccata dimittantur, vt, occaſione, accepta, peccata leuiora putantes, *c* veluti iniurij, & cõtumelioſi Spiritui ſancto, in grauiora labamur *d* theſaurizantes nobis iram in diæ irę. Proculdubiò enim magnoperè à peccato reuocant, & quaſi fręno quodam coercent hæ ſatisfactoriæ pęnę, cautoriesque, & vigilantiores in poſterum pœnitentes efficiunt.

Accedit, vt tanquàm teſtificationes quędam ſint doloris, quem ex commiſſis peccatis capimus, qua ratione Eccleſię ſit ſatis, quę noſtris ſceleribus grauiter offenſa eſt, nam, vt ſanctus Auguſtinus, ait *e* Cor contritum, & humiliatum Deus non ſpernit. Verùm quia plerumque dolor alterius cordis occultus eſt alteri, neque in aliorũ notitiã per verba, vel alia quęcunq; ſigna, procedit, rectè ab ijs, qui Eccleſiæ pręſunt, tépora Pęnitentię cõſtituuntur, vt Eccleſię, in qua peccata ipſa remittuntur, ſatisfiat.

68 *Quomodo ex pęnis inflictis alij iuuentur.*

f Publica crimina publicæ expiari olimmotis fuit.

Prętetea Pęnitentiæ noſtra exempla alios docent, *f* quomodo ipſi vitam inſtituere, & pietatem ſequi debeant. Cum enim pęnas pro peccatis nobis irrogatas cęteri homines intuentur, & ſummam cautionem ſibi in omni vita adhibendam, & mores priſtinos corrigendos

eſſe

eſſe intelligunt. Quare ſapientiſſimè illud ab Eccleſia, obſeruatum eſt, vt cum ab aliquo publicè flagitium, commiſſum eſſet publica etiam Pœnitentia indiceretur, vt cęteri timore perterriti, deinceps peccata diligentius vitarent: quod etiam in occultis criminibus, quę grauiora eſſent, interdum fieri ſolitum erat. Sed in publicis, vt diximus, hoc perpetuum fuit, vt, qui ea commiſerant, antequam publicam Pœnitentiam ſuſcepiſſent, non abſoluerentur. Interim verò paſtores pro eorum ſalute Deum rogabant, atque, vt ipſi etiam pœnitentes idem facerent, eos hortari non deſinebant. Quo in genere ſumma fuit ſancti Ambroſi cura, & ſolicitudo; cuius lacrymis fertur quam plurimos, qui duro animo ad Pęnitentiæ Sacramentum acceſſerant, ita emollitos eſſe, vt veræ contritionis dolorem conceperint. Verùm poſtea tantum de veteris diſciplinæ ſeueritate remiſſum eſt, atque ita charitas refrixit, vt iam pleriq; ex fidelibus ad peccatorum veniam impetrandam, nullum intimum animi dolorem, atque gemitum cordis neceſſarium putent, ſed illud ſatis eſſe arbitrentur, ſi ſpeciem tantùm dolentis habeant.

Vide Aug. lib. 5. de ciu. c. 25. & ep. 54. & in li. 50. ho. 48. & de vera, & f. l. pœn. c. 11. Tert. in lib. de pœn. & de pudi.

Amb. lib. 1. de [illegible]nica pœn. c. 10. quod habetur de pœn. d. 3. cap. reperiuntur. Cypr. de lap. Conc. [illegible] h. citatū in d. 50. pœn. [illegible] Paulinus in vita Ambroſij ſub finem.

69 *Per pœnitentiam Chriſto aſſimilamur.*

Deinde verò huiuſmodi pęnarum perpeſſione conſequimur, vt capitis noſtri Ieſu Chriſti, *a* in quo paſſus eſt ipſę, & tentatur, ſimilitudinem, & imaginem geramus; nihil enim tam deforme videri poteſt, vt à S. Bernardo dictum eſt, quàm ſub ſpinoſo capite delicatum eſſe membrum; nã teſte Apoſtolo, *b* cohæredes ſumus Chriſti, ſi tamē cōpatimur, & quod alio loco ſcripſit, *c* ſi cōmortui ſumus, & conuiuemus, ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus.

Quam ſit enerui[illegible] vetus diſciplina.

Quarta ratio

a Heb. 2. 18.

D. Ber. ſerm. 5 de omnibus ſanctis

b Rom. 8. 17.

c. 2. Tim. 2. 11. 12.

70 *Quomodo poſt Dei miſericordiam in peccato, iuſtitia etiam locus ſit.*

Diuus etiam Bernardus duo affirmat in peccato reperiri maculam animæ, & plagam; ac turpitudinem quidem ipſam Dei miſericordia tolli, verùm ſanandis peccatorum plagis valde neceſſariam eſſe eam curam, quæ in remedio Pœnitentiæ adhibetur quemadmodũ enim ſanato vulnerè cicatrices quędam remanent, quæ & ipſæ curandæ ſunt ita in anima, culpa cōdonata, ſuperſūt peccatorum reliquiæ purgandæ. Idem planè. D. Chry-

Vide item D. Tho. in 3. p. q. 88 art. 4. & 5. D. Bern. in ſer cœna Domini Sanie, & vulnere peccati curatis remanet cicatrix. D. Chryſ. ho. 80 ad po. Am-

ſoſtomi ſententia confirmat, cum ait. Non ſatis eſt ſagittam ex corpore extrahi, ſed plaga quoque a ſagitta inflicta ſananda eſt, ſic etiam in anima poſt acceptam peccati veniam, pœnitentia curanda, eſt plaga relicta. Frequentiſſimè enim à Sancto Auguſtino docemur duo hæc in pœnitentia animaduertenda eſſe, Dei miſericordiam, & iuſtitiam; miſericordiam, qua, peccata, & pœnas æternas, illi debita condonat: iuſtitiam, qua, pœnis tempore diſinitis hominem punit.

> Aug. in Pſal. 50. ad uer. Ecce enim veritatẽ. Duo in pœnitentia animaduertenda. Sexta ratio.

71 *Per pœnitentiam pœnas a Deo nobis preparatas effugimus.*

Poſtremo, pęnitentiæ pœna à nobis ſuſcepta, Dei animaduerſionem, ſuppliciaque in nos conſtituta anteuerit, ita enim docet Apoſtolus, cum ait. *a* Si noſmetipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur: Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Quę cum fidelibus explicata fuerint, vix fieri poterit, quo minus ad Pœnitentiæ opera maximè excitentur.

> a 1. Cor. 11. 31. 32. Paſſionis Chriſti merito, opera noſtra ſunt, & meritoria, & ſatisfactoria. Trid. Syn. ſeſ. 14. de pœ. c. 8. c. 13. 14 & ſect. 6. de iuſtific. c. 16. Videatur etiã cap. 3. de orat. Dom.

72 *Vnde noſtra opera ſint tũ meritoria, tum etiam ſatisfactoria.*

Eius autem quanta vis ſit ex eo colligitur, quod tota a Chriſti Domini paſſionis merito pendet. A quo etiam honeſtis actionibus duo illa maxima bona cõſequimur: Alterum eſt, vt immortalis gloriæ præmia mereamur, ita vt *b* calix etiam aquæ frigidæ, quam in eius nomine dederimus mercede non careat. Alterum, vt pro peccatis noſtris ſatisfaciamus.

> b Matt. 10, 42. & Mar. 9. 41. Merita ſanctorũ quomodo etiã alijs proſint & vñ tantus Eccleſiæ Catholicæ theſaurus ſit collectus. Conc. Triden. ſeſs 14. cap. 8. Greg. in cap. 9 l. 1. reg. & Baſil. reg. bien. q. 12.

73 *Chriſti ſatisfactionẽ, & meritũ, noſtra ſatisfactio nõ obſcurat*

Neque verò id perfectiſſimam, & cumulatiſſimã Chriſti Domini ſactisfactionem obſcurat, ſed illud potiùs, cõtrà euenit, vt multò clariorem, & illuſtriorem reddat eo enim copioſior Chriſti gratia videtur eſſe, quod non ſolum ea nobiſcum communicantur, quæ ipſe ſolus, ſed illa etiam, quæ tanquam caput in membra ſuis ſanctis, & iuſtis hominibus promeruit, ac perſoluit: qua ratione fieri perſpicuum eſt, vt iuſtæ, & honeſtę piorum actiones; tantum ponderis, & dignitatis habeant Chriſtus enim Dominus *c* tanquam caput in membra, & *d* vitis in palmites, gratiam ſuam in eos qui ſibi per charitatem coniuncti ſunt, continenter infundit. Quę quidem e gratia, bona opera noſtra ſemper antecedit, comitatur, & con-

> c Eph. 4. 16. d Io. 15. 4. 5. 6. 7. 8. Hec ad verba transũpta sũt ex ſeſ. 6. c. 16. Trid. Syn. cap. gratia Dei bona opęra præuenit, cõſequitur & cõmit.

conſequitur, & ſine qua, mereri, aut ſatisfacere Deo nullo modo poſſumus. Atque ita fit, vt iuſtis nihil deeſſe videatur, cum operibus, quæ Dei virtute efficiũt; & diuinæ legi pro humana, mortalique cõditione ſatisfacere, & vitam æternam, quam ſcilicet, ſi Dei gratia ornati è *a* vita deceſſerint, cõſequentur, mereri poſſint; nota eſt enim illa Saluatoris vox; *b* Qui autem biberit ex hac aqua, quã ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

74 *Ad hoc vt opus aliquod veram viam ſatisfaciendi habeat, quę ſint potiſſimum neceſſaria.*

Sed duo præcipuè in ſatisfactione requiruntur, primũ eſt, vt is, qui ſatisfacit, iuſtus ſit, ac Dei amicus. Opera enim *c* quæ ſine fide, & *d* charitate fiunt, nullo modo Deo grata eſſe poſſunt: alterum, vt *e* eiuſmodi opera ſuſcipiantur, quæ natura ſua, moleſtiam, & dolorem afferant, cum enim præteritorum ſcelerum compenſationes ſint, atque vt S. Marty. *f* Cypr. ait redemptrices peccatorum omninò neceſſe eſt, vt aliquid accerbitatis habeant. Quamquam non ſemper illud conſequitur, vt qui ſe in illis moleſtis actionibus exercent, doloris ſenſum habeãt. Sæpe enim vel patiẽdi conſuetudo, vel accẽſa in Deum charitas efficit, vt, quæ perpeſſu grauiſſima ſũt ne, ſentiantur quidem. Nec tamen idcirco fit, quò minus ea ipſa opera ſatisfaciẽdi vim habeant; ſi quidẽ hoc propriũ eſt filiorũ Dei, ita eius amore, & pietate inflammari, vt acerbiſſimis laboribus cruciati, aut nihil ferè incommodi ſentiant, aut omnia lætiſſimo animo perferant.

75 *Quot ſint opera Satisfactionis.*

Verùm omne Satisfactionis genus Paſtores docebũt ad hæc tria præcipuè conferendum eſſe, orationem ieiunium, & eleemoſynam, quæ quidem tribus bonis, animæ, corporis, & ijs, que externa commoda dicuntur, quæ omnia à Deo accepimus, reſpondẽt; nihil verò aptius, & conuenientius ad extirpandas omnium peccatorum radices eſſe poteſt. Nam cum *g* omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis ſit, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ: nemo non videt, hiſce tribus morbi cauſis totidem medicinas, priori, ſcilicet Ieiunium, alteri eleemoſynã, tertiæ Orationem rectiſſimè oppo-

ratur. Conc. Araus. ca. 14. Au. de correp. & gr. c. 13. & de gratia. & Lat. c. 6. & ſer. 15 de verb. Apoſt. Fulg. lib. 1. ad Man. c. 11. 12. Vitam æternã cũ Dei gr. mereri poſſumus a 1. Cor. 15. 58. & 2 Co. 4. 17 & 2. Tim. 4. 8. & Heb. 6. 10 & 1. 34. 35. 36.

Iuſti quomodo diuinę legi ſatisfaciant. b Io. 4. 15. 14.

Quæ ad verã ſatisfactionẽ requirantur.

Opera impiorum non ſunt Dei gratia aut ſatisfactoria. c Ro. 14. 13. Heb. 11. 6. d Cor. 15. 3. vide Th. 4. d. 15.

e Opera ſatiſfactoria pęnalia eſſe neceſſe. Greg. lib. 4. moral. cap. 21. Tho. in 4. d. 15. q. 1. art 4. ſup. q. 16. art. 1. f Cypr. lib. 1. epiſt. 3. poſt medium.

Satisfactio noſtra oĩs oratione, ieiunio, & eleemoſyna concluditur. Tri. Syn. ſeſ. 14 de pœn. ca. 13 Leo. ſer. 1. de ieiu. 10. mem. Bern. in ſen. ſect 11. Tho in ſup. 1. p. q. 15. art. 3. Tribus morbis tres medicinæ opponendæ.

opponi. Præterea, ſi eos etiam, qui peccatis noſtris offenduntur, ſpectemus, facile erit intelligere, cur ad hæc tria potiſſimùm omnis ſatisfactio referatur. Hi verò sũt Deus, proximus, nos ipſi. Quare Deum oratione placamus; proximo eleemoſyna ſatisfacimus, nos ipſos verò ieiunio caſtigamus.

Peccato Deũ, proximum, & nos ipſos offendimus.

Etiã afflictiones huius vitæ patiẽter toleratæ ſint ſatiſfactoriæ Conc Tri.ſeſs, 14.c.9 & can, 13. vide item. c. ſunt plures de pœn.d 3.& Tho.in ſup.q. 15, art. 2.

76 *Afflictiones quæ extrinſecùs hominibus immittuntur, ſunt etiam ſatisfactoriæ.*

Sed quoniam multæ, variæque ærumnæ, & calamitates, dum in hac vita ſumus, nos præmunt, illud maximè fideles docendi ſunt, eos, qui patienti animo, quicquid laborioſi, & incommodi Deus immiſerit, ferãt, amplam ſatisfaciendi, & merendi materiam nactos eſſe, qui autem inuiti, & repugnantes pœnas huiuſmodi ſuſtineãt, omni ſatisfactionis fructu priuari, ſed Dei tantùm, peccata iuſto iudicio vlciſcentis, animaduerſionem, & ſupplicium perferre.

77 *Vnus pro alio ſatisfacere, nõ autẽ confiteri, aut contexi poteſt.*

Satisfacere poteſt vnus pro alio. Th.in 4. d 20.q. 1.ar.2. q. 3. & in ſup. q. 13. ar. 2.

Nemo poteſt pro altero cõteri, aut cõfiteri, de pœn d. 2. cap. quem pœnitet.

a Gal. 6. 2.

Cur ſatisfactio alteri prodeſſe poſſit.

In eo verò ſumma Dei bonitas, & clementia maximis laudibus, & gratiarum actionibus prædicanda eſt, qui humanæ imbecillitati hoc condonauit, vt vnus poſſet pro altero ſatisfacere; quod quidem huius partis Pœnitentiæ maximè proprium eſt. Vt enim quod ad Contritionem, & Confeſſionẽ attinet, nemo pro altero dolere, aut confiteri poteſt; ita, qui diuina gratia præditi ſunt, alterius nomine poſſunt, quod Deo debetur, perſoluere; quare fit, vt quodam pacto, *a* alter alterius onera portare videatur. Nec verò de hoc cuiquam fideliũ dubitandi locus relictus eſt, qui in Apoſtolorum Symbolo ſanctorum communionem confitemur; nam cum omnes eodem Baptiſmo abluti, Chriſto renaſcamur eorundem Sacramentorum participes ſimus, in primis verò eiuſdẽ corporis, & ſanguinis Chriſti Domini cibo, & potu recreemur, hoc apertiſſimè demonſtrat, *b* nos omnes eſſe eiuſdem corporis membra. Quemadmodum igitur, neque pes, ſuæ tantum, ſed etiam oculorũ vtilitatis cauſa munere ſuo fungitur, neque rurſus, quòd oculi videant, ad illorum propriam, ſed ad communẽ omnium membrorum vtilitatem referendum eſt, ita communia inter nos Satisfactionis officia exiſtimari debent.

b Ro. 12.4.5. 1. Cor. 12. 11. Eph. 4.7.

78 Non

78 *Non omnis Satisfactionis virtus alij communicari poteſt.*

Neque tamen id ſine vlla exceptione verum eſt, ſi cōmoda omnia, quæ ex ea capiuntur ſpectemus nā ſatisfactionis opera, medicinæ etiam, & curationes quędam ſunt, quæ Pœnitenti ad ſanandos prauos animi affectus præſcribuntur; quo quidē vtilitatis fructu, eos, qui per ſe non ſatisfaciunt prorſus carere perſpicuū eſt. Hæc igitur de tribus pœnitentiæ partibus Cōtritione, Confeſſione, Satisfactione, copiosè, & dilucidè explicanda erunt.

In Satisfactione quidā cernūtur fructus qui alijs communicari non poſſunt. Ar. in 2. Ethi. c. 3. & Tho. in ſuppl. 2 p. q. 12. art 3.

79 *Illi impedienda non eſt abſolutio, qui rem ablatam reſtituere non permittit.*

Sed illud in primis à ſacerdotibus obſeruari oportet, vt audita peccatorū confeſſione, antequam Pœnitentem à peccatis abſoluant, diligenter curent, vt, ſi quid ille fortè de re, aut de exiſtimatione proximi detraxerit, cuius peccati merito damnandus eſſe videatur, cumulata ſatisfactione compenſet: nemo enim abſoluendus eſt, niſi priùs, quæ cuiuſque fuerint, reſtituere polliceatur. At quoniam multi ſunt, quibus, etſi prolixe polliceantur, ſe officio ſatis eſſe facturos, tamen certum eſt, ac deliberatum nunquam promiſſa exoluere, omnino ij cogendi ſunt, vt reſtituant, ſæpèque illud Apoſtoli eis inculcandum eſt, vt, *a* Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis, quod bonum eſt; vt habeat, vnde tribuat neceſſitatem patienti.

Null absolutio impendēda, qui rem ablatam reſtituere non pronunciat. S. Ambr. in 2. p. ſumm. Tr. 2. ca. 12. & alij Theologi.

a Eph. 4. 28.

80 *Cuiuſmodi ſatisfactio Pœnitenti ſit imponenda.*

In irroganda autem ſatisfactionis pœna ſacerdotes nihil ſibi ſuo arbitratu ſtatuendum eſſe, ſed omnia iuſtitia, prudentia, & pietate dirigenda exiſtimabunt. Atq; vt hac regula peccata metiri videantur, & Pœnitentes ſuorum ſcelerum grauitatem magis agnoſcant, operæ pretium erit, eis interdùm ſignificare, quæ pœnæ quibuſdam delictis, ex veterum canonum præſcripto, qui pœnitentiales vocantur, conſtitutæ ſint. Igitur vniuerſæ ſatisfactioni modum, culpæ ratio temperabit. Sed ex omni ſatisfactionum genere maximè conuenit pœnitentibus pręcipere, vt certis aliquot, & definitis diebus orationi vacent, ac pro omnibus, & præſertim pro ijs, qui ex hac vita in Domino deceſſerunt, preces Deo faciant. Hortari verò etiam eos oportet, vt ſæpe

Iuxta peccatorum qualitatem imponēda eſt ſatisfactio.

Trid. Syn. ſeſs. 14. de pœn. c. 8. & can. 15. vide item c. tēpora & ſequēti 1 26. ſ. & de pœ. d. 3. c. menſuram, & alijs vbi ex multis Concilijs, & Pontificū decretis quales pœnitentiæ sūt iniungēdæ oſtenditur.

Veterū canonum rigor ſubinde inculcādus. vide quæ eo ca. ſect. 67. notauimus.

Quę ſatisfactio pręcipuè ſit imponéda.

eadem Satisfactionis opera, à ſacerdote indicta, vltro ſuſcipiant, ac repetant, atque ita mores ſuos componant, vt ijs omnibus, quæ ad Pœnitentiæ Sacramentum pertinent, diligenter abſolutis, tamen virtutis Pœnitentiæ ſtudia nunquam intermittant. Quòd ſi interdum etiam ob publicam offenſionem, publica pœnitentia præſcribenda fuerit, quamuis eam pœnitens refugiat, ac deprecetur, non erit facilè audiendus, verùm perſuadere ei oportebit, vt quæ tum ſibi, tum alijs ſalutaria futura ſunt, libenti, atque alacri animo ſuſcipiat. Hæc de Pœnitentiæ Sacramento ſingulisque eius partibus ita docenda erunt, vt non ſolum ea perfectè fideles intelligant, ſed etiam iuuante Domino, reipſa, piè, & religiosè prçſtare animum inducant.

Publicam pęnitentiam deprecanti non mox acquieſcendum eſt. Videatur paulò ante ſec. 67.

DE

DE EXTREMÆ VNC. SACRAMENTO.

CAP. VI.



1 *Quare Paſtores animarum ſæpius apud populum de Extremę Vnctionis Sacramento agere debeant.*

CVm ſancta Scripturarum oracula, ita doceant, *a* In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternũ nõ peccabis, tacitè Parochi admonentur, nullum tempus prætermittendum eſſe, fidelem populum cohortandi, vt in aſſidua mortis meditationẽ verſetur. Quoniam autem Extremæ Vnctionis Sacramentum non poteſt ſupremi illius diei memoriam coniunctam non habere; facilè intelligitur, ſæpius de eo agendum eſſe, non ſolum ob eam cauſam, quòd illarum rerum myſteria, quæ ad ſalutem pertinent, aperire, & explicare maximè conuenit, ſed etiam, quia fideles, *b* moriendi neceſſitatem omnibus propoſitam eſſe animo repetentes, prauas cupiditates coercebunt. Quare fiet vt in ipſa mortis expectatione ſe minùs ꝑturbari ſentiant, ſed immortales Deo gratias agãt, qui, vt baptiſmi Sacramento aditum nobis ad veram vitam patefacit, ita ẽt, vt ex hac mortali vita decedẽtes, expeditiorẽ ad cæleſtũ viã haberemus, Extremæ vnctionis Sacram. inſtituit.

Nouiſſima ſępè meditanda Conſulaturſe. poſtrema 7. a. Symb. Apoſt.
a Eccl. 7. 40.
b Rom. 5. 12. Heb. 9. 27.
Deo magnę habendę gratię de huius Sacramẽti inſtitutione.

2 Quam-

2 *Quamobrem iſtud Sacramentum Extrema vnctio appellatur.*

Vide tit. de ſac. Vnct. in decretalibus.
Ratio nominis.
Hugo de ſac. l. 15. c. 2. Pet. Dam. ſer. 1 de d. d. Eccl. 1 & Tho. in ſ pl. q 31. art. 1.

Vt igitur, quę ad eam explicationem magis neceſſaria ſunt, eodem ferè ordine, qui in alijs Sacramentis ſeruatus eſt, exponantur, primum illud tradēdum erit hoc Sacramentum idcirco extremam vnctionem appellatum eſſe, quòd hæc omnium Sacrarum vnctionem, quas Dominus Saluator noſter Eccleſiæ ſuæ commendauit, vltima adminiſtranda ſit. Quare hæc ipſa vnctio à maioribus noſtris Sacramentum etiam vnctionis infirmorum, & Sacramentum exeuntium dicta eſt: quibus vocabulis fideles, in memoriam nouiſſimi illius temporis facilè redire poſſint.

3 *Quomodo Extremæ vnctioni propria Sacramēti ratio cōueniat.*

Extrema vnctionem verè Sacramentum eſſe Tho. 1. d. 23. q. 2 ar. 1. & in ſupp. q. 29. c. 1.
Trid Syn. ſeſ. 14 de extrem. vnct. in proœ. & c. 1. c. 1.
a Iac. 5. 14. & B da in hunc locum, vide item.
Mar. 6. 13.
Conc. Conſt. Hor. Cabilonenſe c. 48. Vuormatienſe, cap. 22.

Quod autem extremæ vnctioni propria Sacramenti ratio conueniat, in primis explanandum eſt. Id verò maximè perſpicuum fieri poteſt, ſi verba, quibus ſanctus Iacobus Apoſtolus huius Sacramenti legem promulgauit attendamus. a Infirmatur quis in vobis inquit, inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus; & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Nam quòd peccata condonari Apoſtolus affirmat, in eo declarat Sacramenti vim, & naturā. Hāc verò Catholicæ Eccleſię de extrema vnctione perpetuā doctrinam fuiſſe, cum alia plura Cōcilia teſtantur, tū à Tridentina Synodo hoc ita declaratū eſt, vt in eos omnes anathematis pęnam conſtituerit, qui aliter docere, aut ſentire audeant Ac Innocentius quoque primus hoc Sacramentum fidelibus maximè commendat.

4 *Cum hic plures fiant Vnctiones an, plura etiam ibidem dici Sacramenta debeant.*

Vnicū eſt Extremæ vnctionis Sacramentum quamuis per plures vnctiones adminiſtretur.
Vide Tho. in ſup. l. q 29. ar. 2.

Conſtanter itaque docendum eſt à Paſtoribus, verum Sacramentum eſſe: nec plura, ſed vnum, quamuis per plures vnctiones adminiſtretur, quarū ſingulis propriæ preces, ac pecculiaris forma adhibenda eſt. Vnum verò eſt non partium continuatione, quæ diuidi non poſſint: ſed perfectione: cuiuſmodi ſunt cętera omnia, quæ ex pluribus rebus conſtant Nam quemadmodum domus, quæ ex multis, & diuerſis partibus conpoſita eſt, vna tantùm forma perficitur: ita hoc Sacramētū, etſi ex pluribus re-

rebus,& verbis conſtituitur, vnum tamen ſignum eſt, & vnius rei, quam ſignificat, eſſicientiam habet. Docebunt prǫterea Parochi quǫ ſint huius Sacramenti partes, Elementum, inquam & Verbum, hæc enim à ſancto *a* Iacobo prætermiſſa non ſunt, in quibus ſingulis ſua Myſteria licet animaduertere.

a Iac. 1. 14. T 10.. vbi ſup. art. 4.

5 *Quæ ſit Extremæ Vnctionis materia.*

Eius igitur elementum, ſiue materia, quemadmodum Concilia, ac præcipuè Tridentinum decreuit, eſt oleum ab Epiſcopo conſecratum, liquor ſcilicet, non ex quauis pingui, & craſſa materia, ſed ex olearum baccis tantummodò expreſſus. Aptiſſimè autem hæc materia illud ſignificat, quod vi Sacramenti interius in anima efficitur; nam vt oleum ad mitigandos corporis dolores magnoperè proficit ita Sacramenti virtus animæ triſtitiam, ac dolorem minuit. Oleum præterea ſanitatem reſtituit, hilaritatem affert, & lumini tanquam pabulum præbet, tũ verò ad recreandas defatigati corporis vires, maximè accommodatũ eſt. Quæ omnia, quid in ægroto diuina virtute per huius Sacramenti adminiſtrationem efficiatur, declarant. Hæc de materia ſatis ſint.

De materia Concil. Trid. ſeſs. 14. de Sacramento extremæ vnctionis. c. 1.

6 *Qua forma perficiatur hoc Sacramentum.*

Forma verò Sacramenti eſt verbum, & ſolemnis illa precatio, quam ſacerdos ad ſingulas vnctiones adhibet, cum inquit; Per iſtam ſanctam vnctionen indulgeat tibi Deus, quidquid oculorum, ſiue narium, ſiue tactus vitio deliquiſti. Quod autem hæc vera ſit, & propria huius Sacramenti forma, ſanctus Iacobus Apoſtolus ſignificat, cùm ait *b* & orent ſuper eum, & oratio fidei ſaluabit infirmum. Ex quo licet cognoſcere, formam, precationis modo proferendam eſſe, tametſi quibus potiſſimum verbis concipienda ſit, Apoſtolus non expreſſerit. Verùm hoc ad nos fideli Patrum traditione permanauit, ita vt omnes Eccleſiæ eam formæ rationem retineant, qua omnium mater, & magiſtra, ſancta Eccleſia Romana vtitur. nam etſi aliqui nonnulla verba immutãt cum pro, Indulgeat tibi Deus, ponũt, Remittat vel parcat, interdum etiam, Sanet, quicquid commiſiſti; tamen, quia nulla fit ſententiæ immutatio, conſtat eandem ab omnibus formam religiosè ſeruari.

De forma Cõcil. Trid. ibid. Th. cap. diſt & q. art. 4. q. 1 & in ſupl. cap. q. art. 7.
Forma huius Sacramenti ex Patrum traditione, & Eccleſiarum cõſenſu probatur.
b Iac. 5. 15.
Eccleſia Romana omniũ Eccleſiarum mater, & magiſtra, ca. non decet diſt. 12. & de ſumm. Tri. cap. damnamus

7 *Cur huius Sacramenti forma precationis modo contineatur.*

Vid. Th. ibid. art. 8.

Extrema vnctione non tantum animis, ſed etiam corpus interdum curatur.

Syn. Trid. ſeſs. 14 de extrema vnctione ca. 2 & can. 2.

Nec verò quiſquam miretur, cur factum ſit, vt aliorũ Sacramentorum forma, vel abſolutè ſignificet, quod efficit, vt cum dicimus; Ego te Baptizo, aut Signo te ſigno crucis, vel tanquam ab imperantibus pronuncietur, vt cum in Sacramento Ordinis administrando dicitur; Accipite poteſtatem; hæc vna verò Extremæ vnctionis forma, precatione quadam abſoluatur, id enim optimo iure conſtitutum eſt; nam cùm hoc Sacramentum propterea adhibeatur, vt præter ſpiritualem gratiam, quam tribuit, ſanitatem etiam reſtituat ægrotis; tamen, quia nõ sẽper ſequitur, vt ęgri à morbis cõualeſcant, ob eam cauſam precatione, forma conficitur, vt à Dei benignitate id impetremus, quòd Sacramenti vis, conſtanti, & perpetuo ordine efficere non ſolet, Adhibentur autem ritus proprij in huius quoque Sacramenti adminiſtratione: ſed eorum maxima pars precationes continet, quibus ſacerdos ad ægroti ſalutem impetrandam vtitur. nullũ enim eſt aliud Sacramentum, quod pluribus precibus cõficiatur, ac rectè quidem, quoniam eo potiſſimũ tempore fideles pijs obſecrationibus adiuuãdi sũt. quare, & alij omnes, quos tum adeſſe contingerit, & præcipuè Parochi debẽt orare Deum ex animo, & eius miſericordiæ, laborantis vitã, & ſalutẽ omni ſtudio cõmẽdare

Cur in hoc Sacramento tot preces adhibeantur.

Vnctionis extremæ ſacramentũ a Chriſto inſtitutum & quibus conferendum.

8 *Quis nam huius Sacramenti ſit auctor.*

Trid. Syn. ſeſs. ea in doctrinæ ſac. extr. vnct. c. 1. & prob. D. Tho. in 4. d ar. q. 3 & 1. ſup q. 9. ar. 3.

a Iac. 5. 14. & 15.

b Mar. 6. 13.

Extremæ vnctionis vſus Apoſtolis a Domino eſt imperatus.

Chry. lib. 3. de ſacer. ante medium D. Ber in vita Malac.

Verùm cùm demonſtratum ſit extremam vnctionem verè, & propriè in Sacramentorum numero habendam eſſe: illud etiam ſequitur, eius inſtitutionem à Chriſto Domino profectam eſſe, quæ poſtea à ſancto *a* Iacobo Apoſtolo fidelibus propoſita, & promulgata eſt. Quanquam idem Saluator huius vnctionis ſpecimem quoddam dediſſe viſus eſt cũ diſcipulos ſuos binos, & binos ante faciẽ ſuam miſit, de illis enim apud Euangeliſta ita ſcriptum eſt: *b* Exeuntes prædicabant, vt Pœnitentiam agerent, & demonia multa eijciebant, & vngebant oleo multos ægros, & ſanabant quam quidem vnctionem nõ ab Apoſtolis inuentam ſed à Domino præceptam, non naturali aliqua virtute præditam, ſed myſticam potiùs ad ſanandos animos, quàm ad corpora curanda; inſtitutam fuiſſe, credendum eſt. Quam rem ſancti Dionyſius,

Am-

Ambroſius, Chryſoſtomus, & Gregorius Magnus, aſſe- iunt, vt nullo modo dubitandum ſit, quin hoc vnum ex ſeptem Eccleſiæ Catholicæ Sacramentis, ſumma cum religione accipere oporteat.

Cō. Melc. ca. 1. teste Burch. li. 4. c. 75. Theophil. in Mat. 3

9 *Extrema vnctio, quibus adminiſtranda ſit.*

Sed docendi ſunt fideles, quamuis hoc Sacramentū ad omnes pertineat, quædam tamen hominū genera excipi, quibus adminiſtrandū non ſit. Ac Primùm excipiuntur, qui ſano & firmo corpore ſunt: ijs enim Extremam vnctionem tribuendam non eſſe, & Apoſtolus docet, cum inquit: *a* Infirmatur quis in vobis: & ratio oſtendit, ſi quidem ob eā rem inſtituta eſt, non modò vt animæ, ſed etiam vt corpori medicinam afferat. Cū igitur illi tantū, qui morbo laborant, curatione indigeant, idcirco ijs etiam, qui adeò periculosè ægrotare videntur, vt ne ſupremus illis vitæ dies inſtet, metuendū ſit, hoc Sacramētum præberi debet. In quo tamen grauiſſimè peccāt, qui illud tempus ægroti vngendi obſeruare ſolent, cum iam omni ſalutis ſpe; amiſſa, vita, & ſēſibus carere incipiat, conſtat enim, ad vberiorem Sacramenti gratiā percipiēdam plurimū valere, ſi ægrotus, cùm in eo adhuc integra mens, & ratio viget, fidemque & religioſam animi voluntatem afferre poteſt, ſacro oleo liniatur. Quare Parochis animaduertendū eſt, vt eo potiſſimū tempore cæleſtem medicinam adhibeant, illam quidem ſemper vi ſua admodū ſalutarem, cū eorum etiam pietate, & religione, qui curandi ſunt, magis profuturam intellexerint.

a Au. l. de viſit infir. l. 2. cap. 4. & in l. de rect. fi. Cath. & de tēp. ſe. 215. & Car. mag. lib. 1. de leg. fr. c. 156 Haym. itē ſuper Euang. vt recen. prætermittam Magiſtrū. ſ in 4. d. 25 & quotquot cum poſtea ſecum ſūt. Imo vero & Ter. in lib. de Præſcr. ſi Pamelio credimus. Extrema vnctio nō omnibus adminiſtranda, primo firmi & ſani, excluduntur. Tho. in 4. d. 23 qu. 2. art. 2. q. 1. & in ſup. q. 32. art. 1.

Nemini igitur, qui graui morbo affectus non ſit, Sacramentum Vnctionis dare licet, tametſi vitæ periculum adeat, vel quia periculoſam nauigationem paret, vel quia præliū initurus ſit: a quo illi certa mors impendeat, vel etiam ſi capitis damnatus, ad ſupplicium raperetur. Omnes præterea, qui rationis vſu carent, ad hoc Sacramentum ſuſcipiendum apti non ſunt, & pueri, qui nulla peccata admittunt, quorum reliquias ſanare huius Sacramenti remedia opus ſit: amentes item, & furioſi, niſi interdum rationis vſum haberent, & eo potiſſimùm tēpore pij animi ſignificationem darent, peterentque, vt ſacro oleo vngerentur: nam qui ab ipſo ortu nunquam mentis, & rationis compos fuit, vngendus non eſt: ſecùs

Iacob. 5. 14. Tempeſtiuè ægrotis adhiberi debet hæc vnctio. Sano periculū mortis adeunti nō detur extrema vnctio. Secundo, pueri, & inſani nō ſūt iniungēdi.

verò, ſi ægrotus, cùm mente adhuc integra huius Sacramenti particeps fieri voluiſſet, poſtea in inſaniam, & furorem incidit.

10 *Quæ corporis partes hic debeant inungi.*

Quæ corporis partes vngi debeant. Trid. Syn. de extrema vnctione. Seſſ. 14. c. 3. & can. 3. Tho. vbi ſup. art. 6.

Non ſunt autem omnes corporis partes vngendæ, ſed eæ tantum, quas veluti ſenſuum inſtrumenta homini natura attribuit, oculi propter viſionem, aures propter auditum, nares propter odoratum, os propter guſtum, vel ſermonem, manus propter tactum, qui tametſi toto corpore æquabiliter fuſus eſt, in ea tamen parte maxime viget. Hunc autem vngendi ritum vniuerſalis Eccleſia retinet, atque etiam huius ſacramenti naturæ optimè conuenit; medicamenti enim eſt inſtar. Ac, quoniam in corporis morbis, quamuis vniuerſum corpus male affectum ſit, tamen illi tantum parti curatio adhibetur, a qua tanquam a fonte, & origine morbus manat, idcirco non totum corpus, ſed ea membra, in quibus potiſſimum ſentiendi vis eminet, Renes etiam veluti libidinis, & voluptatis ſedes, vnguntur: tum pedes, qui nobis ingreſſus, & ad locum mouendi principium ſunt.

11 *Extrema vnctio iterari poteſt.*

In vna eademque ægrotatione non eſt iteranda vnctio Th. in 4. diſ. 23 qu. 1. art. 4 & in ſupp. q. 33. art. 1.

In quibus illud obſeruare oportet, in vna, eademque ægrotatione, cum æger in eodem vitæ periculo poſitus eſt, ſemel tantùm vnguendũ eſſe. Quod ſi poſt ſuſceptã hanc vnctionem æger conualuerit, quoties poſtea in id vitæ diſcrimen inciderit, toties eiuſdem Sacramẽti ſubſidium ei poterit adhiberi: ex quo patet in eorũ Sacramentorũ numero, quæ iterari ſolent, reponendum eſſe.

12 *Qua religione & præparatione debeat iſtud Sacramentum ſuſcipi.*

Primò vnctionẽ præcat Euchariſtiæ, & Pœnitentiæ Sacramentũ, vide quæ notauimus ſup. ca. 5. ſec. 46 & Th. in ſup. qu. 30. art. 1.
Secundo, eſt firma fide ſuſcipienda.

Quoniam verò omni ſtudio curare oportet, ne quid Sacramenti gratiam impediat, ei verò nihil magis aduerſatur quàm alicuius peccati mortiferi conſcientia; ſeruanda eſt Catholicæ Eccleſiæ perpetua conſuetudo, vt ante Extremam vnctionem, Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtretur. Ac deinde ægroto Parochi perſuadere ſtudeant, vt ea fide ſe vngendum ſacerdoti præbeat, qua olim qui ab Apoſtolis ſanãdi erant, ſe ipſos offerre conſueuerant. In primis autem animæ ſalus, deinde corporis valetudo, cum illa adiunctione,

Si ea

Si ea ad æternam gloriam profutura ſit, expetenda eſt? Nec verò dubitare fideles, debent, quin ſanctæ illæ, & ſolemnes preces a Deo audiantur, quibus ſacerdos non ſuam, ſed Eccleſiæ, & Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam gerens, vtitur. Qua vna maximè re cohortandi sũt, vt huius ſaluberrimi olei Sacramentũ, ſanctè, & religioſè ſibi adminiſtrandũ curent, cùm & acrior pugna inſtare, & vires cùm animi, tum corporis, deficere videâtur.

Tertio tempore ſtiue eſt adhibenda.

13 *Quo miniſtrante hoc ſacramentum percipiendum ſit.*

Iam verò quis Extremæ vnctionis miniſter ſit ab eodem Apoſtolo, qui Domini legem promulgauit, didicimus, inquit, enim a Indicat presbyteros, quo nomine non eos ſignificat, qui ætate prouectiores ſunt, quemadmodum ſapienter Trid. Syn. exponit, aut qui in populo principem locum obtinent, ſed Sacerdotes qui ab ipſis Epiſcopis per manuum impoſitionem ritè ordinati ſunt. Sacerdoti igitur huius ſacramenti adminiſtratio commiſſa eſt. Neque tamē ex S. Eccleſiæ decreto cuiuis ſacerdoti, ſed proprio Paſtori qui iuriſdictionē habeat, ſiue alteri, cui ille eius muneris fũgendi poteſtatē fecerit, hoc Sacramentũ adminiſtrare licet. Illud verò maximè animaduertendũ eſt, ſacerdotē in ea adminiſtratione quemadmodum etiam in alijs Sacramenti fit Chriſti Dñi noſtri, & ſanctæ Eccleſiæ, eius ſponſæ, perſonam ſuſtinere.

Sacerdos huius Sacramēti eſt miniſter loco Chriſti.
a Iacob. 5. 24. Trid. Syn. ſeſſ. 14. de extrema vnctio. c. 3. & can. 4. vide itē Th. in 4. l. 23. q. 1 art. 2 & in ſup. q. 31. ar. 1.

14 *Qui fructus ex huius Sacramenti vſu ad homines redeant.*

Explicandæ ſunt etiam accuratiùs vtilitates, quas ex hoc Sacramento capimus, vt, ſi nihil aliud fideles ad eius vſum poſſit allicere, ipſa ſaltem vtilitate ducantur: cum ita comparatum ſit, vt omnia ferè noſtris commodis metiamur. Docebunt igitur Paſtores, hoc Sacramento, gratiam tribui, quæ peccata, & in primis quidem leuiora, & vt communi nomine appellantur, venialia remittit: exitiales enim culpæ Pænitentiæ Sacramento tolluntur. Neque enim hoc Sacramentum primario loco ad grauiorum criminum remiſſionem inſtitutum eſt, ſed Baptiſmus tantùm & Pœnitentia vi ſua hoc efficiunt.

Quę vtilitates ex huius Sacramenti vſu prouenuiat.

Vide Conc. Trid. cap. 2. de extr. vncti & can 2. S. Th. 2. & Th. in ſupp. q. 30. art. 1.

Altera eſt ſacræ vnctionis vtilitas, quæ animam a languore, & infirmitate, quam ex peccatis contraxit, & a cæteris omnibus peccati reliquijs liberat. Tempus autē huic curationi opportuniſſimum exiſtimandum eſt, cùm

Secundo animũ confirm. t Quo tempore hoc Sacramentum ſit ſuſcipiendũ. Trid. Syn. ibid. c. 3

graui morbo affligimur, ac vitæ periculum impendet: Etenim homini natura inſitum eſt, vt nihil in rebus humanis æquè ac mortem pertimeſcat; auget autem magnopere hunc timorem præteritorum ſcelerum memoria: cùm præſertim grauiſſima conſcientiæ noſtræ accuſatio nos vrgeat; vt enim ſcriptum eſt; *a* Venient in peccatorum ſuorum cogitationem timidi, & traducent illos ex aduerſo iniquitates ipſorum.

a Sap 4. 2.

Deinde illa cura, & cogitatio vehementer angit, quod paulò poſt *b* ſtare oporteat ante tribunal Dei, a quo de nobis iuſtiſſima pro eo, ac meriti fuerimus, ſententia ferenda ſit. Sæpe autem euenit, vt fideles hoc terrore perculſi, ſe multis modis exagitari ſentiant. Nihil autem ad mentis tranquillitatem magis conducit, quam ſi triſtitiã abijciamus, & læto animo *c* Domini aduentum expectemus, paratique ſimus, *d* depoſitum noſtrum, quandocunque illud a nobis repetere voluerit, libenter reddere. Vt igitur hac ſollicitudine fidelium mentes liberentur, animuſque pio, & ſancto gaudio repleatur, extremæ vnctionis Sacramentum efficit.

b Rom. 14. 10. 2 Cor. 5. 10.

c Tit. 2. 13. d 2. Tim. 2. 12

15 *Quomodo in animæ exitu dæmones nobis inſidientur.*

Præterea illud etiam, quod merito omnium maximũ videri poteſt, ex eo conſequimur; nam etſi humani generis hoſtis, *e* quoad viuimus, nunquam deſinit de interitu, & exitio noſtro cogitare: nullo tamen tempore, vt nos omninò perdat, ac ſi fieri poſſit, ſpem nobis diuinæ miſericordiæ eripiat, vehementiùs omnes neruos contendit, quàm cùm ſupremum vitæ diem appropinquare animaduerterit. Quamobrem fidelibus arma, & vires hoc Sacramẽto ſubminiſtrantur, quibus aduerſarij vim, & impetum frangere, & illi fortiter repugnare poſſint; alleuatur enim & erigitur ægri animus, diuinę bonitatis ſpe, eaq. confirmatus morbi incommoda omnia fert leuiùs, ac ipſius dęmonis *f* calcaneo inſidiantis artificium, & calliditatem facilius eludit.

e 1. Pet. 5. 8.

Tertio aduerſus diaboli inſultus, videmu nit lc. in Cyr. Alex. l. de exitu animæ Greg. lib. 23 mo. cap. 17. 18. Ioan. Clim. in lib. de 30. gradibus gra. 7. Euſ Em. hom. 1. ad mon. f Gen. 3. 15.

16 *Quomodo ex hoc Sacramento poſſit corpori ſanitas accedere.*

Accedit poſtremò, ſi quidem profutura ſit etiam corporis ſanitas. Quòd ſi ægroti eo tempore eam minùs conſequuntur, id quidem non Sacramenti vitio, ſed ob eam potiùs cauſam euenire credendum eſt, quòd eorum magna

Quarto ſanitas corporis, ſi ita expediat redi.

magna pars, vel qui ſacro oleo perunguntur, vel a quibus adminiſtratur, fides infirmior eſt: teſtatur enim *a* Euangeliſta Dominum apud ſuos multas virtutes nō feciſſe propter incredulitatem illorum. Quamquam etiam rectè dici poteſt, Chriſtianam religionem, ex quo altiùs tanquam radices egit in animis hominum, minùs iam huiuſmodi miraculorum adminiculis indigere, quàm olim naſcentis Eccleſiæ initio neceſſaria eſſe viderentur. Sed tamen hoc loco fides magnoperè excitanda erit, vtcunque enim, quod ad corporis valetudinem attinet, Dei conſilio, & voluntate ceciderit, certa ſpe niti fideles debent, ſe huius ſacri olei virtute ſpiritualem ſanitatem conſequuturos eſſe, futurumque, vt ſi eos vita decedere contingat, præclaræ illius vocis fructum percipiant, qua ſcriptum eſt; *b* Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Hæc de extremæ vnctionis Sacramento, breuiter quidem dicta ſunt: verùm, ſi hæc ipſa rerum capita a Paſtoribus latius, & ea, qua decet diligentia explanata erunt, dubitandum non eſt, quin fideles ex hac doctrina maximum pietatis fructum percipiant.

a Matt. 13. 58. Marc. 6. 7. Greg. hom. 19. euang.

Fides, & ſpes ægrotantium hoc ſacramento ſuſcepto, eſt erigenda.

b Apoc. 14. 13

CAP. VII.



Præterquam quod in initio 23. ſeſſ. Trid. Syn. doct. de ſacr. ordi. 4.c. & 8. c. eſt tradita ferè etiã poſteriori parte eiuſque ſeſs. dec. de refor. actum eſt de eorum moribus qui ad ſacros ordines ſint promoti.

Omnia alia ſacraméta ab Ordinis ſacraméto pédent.

Vtilitas doctrinæ de ordinis ſacramento.

Quanta ſit ordinis ſacri excelentia.

1 *Cur parochi magna diligentia Sacramenti ordinis doctrinam populo exponere debeant.*

SI quis aliorum Sacramentorum naturam, & rationẽ diligenter conſiderarit, facilè perſpiciet, ea omnia ab ordinis Sacramento ita pendere, vt ſine illo partim confici, & adminiſtrari nullo modo queant, partim ſolemni cæremonia, & religioſo quodã ritu ac cultu carere videantur. Quare neceſſe eſt, vt Paſtores inſtitutam Sacramentorum doctrinam perſequentes, eo diligẽtiùs etiam de ordinis Sacramento ſibi agendum, arbitrẽtur. Proderit autem maximè, hęc explicatio, primùm quidẽ illis ipſis deinde alijs, qui Eccleſiaſticæ vitæ rationem ingreſſi ſunt, poſtremò etiam fideli populo: ipſis, quòd dum in huius argumenti tractatione verſantur, ad eam gratiam excitandam quam hoc Sacramento adepti ſunt, magis commouentur, alijs qui in ſortem Domini vocati ſunt, partim, vt eodem pietatis ſtudio afficiantur, partim verò, vt earum rerum cognitionem percipiãt quibus inſtructi viã ſibi ad vlteriores gradus faciliùs munire poſſint; reliquis autem fidelibus, primùm quidem, vt intelligant, quo honore digni ſint Eccleſiæ miniſtri, deinde quoniam ſæpè contingit, vt multi adſint, vel qui ſpe li-

beros ſuos adhuc ineuntes Eccleſiæ miniſterio deſtinarint, vel qui ſua ſponte, & voluntate illud vitæ genus ſequi velint; quos certè minimè ignorare æquum eſt, quæ præcipuè ad hanc rationem pertinent.

Sacerdotio nihil hìc terris dignius, vide Ignat. in epiſt. ad Smyr. Amb. l. 5. epi. 32. Chryſ. ho. 60. ad pop. Antio. & in Mat. ho. 83. Na. ora. 17. ad ſuos ciues, itē Chry. hom. 4. ſup. verſ. 8.

2 *Nulla dignitas ſacerdotij Ordine in terris excellentior.*

Primum itaq; fidelibus tradendum eſt, quanta ſit huius inſtituti, ſi ſummū eius gradum, hoc eſt ſacerdotium, ſpectemus, nobilitas, & excellentia. Nam cum Epiſcopi & ſacerdotes, tanquam Dei interpretes, & internuntij quidā ſint, qui eius nomine diuinam legem, & vitæ præcepta homines edocent, & ipſius Dei perſonam in terris gerunt, perſpicuum eſt, eam eſſe illorum functionem, qua nulla maior excogitari poſſit, quare meritò non ſolum *a* Angeli, ſed *b* Dij etiā, quod Dei immortalis vim, & numen apud nos teneant, appellantur. Quamuis autē omni tempore ſummam dignitatem obtinuerint, tamen noui teſtamenti ſacerdotes, cæteris omnibus honore longè antecellunt. poteſtas enim tùm corpus, & ſanguinem Domini noſtri conficiendi, & offerendi, tùm peccata remittendi, quæ illis collata eſt, humanam quoque rationem, atque intelligentiam ſuperat, ne dum ei aliquid par, & ſimile in terris inueniri queat.

a Malach. 7. b Exo. 22. 28. Conſ. Mag. apud Ruff. l. 10. Hiſt. Eccl. c. 1. c. 10. 3. 7. & 5. 23. 24. 36. 37.

d Io. 20. 2. 1. Matt. 28. 19. e Eph. 4. 12.

3 *Qui diuinitus ad ſacerdotium, miniſteriaque Eccleſiaſtica vocati cenſeantur.*

Deinde verò quemadmodum *c* Saluator noſter à Patre, *c* Apoſtoli autem, & diſcipuli in vniuerſum mundū à Christo Domino miſſi ſunt, ita quotidie ſacerdotes eadem, qua illi, poteſtate præditi, *d* ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti mittuntur. Huius igitur tanti officij munus nemini temerè imponendum eſt, ſed ijs tantùm, qui illud vitæ ſanctitate, doctrina, fide, prudētia ſuſtinere poſſint. *e* Nec verò quiſquam ſibi ſumat honorem, ſed qui vocatur à *f* Deo tanquam Aaron. Vocari autem à Deo dicuntur, qui à legitimis Eccleſiæ miniſtris vocantur; nam, qui in hoc miniſterium ſeipſos arroganter inferunt, atque intrudunt, de his Dominum intellexiſſe docendum eſt, cum inquit: *g* non mittebam Prophetas, & ipſi currebant. quo quidem hominum genere nihil infelicius, ac miſerius, nihil Eccleſiæ Dei calamitoſius eſſe poteſt.

Quales deligendi ad ſacerdotium latius tractantur ſect. 26. iſtius ca. Trid. Syn. ſeſſ. 23. de om. ca. 1. & c. 7. Multa præterea in toto iuri. corpore ad hęc pertinentia habentur, vt d. 2. ca. qui epiſcopus, & c. his igitur, & ca. tales, & ca. quāquam oēs. Item d. 24. c. Epiſcopi, & ca. qñ epiſcopus, & tit. de ætat. & qual. & ord. præficiendorum & nūiſta eiuſmodi, vide

4 *Quinam iudicandi ſint perperam ad ordines ſacros accedere, & aliunde in Eccleſiam ingredi.*

item D. Paul. in ep. ad Tit. & Tim. a Heb. 5. 4. vide 2. Paral. 26. 26. Vocari a Deo qui dicantur. Hier. 23. 21. vide item eius c. 4. 14. & 27. 15. 29. 9. Quanta circũſpectione ad ſacros ordines accedendum. Quæſtus cauſa ad ſacerdotiũ aſpirare ſacrilegium eſt. b 1. Cor. 9. 9. c. 1. Tim. 1. 8. Honorum aut diuitiarũ ſpe ad ſacerdotiũ procedere perniciosiſſimum eſt.

Sed quoniam in omni actione ſuſcipienda magnopere refert, quem ſibi quiſque finem conſtituat, (optimo enim fine poſito, rectè omnia conſequuntur) de hoc in primis, qui ſacris initiari volunt, admonendi ſunt, vt nihil ſibi tanto munere indignum proponant; qui quidem locus eò diligentiùs tractandus erit, quò grauius hoc tempore ea in re peccare fideles ſolent. Alij enim eo conſilio ad hanc viuendi rationem ſe conuertunt, vt quę ad victum, veſtitumque neceſſaria ſunt, parent, ita, vt præter quæſtum nihil aliud in ſacerdotio, quemadmodũ vulgò cæteri omnes in quouis ſordidi artificij genere, ſpectare videantur? Quamuis ex Apoſt. ſententia, *a* Natura, & diuina lex iubeat, vt qui altari ſeruit, ex altari viuat: tamen *b* quæſtus, & lucri cauſa ad altare accedere, maximum ſacrilegium eſt. Alios honorum cupiditas, & ambitio ad ſacerdotalem ordinem ducit. Alij verò, vt diuitijs affluant, initiari volunt; cuius quidem rei illud argumento eſt, quod niſi opulentum aliquod Eccleſiaſticum beneficium eis deferatur, nullam ſacri ordinis cogitationem habent. Hi verò ſunt, quos Saluator noſter *d* mercenarios appellat; & quos *e* Ezechiel, dicebat ſemetipſos, & non oues paſcere, quorum turpitudo, & improbitas non ſolum ſacerdotali ordini magnas tenebras offudit ita vt iam nihil ferè à fideli populo haberi poſſit contemptius, & abiectius, verùm etiam efficit, vt ipſi nihil amplius ex ſacerdotio conſequantur, quam Iudas ex Apoſtolatus munere, quod illi ſempiternum exitium attulit. Illi autem *f* oſtio in Eccleſiam introire meritò dicuntur, qui a Deo legitimè vocati Eccleſiaſtica munera eius vnius rei cauſa ſuſcipiunt, vt Dei honori inſeruiant.

d Ioan. 10. 12. e Ezech. 34. 8. Ambitione, & auaritia eorũ, qui verè ſunt mercenarij, quantum equiluerit ſacerdotium.

f Io. 18. 1. 2. Qui ad Eccleſiaſticas functiones per officium adeant.

5 *Qui per ordines ſacros ſe Eccleſiæ dedicarunt, qua partes cæteros è populo ſuperare, & excellere debeant.*

Omnes homines ſunt conditi vt Dei honori inſeruiãt, ſed hoc excellentius præſtare debent qui

Neque tamen hoc ita accipiendum eſt quaſi non eadem lex æquè omnibus non ſit impoſita. Homines enim ob eam rem conditi ſunt, vt Deum colant, quod præcipuè fideles, qui baptiſmi gratiam conſequuti ſunt, ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus præſtare de-

vultro ſe Eccleſiæ tradiderūt.

debent. Verùm, qui ordinis ſacramento initiari volunt, hoc ſibi proponant opus eſt, vt non ſolum Dei gloriam in omnibus rebus quærant quod quidem cum omnibus tum maximè fidelibus commune eſſe conſtat ſed etiam, vt alicui certo Eccleſiæ miniſterio addicti, *a* in ſanctitate, & iuſtitia illi ſeruiant. Nam, vt in exercitu, omnes quidem milites imperatoris legibus parent, ſed inter eos tamen alius centurio, alius præfectus eſt; alij alia munera obeunt: ita quamuis omnes fideles pietatem, & innocentiam omni ſtudio ſectari debeant, quibus rebus maximè Deus colitur, eos tamen, qui ordinis Sacramento ſunt initiati, præcipua quædam munera, & functiones in Eccleſia exequi oportet: nam *b* & ſacra pro ſe ipſis, & pro omni populo faciunt: & *c* diuinæ legis vim tradunt: ad eamque prompto, & alacri animo ſeruandam fideles hortantur, & inſtituunt: *d* Chriſti Domini ſacramenta, quibus omnis gratia impertitur & augetur, adminiſtrant: & vt vno verbo complectamur, a reliquo populo ſegregati, in omnium longè maximo, & præſtantiſſimo miniſterio ſe exercent. His igitur explicatis accedent Parochi ad explicanda ea, quæ propria huius ſacramenti ſunt, vt intelligant fideles, qui in Eccleſiaſticum ordinem cooptari volunt, ad quod nam officij genus vocentur, quantaque ipſi Eccleſiæ, eiuſque miniſtris poteſtas diuinitus tributa ſit.

a Deut. 6. 5. Matt. 22. 37. Luc. 10. 27. b Luc. 1. 74. 75. A ſimili.

c Heb. 5. 3. d Leu. 10. 11. Deut. 17. 8. 9. & 21. 6. vide Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 2. & Can. 4. & c. 20. & c. epiſt. nullam d. 88. & Conc. Trid. ſeſs. 3. c. 2. de reform. & ſeſs. 24. c. 4. i e 1. Cor. 4. 1.

Duplex eſt poteſtas ordinis & iuriſdictionis.

6 *Quotuplex ſit poteſtas Eccleſiaſtica.*

Ea autem duplex eſt, ordinis, & iuriſdictionis. Ordinis poteſtas ad verum Chriſti Domini corpus in ſacroſancta Euchariſtia refertur. Iuriſdictionis verò poteſtas tota in Chriſti corpore myſtico verſatur, Ad eam enim ſpectat Chriſtianum populum gubernare, & moderari, & ad æternam, cœleſtemque Beatitudinem dirigere.

Tho. in ſup. q. 17. ar. 3. & doctores alij in 4. ſent. d. 17. & colligitur ex c. qui vult de pœn. d. 5. & ex cap. omnis de pœn. & remiſ. & ex Concil. Trid. ſeſ. 14. c. 6. & 7.

7 *Ordinis poteſtas ad quæ ſe extendat.*

Verùm ordinis poteſtas non ſolùm conſecrandæ Euchariſtiæ vim, & poteſtatem continet, ſed ad eam accipiendam hominū animos præparat, & idoneos reddit cæteraq; omnia complectitur, quæ ad Euchariſtiā quouis modo referri poſſunt. Eius verò plura ex ſacris litteris teſtimonia referri poſſūt, ſed illa præclara, & grauiſſima

Ordinis poteſtas ad quæ ſe extendat, vide Th. in 5. d. 24. q. 1. ar. 1. § 1. & in ſup. q. 34.

ſunt,

ſunt, quæ apud ſanctos Ioannem, & Matthæum leguntur: inquit enim Dominus: Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Et: *b* Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata, & in cælo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta, & in cælo. Quę quidem loca à Paſtoribus ex ſanctorum Patrum doctrina, & auctoritate explanata maximum veritati lumen afferre poterunt.

Io. 21. 22. Act. 13. 3 & 14. 21. Ti. 1. 11. & 4. 14. & 5. 19. 22. & 2. Tim. 1. 7. Heb. 13. 17. b Mat. 18. 18.

Sacerdotium nouæ legis quanto præſtantius ſit ſacerdotio legis naturæ. vide cap. nihil in ſacrificijs de conſ. d. 2. & Conc. Tridẽ. ſeſ. 22. c. 1. Iren. li. 4. cap. 34. Aug. lib. 10 de ciu. Dei, c. 25. vbi eſt lex, & ibi, & ſacerdotium, 1. ſe. 23. Trid. Syn. de ordi. c. 1.

8 *Chriſti ſacerdotium, lege naturæ, vel etiam Moyſi ſacerdotio ſublimius eſt.*

Hæc autẽ poteſtas plurimũ illi præſtat, quæ in naturæ lege certis hominibus, qui res ſacras curarẽt, tributa eſt. Nam & illa ætas, quæ ſcriptã legem anteceſſit, ſuum ſacerdotiũ, ſuamque ſpiritualem poteſtatem habuerit, neceſſe eſt, cũ legẽ habuiſſe, ſatis conſtet. Hæc duo enim ita coniuncta teſtatur eſſe Apoſtolus, *c* vt, eorum altera trãſlato, ſimul etiam alterum transferri neceſſe ſit. Cũ igitur naturali inſtinctu homines agnoſcerent, Deum colendũ eſſe, conſequens erat, vt in quauis republica, aliqui ſacrorum, & diuini cultus procurationi præficerentur, quorum poteſtas, aliquo modo ſpiritualis diceretur.

c Heb. 7. 12. Abel fuit ſacerdos, Gen. 44. omneſque primogenitos hos fuiſſe ſacerdotes ſcribit Hieron. in trad. Hebr.

Eadem etiam poteſtate populus Iſraeliticus non caruit, quæ tametſi dignitate ſuperior fuit, quã illa, qua in lege naturæ ſacerdotes præditi erant, *d* longè tamen inferior, quàm legis Euangelicæ ſpiritualis poteſtas exiſtimanda eſt. Hæc enim cæleſtis eſt, omnemque angelorum etiam virtutem ſuperat, neq; à ſacerdotio Moſaico, ſed à Chriſto Domino, *e* qui non ſecundùm Aaron ſacerdos fuit, ſed ſecundùm ordinem Melchiſedech ortum habet. Is enim, qui ſumma poteſtate gratiam tribuendi, & peccata remittendi præditus fuit, hanc poteſtatem quamuis virtute definitam, & ſacramentis adſtrinctam Eccleſiæ ſuæ reliquit; quare ad eam exercendam certi miniſtri inſtituti ſunt, & ſolemni religione conſecrati: quæ quidem conſecratio Ordinis ſacramentum vel ſacra ordinatio vocatur.

Sacerdotium Chriſti quanto ſit excellentius ſacerdotio Aaronis.

d heb. 7. 11. Chryſ. lib. 3. de ſacer. & epi. 109. 4. e Heb. 5 & 7. 7

9 *Quid ſit Ordo, & cur functio Eccleſiaſtica Ordo vocetur.*

Placuit autẽ ſanctis Patribus hoc vocabulo vti, quod latiſ-

latiſſimam ſignificationem habet, vt dignitatem, & excellentiam miniſtrorum Dei indicarent. Eſt enim Ordo, ſi propriam eius vim, & notionẽ accipiamus, diſpoſitio ſuperiorum, & inferiorum rerum, quæ inter ſe ita aptæ ſunt, vt vna, ad alteram referatur. Cum itaque in hoc miniſterio multi ſint gradus, & variæ functiones, omnia verò certa ratione diſtributa ſint, & collocata, rectè, & commodè ordinis nomen ei impoſitum videtur.

10 *Ordo veri nominis eſt ſacramentum.*

Quod autem inter cætera Eccleſiæ Sacramenta, ſacra ordinatio numeranda ſit, Sãcta Tridentina Synodus ratione illa, quæ ſæpius repetita eſt, comprobauit: nam cum ſacramentum ſit rei ſacræ ſignum, id verò, quod hac conſecratione extrinſecùs fit, gratiam, & poteſtatẽ ſignificet, quæ illi tribuitur, qui conſecratur; omnino ſequi perſpicuum eſt, Ordinem verè, ac propriè ſacramẽtum dicendum eſſe. Quare Epiſcopus ei calicem cum vino, & aqua, & patenam cum pane porrigẽs, qui ſacerdos ordinatur, inquit; Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium, &c. quibus verbis ſemper docuit Eccleſia, dũ materia exhibetur, poteſtatem conſecrandæ euchariſtiæ, charactere animo impreſſo, tradi, cui gratia adiuncta ſit, ad illud munus ritè, & legitimè obeundum: quod Apoſtolus his verbis declarat: *a* Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei quæ eſt in te, per impoſitionem manuum mearum, non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.

11 *Quare in Eccleſia plures ſunt inſtituti miniſtrorum ordines.*

Iam verò, vt Sacræ Synodi verbis vtamur, cum diuina res ſit tanti ſacerdotij adminiſtratio; conſentaneum fuit, quò dignius, & maiori cum veneratione exerceri poſſet, vt in Eccleſiæ ordinatiſſima diſpoſitione plures eſſent, & diuerſi miniſtrorum ordines, qui ſacerdotio ex officio deſeruirent, atque hi quidem ita diſtributi, vt qui iam clericali tonſura inſigniti eſſent, per minores ad maiores aſcenderent.

12 *Qui ſint ordines miniſtrorum Eccleſiæ, quaque ratione communiter diſtribuantur.*

Docendum igitur erit, hoſce omnes ordines ſeptenario

Similem definitioné ord. hér Augu. in 19. ciui. c. 13.

Ordinem ſiue ſacram ordinationé vere eſſe Sacramentũ docet Concil. Tri. ſeſs. 23. de Ordine c. 1. 3. & c. 3. 4. & 5. Conc. Flor. in decr. de ſacra. Aug. lib. 2. cõ epi. Parm. ca. 13. & in li. de bõ coniug. ca. 24. & lib. 1. de bap. cõt. Don. c. 1. Leo ep. 81 ad Dioſc. Grec. l. 1. c. 10. lib. 1. Reg.

a 2. Tim. 17. vide Theoph. in eũdé locũ.

Quo ordinis ſacraméto poteſtas conſecrãde Euchariſtiæ & gratia ad illã exercẽdam requiſita confertur.

Quæ ſacramentum ordini habeat ſui exercendi miniſtros.

Trid. Syn. de c. d. c. 2. & 6.

Functio omni Eccleſiaſtica quæ ſacra ordinatione inſtituitur ſeptenario numero concludit. † Hoꝛũ ordinũ memini erunt. Dion. l. Hierarc. ca. 3. Corn. Rom in epiſt. ad Fab. Antio. apud Euſeb.

rio numero contineri, ſemperque ita à Catholicha Eccleſia traditum eſſe, quorum nomina hæc ſunt † Oſtiarius, Lector Exorciſta, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, Sacerdos. Hunc autem miniſtrorum numerum rectè ita definitum eſſe, probari poteſt, propterea miniſteria, quæ ad ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, & Euchariſtiam, vel conficiendam, vel adminiſtrandam, cuius cauſa præcipuè ſunt inſtituta, neceſſaria videntur. Ex his alij maiores, qui etiam ſacri dicũtur, alij minores ſunt. Maiores, vel ſacri ſunt, Ordo ſacerdotalis, Diaconatus, & Subdiaconatus; ad minores referuntur Acolyti, Exorciſtæ, Lectores, & Oſtiarij, de quorum ſingulis pauca dicenda ſunt, vt habeant Paſtores, vnde eos potiſſimũm inſtituãt, quos nouerint aliquo ordine initiandos eſſe.

13 *Quid clericalis tonſura, clericique nomen ſibi velint.*

Incipiendum autem eſt *a* prima tonſura, quam quidẽ docere oportet quandam præparationem eſſe ad ordines accipiendos. Vt enim homines ad baptiſmum exorciſmis, ad matrimonium ſponſalibus pręparari ſolẽt; ita, cùm tonſo capillo, Deo dedicantur, tanquam aditus ad ordinis ſacramentum illis aperitur. Declaratur enim qualis eſſe debeat, qui ſacris imbui cupit; nam Clerici nomen, quod ei primùm tunc imponitur, ab eo deductũ eſt, quod Dominũ ſortem, & hæreditatem ſuam habere incipiat: veluti in Hebreorum populo qui diuino cultui mancipati erant, quibus vetuit Dominus aliquam agrorum partem in terra promiſſionis diſtribui, cum inquit: *b* Ego pars, & hæreditas tua. Ac quamuis omnibus fidelibus id cõmune ſit, præcipua tamen ratione ijs conueniat neceſſe eſt, qui ſe Dei miniſterio conſecrarunt.

14 *Quare clerici rotunda corona in capite inſignantur.*

Tondentur verò capilli ad coronæ ſpeciem & ſimilitudinem, quam perpetuo conſeruare oportet, & vt quiſque in altiori deinceps ordinis gradu collocatur, ſic eius orbis forma latior circumſcribi debet, quod quidem ex Apoſtolorum traditione acceptum eſſe, docet Eccleſia, cùm de huiuſmodi tondendi more, ſancti Dionyſius Areopagita, Auguſtinus, Hieronymus, vetuſtiſſimi, & grauiſſimi Patres meminerint.

Primum autem omnium ferunt Apoſtolorum principem

Hiſt. Eccl. l. 6. c. 2. Syn. Carth. 4. c. 6. Ignat. in ep. ad Antioch. Caius pp. in ſua ep. Conci. Rom. ſub Syluest. & alijs.
Quo hæc ordine inter ſe colligatur vide D. Tho. in ſup. q. 7. ar. 2. Ordinum alij maiores, alij minores dicũtur. Quid requiratur ad ordines ſacros ſuſcipiendos, & quales Epiſcopi illos altaris eligere debeãt, docet Tri. Syn. ſeſ. 23.
Clericalis tonſura eſt quædã præparatio ad ſuſcipiẽdos ordines, vide Tho. in ſup. q. 40. art. 2. Aug. lib. 2. de ſacra. par. 3. c. 1. Mag. in 4. d. 24. Clerici nomen quid ſit velit. Hier. ep. 2 ad Nepot. & habetur 12. q. 1. c. Clericos.
Quam integra debeat eſſe Clericorũ vita diſſerre oſtenditur, ſeſſ 4. Conc Triden. decr. de refor. in prœmio, & ſeſs. 21. de refor. c. 1.
a Nu. 18. 20.
b Deut. 10. 9. & 18. 2.
Omnes Chriſtiani ad ſortẽ Domini pertinent ſed tamẽ [illegible] ſunt

cipem eam cõſuetudinem induxiſſe ad memoriam coronæ, quæ ex ſpinis cõtexta, Saluatoris noſtri capiti fuit impoſita, vt, quod impij ac Chriſti ignominiam, & cruciatum excogitarunt, eo Apoſtoli ad decus, & gloriam vterentur, ſimulque ſignificarent, curandum eſſe à miniſtris Eccleſiæ, vt omnibus in rebus Chriſti Domini noſtri ſpeciem, & figuram gerant.

Quamquam nonnulli aſſerant, hac nota regiam dignitatem declarari, quæ ijs maximè, qui in ſortem Domini vocati ſunt, videtur conuenire. Quod enim Petrus Apoſt. fideli populo tribuit, Vos genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, peculiari quadam, & magis propria ratione ad Eccleſiaſticos miniſtros pertinere facilè intelligimus.

Etſi non deſunt, qui vel perfectioris vitæ profeſſionẽ à Clericis ſuſceptam circuli figura, quæ omniũ perfectiſſima eſt, ſignificari exiſtiment, vel externarum rerum contemptionem, animiq; ab omnibus humanis curis vacuitatem declarari putent, quod capilli, ſuperuacaneum quiddam in corpore tondeantur.

15 *Quæ ſit Oſtiariorum functio.*

Poſt primam tonſuram ad Oſtiarij ordinem primus gradus fieri conſueuit. Eius munus eſt templi claues, & ianuam cuſtodire, & aditu templi arcere eos quibus ingredi, interdictum erat. Ad ſanctum etiam Miſſæ ſacrificiũ aſſiſtebat, curaturus, nequis propius, quàm par eſſet, ad ſacram aram accederet, & ſacerdotem rem diuinam facientem interpellaret. Alia etiam miniſteria illi commiſſa erant, vt ex ritibus, qui ad eius conſecrationem adhibentur, perſpici poteſt. Nam Epiſcopus claues ex altari acceptas ei tradens, quem oſtiarium vult conſtituere; Sic age, inquit, quaſi Deo redditurus rationem, pro his rebus quæ his clauibus recluduntur. Magnam autem in antiqua eccleſia huius ordinis dignitatem fuiſſe ex eò intelligitur, quod his temporibus in eccleſia ſeruari animaduertimus. Nam Theſaurarij officium, qui idem erat ſacrarij cuſtos, quòd ad Oſtiarios pertinebat, inter honeſtiores eccleſiæ functiones etiam nunc habetur.

omnes Cleric. Corona clericalis quid ſignificent, & qualis in quolibet eſſe debeat. Quod clericorum capita tõdeantur ex Apoſt. traditione manauit, Rabanus, Maurus in l. de cle inſt. S. Dio. de Ecc. Hie. c. 6. p. 2. Vuolfrigius in ep. q 6. apud Bed. li. 5. hiſt. Au. ca. 22. Primo coronæ ſpineæ ſignificandæ cauſa parat corona in capite clerico. Secundo, regiæ dignitatis vt ſit declarata io Mag. in 4 d. 24. Hæc. b. b 1. Pet. 1. 8. Tertio perfectionis vitæ profeſſiones deſignat. Quarto adhibet, ad iudicandum &c. Vt nos manus & alij minores [illegible] primitiuæ dignitati reſtituantur, hortatur. Trid. Syn. ſeſ. 23. de ref. c. 17. De hoc munere agit Conc. Tol. c. 9. & habet l. 23. c. oſtiarij. Iſid. in li. de of. eccl. c. 14 & c. perlectis. d 25. Mag. d. 24. Quanta dignitas oſtiario. Theſaurarij & cuſtodes ſacrarij inter oſtiarios ſunt numerandi.

pect officiũ. De hoc item munere vide locos ſup. citatosque ante fuerit ordo lectorum, vel veritus Arſenius D. Athanaſij lector, de quo etiam multa Eccleſiaſtici hiſtoriographi ſcribunt docere nõ, ſed ijs etiam antiquiores. Cyp. epiſt. 33. & Tert. de præſcrip. c. 61. lectorum meminerunt.

61 *Quod ſit in Eccleſia Lectoris officium.*

Secundus ordinis gradus eſt Lectoris munus. Ad eum pertinet in eccleſia noui, & veteris Teſtamenti libros clara voce, & diſtinctè recitare, præſertim verò eos, qui inter nocturnam pſalmodiam legi ſolent: eius quoq. partes erant prima Chriſtianæ religionis rudimenta fidelibus tradere. Epiſcopus itaque præſente populo, in eius ordinatione librũ, quo ea ſcripta ſunt, quæ ad hanc functionem pertinent, illi tradens, inquit. Accipe, & eſto verbi Dei relator, habiturus, ſi fideliter, & vtiliter impleueris officium tuum, partem cum ijs, qui verbum Dei benè miniſtrarunt ab initio.

Exorciſtarum munus, de iiſdem agunt auctores ſupra memorati.

17 *Exorciſtis quid ex officio incumbat.*

Tertius ordo eſt Exorciſtarũ, quibus poteſtas data eſt nomen Domini inuocandi in eos, qui ab immundis ſpiritibus obſidentur. quare Epiſcopus cùm eos inſtituit, librum in quo exorciſmi continentur, eis porrigit, vſus ea formula verborum, Accipe, & commenda memoriæ, & habe poteſtatem manus imponendi ſuper energumenos, ſiue baptizatos, ſiue cathecumenos.

Per item qui cum Marcellino ſub Diocletiano paſſus eſt, ab hoc munere exorciſta dictus eſt.

18 *Quæ ſint Acolyti partes.*

Acolytorum partes iiſdem qui ſupra, & Cyp. epiſt. eius gradus meminerunt, quidam autẽ ex veteribus vocant eos aclytos, quaſi hi in prædicatione prohibito ... inuocantur ac in hos, quaſi pediſſequos ... horum maiorum miniſtrorum.

Acolytorum quartus eſt gradus, & vltimus eorũ omnium, qui minores, nõ ſacri appellantur: eorũ munus eſt, miniſtros maiores Subdiaconos, & Diaconos in altaris miniſterio aſſectari, eiſque operam dare. Præterea lumina deferunt, & aſſeruant, cùm Miſſæ ſacrificiũ celebratur; præcipuè verò, cùm Euangeliũ legitur: ex quo & Ceroferarij alio nomine vocati ſunt. Cũ itaque ordinãtur, hic ritus ab Epiſcopo ſeruari conſueuit; Primùm quidem poſtquam eos officij ſui diligenter admonuit, lumina eorum ſingulis tradit in hũc modũ: Accipe ceroferarium, cum cereo, & ſcias te ad accendenda Eccleſiæ luminaria, mancipari in nomine Domini. Deinde etiam vrceolos vacuos, quibus aqua, & vinum in ſacrificio miniſtratur, Accipe vrceolos ad ſuggerendum vinum, & aquam in Euchariſtiam ſanguinis Chriſti in nomine Domini.

19 *Quodnam ſit Subdiaconi miniſterium, ac cuiuſmodi ritus in eius conſecratione adhibeantur.*

De maioribus, qui ſacri dicũtur Ordinibus.

A minoribus ordinibus, iiſdemq; non ſacris, de quibus hactenus dictum eſt, ad maiores, & ſacros legitimus

aditus,

aditus, & aſcenſus patet. In eorũ primo gradu Subdiaconus collocatur: cuius munus eſt, vt nomen ipſũ declarat, Diacono ad altare inſeruire. ſacra enim lintea, vaſa, panem, & vinũ, ad ſacrificij vſum neceſſaria parare debet. Nunc Epiſcopo, & ſacerdoti aquã præbet, cùm manus in Miſſæ ſacrificio abluunt. Epiſtolam etiam, quæ olim a Diacono in Miſſa recitabatur, Subdiaconus legit, ac tanquam teſtis ad ſacrũ aſſiſtit, prohibetque, ne ſacerdos ſacra faciens, a quopiam perturbari poſſit; hæc autẽ, quæ ad Subdiaconi miniſterium ſpectant, ex ſolemnibus cæremonijs, quæ in illius conſecratione adhibentur, licet cognoſcere. Primũ enim Epiſcopus legem perpetuæ cõtinentiæ huic ordini impoſitam eſſe admonet, edicitque neminem in Subdiaconorũ ordinem cooptandum eſſe, cui vltrò hanc legem accipere non ſit propoſitum, deinde poſt ſolemnem Litaniarũ precationem, quæ Subdiaconi munera, & functiones ſint, enumerat, atque exponit. His peractis, eorum ſinguli, qui ordinantur, ab Epiſcopo quidem calicem, & ſacram patenam accipiunt, ab Archidiacono vero (vt intelligatur Subdiaconum Diaconi officio ſubſeruire) vrceolos, aqua, & vino plenos, vnà cum lebete, & linteolo, quo manus abſterguntur, dicente Epiſcopo; Videte cuiuſmodi miniſterium vobis traditur, ideò vos admoneo, vt ita vos exhibeatis, vt Deo placere poſſitis. Adduntur præterea aliæ preces. Ad extremum cùm Epiſcopus ſacris veſtibus Subdiaconum ornauit, ad quarum ſingulas propria verba, & cœremoniæ adhibentur, tradit ei epiſtolarum librum, ac dicit: Accipe librum Epiſtolarum, & habe poteſtatem legendi eas in Eccleſia Sancta Dei tàm prò viuis, quã prò defunctis.

Subdiacono quid incumbat.

De ſubdiaconi præter auctores ſupra citatos ſcribit Cyp. ep. 24. & ep. 42. Subdiacono lex perpetuæ continentiæ imponitur.

Diſ. 27. c. preſbyteris item Cã. Apoſt. 25. Conc. Carth. 2. can. 2. & 5. ca. 3. & Rom. ſub Syluer. ca. 8. Arel 2. can. 2 Arelat 3, can. 2 Eliber cano. 33. & multa alia. Item in noc. 1. ep. ad Heiner. ca. 7. Leo. 1. epi 82. ad Anaſtaſium epi. Theſſ. & eſt. eo. ad Ruſticũ Narabo.

20 *Quod ſit Diaconi munus.*

Quot ſit Diaconi miniſterium.

Secundum autem ſacrorum ordinum gradum Diàconus obtinet; cuius miniſterium latiùs patet, Sanctiuſque ſemper habitum eſt; ad eum enim pertinet Epiſcopum perpetuò ſequi, concionãtem cuſtodire, eique, & ſacerdoti ſacra facienti, vel alia Sacramenta adminiſtranti, præſto eſſe, & in Miſſæ ſacrificio Euangelium legere Olim verò fidelium animos ſæpius excitabat, vt ſacra attenderent, ſanguinem etiam Domini miniſtrabat, in quibus Eccleſijs ea conſuetudo erat, vt fideles Eucha-

De Diaconis præter ſupra citat. auctor ſcribunt Lup. in acti c. 6. Pa. Phil. 1. & 1. Ti. 3. 8. 12. vide item Cle. li. 2. Const. Apoſ. cap. 6.

riſtiam ſub vtraque ſpecie ſumerent.

Diacono prætereà Eccleſiaſticorũ bonorũ diſpẽſatio cõmiſſa erat, vt vnicuiq; ad victũ neceſſaria ſubminiſtraret.

Ad Diaconum etiam pertinet tanquam Epiſcopi oculum, peruestigare quinam in vrbe piè, & religiosè, qui-ue ſecus vitam traducant, qui ad ſacrificium, & concionem ſtatis temporibus conueniant, qui rurſus non conueniant, vt, cùm de omnibus Epiſcopum certiorem fecerit, ille vel priuatim vnumquemque hortari, & admonere, vel palàm corrigere, & obiurgare poſſit, vti ſe magis profecturum intellexerit. Cathecumenorum etiam nomina recitare debet, & eos qui ordinis Sacramento initiandi ſunt, ante Epiſcopum ſtatuere.

Licet ei prætereà, ſi abſit Epiſcopus & ſacerdos † Euãgelium explanare, non tamen è ſuperiori loco, vt intelligatur hoc eius proprium munus non eſſe.

21 *Quales Diaconi eligendi ſint,*

Quanta verò diligentia adhibenda ſit, ne quis eo munere indignus ad hunc ordinis gradum aſcendat Apoſtolus oſtendit, *a* cum ad Timotheũ Diaconi mores, virtutem, & integritatem expoſuit. Hoc idem ſatis etiã declarant ritus, & ſolẽnes cęremonię, quibus ab Epiſcopo cõſecratur. Pluribus enim, & ſanctioribus precibus ad Diaconi quã ad Subdiaconi ordinationẽ vtitur Epiſcopus, & alia addit ſacrarũ veſtiũ ornamenta. Prætereà manus ei imponit: quod quidẽ ab *b* Apoſtolis factitatum eſſe legimus, cum primos Diaconos inſtituerũt. Denique Euangeliorum librum ei tradit, his verbis: Accipe poteſtatem legendi Euangelium in Eccleſia Dei, tàm prò viuis, quàm prò defunctis in nomine Domini.

22 *Quæ ſit dignitas, & amplitudo ſacerdotij.*

Tertius, omniumque ſacrorum ordinum ſummus gradus eſt ſacerdotium: qui verò illo præditi ſunt, eos veteres Patres duobus nominibus vocare ſolent; interdum enim presbyteros appellant, quod Græcè ſeniores ſignificat, non ſolum propter ætatis maturitatem, quæ huic ordini maximè neceſſaria eſt, ſed multò magis propter morum grauitatem, doctrinam, & prudentiam; vt enim ſcriptum eſt: *c* Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem ſunt

ſenſus

Cypr. ſerm. de lapſ. Ambr. lib. 1. offic. cap. 11. Diaconi diſpẽſabãt pecunias Eccleſ. Acto. 6. Leo. 1. ſerm. de S. Laur. Diaco. ſunt oculi Epi. Clem. ep. 1. ad Iac. fra. Dom. hab. d. 93. cap. Diaco. Eccl. & Euá. Pap. ep. 1. & hab. ibi. Diaconi qui quaſi hoc poſtea ad Archi. eſt trãſlatum, vt videre eſt de offic. Arch. c. ad hæc & Cõc. l. Trid. ſeſſ. 24. in dec. de ref. orm. c. 14

† Diaconos concionati potuiſſe docet in primis exẽplũ. Stepha. Act. 6. & Philippi Act. 8. & S. Vincẽtij, qui teſte Aug. ſerm. 2. de S. Vincẽtio Prędicaſſe.

a 1. Tim. 3. 7. 8.

Diaconos etiã olim legere õ... Euãg. teſtatur Hier. epiſ. 48. ad Sabin. De ſacerdotij dignitat. & offic. vide ſeſſ. 23.

Conc. Trid. de ... c. ſit rector d. 43. & c. paſtor. 7. q. 1.

Cur ſacerdotes olim preſbyteri ſint dicti.

Prima ratio.

c Sap. 4. 3.

Altera ratio.

ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata; interdum verò Sacerdotes vocant, quia tum Deo conſecrati ſunt, tum quia ad eos pertinet Sacramenta adminiſtrare, ſacraſque res, & diuinas tractare.

23 *Quotuplex ſit tum nouæ, tum veteris legis Sacerdotium.*

Sed quoniã duplex ſacerdotiũ in ſacris literis deſcribitur, alterũ internũ, alterũ externũ, vtrumq; diſtinguẽdũ eſt, vt de quo hoc loco intelligatur, à Paſtoribus explicari poſſit. Quod igitur ad interiꝰ ſacerdotiũ pertinet, oẽs fideles poſtquã ſalutari aqua abluti sũt, ſacerdotes dicũtur præcipue iuſti, qui Spiritũ Dei habent, & diuinæ gratiæ beneficio Ieſu Chri sũmi ſacerdotis viua mẽbra effecti ſunt, hi enim *a* fide, quæ charitate inflammatur, in altari mẽtis ſuæ *b* ſpirituales Deo hoſtias immolãt: *c* quo in genere bonę oẽs, & honeſtę actiones, quas ad Dei gloriam referũt numerãdę sũt. Quare in Apocalypſi ita legimꝰ, *d* Chriſtus lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnũ, & ſacerdotes Deo, & Patri ſuo. In quam ſententiã ab Apoſtolorũ principe dictũ eſt: *e* Ipſi tanquã lapides viui ſuper ædificamini domus ſpirituales, ſacerdotiũ ſanctũ, offerentes ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per Ieſũ Chrũm. Et Apoſt. nos hortatur, vt *f* exhibeamꝰ corpora noſtra hoſtiã viuẽtẽ ſanctã Deo placẽtẽ, † rationabile obſequiũ noſtrũ, Dauid itẽ multo ante dixerat. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus cor contritũ, & humiliatum Deus non † deſpicies. Quæ omnia ad interius ſacerdotium ſpectare, facilè intelligitur.

24 *Præter internum ſacerdotiũ aliud eſſe externũ demõſtratur.*

Externum verò ſacerdotium nõ omnium fideliũ multitudini, ſed certis hominibus cõuenit, qui legitima manuum impoſitione, ſolemnibuſque Sãctæ Eccleſiæ ceremonijs inſtituti, & Deo conſecrati, ad aliquod propriũ, ſacrumq; miniſterium adſcribuntur. Hoc ſacerdotij diſcrimen in veteri etiam lege obſeruari poteſt, nam de interiori Dauidem eſſe locutum, paulò ante demonſtratũ eſt: externi vero, nemo ignorare poteſt, *h* quamꝰ multa Dñs Moyſi, & Aaroni, præcepta dederit. Præterea Leuiticã tribum miniſterio templi adſcripſit, ac lege cauit, *i* ne quis ex alia tribu in eam functionem ſe inferre auderet: quare *k* Ozias Rex, lepra à Domino percuſſus quòd

Duplex ſacerdotiũ internũ, & externum. Omnes fideles quo ſint ſacerdotes, & quas hoſtias offerant. Amb. lib. 4. de Sacr. c. 1. Baſ. ſerm. 2. de Bapt. 68. Aug. lib. 10. de ciuit. c. 10. Leo. ſer. 3. de anniuer. Pontificatus, vide cap. multi. d. 4.
a Galat. 5. 6.
b 1. Pet. 2. 5.
c Aug. lib. 10. ciuit. cap. 6.
d Apoc. 1. 5. 6.
e 1. Pet. 2. 5.
f Rom. 11. 1.
† Alij legunt ratione, vide Not. Bib. Lou.
g Pſal. 50. 19.
† Deſpiciet legunt Rom. Hier. Aug. verum MS. & Hebr. & Cal. textus ſuffragantur.

Externũ ſacerdotiũ non cadit in omnes Chriſtianos. Trid. Syno. de ord. ſeſſ 23. c. 1. & can. 1.
Duplex ſacerdotiũ in veteri lege etiam inuenietur.
h Exod. 28. & 29. & 40. & totus Leuiticus & ſæpe alias.
i Num. 3. 10.
k 2. Par. 26. 18. 19.

Sacerdotalē munus vſurpaſſet, arrogantiæ, & ſacrilegij ſui grauiſſimas pęnas dedit. Quia igitur eādem ſacerdotij diſtinctionem in lege Euangelica licet animaduertere, docendi erunt fideles nunc de externo ſacerdotio agi, quod certis hominibus attributum eſt; hoc enim tantummodo ad ordinis Sacramentum pertinet.

Sacramentum ordinis reſpectu extern. ſacrificij inſtitutum. Sacerdotis quæ ſint functio. Ceremoniæ quę in conſecratione ſacerdotum adhibentur, explicantur.

25 *Quæ ſint ſacerdotum propriæ functiones.*

Sacerdotis igitur munus eſt Deo ſacrificium facere, Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtrare, quemadmodum ex conſecrationis ritibus perſpicitur: Nam Epiſcopus, cūm ſacerdotem aliquem inſtituit, primum quidem manus ei, vna cum omnibus ſacerdotibus, qui adſunt, imponit, deinde ſtolam humeris aptans; eam ante pectus in crucis formam componit: quo quidem declaratur ſacerdotem *a* virtute indui ex alto, qua poſſit Crucem Chriſti Domini, & *b* iugum ſuaue diuinæ legis perferre, eamque non verbis ſolum ſed vitæ ſanctiſſime, & honeſtiſſimè actæ exemplo tradere. Poſtea manus ſacro oleo inungit; tum verò calicem cum vino, & patenam cum hoſtia tradit, dicens: Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium Deo, Miſſaſque celebrandi, tam pro viuis, quam pro defunctis; quibus cęremonijs, & verbis, interpres, ac mediator Dei, & hominum inſtituitur, quæ præcipua ſacerdotis functio exiſtimanda eſt. Ad extremum verò manibus iterum eius capiti impoſitis; Accipe, inquit, Spiritum ſanctum: quorum remiſeris peccata remittuntur eis, & quorum retinueris, retenta ſunt: eique cęleſtem illā quā Dn̄s diſcipulis ſuis dedit *c* peccata retinēdi, ac remittendi, poteſtatem tribuit. Hæc verò ſunt ſacerdotalis ordinis propria, & præcipua munera.

a Luc. 24. 29.
b. Mat. 11. 30.
c Ioan. 20. 23.

Vnus eſt ſacerdotij ordo, ſed in plures dignitatis & gradus diſtinctus. Primus gradus ſacerdotum inferiorum. Secundus gradus eſt Epiſ. ſeu Pontificū.

26 *Quamuis vnus ſit Sacerdotij ordo non tamen vnus eſt Sacerdotum gradus.*

Qui tametſi vnus eſt ordo ſacerdotalis, varios tamen dignitatis, & poteſtatis gradus habet. Primus eſt eorum, qui ſacerdotes ſimpliciter vocantur; quorum functiones hactenus declaratæ ſunt.

Secundus eſt Epiſcoporum, qui ſingulis Epiſcopatibus præpoſiti ſnnt, vt non ſolum cæteros Eccleſię miniſtros, ſed fidelem populum regant, & eorum ſaluti, ſumma cum vigilantia, & cura, proſpiciant. Quare in ſacris litteris

teris Paſtores ouium ſæpe appellantur; quorum munus & officium Paulus deſcripſit, *a* vt in Apoſtolorū actibus legimus in ea cōcione, quā ad Epheſios abijt. Itemque a Petro Apoſtolorū principe, *b* diuina quædā Epiſcopalis miniſterij. regula tradita eſt; ad quam ſi Epiſcopi ſuas actiones dirigere ſtudeant, dubitandū non erit, quin Paſtores boni, & ſint, & habeantur. Sed ijdem Epiſcopi, & Pontifices dicuntur, accepto ab Ethnicis nomine, qui Principes Sacerdotū, Pontifices appellare conſueuerunt.

Tertius gradus eſt Archiepiſcoporum, qui pluribus Epiſcopis præſunt, qui Metropolitani etiam vocantur, quod illarum vrbium antiſtites ſint, quæ tanquam matres habeantur illius prouinciæ: quare ſuperiorem, quam Epiſcopi, locum, & ampliorem poteſtatem habent, tametſi ab Epiſcopis ordinatione nil differunt.

In quarto gradu Patriarchæ collocantur, ideſt, primi ſupremique Patres.

27 *De ſedibus antiquis Patriarcharum.*

Olim in vniuerſa Eccleſia preter ſummū Romanum Pōtificē, quatuor tātū Patriarchę numerabātur, neq; omnes tamē dignitate pares: nā Conſtantinopolitanus, etſi ad eū poſt omnes alios hic honos delatus eſt, tamē ob imperij maieſtatē altiorē locū obtinuit. Proximus eſt Alexādrinus, cuius Eccleſiā Marchus Euangeliſta iuſſu Principis Apoſtolorū fundauit. Tertius Antiochenus, vbi Petrus primò ſedē locauit. Extremū gradū habet Hieroſolymitanus, quam Eccleſiā Iacobus frater Domini rexit.

28 *Romanus Pontifex omnium eſt Epiſcoporum maximus, idque iure diuino.*

Præter hos omnes Catholica Eccleſia Romanū Pontificem Maximum, quem in Epheſina Synodo Cyrillus Alexandrinus, Archiepiſcopum, totius orbis terrarum Patrem, & Patriarcham appellat, ſemper venerata eſt: cùm enim in Petri Apoſtolorum principis cathedra ſedeat, in qua vſq; ad finē vitæ ſediſſe conſtat, ſummū in eo dignitatis gradum, & iuriſdictionis amplitudinem, non quidem vllis Synodicis, aut alijs humanis conſtitutionibus, ſed diuinitus datam agnoſcit: quamobrem omnium fidelium, & Epiſcoporum, cęterorumq; antiſtitū, quocūque illi munere, & poteſtate prędit ſint, Pater, ac mode-

a Act. 26. 28. 2. 35.

b 1. Pe. 1. 2. 3.

Tertius eſt Archiepiſcoporū ſeu Metropolitan. qui licet iu. ordinatione tamē ab epiſcopis non differunt.

Quartus gradus eſt Patriarcharū, qui quatuor olim in tota Ecc. numerabātur, ijque dignitate impares.

Cōſtantinop. patriar. poſt Rom. primus c Cōſtan. &c. reno. ātes d. 22 De reliquis ſedibus Patriar. vid. Cōcil. Nic can. 6. Calch. Act. 16. Anacl. epiſt. 31. Leo ep. ſ. 53. Gre. li. 6. ep 37 Cōferatur hec cum 10. & 11. ſect. art. 9. ſymboli Apoſto.

Primatus Ro. Pont. non humanu ſed diuini eſt iuris vide Ana. ep art. cap. 2. & hab. d 22. cap. ſacro ſanct. & Greg. lib. 7. ep. 63. & 64. & hab. ead c. de Conſt. & Nic. PP. ead. c. Miniſter ſacramenti ordinis eſt Epiſc. Trid Synod. de ord. ſeſs. 23. cap. 3. decr. de refor. cap. 10. idque docent.

derator, vniuerſali Eccleſiæ, vt Petri ſuceſſor, Chriſtiq; Dñi verus, & legitimus Vicarius in terris præſidet. Ex his itaque Paſtores docebunt, & quæ ſint Eccleſiaſticorum ordinum, ac graduum præcipua munera, & functiones, & quis huius Sacramenti miniſter ſit.

29 *Quis ſit legitimus Sacramenti Ordinis miniſter.*

Conſtat enim ad Epiſcopum eam adminiſtrationem pertinere: quod etiam ſanctarum litterarũ auctoritate, certiſſima traditione, omniũ Patrũ teſtimonio, Cõciliorum decretis, S. Eccleſię vſu, & conſuetudine facilè erit cõprobare. Quãuis autẽ nonnullis Abbatibus permiſſum ſit, vt minores, & non ſacros ordines interdum adminiſtrent: tamen hoc propriũ Epiſcopi munus eſſe nemo dubitat, cui vni ex omnibus, pręterea nemini, licet reliquis ordinibus qui ſacri, & maiores dicũtur, initiare. Nã Subdiaconos, Diaconos, & Sacerdotes vnus tantũ Epiſcopus ordinat. Epiſcopi ex Apoſt. traditionæ, quæ perpetuò in Eccleſia cuſtodita eſt, à tribus Epiſcopis conſecrantur.

36 *Cur in promouẽdis ad ordines ſingularis probitas requiratur.*

Sequitur nunc vt explicetur, quinam ad hoc ſacramẽtũ in primiſq; ad ſacerdotalẽ ordinẽ apti ſunt, & quæ in eis potiſſimũ requirãtur. Ex hoc enim difficile nõ erit ſtatuere, quid in alijs ordinibus dãdis, pro cuiuſq; officio, & dignitate, obſeruare oporteat. Maximã autẽ in hoc ſacramẽto cautionẽ adhibendã eſſe, ita colligitur, quod cætera, gratiã ad illorũ sãctificationẽ, & vsũ tribuũt, à quibus percipiũtur; at verò, qui ſacris initiãtur, ob eã rẽ cœleſtis gratię participes fiũt, vt eorũ miniſterio, Eccleſię, atq; adeo omniũ hominũ ſaluti conſulatur. Ex quo factũ eſſe intelligimus, vt ſtatutis tãtũmodo diebus, quibus etiã ſolẽnia ieiunia ex vetuſtiſſimo Catholicę Eccleſię more ĩdicũtur; ordinationes fiãt: vt ſcilicet fidelis popul⁹ ei⁹modi ſacrarũ, rerũ miniſtros, pijs, & ſanctis precationibus à Deo impetret, qui ad tanti miniſterij poteſtatẽ rectè, & cũ Eccleſiæ vtilitate gerẽdam aptiores eſſe videãtur.

31 *Quanta vitæ, & morum integritas in ordinando requiratur.*

Primum itaq; in eo, qui Sacerdos credandus eſt, vitę, & morum integritas commẽdetur magnopere oportet, non ſolum quia ſi mortiferi alicuius peccati conſcius ſe initiari curet, vel etiam patiatur, nouo ſe, & maximo

ſcelere

Cõcil. Ancioc. c. 10. & Ancyra. 12. Epiph. hær. 75. Hier. Ep. 85. Dam. & Leo epiſt 88 vide itẽ dè tẽp. ord. & c. nec Ep. Abb. aliqñ cõ redditur vt minores Ordi. cõferat, ſed his qui alicuius epi. iuriſdictioni nõ ſubſũt, vt declaratum Tri. Synod. ſeſſ. 23. decr. de reform. at. cap. o Epiſcoporũ cõſecratio a tribus Epiſcopis fiat Can. Apo. 1. & Nic. Cõc. can. 4. & Cõcil. Cart. 2. 12. & 3. c. 39. & 4. ca. 2. & 6. ca. 4. & Anacl. epiſt. 2. idq. colligitur ex Paul. Timo 4. 14. Comparatio ſacramẽti ordinis cum alijs ſacramentis hæc rõ colligitur ex D. Th. in ſupp. q. 36. a. 1. quã etiã probat teſtimonio Dion. lib. de Eccleſ. Hier. c. 3. Ordines cur ſtatis diebus ieiuniorum præcipue inſtituantur, quę vero ſint tempora, iure ſtatuta hab. d. 75. c. fin Gela. ad epi per Lucaniã epiſt. 1. c. 3. & Greg. lib. 2. epiſt. 3. & de tẽporib. ordinationũ & y. 2 c. de eo autẽ,

ſcelere obſtringit, ſed etiam quia virtutis, & innocẽtiæ lumen alijs præferre debet. ea de re quid Apoſtolus *a* Tito, & *b* Timothæo præcipiat, Paſtoribus declarandũ erit, & ſimul illud docendum, ea corporis vitia, *c* quæ in veteri lege ex Domini præſcriptione aliquẽm ab altaris miniſterio excludebant, in Euangelica lege ad animæ vitia præcipuè transferenda eſſe. Quare ſanctam illam conſuetudinem in Eccleſia ſeruari animaduertimus, vt qui ſacris initiandi ſunt, prius pœnitentiæ ſacramento conſcientiam purgare diligenter ſtudeant.

a Ti. 1. 7. 8. 9.
b 1. Tim. 3. per totum.
c Leu. 21. 17. 18. 19.

Greg. p. 1. Paſto. cur c. 11.

32 *In Sacerdote qua, & quanta doctrina requiratur.*

Præterea in Sacerdote non ſolùm ea cognitio requirenda eſt, quæ ad ſacramentorum vſum, & tractationem pertinet, ſed etiam ſacrarum literarum ſcientia ita inſtructum eſſe oportet, vt populo Chriſtianę fidei myſteria, & diuinæ legis pręcepta tradere, ad virtutem, & pietatem excitare, à vitijs reuocare fideles poſſit. Sacerdotis enim duo ſunt munera; quorum alterum eſt, vt ſacramenta ritè conficiat, & adminiſtret alterum, vt populum fidei ſuæ commiſſum, ijs rebus, & inſtitutis; quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, erudiat. Malachias enim ita teſtatur. *d* Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legẽ requirent ex ore eius; quia Angelus Domini exercituum eſt. Vt igitur in horum altero, ſi mediocri cognitione ſit ornatus, præſtare, quod debet, poſſit; alterum certè non vulgarem, ſed exquiſitam potius doctrinam deſiderat: quãuis æquè ab omnibus ſacerdotibus ſumma reconditarum rerum ſcientia non exigatur, ſed, quæ ad ſuſcepti officij, & miniſterij functionẽ vnicuique ſatis eſſe poſſit.

Rerum diuinarum duab. de cauſis ſint periti, qui ẽt initio decalogi latius reperitur vid. Th. in ſup. q. 36. q. 2. Duo ſacerdotis munera.

d Mala. 2. 7.

33 *Quinam ad ſacerdotij dignitatem non ſint admittendi.*

Pueris autẽ, & furioſis, vel amentibus quòd vſu rationis carent, hoc Sacramentum dandum non eſt; quamuis, ſi ijs quoque adminiſtraretur, Sacramenti characterem in eorum animam imprimi certo credendũ ſit. Qui verò ætatis annus in ſingulis ordinibus ſit expectandus, ex ſacri Tridentini Concilij decretis facile erit cognoſcere.

Excipiũtur etiã ſerui: neque enim diuino cultui dedicari debet, qui non ſui iuris; ſed in alterius poteſtate eſt.

Viri præterea ſanguinum, & homicidæ, quia Eccleſiaſtica lege repelluntur, & irregulares ſunt.

Qui ed ſacerdotiũ non ſint admittendi.

Pueri ad ordines ſacros nõ debent promoueri. 75. d. cap. vel non est vide item. diſt. 77. & 78. Per totam.

Furioſus & amens non ordinandus 33. d. c. Maritum.

Si quis ordinẽ ante ætatẽ ſuſciperet, characterem quidẽ accipit, ſed non vſũ Th. in ſum. q. 29. ar. 2. Trid. Syn. ſeſs. 23. ca. 12. refor.

Serui prohibẽtur ordinari d. 33. c. 2. & 2. & c. qui ex familijs, itẽ de ſeruis nõ ordinãdis pro totũ titulũ homicidę d. 50. c. clericu. & c. ſequit. &c.

de his clerici. & de homo. vol. c. pre hyt. Spurij, & illegitimi. de his vid. d. 56. per totum, & ca. de filijs presb. non ord.

Spurij quoque, & ij omnes, qui ex legitimis nuptijs non ſunt procreati. Decet enim vt qui ſacris addicuntur, nihil in ſe habeant, quo ab alijs merito contemni, & deſpici poſſe videantur.

Ad extremum etiam admitti non debent; qui aliquo inſigni corporis vitio deformes, aut manci ſunt; ea enim fœditas, & debilitatio tum offenſionem habet, tum verò ſacramentorum adminiſtrationem impediat, neceſſe eſt.

54 *Qui ſint præcipui huius Sacramenti effectus.*

Quinto arcêdi ſunt corporib. de fo mati vide tit. de corpore vitia t. & d. 55. per to multi alij excluduntur ab ordinib. vt bigami & alij de quibus vide eos dum de irregularitatis diſputant Primus effectus eſt, ſanctificatio illius, qui ordinatur vide Tho. in ſup. q. 35. art. 1.

Sed iam his rebus expoſitis ſupereſt, vt Paſtores doceant, qui ſint huius ſacramenti effectus. Conſtat verò, quãuis ordinis ſacramentum, vt antea dictum eſt maximè ad Eccleſiæ vtilitatem & pulchritudinem ſpectet, tamen in eius quoque anima, qui ſacris initiatur, ſanctificationis gratiam efficere, qua idoneus, habiliſq; ad rectè munere ſuo fungendum, ſacramentaq; adminiſtranda reddatur: quemadmodũ etiam baptiſmi gratia quilibet ad alia ſacramenta percipienda aptus efficitur.

Au. li. 2. Cõt. Creſco. Secundus, gradibus quibuſdã homines prouecti ad offerendum Domino nouiter ſancti ſacrificium.

Quõ Ordinis ſacramentum characterem imprimat.

Tri. Sy. ſeſ. 23. de ord. c. 3. ca. 4 Tho. ca. a. 2.

a 1. Tri 4. 14.

b 2. Tim. 1 7.

Aliam quoque gratiam hoc ſacramento tribui perſpicuum eſt, præcipuam videlicet poteſtatem, quæ ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramẽtum refertur, in ſacerdote quidem plenam, & perfectam, vt qui domini noſtri corpus, & ſanguinem vnus poteſt conficere, in alijs verò inferiorum ordinum miniſtris, maiorem, minorẽ ve, quiſque miniſterio ſuo magis, minus ve ad altaris ſacramenta accedit. Atque hæc poteſtas; etiam character ſpiritualis dicitur, quòd qui ſacris imbuti ſunt, interiori quadam nota animæ impreſſa; ab alijs fidelibus diſtinguantur, ac diuino cultui mancipentur, ad quem Apoſtolus videtur ſpectaſſe, cum ad Timoth. alibi ait; *a* Noli negligere gratiã, quæ in te eſt; quæ data eſt tibi per prophetiam, cũ impoſitione manuũ presbyteri. Et alibi; *b* Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te, per impoſitionem manuum mearum. Hæc de Ordinis Sacramento ſatis dicta ſint; potiora enim tantum rerum capita Paſtoribus tradere profeſſi ſumus; vt illis fidelis populi docendi, & in Chriſtiana pietate erudiendi, argumenta ſuppeditarent.

DE MATRIMONII SACRAMENTO.

CAP. VIII.



SECTIO PRIMA.

1 *Cur Parochi ſedulo debeant inuigilare, vt populus Chriſtianus matrimonij naturam, & ſanctitatem cognitam habeat.*

Doctrina de ſacramẽto matrimonij & canones ſuiiectis decem capitibus de eiuſdem refor explicantur Trid. Syn.

QVoniam Paſtoribus beata, & perfecta Chriſtiani populi vita propoſita eſſe debet, ijs quidem maximè optandum eſſet, quod Apoſtolus ſe cupere ad Corinthios ſcribebat his verbis: *a* Volo omnes homines eſſe, ſicut me ipſum; nimirum; vt omnes continentiæ virtutem ſectarentur; nihil enim beatius in hac vita fidelibus poteſt contingere, quam, vt animus nulla mundi cura diſtractus, ſedataq; & reſtincta omni carnis libidine, in vno pietatis ſtudio, & rerum cœleſtium cogitatione conquieſcat, ſed quoniam, vt idem Apoſt. teſtatur, *b* Vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo alius quidem ſic alius verò ſic: & matrimonium magnis, & diuinis bonis ornatum eſt, ita, vt inter alia Cathol. Eccl. ſacramenta verè, ac propriè numeretur, ac *c* Dominus nuptiarum celebritatem præſentia ſua honeſtarit, ſatis apparet eius doctrinam tradendam eſſe, cum

a 1. Cor. 7. 7.

Caſtitatis excellentia non in omnes cadit.

b 1. Cor. 7. 7.

c Io. 2. 1. 3.

Vtilitas doctrinæ de matrimonio.

quitur deinde, inter legitimas perſonas; quoniam, qui à nuptiarum coniunctione legibus omnino excluſi ſunt, ij matrimonium inire non poſſunt; neque ſi ineant, ratum eſt. exempli gratia: qui intra quartum gradum propinquitate coniuncti ſunt: puerquè ante decimum quartum annum, aut puella ante duodecimum, quæ ætas legibus conſtituta eſt, ad matrimonij iuſta fœdera ineunda apti eſſe non poſſunt. Quod verò extremo loco poſitum eſt, Indiuiduā vitę cōſuetudinē retinens, indiſſolubilis vinculi naturam declarat, quo vir, & vxor colligantur.

aut etiam coniuncta ſeparari debeat pluribus capitib. exponitur indiſſolubile eſt matrimonij vinculum.

4 *Vbi præcipua vis matrimonij conſiſtat.*

Ex his igitur paret matrimonij naturam, & rationem in vinculo illo conſiſtere. Nam quod aliæ clariſſimorum virorum definitiones hoc videntur conſenſui tribuere, vt, cùm dicunt, coniungium eſſe conſenſum maris & fęminæ, hoc ita accipiendam eſt, conſenſum ipſum matrimonij cauſam effectricem eſſet; quod Patres in Concilio Florentino docuerunt. Etenim obligatio & nexus oriri non poteſt, niſi ex conſenſu, & pactione.

Matrimonij natura nō tam in cōſenſu quā in obligationis vinculo cōſiſtit. Cōſenſus eſt matrimonij cauſa efficiēs. Conc. Flor. in epiſt. Eugen. 4. ad Ar. idē habes 27. q. 2. ca. matrimonium & c. ſufficiat, & c. omnis res, & concor. c. de reg. in i. l. nuptias, & magiſt. 4. diſt. 27. pt. c.

5 *Qualis in matrimonio requiratur conſenſus, quaque ratione ſit declarandus.*

Sed illud maxime neceſſarium eſt, vt cōnſenſus verbis, quę præſens tempus ſignificant, exprimatur: neque enim matrimoniū eſt ſimplex donatio, ſed mutua pactio atq; ita ſit conſenſus alterius tantum, ad matrimonium coniungendum ſatis eſſe non poſſit, ſed duorum inter ſe mutuum eſſe oporteat. atqui, ad declarandum mutuū animi conſenſum, verbis opus eſſe perſpicuum eſt. Si enim ex interiori tantum conſenſu, ſine externa aliqua ſignificatione matrimonium conſtare poſſet, illud etiam ſequi videretur, vt cum duo qui diiunctiſſimis, & maximè diuerſis in locis eſſent, ad nuptias conſentirem, antequam alter alteri voluntatem ſuam, vel litteris, vel nutijs declaraſſet, veri, & ſtabilis matrimonij lege coniungerentur: quod tamen à ratione, & ſanctæ Eccleſiæ conſuetudine, & decretis alienum eſt.

Conſenſus verbis temporis præſentis exprimendus eſt vſque mutuus eſſe debet habet. de ſponſalibus & matri. c. Tuę fraternitati, & conſentit Mag. ib. lit. ca. interior. conſenſus nō ſufficit ad matrimonium.

6 *Quutus conſenſus verbis futuri temporis expreſſus matrimonium non efficit.*

Rectè autem dicitur oportere, vt conſenſus verbis exprimatur, quæ præſentis temporis ſignificationem habeant;

Conſenſus verbis futuri temporis expreſſus matrimonium non efficit, hoc habetur à ſponſ. & matr. c. ſi inter virum, & Mag. ubi ſupra

beant: nam quæ futurum tempus indicant, matrimoniū non coniungunt, ſed ſpondent; deinde quæ futura ſunt, nondum eſſe perſpicuum eſt: quę verò non ſunt, parum vel nihil firmi, aut ſtabilis habere exiſtimandum eſt. Quare nondum connubij ius in eam mulierem quiſquā habet, quam ſe in matrimonium ducturum eſſe pollicetur; neque ſtatim ab eo impletum eſt, quod ſe facturum promiſit; tametſi fidem præſtare debet; quod ſi non faciat, violatæ fidei reus eſſe conuincitur. At verò, qui matrimonij fœdere alteri iungitur, quamuis poſtea pœniteat, tamen quod factum eſt mutare, irritumve, & infectum reddere non poteſt. Cùm itaque coniugij obligatio, nuda promiſſio non ſit, ſed eiuſmodi abalienatio, quare ipſa vir mulieri, & viciſſim mulier viro corporis ſui poteſtatem tradit, idcirco neceſſe eſt, verbis quæ prę ſens tempus deſignant, matrimonium contrahi: quorum verborū vis, etiā poſtquā enunciata ſunt, permanet, virūque, & vxorē indiſſolubili vinculo cōſtrictos tenet.

Qui quod ſe futurum promiſit, poſtea non præſtat, tametſi fidem violet, matrimoniū tamen non diſſoluit.

Qualis promiſſio requiratur ad perfectionem matrimonij.

7 *Si pudore, aut alio impedimento conſenſus verbis non exprimatur, nutus, & ſigna verborum locum habent.*

Verborum loco, nutus & ſigna ſatis eſſe aliquando poſſunt.

Sed verborum loco: tum nutus, & ſigna, quæ intimū conſenſum apertè indicent, ſatis ad matrimonium eſſe poſſunt, tum ipſa etiam taciturnitas, cùm puella propter verecundiam non reſpondet, ſed pro ea parentes loquuntur.

8 *Ad verum matrimonium concubitus non requiritur.*

Matrimonium non cōcubitu ſed vinculo conſenſus. Adam, & Eua in ſtatu innocentię non cōcubuerunt. Gen. 2. S. Amb. de inſtit. virg. cap. 6. Chryſ. in oper. imper. ho. 32. Iſi. l. 9. etym. c. 7

Ex ijs igitur Parochi fidelibus tradēt, matrimonij naturam, & vim, in vinculo, ac obligatione ſitam eſſe, ac præter conſenſum, ex, quo dictum eſt, modo expreſſum, vt verum matrimonium exiſtat, concubitum neceſſariò non requiri: nam & primos parentes ante peccatum, quo tempore nulla inter eos carnis copula interceſſerat, vero matrimonio iunctos fuiſſe planè conſtat. quare à ſanctis Patribus dictum eſt, matrimonium non cōcubitu, ſed conſenſu exiſtere quod etiam à Sancto Ambroſio in libro de Virginibus repetitum legimus.

9 *Quotuplex ſit matrimonij conſideratio.*

Duplex matrimonij ratio, vt eſt officiū naturæ, & vt Sa-

Iam verò hiſce explicatis illud docendum erit, matrimonium duplicem rationem habere. Nam, vel vt naturalis coniunctio (coniugium enim non ab hominibus in-

uentum

uentum, ſed a natura) vel vt Sacramentum; cuius vis naturalium rerum conditionem ſuperat, conſiderandum eſt, ac quoniam gratia naturam perficit, (neque prius, *a* quod ſpirituale eſt, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale) rei ordo poſtulat, vt de matrimonio, vt natura conſtat, & ad naturæ officium pertinet, prius agendum ſit. tum verò quæ illi, vt Sacramentum eſt, conueniunt, explananda erunt.

cramentũ Matrimoniũ eſt a natura, ff. de iuſt & iure. l. 1
a 1 Cor. 15. 45.
De matrimonio, vt ad naturæ officium pertinet.

10 *Quis matrimonij, vt officium naturæ ſignificat ſit auctor.*

Matrimoniũ vt naturæ officiũ diuinitus eſt inſtitutum.

In primis itaque docendi ſunt fideles, matrimonium à Deo inſtitutum eſſe ſcriptum eſt enim in Geneſi. *b* Maſculum: & fœminam creauit eos: benedixitq; illis Deus, & ait; Creſcite, & multiplicamini; & *c* Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Ac paulò poſt; *d* Adæ vero non inueniebatur adiutor ſimilis eius. Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam; cumq; obdormiſſet, tulit vnã de coſtis eius; & repleuit carnẽ pro ea, & ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam; in mulierem, & adduxit eam ad Adam, dixitque Adã: Hoc nũc os de oſſibus meis, & caro de carne mea; † hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt, quamobrem relinquet homo patrẽ ſuũ, & † matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ, & erũt duo in carne vna. Quæ; ipſo Domino auctore *e* apud ſanctum Matthæum, oſtendunt matrimonium diuinitus inſtitutum eſſe.

b Ge. 1. 27. 28.
c Gen. 2. 18.
d Ibid. 20. 21.
† Hæc paronomaſia in Hebræo venuſtior eſt.
Is enim eſt vir, vnde ſit Femin. Iſſa quod mulierẽ denotat.
† Septem MS. exemp. Hebr. & Cal. addunt tuum textus tamen eſt vt hic habetur.
e Mat. 10. 6.

11 *Matrimoniũ, vt naturæ officiũ cõſideratur diſſolui nõ poteſt.*

Matrimoniũ vt eſt naturalis coniunctio & nequit diſſolui.

Neque verò Deus matrimonium tantummodo inſtituit, verum, vt ſancta Tridentina Synodus declarat, perpetuum eſſe, & indiſſolubilẽ nodum ei addidit; Si quidem Saluator ait: *f* Quod Deus coniunxit homo non ſeparet. Quamuis enim matrimonio quatenus naturæ eſt officium, conueniat, vt diſſolui non poſſit; tamen id maximè fit, quatenus eſt Sacramentum, qua ex re etiam in omnibus, quæ naturæ lege eius propria ſunt, ſummam perfectionem conſequitur, tamen & prolis educandæ ſtudio, & alijs matrimonij bonis repugnat, vt eius vinculum diſſolubile ſit.

f Mat. 19. 6.
Triden. Synodus in princi. ſeſs. 24 & c. 3. 7. & c. fraternitas. 35. q. 10. & c. debitum de bigamus & de coniung. lepr. in princ.

12 *Omnibus hominibus lex contrahendi non eſt impoſita.*

Quod verò à Domino dictum eſt, *g* Creſcite, & multiplicamini; ideo ſpectat, vt cuius rei cauſa matrimoniũ inſti-

g Gen. 1. 28.
Sic interpretatur hunc locũ Tert. in lib. de

monoga. ante medium. Cyp. in l. de habit. virg. Iou.& Aug. de ſanct. virg. c. 9. Matrimoniū cauſa multiplicādi genus humanum diuinitus eſt inſtitutum. Virginitas matrimonium eſt præſtantior. Trid. Syn. ſeſs. 24. de matrim. c. 9. 10. a Mat. 9. 12. b 1. Cor. 7. 25.

inſtitutū erat, declaret; nō vt ſingulis hominibus neceſſitatem imponat, nunc enim, aucto iam humano genere, non ſolum vlla lex vxorem ducere aliquem non cogit, ſed potius virginitas ſummoperè commendatur, & vnicuique in ſacris litteris ſuadetur, vt quæ matrimonij ſtatu præſtantior ſit, maioremque in ſe perfectionem & ſanctitatem contineat. Dominus enim Saluator noſter ita docuit: *a* Qui poteſt capere, capiat, & Apoſtolus ait: De Virginibus præceptum Domini non habeo conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſequutus à Domino, vt ſim fidelis.

13 *Vir, & mulier coniungi cur debeant.*

Secunda. Cauſa hæ proferuntur partim à D. Aug. lib. 7. de gen. ad lit. c. & li. 9. ſup. Gen. ca. & a Mag. in 4. d. 26. l r. b part m D. Th. in ſup. q. 42. art. 2. vide item] 32. q. 2. per totam.

Sed quibus de cauſis vir, & mulier coniungi debeant, explicandum eſt. Prima igitur ratio eſt, hæc ipſa diuerſi ſexus naturę inſtinctu expetita ſocietas, mutui auxilijſpe conciliata, vt alter alterius ope adiutus, vitæ incōmoda, facilius ferre, & ſenectutis imbecillitatē ſuſtētare queat.

Altera eſt procreationis appetitus, non tam quidē ob eam rem, vt bonorū, & diuitiarū hæredes relinquantur quàm vt veræ fidei & religionis cultores educētur; quod quidē maximè ſanctis illis Patriarchis, cum vxores ducerent, propoſitum fuiſſe, ex ſacris litteris ſatis apparet, quare Angelus, cū Tobiam admoneret, quo pacto mali demonis vim poſſet repellere, *c* Oſtendam, inquit, tibi qui ſunt, quibus præualere poteſt dæmoniū. ij namq; qui coniugium ita ſuſcipiūt, vt Deum à ſe, & à ſua mēte excludant, & ſuæ libidini ita, vacent, *d* ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. Deinde ſubiecit; *e* Accipies virginem cū timore Domini, amore filiorum magis, quā libidine ductus, vt in ſemine Abrahæ benedictionem in filijs conſequaris. Atq; vna hæc etiā cauſa fuit, cur *f* Deus ab initio matrimoniū inſtituerit. quare fit, vt illorū ſit ſcelus grauiſſimū, qui matrimonio iuncti, medicamentis, vel conceptum impediunt, vel partum abigunt. hæc enim homicidarum impia conſpiratio exiſtimanda eſt.

c To. 6. 16. 17.

d Pſal. 31. 9. e Tob. 6. 22.

f Gen. 1. 28. Ius naturæ violant, qui partū impediunt. Aug. l. 1. de nupt. & cōcu. ca. 15. & hab. 32. q. c. aliquādo

14 *Poſt peccatum cur matrimonium inſtitutum fuerit.*

Tertia cauſa. Vide Aug. 14. ciuit. c. 15. 16.

Tertia eſt, quæ poſt primi parentis lapsū ad alias cauſas acceſſit, cum propter iuſtitiæ, in qua homo conditus erat, amiſſionem, appetitus rectæ rationi repugnare cœpit;

pit; vt ſcilicet, qui ſibi ſuæ imbecillitatis conſcius eſt, nec carnis pugnam vult ferre matrimonij remedio ad vitanda libidinis peccata, vtatur: de quo ita Apoſt. ſcribit; *a* Propter fornicationem vnuſquiſq; ſuam vxore habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat. Ac paulò poſt cum docuiſſet interdum orationis cauſa à matrimonij debito abſtinendum eſſe, ſubiecit; *b* Et iterum reuertimini in idipſum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram. Hæ igitur ſunt cauſæ, quarum aliquam ſibi proponere quiſque debet, qui piè & religiosè, vt ſanctorum filios decet, nuptias velit contrahere.

a 1. Cor. 7. 2.

b ibid. 5.

Quod ſi ad eas cauſas alia etiam accedant, quibus homines inducti, matrimoniũ ineãt, atq; in habẽdo vxoris delectu hãc illi przponant, vt hęredis relinquẽdi deſiderium, diuitiæ, forma, generis ſplẽdor, morũ ſimilitudo, huiuſmodi ſanè rationes damnãdæ nõ ſunt, cum matrimonij ſanctitati nõ repugnent. Neque enim in ſacris litteris *c* Iacob Patriarcha reprehenditur, quod Rachelem, eius pulchritudine illectus, Liæ protulerit. Hæc de Matrimonio, vt naturalis coniunctio eſt, docenda erunt.

Cauſæ ſecundariæ matrimonij ſi eius ſanctitatẽ non impediant, minimè damnandæ ſunt.

c Gen. 29. 17.

15 *Cur matrimoniũ ſacramẽti dignitate per Chriſtũ ſit auctum.*

Vt autem Sacramentum eſt, explicare oportebit, eius naturam multò præſtantiorem eſſe, & omninò ad altiorẽ finem referri. Quemadmodum enim matrimonium, vt naturalis coniunctio ad propagandum humanum genus ab initio inſtitutum eſt: ita deinde, vt populus ad veri Dei, & Saluatoris noſtri cultum, & religionẽ procrearetur, atq; educaretur, Sacramenti dignitas illi tributa eſt. Cùm enim Chriſtus Dominus vellet arctiſſimę illius neceſſitudinis quæ ei cum Eccleſia intercedit, ſuæque erga nos immenſę caritatis certum aliquod ſignum dare, tanti myſterij dignitatem hac potiſſimũ maris, & fœminæ ſancta coniunctione declarauit: quod quidem aptiſſimè factum eſſe, ex eo intelligi poteſt quod ex omnibus humanis neceſſitatibus, nulla inter ſe homines magis quam matrimonij vinculum conſtringit, maximaque inter ſe vir & vxor charitate, & beneuolentia deuincti ſunt, atq; iccirco fit, vt frequenter ſacræ litteræ nuptiarum ſimilitudine *d* diuinam hanc Chriſti, & Eccleſiæ copulationem nobis ante oculos proponant.

De matrimonio vt ſacramentum eſt.

Finis inſtituti matrim. cũ in lege naturæ tũ in lege gratię pulchrę explicatur vide Th in ſupp. q. 41. art. 3.

Immenſa Chriſti, & Eccleſiæ per charitatẽ coniũctio matrimonij ſacramento aptiſſimæ ſignificatur, vid. c. debitum, de bigamis nõ ord

d Matt. 22. 2 & 25. 0. Apoc. 9. 67

16 Quo-

16 *Quomodo matrimoniũ ſit verũ Euangelicæ legis ſacramẽtũ.*

a Eph.5.18.29.30.

Probatur matrimoniũ eſſe ſacramentum quod vt veteres diſerte tradiderunt, vt Tert. in lib. de monog. Aug. de fide, & ope. c.7 l.1. de nup. & concup. 6. 10. & 21. Anb. in cap. epiſt. ad Eph.

Iam vero matrimonium ſacramentum eſſe Eccleſia, Apoſtoli auctoritate cõfirmata, certum, & exploratum ſemper habuit: ita enim ad Epheſios ſcribit. *a* Viri debẽt diligere vxores ſuas, vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit: nemo enim vnquam carnẽ ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam ſicut, & Chriſtus Eccleſiam: quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt: ego autẽ dico in Chriſto, & in Eccleſia. Nam quod inquit, ſacramentũ hoc magnum eſt: nemini dubium eſſe debet, ad matrimonium referendum eſſe, quòd ſcilicet viri & mulieris coniunctio, cuius Deus auctor eſt, ſanctiſſimi illius vinculi, quo Chriſtus Dominus cum Eccleſia coniungitur, ſacramentum ideſt ſacrum ſignum ſit.

17 *Quomodo matrimonium ſacramentum eſſe ex Pauli verbis conuincatur.*

Pet. Damaſc. ſerm. 1. de ded. Eccleſ. Lucius Papa 3. vt habet. de hære. c. ad abolend. Triden Syn in princ. ſeſs. 24. de matr & c. 1. Flor. & Conſt.

b Eph. 5. 25.

c Ibid. 24.

Quomodo matrimoniũ gratiam ſignificet, in tribuat.

Trid. Syn. ibid.

Atque hanc eſſe eorũ verborum veram, & propriam ſententiam, veteres SS. Patres, qui eum locum interpretati ſunt, oſtendunt: idemq; Sancta Tridentina Synodus explicauit. Conſtat ergo, virum Chriſto, vxorem Eccleſiæ, ab Apoſtolo comparari, virum eſſe caput mulieris, vt eſt Chriſtus Eccleſiæ, eaque ratione fieri, vt vir vxorem diligere, & viciſſim vxor virum amare, & colere debeat. *b* Chriſtus enim dilexit Eccleſiam, & pro ea ſemetipſum tradidit: rurſus verò vt idem Apoſtolus docet, *c* Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto. Sed gratiam quoque hoc ſacramento ſignificari, & tribui, in quo maximè ſacramẽti ratio ineſt ea Synod. verba declarãt Gratias verò quæ naturalem illum amorem perficeret, & indiſſolubilem vnitatẽ confirmaret, coniugeſque ſanctificaret, ipſe Chriſtus venerabilium ſacramentorum inſtitutor, atque perfector, ſua nobis paſſione promeruit. Quare docendum eſt, huius ſacramẽti gratia effici, vt vir, & vxor mutuæ charitatis vinculo cõiuncti, alter, in alterius beneuolentia conquieſcat, alienoſq; & illicitos amores, & concubitus non quærat, ſed in omnibus ſit *d* honorabile connubium, & thorus immaculatus.

d Heb. 13. 4.

18 *Quantum matrimonium Euangelij à legis naturæ, vel Moyſi matrimonio differat.*

Sed quantũ matrimonij ſacramentũ ijs matrimonijs præſtet, quæ ante, vel poſt legẽ, iniri ſolebant, ex eo licet cognoſcere, quod etſi gẽtes matrimonio diuini aliquid ineſſe arbitrabãtur, atque ob eam rẽ vagos concubitus, à naturæ lege alienos eſſe, itẽque ſtupra, adulteria, & alia libidinis genera vindicanda eſſe iudicabãt, tamen eorũ connubia nullam prorſus ſacramenti vim habuerunt.

Gentes matrimoniũ vt rem ſanctam veneratæ ſunt, & cõcubitus vagos, & inceſtas nuptias damnarunt, vide iuris ciuilis titulos de ritu nuptiarum & ad legẽ iuliã de adulterijs. & in ff. & C. & de inceſtis, & inutilibus nuptijs in Co. Inter infideles matrimonium non eſt ſacramentum, cap. quanto tu, de diuort.

Apud Iudæos verò religioſius omnino nuptiarum leges ſeruari conſueuerant: neque dubitandum, quin eorum matrimonia maiori ſanctitate prædita eſſent, cùm enim promiſſionẽ accepiſſent, fore aliquando, vt *a* omnes gentes, in ſemine Abrahæ benedicerentur, magnæ apud eos pietatis officium meritò eſſe videbatur filios procreare, electi populi ſobolem, ex qua Chriſtus Dominus Saluator noſter, quo ad humanam naturam attinet, ortum habiturus eſſet, propagare; ſed illæ quoque coniunctiones vera Sacramenti ratione caruerunt.

a Gen. 12. 3. & 18. 18. & 22. 18.

19 *Matrimonium in lege naturæ poſt peccatũ, aut in lege Moyſis originis ſuæ, quam ex Deo habuit, decorem non retinuit.*

Huc accedit, quod ſiue naturæ poſt peccatum, ſiue Moyſis legem ſpectemus, facile animaduertimus, matrimonium à primi ortus ſui decore, & honeſtate decidiſſe: dum enim naturæ lex vigebat, *c* multos ex antiquis Patribus fuiſſe comperimus, qui plures ſimul vxores ducerent. Deinde verò in lege *d* Moyſis dato repudij libello, permiſſum erat, ſi cauſa fuiſſet, diuortium cum vxore facere; quorum vtrumque ab Euangelica lege ſublatum, matrimoniumq; in priſtinum ſtatum reſtitutum eſt. Nã quod polygamia matrimonij natura aliena eſſet, (etſi aliqui ex priſcis Patribus accuſandi non ſunt, quod non ſine Dei indulgẽtia plures vxores ducerẽt) Chriſtus Dominus oſtẽdit illis verbis: *e* Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Deinde ſubiungit; Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro.

b Gen. 4. 19. & 13. 1. 3 & 29. 22 23. 24.
c Deut. 24. 1. Mat. 19. 7. 8.

Vxorum pluralitas, a matrimonij natura eſt aliena, ac Chriſtianus prohibita c. gaudeam de diu. imò etiam iur. ciu. C. de Iudæ lib. nemo Iudæorum, & C. de inceſt. nupt. l. 1. Trid. Syn. ſeſſ. 24. de matr. cap. 2.

Quibus verbis planum fecit, matrimonium ita à Deo inſtitutum eſſe, vt duorum tantum, non pluriũ coniunctione definiretur. Quod etiam alibi apertiſſimẽ docuit, inquit

Matt. 19.

Matrimonium duorũ duntaxat cõiunctione definitur.
Mat. 19. 11.
Matt. 5. 32. & 19. 9.
Luc. 16. 18.
Quid faciendum ſit cũ infideli ad fidẽ conuerſo, qui prius plures vxores duxerit, vide cap. gaudemus de diuort.
Mat. 5. 32.

Inquit enim: Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulteriũ committit ſuper eam: & ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit mœchatur. Nam ſi viro liceret plures vxores ducere, nulla omnino cauſa eſſe videretur, cur magis adulterij reus eſſe dicẽdus eſſet, quòd præter eam vxorẽ quã domi haberet, aliam duceret, quam quod priore dimiſſa, cum alia coniungeretur. Atque ob eam rem fieri intelligimus, vt, ſi infidelis quiſpiam, gentis ſuæ more, & conſuetudine, plures vxores duxiſſet, cum ad veram religionem conuerſus fuerit, iubeat eũ Eccleſia cæteras omnes relinquere, ac priorem tantùm iuſtæ, & legitimæ vxoris loco habere.

20 *Vinculum matrimonij diuortio diſrumpi non poteſt.*

a 2 Mat. 16. Marc. 10. 4. Luc. 16. 18.
Sola mors matrimoniũ nexũ poteſt diſſoluere.
b 1. Cor. 7. 39. Rom. 7. 2.
† A lege non eſt in tex. ſed MS. quam habent.
c 1. Cor. 7. 10.
Conc. Tri. ſeſs. 24. can. 5. & 7. Concil. Mile. c. 17. citatum 32. q. 7. d. c. pla cuit.
Aug. lib. 1. de ſer. Do. cap. 25. citatus c. Dominus & ſimilia multa in ea q. Niſi iuſta cauſ. ſocietas vitæ inter cõiuges eſt diſrũpenda.
Vide Tho. in add. 33. q. 2. art. 1. & ſeq. & in ſupp. q. 47. artic. 1.

Verũ eodẽ Chriſti Dñi teſtimonio facilè cõprobatur, nullo diuortio vinculum matrimonij diſſolui poſſe: ſi enim poſt libellũ repudij mulier à viri lege ſoluta eſſet, liceret ei ſine vllo adulterij crimine alteri viro nubere. Atqui Dñs apertè denũciat, *a* Omnis qui dimittit vxorẽ ſuã, & alterã duxit mœchatur. Quare coniugij vinculũ nulla re, niſi morte diſrũpi perſpicuum eſt, quod quidẽ etiã Apoſt. confirmat, cũ inquit. *b* Mulier alligata eſt legi, quãto tẽpore vt eius viuit: quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt † à lege: cui vult nubat tãtùm in Dño. Et rurſus *c* His qui in matrimonio iuncti ſunt, precipio, non ego, ſed dominus vxorẽ à viro nõ diſcedere, quod ſi diſceſſerit, manere in nuptam aut viro ſuo reconciliari. Eã verò optionem Apoſt. mulieri, quæ iuſta de cauſa virum reliquiſſet, detulit, vt aut innupta maneat, aut viro ſuo recõcilietur. Neque enim ſãcta Eccleſia viro, & vxori permittit, vt ſine grauioribus cauſis alter ab altero diſcedat.

21 *Cur nulla ratione diſſolui matrimonium expediat.*

Ac ne fortè alicui videatur durior matrimonij lex, quod nulla vnquam ratione diſſolui poſſit, docendum eſt, quæ ſint cum ea vtilitates coniunctæ. Primum enim homines in coniungẽdis matrimonijs virtutem potius, & morum ſimilitudinem, quam diuitias, & pulchritudinẽ ſpectandã eſſe, hinc intelligent, qua quidem re communi ſocietati maximè conſuli nemo dubitare poteſt. Præterea, ſi diuortio matrimonium diſſolueretur, vix vnquam deſſidendi cauſæ hominibus, quę ijs ab antiquo

pacis,

pacis, & pudicitię hoſtes quotidie obijcerentur, deeſſent. Nunc verò, cùm fideles ſecum cogitant, quamuis etiam coniugij conuictu, & conſuetudine careant, ſe tamen matrimonij vinculo conſtrictos teneri, omnemq; alterius vxoris ducendæ ſpem ſibi præciſam eſſe; ea re fit, vt ad iracundiam, & diſſidia tardiores eſſe conſueuerint. Quòd ſi interdum etiam diuortium faciant; & diutius coniugis deſiderium ferre non poſſint, facilè per amicos reconciliati ad eius conuictum redeunt.

22 *Per libellum repudij ſeparati poſſunt rurſum coniungi.*

Sed hoc loco prętermittenda non eſt Paſtoribus ſancti Auguſtini ſalutaris admonitio; is enim, vt oſtenderet fidelibus haud grauatè faciendum eſſe, vt cum vxoribus, quas adulterij cauſa dimiſiſſent, ſi eas delicti pęniteret, in gratiā reducerentur: Cur, inquit, vir fidelis non recipiet vxorem quā recipit Eccleſia? aut cur vxor viro adulterò, ſed pęnitēti nō ignoſcat, cui etiā ignouit Chriſtus? Nam, quod *a* ſcriptura ſtultū vocat, qui tenet adulteram, de ea ſentit, quæ cum deliquerit, pęnitere, & acępta turpitudine deſiſtere recuſat. Ex ijs itaque perſpicuū eſt, fidelium coniugia perfectione & nobilitate, tum gentilium, tum Iudæorum matrimonijs longè pręſtare.

Ob adulteriū dimiſſi, ſi pœniteant in gratiā poſſunt recipi ab altero cōiuge, S. Aug. lib. 2. de adult. coniug, cap. 6. & 9.

a Prou. 18. 23.

23 *Quæ ſint bona, quæ ex hoc Sacramento ad coniugatos redeūt.*

Docendi pręterea sūt fideles, tria eſſe matrimonij bona, prolem, fidem, ſacramentū, quorū compenſatione illa incōmoda leniuntur, quę Apoſtolus indicat his verbis. *b* Tribulationē carnis habebūt huiuſmodi. Efficiturque vt cōiunctiones corporum, quę extra matrimonium meritò damnandæ eſſent, cum honeſtate coniunctę ſint.

Matrimonij triplicia ſunt bona.

b 1. Cor. 7. 18.

Primum matrimonij bonū eſt proles.

Primùm igitur bonum eſt proles, hoc eſt liberi, qui ex iuſta, & legitima ſuſcipiuntur vxore: id enim tanti fecit Apoſtolus, vt diceret; *c* Saluabitur mulier per filiorum generationē. Nec verò hoc de procreatione ſolū, ſed de educatione etiam, & diſciplina, qua filij ad pietatem erudiuntur, intelligendum eſt: ſic ſtatim ſubdit Apoſtolus; *d* ſi in fide permanſerint. Monet enim ſcriptura; *e* Filij tibi ſunt? erudi illos, & curua illos a pueritia illorum. Idem etiam *f* Apoſtolus docet, eiuſque inſtitutionis pulcherrima exempla *g* Tobias, *h* Iob, & alij ſanctiſſimi Patres in ſacris litteris prębent. Quę verò

c 1. Ti. 2. 15. Ibid. porro quædam MS. legunt per n[illegible].

d Eccl. 7. 25. & fuſius 30. fere per totum

e Prou. 13. 24. & Deut. 6. 7.

f Epheſ. 6. 4. Col. 3. 30.

g Tob. 4. per totum.

h Iob. 1. 5.

ſint parentum, & filiorum officia in quart præcepto latius explicabitur.

Secundum bonum eſt fidelitas mutua.

24 *Fides in matrimonio quid ſit, & quomodo ſeruanda,*

Sequitur Fides, quod eſt alterum matrimonij bonum, non ille virtutis habitus, quo imbuimur, cum baptiſmũ percipimus, ſed fidelitas quædam, qua mutuo vir vxori, & vxor viro ſe ita obſtringit, vt alter alteri ſui corporis poteſtatem tradat, ſanctumque illud coniugij fœdus nunquam ſe violaturum polliceatur: id facilè colligitur ex illis verbis, quæ à primo parente enunciata ſunt, cum Euam vxorem ſuam accepit; Quæ deinde Chriſtus Dominus in Euãgelio cõprobauit. *a* Quare relinquet homo patrẽ, & matrem, & adhærebit vxori ſuę, & erũt duo in carne vna: itẽ ex eo Apoſtoli loco; *b* Mulier ſui corporis poteſtatẽ non habet, ſed vir ſimiliter, & vir ſui corporis poteſtatẽ non habet, ſed mulier. Quare optimo iure grauiſſimę animaduerſiones à *c* Domino in adulteros, quod hanc fidẽ maritalẽ frãgant, in veteri lege cõſtitutę erant.

a Gen. 2. 24. Matth. 19. 5. b 1. Cor. 7. 4. Eph. 5. 31. vide c. Sunt qui &c. Multorum, &c. Agathoſa, & multa alia 27. q. 2. & tit. de conuer. coniug. c Leu. 2. c. 10. Deut. 22. 25. Vir qualiter vxorẽ diligere debeat. vide Hier. li. 1. con. Ioa. & ca. origo 32. q. 4. d Eph. 5. 25. I. 3. 19.

Poſtulat prętérea matrimonij fides vt vir, & vxor ſingulari quodam, ſanctoq; & puro amore coniuncti ſint; neque vt adulteri inter ſe ament, ſed vt Chriſtus dilexit Eccleſiam; hanc enim regulam Apoſtolus præſcripſit, cum ait: *d* Vir diligite vxores veſtras, ſicut, & Chriſtus dilexit Eccleſiam: quam certè immenſa illa charitate, non ſui commodi gratia, ſed ſponſæ tantum vtilitatem ſibi proponens, complexus eſt.

Tertium matrimonij bonum eſt ſacramentum.

25 *Quid ſit Sacramentũ dũ inter matrimonij bona numeratur.*

Tertium bonum Sacramentum appellatur, vinculum ſcilicet matrimonij, quod nunquam diſſolui poteſt: nam vt eſt apud Apoſtolum, *e* Dominus præcepit vxorem à viro nõ diſcedere: quod ſi diſceſſerit manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari, & vir vxorem non dimittat. Si enim matrimonium, vt ſacramentum eſt, Chriſti coniũctionem cum Eccleſia ſignat neceſſe, eſt, vt Chriſtus ſe nunquam ab Eccleſia diſiungit, ita vxorem à viro, quod ad matrimonij vinculum atinet, ſeparari non poſſe. Verũ, vt hęc ſancta ſocietas ſine querela faciliu[s] cõſeruetur, viri, & vxoris officia, quę à Sancto *f* Paulo & *g* Principe Apoſtolorum Petro deſcripta ſunt, tradenda erunt.

e Cor. 7. 10. 11. videque ſupra notauimus, ſecta 20. vide quem Au. li. 1. de adul. cõiu. c. 21. & 22. & de bon. coniug. c. 7. & de nup & concu. li. 1. c. 10. f Eph. 5. 22. 23. & ſeq. Col. 3. 18. 19. 1. Tim. 4. 14. g 1. Petr. 3. 1. 2 & ſeq.

Mariti offici

26 *Quæ ſint præcipua mariti officia.*

Ergo

Ergo viri munus,eſt vxorem liberaliter,& honorifice tractare:qua in re meminiſſe oportet, ſuã ab Adamo ſociam appellatũ eſſe,cũ inquit:*a* Mulier quã dediſti mihi ſociã,cuius rei cauſa aliqui Patres tactũ eſſe docuerũt,vt ea nõ ex pedibus,ſed ex latere viri formaretur:quemadmodũ etiã ex capite condita nõ eſt, vt ſe viri Dominam non eſſe intelligeret,ſed viro potius ſubiectã, Decet prꝗterea virũ in alicuius honeſtę rei ſtudio sẽper occupatum eſſe,tũ vt ea ſuppeditet,quę ad familiã ſuſtẽtandã neceſſaria sũt, tum ne inerti otio langueſcat à quo omnia fere vitia fluxerũt, Deinde verò familiam rectè conſtituere, omnium mores corrigere, ſingulos in officio continere.

præcipua primũ mariti officium.

a Ge. 3.12.C t muli r ex viri pedibus, vel capite non fe co dita A. g. 12.de ci .Dei. c.26.Hug.des. vi torein Au. ſup Gen.

Secundum officiũ vide c.ſi quiſdereliquerit.d.30.& ca. duo 1 nt 23q. 4 & ea 1 onſu tes eaq.5.Vxoris quæ ſu t præcipua officia.

27 *Vxoris officium quid requirat.*

Rurſus autem vxoris partes ſunt, quas Apoſtolorum Principes numerat,cum inquit: *b* Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis,vt & ſi qui non credunt verbo, per mulierum conuerſationem ſine verbo lucri fiant, conſiderantes in timore † ſanctam conuerſationem veſtram:quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circũdatio auri,aut indumenti veſtimentorum cultus: ſed qui abſconditus eſt cordis homo in incorruptibilitate quieti, & modeſti ſpiritus,† qui eſt in cõſpectu Dei locuplex; ſic enim aliquãdo,& ſanctę mulieres ſperãtes in Deo ornabãt ſe ſubiectę proprijs viris,ſicut Sara obediebat Abrahę, Dñm eum vocans. Earũ quoque præcipuũ ſtudium ſit,filios in religionis cultu educare domeſticas res diligenter curare:domi vero libenter ſe contineãt, niſi neceſſitas exire cogat:idque ſine viri permiſſu facere nunquam audeant, Deinde,in quo maximè maritalis coniunctio ſit eſt,meminerint ſemper ſecundum Deum, magis quam virum, neminem diligendum eſſe, eo ve pluris faciendum eſſe neminem, cui etiam omnibus in rebus, quæ Chriſtianæ pietati non aduerſantur, morem gerere, & obtemperare ſumma cum animi alacritate oporteat.

1. Pet. 3. 1. 2.

† Textus habet caſtam cum Græca exemp. cõſentiunt, ſed M S. habẽt sãctam quæ ſecutus eſt auctor.

† Quod legũt M s. quædam

b Gen. 18. 12.

28 *Quid de matrimonij ritibus ſentiendum ſit.*

Harum rerum explicationi conſequens erit,vt Paſtores ritus etiam doceant, qui in matrimonio contrahẽdo ſeruari debeant:de quibus non eſt expectandum, vt hoc loco præcepta tradantur, cum à ſancta Tridentina Synodo,que in hac re maximè obſeruãda ſint, copioſè, &

De ritib. matrimon. Tri.Syno. ſeſ. 14. de cret.de reformat.matrimonij c.1.

 accu-

accuratè cõſtituta fuerint, neq; illud decretum à Paſtoribus ignorari poſſit. Satis igitur eſt eos admonere, vt, quæ ad hanc partem attinét è ſacri Concilij doctrina cognoſcere ſtudeant, eaque fidelibus diligenter exponant.

Matrimonia occulte ſine Parochi auctoritate contracta sũt nulla.
Tri. Syn. ibid. c. 1. vide item aliter, & cap. nullus, & cap. nostrate, & multa alia. 30. q. 5. item ca. non oĩs, &c. honoratur 32. q. 2. & ti. de clan deſt. de ſponſa.

29 *Clandeſtina matrimonia rata non ſunt.*

In primis autem, ne adoleſcentes, & puellę, cui ætati ineſt maxima imbecillitas conſilij falſo nuptiarum nomine decepti, turpium amorum fędera incautè ineant, ſæpiſſime docebunt, ea neque vera, neque rata matrimonia habenda eſſe, quæ præſente Parocho, vel alio ſacerdote de ipſius Parochi; vel ordinarij licentia, certoque teſtium numero non contrahantur.

30 *Tradenda etiam eſſe matrimonij impedimenta docet.*

† Intelligit Doctores caſuum conſcientię qui de impedimentis matrimonij multa ſcripſerunt de his etiam agunt. Theologi poſt Magiſtrum in 4. d. 24. & ſeq. & Thom. in ſuppl q. 50. & ſeq. ibidem c. 2. 3. & 4.
ibi. c. 3. & 4.

Sed quæ matrimonium etiam impediunt, explicanda erunt;† in quo argumento plerique graues, & doctiſſimi viri, qui de vitijs, & virtutibus conſcripſerunt, adeo diligenter verſati ſunt, vt facilè omnibus futurum ſit, quæ illi ſcriptis ſuis tradiderunt, in hunc locum transferre, cum præſertim neceſſe habeant Paſtores, eos ipſos libros nunquam fere e manibus deponere itaque tum illas præceptiones, tum quæ à ſancta Synodo ſancita ſunt de impedimento, quod vel à cognatione ſpirituali, vel à iuſtitia publicæ honeſtatis, vel à fornicatione oritur, attente legent, & tradenda fidelibus curabunt.

31 *Quo animo affecti eſſe debeãt, qui ad matrimoniũ accedant.*

Ex quibus perſpici poteſt, quo animo affectos eſſe oporteat, fideles cum matrimonium contrahunt; neque enim humanam aliquam rem ſe aggredi, ſed diuinam putare debent, in qua ſingulare mentis integritatem, & pietatem adhibendam eſſe, Patrum veteris legis exempla ſatis oſtendunt: quorum matrimonia, tametſi ſacramenti dignitate prædita non erant, ea tamen ſemper maxima cum religione, & ſanctimonia, colenda eſſe exiſtimarunt.

Filij conſenſum parentũ priuſquã contrahant, poſtulent.
Trj. Syn. ſeſſ. 25. decret. de reforma. ma-

32 *Parentum conſenſus ad matrimonij ſoliditatem requirendus.*

Inter cętera autem maximè ortãdi ſunt filij familias vt parentibus, & ijs, in quorum fide, & poteſtate ſunt, eum honorem tribuant, vt ipſis inſcientibus, nedum inuitis, & repugnantibus, matrimonia non ineant: nam in veteri teſtamento licet animaduertere, *a* filios à patribus

bus ſemper in matrimonium collocatos eſſe, qua in re plurimum illorum voluntati deferendum eſſe, Apoſtolus videtur etiam ijs verbis indicare: *a* Qui matrimonio iungit virginem ſuam benefacit; & qui non iungit melius facit.

trimonij ca. 1. a Gen. 24. per totum, & 28. & & 29. & 21. b 1. Cor. 7. 38.

33 *Quidnam de actu coniugali ſit præcipiendum.*

Extrema illa reſtat pars, quę ad matrimonij vſū pertinet: de quibus ita agendum eſt à Paſtoribus, vt nullum ex eorum ore verbum excidat quod fidelium auribus indignum eſſe videatur, aut pias mentes lædere, aut riſum mouere queat. *b* Vt enim eloquia Domini, eloquia caſta ſunt; ita etiā maximè decet Chriſtiani populi Doctorem eiuſmodi orationis genere vti, quod ſingularem quandam grauitatē, & mentis integritatem, præſeferat. Quare duo illa maximè docendi ſunt fideles: primum quidem non voluptatis, aut libidinis cauſa matrimonio operam dandam eſſe: ſed eo vtendum intra illos fines, qui vt ſupra demōſtrauimus à Domino preſcripti ſunt. Meminiſſe enim conuenit, quod Apoſtolus hortatur: *c* Qui habent vxores, tanquam nō habentes ſint; tum vero à ſancto Hieronimo dictum eſſe Sapiens vir iudicio debet amare coniugem, non affectu, reget impetus voluptatis, nec preceps feretur ad coitum. Nihil eſt fędius quam vxorem amare quaſi adulteram.

De matrimonij vſu.

c. Pſal. 18. 7.

Duo in matrimonij vſu ſūt præcipue obſeruanda. Primum, vt voluptatis cauſa matrimonio non vocent. d 1. Co. 7. 29. 5. Hier. lib. 1. con. Iouin. in fi. & habetur in c. origo. 22. q. 4.

34 *Coniugibus aliquando ab officio matrimonij abſtinendum.*

Sed, quoniam bona omnia ſanctis precationibus impetranda ſunt à Deo alterum eſt, quod fideles docere oportet, vt Deum orandi, & obſecrandi cauſa à matrimonij officio interdum abſtineant, in primisquè id ſibi obſeruandum ſciant tribus ſaltem diebus, antequam ſacram Euchariſtiam percipiant, ſæpius verò cùm ſolemnia Quadrageſimę ieiunia celebrantur, quemadmodum Patres noſtri rectè, & ſanctè pręceperunt, ita enim fiet, vt ipſa matrimonij bona maiori in dies diuinę gratię cumulo augeri ſentiant, & pietatis ſtudia ſectantes, non modò hanc vitam tranquille, & placite traducant, ſed ęternę etiam Dei benignitate conſequendę, vera, & ſtabili ſpe, *d* quę non confundit, nitantur.

Quibus temporibus a coniugij actu abſtinendum eſſe vid. 33. q. 4. per totam & cap. Omnis homo de conſ. dist. 2. Hier. in apolo. pro lib. con. Iou. poſt medium, & in c. 12. Zac. ſup. illud. In die planctus magnus erit. Fructus tori immaculati.

d Rom. 5. 50.

CATECHISMI ROMANI,

Pars Tertia,

De Decalogo, Diuiniſque legibus.

CAPVT I.

SECTIO PRIMA.

1 *Decalogum omnium Præceptorum ſumam eſſe demonſtrat.*

Decalogus legum omnium & præceptorũ diuinorum eſt epitome S. Aug. q. 140 ſupra Exod. Vide D. Th. in 1. 2. q. 100. art. 3. & 9.
a Exod. 31. 18. & 32. 15.
Decem præcepta ex duobus charitatis præceptis pendẽt.
b Mat. 22. 40.

DEcalogum legum omnium ſummam, & Epitomen eſſe S. Auguſtinus litteris commendauit. Nam cum multa locutus ſit Dominus, duæ tamen *a* tantùm tabulæ dantur Moyſi lapideæ, quæ dicuntur tabulæ teſtimonij futuri in arca; nimirnm cętera omnia, quæ præcepit Deus, ex illis decem præceptis, quæ duabus tabulis conſcripta ſunt, pendere intelliguntur ſi diligenter quæratur, vt recte intelligantur, quomodo hæc ipſa rurſus decem præcepta, duobus illis nituntur, dilectionis ſcilicet Dei, & proximi, *b* in quibus tota lex pendet, & Prophetæ.

2 *Cur Paſtores maxime decalogum diſerte tenere, & explicare conueniat.*

c Pſalm. 1. 2.
d Mal. 2. 3. 7.
e 2. Cor. 3.
f Matt. 5. 15.

Itaque cùm ſit totius legis ſumma, Paſtores oportet in eius contemplatione *c* die, noctuque verſari; non vt vitam ſuam modo ad hanc normam componant, ſed etiam, vt populum ſibi creditum in lege Domini erudiant. *d* Nam labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius; quia Angelus Domini exercituum eſt; quod ad Paſtores nouæ legis maximè pertinet, qui Deo propiores *e* à claritate in claritatem transformari debent, tanquam à Domini ſpiritu; & cum eos *f* lucis nomine nũcupauit Chriſtus Dominus, propriè

ſunt

ſunt illorum partes, *a* vt ſint lumen eorum, qui in tenebris ſunt, eruditores inſipientium, magiſtri infantium; *b* & ſi quis præoccupatus fuerit in aliquod delicto, ipſi, qui ſpirituales ſunt, huiuſmodi inſtruant.

In confeſſionibus etiam iudicis perſonam ſuſtinent, ac pro genere, & modo peccatorum ſententiam ferunt, quare, niſi ſuam ſibi inſcitiam, alijs etiam eſſe fraudi velint, in eo ſint, neceſſe eſt, quam vigilantiſſimi, & in diuinorum præceptorum interpretatione exercitatiſſimi, vt ad hanc diuinam regulam de quacunque, & actione, & officij prætermiſſione iudicium facere poſſint, & vt eſt apud Apoſtolum, *c* ſanam doctrinam tradant, id eſt, quæ nullum contineat errorem, & animorum morbis, quæ ſunt peccata, medeatur: vt *d* ſit populus Deo acceptus, ſectator bonorum operum. Iam verò in huiuſmodi tractationibus ea paſtor ſibi, & alijs proponat, quibus legi parendum eſſe perſuadeat.

3 *Quis decalogi, & legis naturæ auctor ſit.*

Inter cætera autem, quæ animos hominum poſſunt ad huius legis iuſſa ſeruāda impellere illud maximam vim habet, Deum eſſe huius legis auctorem, quamuis enim *e* per Angelos data eſſe dicatur, nemo tamen dubitare poteſt, ipſum Deum eſſe legis auctorem, cuius rei ſatis amplium teſtimonium præbent nō ſolum ipſius legiſlatoris verba, quæ paulò poſt explicabuntur, *f* ſed infinita penè ſcripturarum loca, quæ paſtoribus facilè occurent. Nemo enim eſt, quin ſibi à Deo legem in animo inſitā eſſe ſentiat, qua bonum à malo, honeſtum à turpi, iuſtum ab iniuſto, poſſit ſecernere, cuius vis, & ratio legis, cùm ab ea, quæ ſcripta eſt, diuerſa non ſit, quis eſt, qui vt intimæ, ſic ſcriptæ legis auctorem Deum negare audeat?

Hanc igitur diuinam lucem, penè iam prauis moribus, & diuturna peruerſitate obſcuratam, cum Deus Moyſi legem dedit, eam potius illuſtriorem reddidiſſe, quàm nouam tuliſſe docendum eſt: ne fortè populus cùm audit legi Moyſis derogatum eſſe, putet his legibus ſe non teneri. Certiſſimum enim eſt, non propterea his præceptis parendum eſſe, quòd per Moyſen data ſunt, ſed quod omnium animis ingenita, & per Chriſtum Dominum explicata ſunt, & confirmata.

a Rom. 2. 20. Sacerdotū præcipuum offic.
b Gal. 6. 1.
Illud oſtenſū eſt ſupra de Sacramētis pœnitentiæ.
Decalogus eſt regula qua honeſtæ actiones ab improbis ſecerni debeāt
2. Tim. 4. 16.
c Tim. 4. 3.
Cōferatur hic locus cū 4. ſec. 3. petitionis Dominicæ Orationis.
d Tit. 2. 14.
Exhortandus populus ad legis obſeruationem Deus auctor eſt decalogi vide Th. in 1. 2. q. 98. art. 1.
e Gal. 1. 19.
Act. 17. 28.
Exod. 24. 12.
Leu. 4. 22. 27.
f Iſa. 33. 22.
Deus legis naturalis cōditor Rom. 2. 14. 15. d. l. cum ius nalē, & ff. de iuſt. & iur. l. 1. vid. Th. in 1. 2. qu. 93. art. 2.
Lex naturæ diuturna peruerſitate obſcurata, per legem ſcriptam renouatur, ac illuſtratur. Th. 1. 2. q. 98. art. 6.
Legi Moyſi cur ſit parendum Th. ead. c. 5. vide item Augu. l. 3. cōt. duas epi. Pelag. cap. 4.

4 Quomodo ad legem ſeruandam ab ipſo legis auctore populus excitari poſit.

a Leu.18.5.& 19.3.4.& 20.8.
b Exod.20.5.
c Malac.1.6.
Gratiæ ſemper Deo agendæ, quia lege ſua nobis ſuã voluntatem notam fecit.

Iuuabit tamen plurimùm, & ad perſuadendum magnum habebit momentum illa cogitatio, Deum eſſe, qui legem tulit; de cuius ſapientia, & æquitate dubitare non poſſumus, neque eius infinitam vim, atque potentiam effugere. Quare cùm per prophetas Deus iuberet ſeruari legem, *a* dicebat ſe Dominum Deum eſſe, & in ipſo Decalogi exordio, *b* Ego ſum Dominus Deus tuus & alibi, *c* Si Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus?

5 Quantum ſit beneficium, legem à Deo accepiſſe.

d Deut.4.6.
e Pſal.147.20.

Non ſolum autem excitabit fidelium animos ad ſeruanda Dei pręcepta, ſed ad gratiarum etiam actionem, quòd ſuam Deus, quæ ſalutem noſtram contineret, voluntatem explicarit. Quare non vno loco ſcriptura maximum hoc beneficium declarans, populũ cõmonefacit, vt ſuam dignitatẽ, ac Dei beneficentiã cognoſcat, veluti in Deuter. *d* Hæc eſt, inquit, veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſi pręcepta hęc, dicant En populus ſapiens, & intelligens, gens magna &, rurſus in Pſalmis; *e* Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.

Quanta maieſtate lex decalogi data.

6 Quare tanta maieſtate legem ſuam Iſraelitis olim Deus tradere voluerit.

f Exod.19.10.12.
Hæc paulò Poſt ſect.7.diffuſius explicatur.
Lex obſeruata nõ impoſſibilis, ſed etiã facilis eſt.
Trid.Syn.ſeſ.6 de iuſtificatione, cap.11.& cap.18.19.20.

Verum ſi Parochus præterea rationem latæ legis ex ſcripturæ auctoritate demonſtrarit, facilè intelligent fideles, quàm pie ac ſuppliciter acceptam Dei legem colere oporteat; triduo enim antequam ferretur lex, Dei iuſſu dictum eſt omnibus, *f* vt veſtimenta lauarent, vxores non attingerent, quo ſanctiores, ac paratiores eſſent ad accipiendam legem, vt ad diem tertiam adeſſent. Deinde cum ad montem eſſent adducti, vnde Dominus illis legem per Moyſen erat laturus, vni Moyſi dictum eſt, vt in montem aſcenderet: quò Deus maxima cum maieſtate venit, & locum tonitruis, fulgoribus, igne, denſiſque nebulis circumfundit, ac loqui cum Moyſe cępit, eique leges dedit: quod diuina ſapientia nullam aliam ob cauſam factum voluit, niſi nos vt, moneret caſto, humilique animo legem Domini accipiendam eſſe: quod ſi præcepta negli-

negligeremus, paratas nobis à diuina iuſtitia pœnas immunire.

7 *Quomodo lex tantò terrore promulgata ab hominibus impleri poſſit.*

Quin etiam legis iuſſa difficultatem etiam non habere, oſtendat Parochus: quod vel vna hac ratione ex Sanct. Auguſt. docere poterit, cum inquit: *a* Qui, quæſo, dicitur impoſſibile eſſe homini amare: amare, inquam, creatorem beneficium, patrem amantiſſimum, deinde etiam, & carnem ſuam in fratribus ſuis? at verò *b* qui diligit, legem impleuit. Quare Ioann. Apoſt. *c* præcepta Dei grauia non eſſe apertè teſtatur: † nihil enim iuſtus, nihil cum maiore dignitate, nihil maiore cum fructu ab homine, teſte beato Bernardo, exigi potuiſſet. Quamobrem ſummam Dei benignitatem admiratus eſt Auguſt. Deum ipſum ſic affatus. Quid tibi ſum ipſe, vt amari te à me iubeas? etſi non faciam ingentes minaris miſerias? paruane eſt ipſa miſeria, ſi non diligam te? Quod ſi quis eam afferat excuſationem, impediri ſe, quò minus Deum amet infirmitate naturæ, docendum eſt Deum, qui amorem requiſiuit, *d* amoris vim inſerere cordibus per Spiritum ſanctum ſuum; hic autem *e* ſpiritus bonus petentibus à patre cæleſti, dätur; vt meritò S. Auguſt. precatus ſit; Da quod iubes, & iube quod vis. Quia igitur Dei auxilium præſto nobis eſt, maximè poſt Chriſti Domini mortem, *f* per quam princeps huius mundi eiectus eſt foras, non eſt quod quiſpiam rei difficultate deterreatur; *g* nihil enim eſt amanti difficile.

8 *Teneantur ne omnes homines neceſſario ad legis obſeruationẽ.*

Præterea, ad eandem rem perſuadendum plurimum valebit, ſi explicabitur, neceſſariò legi obtemperandum eſſe; præſertim cum noſtris temporibus non defuerint, qui ſiue facilis, ſiue difficilis lex ſit, ad ſalutem tamen nequaquam neceſſariam eſſe, impiè, & magno ipſorum malo dicere non ſunt veriti. Quorum nefariam, impiamque ſententiam, *h* ſacræ Scripturæ teſtimonijs Parochus, confutabit, eiuſdem maximè Apoſtoli, cuius illi auctoritate impietatem ſuam tueri conantur. Quid igitur ait Apoſtolus? *i* Non præ-

a Ser. 47. de Sanctis.
b Rom. 13. 8.
c 1. Io. 5. 3.
Matt. 11. 30.
† Vide item conſ. Araſ. cā. 25. Hier. in expoſ. ſymb. ad Dam. & ad Cteſ. aduer. Pel. Aug. in ſerm. 191. de temp. & de nat. & grat. c. 43. 1. 3. de pecc. mort. & remiſ. c. 6. & de grat. & lib. arbit. cap. 16. Chryſ. ho. 9. de pec. Leo ſer. 5. de quad. Bern. li. de dilig. Deo Aug. l. 1. cōfeſ. c. 5. Virtus perficiendæ legis per Spūm ſanctum homini etiã imbecilli præſtatur.
d Rom. 5. 5.
e Luc. 11. 13.
S. Aug. l. 10. cōfeſ. c. 29. 31. 37. & de bō. perſ. c. 20.
f Ioan. 12. 31.
g Au. in Pſ. 128 Bern. in ſer. de Do. in ram. pa. & in ſeru. de Magdal. & l. 1. de conſ. c. 39.
Quò omnes ad legis obſeruationẽ teneātur Seſſ. 6. Cōc. Tri. c. 10 & 11. & c. 18. & 19. in quę decēt, ex Mar. c. 28. 18. Hie. in 28. Mat. Beda ī eun. Theo. locū. Cyp in l. de vni. Eccl. Aug. l. 83. q. q. 76. & ſid. & op. c. 15. & 16. Rom. 2. 6. 7. 3. 9. & 1.

1. Cor. 15. 29. 30. 31. 32. & 2. Co. 5. 6. 7. 8. 9. & 2. Timoth. 4. 8. & Hebr. 5. 9. & 2. Pet. 1. 10. 1. 1. Cor. 7. 19. a Gal. 5. 6. & 6. 15. b Ioa. 14. 21. c Ibid. 23. ad Gal. 6. Quomodo poteſt iuſtificari homo etiā ſine operibus legis.

præputium, non circumciſionem quicquam eſſe, ſed obſeruationem mandatorum Dei. Quod vero eandem ſententiam alibi repetit, & *a* nouam creaturam in Christo tantum dicit valere intelligimus plane eum nouā creaturam in Chriſto dicere, qui mandata Dei obſeruat. Is enim *b* qui habet mandata Dei, ac ſeruat, diligit Deum, Domino ipſo teſte apud Ioannem: *c* Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Nam, etſi iuſtificari poteſt homo, & ex impio fieri pius, antequam ſingula legis præcepta externis actionibus impleat; tamen fieri non poteſt, vt, qui per ætatem ratione vti queat, ex impio fiat iuſtus, niſi animum habeat paratum, ad omnia præcepta Dei ſeruanda.

De legis diuinæ fruct. de quibus Pſal. 1. per totum agitur.

9 *Quos fructus conſequuntur, qui legem diuinam obſeruant.*

Ad extremum verò, ne quid prætermittat Parochus, quo fidelis populus adducatur, vt legem ſeruet, quā ſint eius vberes, ſuaueſque fructus demonſtrabit: quod facilè poterit ex ijs, quæ Pſal. 18. ſcripta ſunt, probare; in eo enim legis Dei laudes celebrantur: quarum hæc eſt vel maxima, quæ Dei gloriam, & maieſtatem multò amplius explicat, quam decore ſuo, atque ordine faciant ipſa, *d* cœleſtia corpora; quæ, vt omnes quamuis barbaras nationes in ſui admirationem rapiunt, ita efficiunt, *e* vt rerum omnium opificis, & conditoris gloriam, ſapientiam, ac potentiam agnoſcant. Ac *f* lex quidē Domini conuertit animas ad Deum, agnoſcentes enim vias eius, & Dei ſanctiſſimam voluntatem per legem, conuertimus pedes noſtros in vias Domini. At, quia ſoli *g* timētes Deum, vere ſapientes ſunt, hoc illi deinceps tribuit, vt ſapientiam præſtet paruulis. Hinc veris gaudijs, & myſteriorum diuinorum cognitione, ingentibus præterea voluptatibus, & præmijs, & in hac vita, & in futuro ſæculo illi cumulantur, qui Dei legem obſeruant.

d Pſal. 18. 2. e Rom. 1. 20. f Pſal. 18. 8. g Iob 28. 28.

10 *Cum omnia voluntatem Dei faciant, hominem eandem voluntatem ſequi æquiſſimum oſtenditur.*

Nec verò tam noſtræ vtilitatis gratia, quam Dei cauſa, nobis eſt ſeruanda lex, qui ſuam hominum generi, in lege voluntatem aperuit: quam, cum *h* cætere creaturæ ſequantur, hominem ipſum eandem ſequi multò eſt æquius.

h Pſ. 102. 21.

Ne

Ne id quidem ſilentio prætereundum eſt, vel in hoc maximè Deum ſuam in nos clementiam, & ſummæ bonitatis diuitias oſtẽdiſſe, quod, cum ſine vllo præmio nos potuiſſet, vt ſuæ gloriæ ſeruiremus cogere, voluit tamen gloriam ſuam cum vtilitate noſtra coniungere, vt quod homini vtile, idem Deo eſſet glorioſum. Quoniam igitur id maximum, & præclariſſimum eſt, docebit Parochus, vt à Propheta vltimo loco dictum eſt, *a* in cuſtodiendis illis retributionem multam eſſe. Non enim illæ tantum nobis benedictiones promiſſæ ſunt, quæ ad terrenam fœlicitatem magis ſpectare videbantur, *b* vt benedicti ſimus in ciuitate, benedicti in agro, ſed *c* copioſa merces in cælis, & *d* menſura bona conferta, coagitata, & ſuperfluens propoſita eſt, quam pijs, & iuſtis actionibus meremur, diuinæ miſericordię adiumento. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile, &c.

a Pſal. 18. 12. Bnones, & tẽporales, & terrenas, qui obſeruant mandata, merentur
b Deut. 28. per totum. Iſaiæ 1. 19.
c Mat. 5. 12.
d Luc. 6. 36.

11 *Quo pacto lex Moyſi omniũ ætatum homines obliget, quaque occaſione Iſraelitis promulgata fuerit.*

Quamuis hæc lex Iudæis in *e* monte à Dominò data fuerit, tamen quoniã *f* natura omnium mentibus multò ante impreſſa, & conſignata erat: atque ob eam rẽ Deus vniuerſos homines illi parere perpetuò voluit, plurimũ proderit verba illa, quibus *g* Moyſe miniſtro, atq; interprete, Hæbreis promulgata eſt, & populi Iſraelitici hiſtoriam, quæ myſteriorum plena eſt, diligenter explicare.

e Exo. 19. 20. et Exod. 20. Deut. 5. 2.
f Ro. 2. 15. 16.
g Deut. 5. 5. Gal. 3. 19.

Principio narrabit Parochus ex omnibus nationibus, quæ ſub cœlo erant, *h* vnam Deum delegiſſe, quæ ortum habuit ab Abraham, *i* quem peregrinum eſſe voluit in terra Chanaam: *k* cuius poſſeſſionem cùm ei pollicitus eſſet, tamen & ille, *l* & poſteri eius amplius quadringẽtos annos vagi fuerunt, antequam promiſſam terram incolerent: in qua quidem peregrinatione nunquam curam eorum dimiſit, *m* tranſibant quidem illi de gentem in gentem, & de regno ad populum alterum; ſed nunquam illis iniuriam fieri paſſus eſt, *n* imò verò, in reges animaduertit: priuſquam autem in Ægyptum deſcenderant. virum præmiſit, cuius prudentiam & illi, & Ægyptij famæ liberarentur. In Ægypto verò ea illos

h Deut. 4. 37. & 7. 6. 7. 8. & 14. 2. & 26. 18.
i Gen. 13.
K Gen. 13. 14.
l Gen. 15. 13. Exod. 12. 36. Pſal. 104. 13.
Hiſtoria populi Iſraelitici breuiter decurritur, et explicatur, vt ratio legis promulgandæ melius percipiatur.
Abraham auctor Iſraelitici generis in quãta Dei cura fuerit videatur q. 6. c. 9. de precat. Dom.
m Pſal. 104.
n Gen. 37. 36. & 29. 3.

beni-

a Ex. 1. 12. 13. benignitate cōplexus eſt, vt repugnante, & ad illorū pernicié incūbente Pharaone, *a* mirum in modū augerētur: b Exo. 3.4. & cùm valdè affligerentur, ac tanquam ſerui duriſſimè tractarentur, *b* ducē Moyſen excitauit, qui eos in manu potenti educeret. Huius præcipuè liberationis initio legis meminit Dominus, his verbis: Ego ſum Dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis.

12 *Cur Iudæi in populum a Deo delecti fuerint.*

Cur Deus poſteritatem Abrahæ pauperem, & neglectam præ ceteris potentioribus nationibus elegerit.

c. Deut. 7.8. & 9.5.6. vide Th. in 1. 2. q. 98. ar. 4.

d Deut. 10.15.

e Deut. 4.6.5.

f Rom. 11.14.

Ex his verò illud Parocho maximè animaduertēdum eſt; Vnam à Deo ex vniuerſis nationibus delectam eſſe quam populum vocaret ſuum, & cui ſe cognoſcendum, & colendum præberet, *c* non quod cæteras iuſtitia, aut numero vinceret, quemadmodum Hebræos monet Deus; ſed quod ipſi Deo ſic placuit, potius vt gentem inopem, & exiguam augeret, & locupletaret, quo eius potentia, & bonitas notior apud omnes eſſet, & illuſtrior. Cum *d* ea igitur eſſet illorum hominum conditio, ijs conglutinatus eſt, & eos amauit, ita vt, cum eſſet Dominus cœli, & terræ, nō confunderetur vocari Deus eorum, *e* quo cæteras gentes ad æmulationem prouocaret, vt perſpecta Iſraelitarum felicitate omnes homines ad veri Dei ſeſe cultum conuerterent: quemadmodum etiam Paulus teſtatur, ſe *f* gentium felicitate propoſita, & vera Dei cognitione, qua eas inſtruxerat ad æmulationem carnem ſuam prouocare.

13 *Cur Hebræi diu multumque vexati ſunt, antequam legem acciperent.*

Cur Abraham & eius poſteros Iſraelitas multis calamitatibus paſſus ſit Deus diuexari.

g Iacob. 4.4.

h 2. Par. 12.8.

Deinde fideles docebit, Deum Hebræos Patres diu peregrinari paſſum eſſe, poſteros etiam duriſſima ſeruitute premi, diuexarique permiſiſſe, ob eam rem, vti doceremur, *g* amicos Dei fieri, non niſi mundi inimicos, ac peregrinos in terris. Itaque in Dei familiaritatem facilius recipi, ſi nihil omnino nobis ſit commune cum mundo, tum verò vt ad Dei cultum tranſlati, intelligeremus, quantò demum feliciores ſint ij, qui Deo, quam qui mundo ſeruiunt, cuius rei ſcriptura nos commonet, inquit enim; *h* Verum tamen ſeruient ei, vt ſciant diſtantiam ſeruitutis meæ, & ſeruitutis regni terrarum.

Cur Deus ſua promiſſa poſt

Præterea explicabit, poſt amplius quadringentis annis, Deum promiſſa præſtitiſſe, vt ille populus fide, ac

ſpe

ſpe aleretur. Alumnos enim ſuos Deus à ſe perpetuo pendere vult, atque in eius bonitate omnem ſpem ſuam collocare, vt in primi præcepti explanatione diſcetur.

tam longa tēpora Iſraeliti perſoluit.

14 *Cur tali loco, & tempore lex data fuerit.*

Poſtremo, locum, ac tempus notabit, quibus hanc legem populus Iſrael à Deo accepit, nempe, poſtquam eductus ex Ægypto in deſertum venit, vt beneficij recentis memoria allectus, & loci aſperitate, in quo verſabatur, deterritus, ad accipiendā legem redderetur aptior. Homines enim ijs maximè deuinciuntur, quorum beneficentiam experti ſunt, atque ad Dei præſidium confugiunt, cùm ſe ſpe omni humana deſtitutos eſſe agnoſcunt. Ex quo licet intelligere, fideles ad complectendam, cœleſtem doctrinam eò propenſiores eſſe, quo ſe magis à mundi illecebris, & carnis voluptatibus abſtraxerint, ſicut per Prophetam dictum eſt: a Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.

Cur in deſerto poſt Aegyptiacam liberationem potius quā alias ſit tradita.

Quando ſit opportuniſſima præcepti viuēdi populo inculcare.

a Iſaiæ 28. 9.

D E

C A P. I I.

S E C T I O P R I M A.

Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis.

1 *Quid ſibi iſtud exordium velit.*

Legiſlator noſter eſt creator & conſeruator noſter.

ENitatur itaque Parochus, & quantum poteſt, efficiat, vt fidelis populus hęc verba ſemper in animo habeat: Ego ſum Dominus Deus tuus. ex quibus intelligent, legiſlatorem ſe creatorem hebere, à quo & conditi ſunt & conſeruantur, iureque illud vſurpent: *a* Ipſe eſt Dominus Deus noſter, & nos populos paſcuæ eius, & oues manus eius. Quorum verborum vehemens, & frequens admonitio eam vim habebit, vt ad legem colendam fideles promptiores reddantur, & à peccatis abſtineant. Quod autem ſequitur, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis. etſi Iudęis tantum videtur conuenire, Ægyptiorum dominatu liberatis, tamen, ſi interiorem ſalutis vniuerſæ rationem ſpectemus multo magis ad Christianos homines pertinet; qui non ex Ægyptiaca ſeruitute, ſed è peccati regione, & *b* poteſtate tenebrarũ à Deo erepti, atque in regnum filij dilectionis ſuę trãslati ſunt. Cuius beneficij magnitudinem intuens Hieremias prędixit illud *c* Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicetur vltra viuit Dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Ægypti, ſed viuit Dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Aquilonis, & de vniuerſis terris ad quas eieci eos, & reducam eos in terram ſuam, quam dedi Patribus eorum. Ecce ego mittam piſcatores multos, dicit Dominus, & piſcabuntur eos, & quæ ſequuntur. Pater enim indulgentiſſimus per filium ſuum filios, *d* qui erant diſperſi, congregauit in vnum, vt iam *e* non vt ſerui peccato, ſed iuſtitiæ, *f* ſeruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia, coram ipſo, omnibus diebus noſtris.

a Pſ. 94. 7.

Legiſlator eſt vindex, & liberator noſter

b Col. 1. 13.

c Hie. 16. 14. 15. & 23. 7. 8.

d Ioann. 11. 52.
e Rom. 6.
f Luc. 1. 74. 75.

2 *Quomodo ex principio huius Decalogi fideles affici debeant.*

Quare fideles omnibus tentationibus opponent tanquam clypeum, illud Apoſtoli: Qui mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? iam non ſumus noſtri, *a* ſed eius, qui pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit: ipſe eſt Dominus Deus noſter, qui nos *b* ſuo ſãguine ſibi acquiſiuit, quomodo *i* peccare poterimus in Dominũ Deum noſtrũ? *c* ipſumq; iterũ cruci affigere? Vt igitur verè liberi, *d* & ea quidẽ libertate, qua nos Chriſtus liberauit, *e* ſicut exhibueramus mẽbra noſtra ſeruire iniuſtitię, ita exibeamus ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.

Quanta pietate Chriſtianã legem diuini perficere debeant, ſuumq. ſeruatorem reclamare.
a Rom. 6. 2.
b 2. Co. 5. 15.
c Act. 20. 2.
d Gen. 39. 9.
e Heb. 6. 6.
Gal. 4. 31.
Rom. 6. 19.

Non habebis Deos alienos coram me.

3 *Quid hoc primum præceptum obſeruandum, fugiendum ve complectitur.*

Priorem in Decalogo locum obtinere, quæ ad Deum pertinent, poſteriorem verò, quæ ad proximum, docebit Parochus, quia eorum, quæ proximo præſtamus, cauſa Deus eſt, tum enim ex Dei præcepto proximum diligimus cum propter Deum diligimus: ea verò ſunt in priori tabula deſcripta. Secundo loco in verbis ijs, quæ propoſita ſunt, duplex contineri præceptum oſtendet: quorum alterum iubendi, alterum prohibendi vim habet. Nam quod dicitur: Non habebis Deos alienos coram me. eam habet ſententiam coniunctam, Me verum Deum coles, alienis dijs cultum non hadibebis.

Decalogi partitio; & eius ratio.
Duplex præceptum primo Decalogi præcepto continetur.
Deus fide, ſpe, & charitate colitur.
Aug. in Euch. cap. 2.

4 *Quomodo hoc præcepto fides, ſpes, & charitas contineantur.*

In priori autem continetur præceptum fidei, ſpei, & charitatis Nam cum Deum dicimus, *f* immobilem, *g* incommutabilem, *h* perpetuò eundem manentem, *i* fidelem, rectum, ſine vlla iniquitate confitemur, ex quo oraculis eius aſſentientes, omnem ipſi fidem, & auctoritatẽ tribuamus, neceſſe eſt. Qui verò omnipotentiam, clementiam, & ad benefaciendum facilitatem, ac propenſionem illius conſiderat, poterit ne ſpes omnes ſuas in illo non collocare? At ſi bonitatis *k* & dilectionis ipſius effuſas in nos diuitias contempletur, illum poterit ne nõ amare? Hinc eſt illud prœmium, hinc illa concluſio, qua in pręcipiendo, mandandoque in Scriptura vtitur Deus, *l* Ego Dominus.

f Mala. 3. 6.
g Iaco. 7. 17.
h Pſ. 101. 28.
i Deut. 32. 4.
K Rom. 2. 4.
l Leui. 7. 5. 6. 16 & paſſim.

5 Præ-

Negatiua pręcepti pars. multitudo.

Deorum prohibetur, & cur eam loquendi formulam legislator vſurparit vide Th. in 2. 2. q. 122. art. 2. & in opuſc. 5.

Cum veri Dei cultu nō ſunt Dei alieni admittendi.

a 3. Reg. 18. 22.

b 4. Reg. 17. 2. 28. 29.

Primum Præceptum cæteris omnib. eſt dignius, & præſtantius.

Quanto amore Deum colere debeamus.

c Vide capi. recta, & cap. nemo ſum, & cap. hæc eſt fides & multa alia diſt. 24. q. 2. & c. firmiter de ſumma Tri. & Cod. eo leg. cunctos Populos.

d Leu. 19. 26. Deut. 18. 10.

e Aug. in lib. de diuin. dæmon. c. 5. & habetur 26. qu. 4. cap. ſciendum.

f Deut. 18. 10. Iſa. 26. Ier. 27. ca. c. nec. ho. 5. in Iolue, & habetur 26. qu. 2. Chryſ. c. 19. & 20. vt habetur 26. q. ... c. illud

5 *Præceptum hoc vt negatiuum eſt, exponitur.*

Altera autem præcepti pars illa eſt; Nec habebis Deos alienos coram me. qua loquendi formula legislator vſus eſt, non quod ſatis explicata non eſſet hæc ſententia affirmatione præcepti, in hunc modum, Me vnum Deũ coles: ſi enim Deus eſt, vnus eſt: ſed propter cęcitatem plurimorũ qui olim verũ ſe Deum colere profitebātur, multitudinẽ tamẽ Deorum venerabantur: cuiuſmodi inter Hebræos ipſos permulti fuerunt, qui *a* vt Helias eis obijciebat in duas partes claudicabāt: quod & *b* Samaritę fecerunt, qui Deum Iſraelis, & Deos gentiũ colebant.

6 *Quomodo hoc præceptum omnium maximum cenſendum ſit.*

His explicatis addendum erit, hoc præceptum, eſſe omnium primum, & maximum: non ordine tantum ipſo, ſed ratione, dignitate, præſtantia Debet enim Deus obtinere apud nos infinitis partibus maiorem quam Dominus, quàm regis charitatem, & auctoritatem. Ipſe nos creauit, idē gubernat, ab eo in vtero matris nutriti, atque inde in hanc in lucem educti ſumus: ipſe nobis ad vitam victumq; res ſuppeditat neceſſarias.

7 *Qui præcipuè ſint violatores huius præcepti.*

Peccant autem in hoc præceptum, qui fidem, ſpem, & charitatem non habent: quorum peccatum latiſſime patet. Sunt enim in hoc numero, qui in hæreſim labuntur, *c* qui non credunt ea, quæ ſancta mater Eccleſia credẽda proponit, qui *d* ſomnijs, *e* augurijs, *f* cęteriſq; vaniſſimis rebus fidem habent, qui de ſua ſalute ſpem abijciunt, nec diuinæ bonitati confidũt, qui diuitijs tantum qui corporis valetudine, ac viribus nituntur, quę fuſius ab ijs explicata ſunt, qui de vitijs, & peccati conſcripſerunt.

8 *Non aduerſatur huic præcepto cultus, qui ex præcepto Eccleſiæ vſu ſanctis tribuitur.*

Verum illud etiam in huius præcepti explicatione accurate docendum eſt, venerationem, & inuocationem SS. Angelorum, ac beatorum animarum, quæ cęleſti gloria perfruuntur, aut etiam corporum ipſorum, ſanctorumque cinerum cultum, quem ſemper Catholica Eccleſia adhibuit, huic legi non repugnare. Quis *g* enim adeo demens eſt; qui edicente rege, ne ſe pro rege quiſquam

quam gerat, aut regio cultu, atque honore affici patiatur, continuò putet nolle regem ſuis, vt magiſtratibus honos deferatur? Etſi enim Angelos Chriſtiani adorare dicuntur exemplo ſanctorum veteris teſtamenti, non eam tamen illis venerationem adhibent, quam Deo tribuunt, quod ſi legimus interdum angelos recuſaſſe, *a* ne ſe homines venerarentur, eò feciſſe intelligendum eſt, quod ſibi eum honorem haberi nolebant, qui ſoli Deo deberetur.

9 *Quomodo ſanctos Angelos colere liceat ex ſcripturis oſtēditur.*

Spiritus enim ſanctus, qui ait; *b* ſoli Deo honor, & gloria, idem præcepit, vt *c* honore parentes, & *d* ſeniores afficeremus. Sancti præterea viri qui Deum vnum colebant, *e* reges tamen, vt eſt in diuinis litteris adorabant, ideſt, ſupplices venerabantur. Quod ſi reges, per quos Deus mundum gubernat, tanto honore afficiuntur, Angelicis ſpiritibus, quos Deus miniſtros ſuos eſſe voluit, & quorum opera non modo ad Eccleſiæ ſuæ, ſed etiam ad reliquarum rerum gubernationem vtitur, quorumque ope maximis tum animæ, tum corporis periculis quotidie liberamur, etiamſi ſe nobis in conſpectum non dent, tantò maiorem honorem non habebimus quanto beatæ illæ mentes dignitate regibus ipſis antecellant? Adde charitatem, qua nos diligunt, qua ducti, pro ijs prouincijs, quibus præſunt, vt ex *f* ſcriptura facilè intelligitur, preces fundunt; quod etiam præſtare ijs, quorum ſunt ipſi cuſtodes, ne dubitandum quidem eſt; noſtras enim *g* preces Deò offerunt, & lachrymas. Quamobrem in Euangelio docuit Dominus puſillos ſcandalizandos non eſſe; *h* quod Angeli eorum in cœlis, ſemper vident faciem Patris, qui in cælis eſt.

10 *Inuocandos eſſe ſanctos angelos ex ſcripturis probatur.*

Inuocandi itaque ſunt quòd & perpetuò Deū intuētur, & patrociniū ſalutis noſtræ, ſibi delatum, libentiſſimè ſuſcipiunt. Extant diuinæ ſcripturæ teſtimonia huius inuocationis, *i* Iacob enim ab Angelo, qui cùm luctatus

V fuerat,

quod eſt, & cō cil Car. multa alia.
a De his agitur 26. q. 2. c. il lud quod eſt, & ca. illos planetarios, & eadé q. 3. c. igitur, & 5. ca. nō liceat, & c. nemini. De cultu, & ven. ſact. reliq. honore Trid. Syn. ſeſſ. 17. de ſacræ Miſſæ c. 3. Seſſ. 25. ſub princ. de inuo. ſanct.
b Cuiuſmodi honoré Chriſtiani ſāctis eorūque reliquiis pie deferre poſſint vide ſynod. 7. Act. 6. in fin. Aug. lib. 8. de ciuit. Dei, c. 27 & 10. c. 1. & li. 11. cōt Fauſtū. 21. Ba. ho. 20. in 40. Mar. Manan. Naz or. in lau. S. Cypr. & alios.
c Gen. 18. 2. & 19. 1. & Nu. 22. 31. Ioſue 5. 14.
d Apoc. 19. 10 Apoc. 22. 9.
e 1. Tim. 17.
f Exod. 20. 12.
g Leuit. 19. 11. Deut. 5 15.
h Gen. 23. 12 & 42. 6. 1. Reg. 24. 9. & 15. 23. & 2. Reg. 9. 6. 8 & 4. 14 4. & 16. 28. quid ſit adorare.

Quanto angeli Reges dignitate antecell. Iuſt. in 2. Apolo. pro Chriſti, meminit honoris quē Chriſtiani angelis tribuebat, & Orig. lib. 8. cont. Celsū Baſ. orat. in 40. mar. h Dan. 10. 13. vide Greg. lib. 17. mor. c. 8. Theor. in Dan. & Tho. in 1. p. q. 113. art. 1. Tob. 1. p. Apoc. 8 Quanto amore angel hominis proſe quantur Matth. 18. 1. Gen. 32. 17. 18.

fuerat, petit, vt ſibi benedicat, imò etiam cogit; ſe enim non dimiſſurum illum profitetur, niſi benedictione acceptam, neq; ſolùm ſibi ab eo tribui, quē intuebatur, ſed ab eo etiam quē minimè videbat, tū cum dixit; *a* Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis.

11 *Sanctorum inuocatione, & reliquiarum veneratione nihil honori Dei detrahitur.*

Ex quibus etiam colligi poterit, tantum abeſſe, vt Sāctis, qui in Domino dormierunt, honore afficiendis, atque inuocandis, & ſacris eorum reliquijs, cineribuſque venerandis Dei gloria minuatur, vt eò maximè augeatur, quò magis hominum ſpem excitat, confirmat, & ad Sanctorum imitationem cohortatur: quod officiū *b* Niceno altero, & Gāgrenſi, ac Tridentino concilijs, & ſanctorum Patrum auctoritate comprobatur.

12 *Quibus potiſſimū argumētis Sanctorū inuocatio ſtabiliēda ſit.*

Quo autē ſit ad refutandos eos inſtructior Parochus, qui huic veritati aduerſantur, Sanctos Hieronymū contra Vigilantium, & Damaſcenum potiſſimùm legat; ad quorum rationem, quod captu eſt, conſuetudo accedit ab Apoſtolis accepta, & in Eccleſia Dei perpetuò retenta, & conſeruata, cuius rei quis firmius, aut clarius requirat argumentum diuinæ ſcripturæ teſtimonio, quæ ſanctorum laudes celebrat admirabiliter? extant enim quorundam ſanctorum diuina præconia, *c* quorum laudes cum ſacris litteris celebrentur, quid eſt, quòd illis ſingularem honorem non habeant homines? Etſi ob eā etiā cauſam magis colendi, & inuocandi ſunt, quòd prò ſalute hominum preces aſſiduè faciunt, multaque, eorum merito, & gratia, Deus in nos confert beneficia, *d* Si enim gaudium eſt in cælo ſuper vno peccatore pænitentiā agente, nonne etiam cæleſtes ciues pænitentes adiuuabunt? nonne rogati, & peccatorum veniam impetrabunt, & conciliabunt nobis Dei gratiam?

13 *Illa ſanctorū inuocatio ex quadam auxilij diuini diffidētia, fideiaue imbecillitate non proficiſci demonſtratur.*

Quòd ſi dicatur, vt à nonnullis dicitur, ſuperuacaneū eſſe ſanctorum patrocinium, quod Deus ſine interprete precibus noſtris occurrat; has impiorum voces, illud S. Augu. facilè continet, multa Deum non concedere, niſi me-

a Gen. 42. 16. b Nic. Conc. 2. Act. 6. Gang. can. 20. & hab. d. 30. c. ſi quis per ſuperbia Conc. Trid. ſeſſ. 25. Gen. cap. 7. & Gerund. ca. 3. Aurel. 1. ca 29. Dam. lib. 4. de ort. 6. Sanc. iu. & cap. tradit manauit vt probari poteſt ex his quæ de ea ſcribūt Diō. c. 7. Hie. Ec. Item. li. 5. contra hær. ca. 19. Atha. ſermone in Euang. de ſanc. deip. Euſeb. li. 13. Pit p. Euang. cap. 7. Corn. Pōt. ep. 1. Hilar. in Pſ. 29. Amb. in ij. de viduis, & inumerabiles alij Sanct. la ēe celebrandas ſcrip. docet c. Ecc. 44. 45. & ſeq. vſque ad fine li. He. 11. ferè per totū in paſ. per tota Biblia Sancti pro nobis intercedunt ſuis quæ meritis nos adiuuāte. d Lu. 17. 7. 10.

Obiectioniſtaceæ ſol.

b Au. q. 149. ſup. Exo de ſer. 1. & 4. S. do Ste. Multa Deus ni ſi preces Sanctorum intercedant non

mediatoris ac deprecatoris opera, & officium acceſſerit. Quod illuſtribus *a* Abimelec, & *b* Iob amicorũ exẽplis confirmatur: quorũ peccata nonniſi Abrahã, & Iob precibus condonauit. Si verò etiã afferatur, fieri inopia, & imbecillitate fidei, vt ſanctos internuntios, & patronos adhibeamus; quid ad aliud reſpondebũt Cẽturionis exẽplum, qui vel in ſingulari illo fidei prçconio, *c* quod Dñs ei impertiuit, *d* ſeniores tamen Iudæorum ad Saluatorẽ miſit, vt laboranti puero ſalutem impetrarent?

concedit. a G. 207. 17. b Iob 42. 8. Alterius calumniæ reiectio.

c Mat. 1. 10. 12 d Leut. 7. 3.

14 *Doctrina de vno mediatore Chr̃o nõ tollit sãctorũ inuocationẽ*

Quare etſi fatendum eſt, *e* vnum nobis mediatorem propoſitum Chriſtum Dominum, *f* qui ſcilicet vnus nos per ſanguinem Patri cæleſti reconciliauit, & *g* qui æterna redemptione inuenta, ſemel in ſancta ingreſſus, *h* pro nobis interpellare non ceſſat; ex eo tamen nullo modo ſequi poteſt, quò minus ad ſanctorum gratiam confugere liceat. Nam ſi propterea ſubſidijs ſanctorum vti non liceat, quòd vnum patronum habemus Ieſum Chriſtum, nunquam id cõmiſiſſet Apoſtolus, vt ſe Deo, *i* tanto ſtudio fratrum viuentium precibus commẽdari vellet, neque enim minus viuorum preces, quam eorum qui in cælis ſunt, ſanctorũ deprecatio, Chriſti mediatoris gloriam, & dignitatem imminuerent.

e 1. Tim. 2. 5. f Rom. 5. 10 & 2. Cor. 18. g Heb 9. 12. h Heb. 7. 25. Rom. 15. 30 3. Eph. 6. 18. 19. 12. Th. 3. 1. & 1. Thef. 5. 25. SS. honor & inuocatio miraculis diuinitus editis ſæpe autem approbata vide præter cæteros Baſ. in Orat. in Mamantem Gre. Naz. in orat. in Cyp. Chr. in cont. gen. Hie. cont. Vi. Sul. in vita S. Mar. Greg. Rom. in dial. gr. Tul. in li. de glor. cof. & m̃. Amb. ep. 85. & ſer. 9. Aug. l. 12. de ciu. Dei c. 8. & ep. 137.

15 *Vnde nam reliquiarum virtus confirmetur.*

Sed cui fidem non faciant, & honoris, qui ſanctis debetur, & patrocinij, quod noſtri cauſa ſuſcipiunt, mirabiles effectæ res ad eorum ſepulchra, ijs qui oculis, & manibus mẽbriſq; omnibus capti eſſent, in priſtinũ ſtatum reſtitutis, mortuis ad vitam reuocatis, ex corporibus hominum eiectis dæmonijs? quæ nõ audiſſe, vt multi, nõ legiſſe, vt plurimi grauiſſimi viri, ſed vidiſſe, teſtes locupletiſſimi ſancti Ambroſius, & Auguſtinus litteris tradiderunt. Quid multa? ſi *k* veſtes, *l* ſudaria, ſi *m* vmbra ſanctorum priuſquam e vita migrarẽt, depulit morbos, vireſq; reſtituit; quis tandem negare audeat, Deum per ſacros cineres, oſſa, cæteraſque ſanctorum reliquias eadem mirabiliter efficere? Declarauit id cadauer illud, quod forte illatũ in ſepulchrum, *n* Eliſei, eius tacto corpore ſubitò reuixit.

i 4. Re 2. 24. K l m Act. 19 12. n Act. 5. 15. S. reliq. quanta ſit virtus.

4. Re. 14. 21. Au. ſu. Exo. q. 71. & in Pſ. 30. cont. 2. Eccle. Auguſt. ſeptẽtiam in præce-

16 *Verba ſequentia non alterum, ſed vnum cum præcedentibus præceptum conſtituunt.*

 Quod

Quod verò ſequitur, Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinē, quæ eſt in cælo, & quæ in terra deorſum, neq; eorum quæ ſunt in aquis ſub terra, Nō adorabis ea, neq; coles. Quidā hoc alterū præceptum exiſtimātes, duo poſtrema ipſa vnus præcepti vi contineri voluerūt: at S. Aug. illa extrema diuidens, hæc ipſa verba ad primū Præceptum pertinere voluit, quā ſentētiam, quia in Eccleſia celebris eſt, libenter ſequimur. Etſi imprōptu ratio eſt illa veriſſima conſentaneum fuiſſe præmium, & pœnam cuiusq; cum primo præcepto coniungi.

prorum diſtinctione amplectitur libētius vid. Mat. in 3. d. 37. Th. 1. 2. q. 100. ar. 4.

Imagines fuerunt in lege naturæ Gene. 28. 28. & 31. 45. & 35. 14. fuerunt etiam in lege ſcripta Exo. 25. 18. Nu. 21. 8. 9. in lege Euange. ab Apoſtolorum tēporib. vt imago Chriſti.

17 *Aduerſus hoc præceptum non pugnat acceptus in Eccleſia imaginum vſus.*

Nec verò quis exiſtimet, omnino pingendi, fingendi, aut ſculpendi artem hoc pręcepto prohiberi: nā in ſcripturis, iuſſu Dei, ſimulachra, & imagines effectas legimus, *a* Cherubim, *b* ſerpentis ænei; ſupereſt igitur vt imagines ob eā rem vetitas interpretemur, ne quid ſimulachris, quaſi dijs colēdis, de vero Dei cultu detraheretur.

Qua ratione vel admittantur, vel prohibeantur imagines, Duplici ratione imaginibus violari poteſt diuina maieſtas.

18 *Quibus pręſertim modis per imagines diuinum numen violari poſſit.*

Duplici autem potiſſimum ratione, quod ad hoc præceptum attinet, Dei maieſtatem vehementer lædi perſpicuum eſt: altera, ſi idola, & imagines, tanquam Deus, colantur: aut credatur ineſſe in his aliqua diuinitas, vel virtus, propter quam ſint colendæ, vel quod ab eis aliquid ſit petendum, vel quod fiducia ſit in *c* imaginibus figēda, veluti olim fiebat à gētibus, quæ in idolis ſpē ſuā collocabant, quod paſſim ſacræ litteræ reprehendunt.

a Iſ. 10. 10. 11. & 40. 15. 10. & 44. 12. 3. Sap. 13. 16. 11. 18. Pſal. 113. vel ſecundum Hebr. 115. 8. de Deuter. 4. 17. 18. Iſal. 40. 18. Acto. 17. 15. Secunda ratio Damaſcen. lib. 4. de art. fid. c. 17. b Ro. 1. 23.

Altera, ſi quis conetur diuinitatis formam aliquo artificio effingere, quaſi corporeis oculis conſpici, vel coloribus, aut figuris exprimi poſſit. Quis enim Deum, vt inquit Damaſcenus, qui ſub aſpectum non cadit, qui corporis expers eſt, qui nullis terminis circūſcribi, nec vlla figura deſcribi queat, poſſit exprimere? quæ res in altera Nicæno Synodo vberiùs explicatur. Præclarè igitur Apoſtolus, *d* eos mutaſſe Dei incorruptibilis gloriam in ſimilitudinem corruptibilis hominis, & volucrū, & quadrupedum, ac ſerpentium, dixit: hæc enim omnia tanquā Deū venerabantur, cū illi harum rerum imagines ponerent. Quocirca Iſraelitæ, qui ante vituli ſimulacrum cla-

c Exod. 32. 4.

ma-

mabant *e* Hi ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti idolatræ ſunt appellati, quia *a* mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum.

19 *Quis ſit poſterioris iſtius partis præcepti ſenſus.*

Cum igitur Dominus Deos alienos coli prohibuiſſet, vt penitus idolatriam tolleret, imaginem diuinitatis ex ære duci, aut quauis alia materia fieri prohibuit: quod Iſaias declarans inquit. *b* Cui ſimilem feciſtis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? Atque in hoc præcepto hanc ſententiam contineri, præter ſanctorum Patrum ſcripta, qui eam, quemadmodum in ſeptima Synodo expoſitum eſt, ſic interpretantur, illa etiam Deuteronomij verba ſatis declarant, *c* vbi Moyſes populum ab idolatria auertere, cùm vellet, aiebat: Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die, qua locutus eſt vobis Dominus in Horeb de medio ignis. Quod ſapientiſſimus legiſlator ideò dixit, ne quo errore ducti diuinitatis imaginē ſingerent: Deoque debitum honorē rei creatæ tribuerent.

20 *Hoc præcepto, qui Trinitatis perſonam effingunt non violāt.*

Nemo tamen propter ea, quæ nunc ſunt dicta, contra religionem, Deiq; legem quicquam committi putet, cū ſanctiſſimæ Trinitatis aliqua perſona quibuſdam ſignis exprimitur, *d* quæ tàm in veteri, quàm in *e* nouo Teſtamento apparuerunt, nemo enim tam rudis eſt, vt illa imagine diuinitatē credat exprimi; ſed illis declarando ceat Paſtor, proprietates aliquas, aut actiones, quæ Deo tribuuntur, veluti, cum ex *f* Daniele pingitur antiquus dierū in throno ſedere, ante quē libri aperti ſunt, Dei æternitas, & infinita ſapiētia ſignificatur, qua hominū, & cogitationes, & actiones, vt de ijs iudiciū ferat, intuetur.

21 *Angeli qua ratione pingantur.*

Angelis etiam, tum humana ſpecies, tum alæ affinguntur, vt intelligant fideles, quàm propenſi ſint in humanum genus, & tamquam parati ad miniſteria Domini exequenda; *g* omnes enim adminiſtratorij ſpiritus ſunt propter eos, qui hæreditatem † capiunt ſalutis.

22 *De columba, in qua Spiritus Sanctus dipingitur.*

Columbæ verò ſpecies, & *h* linguæ tamquam ignis In Euangelio, & actis Apoſtolorum, quas Spiritus ſancti proprietates ſignificent, multò notius eſt, quam vt oporteat pluribus verbis explicari.

a Pſal. 105. 20.
Poſterioris partis præcepti ſcopus, eſt idolatriā prohibere, non Eccleſiaſticū vſum imaginū.

b Iſai. 40. 18. Act. 17. 29. Syn. 7. Act. 2. & 3. vide item. Concil. Trid. ſeſſ 25. nō procul a princ.

c Deut. 4. 16.

d Gen. 28. 2. 3. Aug. lib. 2. de T in. 10. item. Gen. 18. 13. Exod. 33. 23.
e Mat. 3. 16. & 17. 5.
Dan. 7. 9.
Dei Patris imago.
f Dan. 7. 9.
Angelorū imago quid ſignificet, vid. Dio. lib. de cœl. Hier. cap. vlt.
g Ad He. 1. 14.
† In textu legitur capient, ſed MS. quędā Ro. & Græ. exēp. legunt capiunt
Spiritus ſancti imago. Matt. 3. 16. Mar. 1. 10. Luc. 3. 21. Ioan. 3. 12.
h Act. 2. 1.
Chriſti & Sanctorū hominū imagines.

23 *Chriſti, & Sanctorum imagines pingi, & honorari debent.*

Imaginũ vſus eſt Apoſtolicæ traditionis. Concil Nic.2. Act. 7. Hiſto. tripart.li. 6.c. 41. Euſ. lib.8. TriſtiEcc.cap. 214. Cyril.lib.6 cõtul.Aug.lib.1. de conſ.Euãg. ca.10 vide itẽ Syn. 6. cap. 8. & Rom. ſub Greg.3. & aliã in villa gertiliaci,& aliam. Rom. ſub Stephano. 3. & plurimas alias

At verò cum Chriſtus Dominus, eiuſque ſanctiſſima, & puriſſima mater, cęteriq; omnes ſancti, humana prędit natura, humanam ſpeciem geſſerint, eorum imagines pingi, atque honorari, non modò hoc præcepto interdictum non fuit, ſed etiam ſanctum, & grati animi certiſſimum argumentum ſemper habitum eſt: quod & Apoſtolicorum temporum monumenta, & œcumenicæ Synodi, & tot ſanctiſſimorum, doctiſſimorumque Patrum inter ſe conſentientium ſcripta confirmant.

24 *Qui ſit legitimus in Eccleſia imaginum vſus.*

Honos imnagimib. delatus ad prototypa refertur. Baſil.cap.17.l. de Spirit. ſãct. Dam.lib.4.de fid.orth.c. 17. Conc.Nicæ.2. paſſim.

Non ſolùm autẽ licere in Eccleſia imagines habere, & illis honorem, & cultum adhibere, oſtendet Parochus, cum honos, qui illis exibetur, referatur ad prototypa, verùm etiã maximò fideliũ bono ad hanc vſq; diẽ factũ declarabit, vt ex Damaſceni libro, quẽ de imaginibus edidit, & ſeptima Synodo, quæ eſt ſecunda Nicena, intelligitur. Verum, quia ſanctiſſimũ quodq; inſtitutũ hoſtis humani generis ſuis fraudibus, & fallacijs deprauare cõtendit, ſi quid fortè populo hac in re, peccatũ fuerit, Parochus Trid Conc. decretũ ſecutus, quòad eius fieri poterit, ſtudebit corrigere, ac decretũ quidẽ ipſum cùm res tulerit populo interpretabitur, tum rudes, & qui imaginum ipſarum inſtitutũ ignorãt, docebit, imagines factas ad vtriuſq: teſtamenti cognoſcendã hiſtoriam, atq; eius memoriã identidẽ renouandam; qua diuinarũ rerũ memoria excitati ad colendũ, atq; amandũ ipſũ Deum vehementius inflamemur: ſanctorũ quoq; imagines in tẽplis poſitas demõſtrabit, vt & colantur, & exẽplo moniti, ad eorũ vitã, ac mores nos ipſos conformemus. Ego ſũ Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitãs, iniquitatẽ patrũ in filios vſque in tertiã, & quartam generationẽ eorum, qui oderunt me, & faciens miſericordiam in millia iijs, qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.

25 *Non pertinet hæc appendix dũtaxat ad primum præceptum.*

Lex omnis aut pęna, aut præmiores humanas moderetur di.3.cap. Omnis autem.

Duo ſunt in extrema parte huius præcepti diligenter explicanda. Primũ eſt; quod, etſi ob ſummũ ſcelus pręuaricationis primi præcepti, atque hominũ ad id cõmittendũ propenſionem, apte hoc loco pęna proponitur, cõmunis tamen eſt omnium appendix præceptorũ: omnis

enim

enim lex ad præcepta ſeruanda homines, pęna, & præmio inducit: hinc illæ tam frequentes in ſacris litteris, & crebræ Dei promiſſiones: vt enim innumerabilia penè veteris teſtamenti teſtimonia prętermittamus in Euāgelio ſcriptum eſt: *a* Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Et alibi: *b* Qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum, Tum illud? *c* Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, † excidetur, & in igne mittetur. Et *d* Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, † reus erit iudicio Atq; alibi: *e* Si nō dimiſeritis hominibns, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.

a Matt. 19. 17. b Matt. 7. 21. c Matt. 3. 10. † Exciditur & in ignem mittitur legunt MS. Græc. & Syr. exempl. d Matt. 6. 25. † Sine cauſa addunt MS. Græc. & Syr. exemp. e Matt. 6. 15.

26 *An eodem modo pœna præuaricatoribus hic intentata, carnalibus, & perfectis inculcanda ſit.*

Alterum eſt, quòd lōgè alia ratione perfecti, alia carnales homines hanc appendicem edocendi ſunt. Perfectis enim *f* qui ſpiritu Dei aguntur, eique prompto, & alacri animo parent, inſtat eſt cuiuſdā lætiſſimi nūcij, & magnū argumentum propenſæ in eos diuinę voluntatis: agnoſcunt enim, ſui amantiſſimi Dei curā, qui nunc pręmijs, nunc pęnis ad ſui cultum, & veneratione homines propè cōpellat; agnoſcunt immenſam eius in ſe beneuolentiā, qui ſibi imperare, ſuaq; opera ad diuini nominis gloriā vti velit; neq; ſolū agnoſcunt, ſed magna ſpe ſunt, illum, cùm, quod vult, iubeat, etiam daturū vires, quibus legi ipſius parere poſſint. At carnalibus, qui nondū *g* ſpiritu ſeruitutis liberati ſunt, magisq; metu pœnarū, quàm amore virtutis abſtinent a peccatis, eius appendicis ſenſus grauis, & acerbus eſt: quamobrem ſunt pijs exhortationibus ſubleuādi, & quò lex ſpectat, quaſi manuducēdi; Parochus autem, quoties alicuius explicandi præcepti occaſio inciderit, eadem hæc ſibi habeat propoſita.

Alia rōne pſectis, alia carnalib. hominis. pœna pręuaricatoribus propoſita inculcari debet. f Rom. 8. 14. Perfecti quid in pœna hic propoſita cōtemplentur. Aug. li. 10. Cō. cap 29. Obſeruatores legis carnales quomodo ſint tractandi. g Rom. 8. 15. pœna primo præcepto ſubiecta, poſt ſingula pręcepta eſt reſricanda.

27 *Quid verba illa Ego ſū Deus fortis, meditandum proponāt.*

Carnalibus perinde tamē ac ſpiritualibus, duo in primis quaſi aculei ſunt admouendi qui ad legē obſeruandam hac ipſa in appendice poſiti homines maxime incitent. Nā, quod Deus fortis dicitur, ideò diligētius eſt explicandnm quò caro ſepè, quæ terroribus diuinæ comminationis minus commouetur, varias ſibi ipſa rationes fingit, quibus irē Dei effugere, ac propoſitā pœnā vitare poſſit; cui autē, certò perſuaſum eſt Deum fortem eſſe

Duobus aculeis excitat Deus homines ad legis obſeruationem. primo, cū auditur quid legiſlator ſit Deus fortis. Carnalis præſumptio ſtangitur.

a Pſalm. 138. 7.
Carnalis timor remouetur.
b Iaco. 1. 6.
c Pſal. 26. 1.
Secundum ad regis obſeruationem incitamentum eſt zelus diuinus

illud magni Dauidis vſurpat, *a* Quo ibo a ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam: Eadem quoque diuinis interdum diffiſa promiſſis tantas hoſtiũ vires eſſe credit, vt ad ſuſtinendũ minimè parem ſeſe eſſe exiſtimet. At firma, & ſtabilis fides, *b* nihil tribuans, cũ diuina vi, ac virtute nitatur, homines contrà recreat, ac cõfirmat; inquit enim; *c* Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo.

28 *Quid ſibi velit quod Deus ſe etiam dicat zelotem.*

d Iob. 22. 13. & 14. Pſal. 72. 12.

Alter verò aculeus, zelus ipſe diuinus eſt: nonnunquã enim homines putant *d* Deũ humana non curare, ne illud quidẽ, legẽ ipſius ſeruemus, an negligamus: ex quo ſequitur magna vitæ confuſſio; cùm autẽ Deũ zelotẽ credimus, eius rei meditatio facilè nos in officio continet.

29 *Cuiuſmodi zelus Deo ſit attribuendus.*

Zelus quid ſit vide Tho. in 1.2.q.28.art.4.
e Pſal. 72. 27.

Zelus verò, qui Deo tribuitur, nullam animi ſignificat perturbationem, ſed diuinum illum amorem, & charitatem, qua Deus nullam à ſe animam patitur impunè fornicari: *e* quodquot autem ab eo fornicantur, perdit. Eſt itaque zelus Dei, tranquilliſſima eius ſinceriſſimaque iuſtitia, qua anima falſis opinionibus, prauiſque cupiditatibus corrupta repudiatur, & à Dei coniugio tanquam adultera remouetur. At verò zelum hunc Dei ſuauiſſimum, ac dulciſſimum experimur, cum ſumma eius, atq; incredibilis in nos voluntas, zelò ipſo demonſtratur: nec enim, aut amor ardentior inter homines, aut maior, arctiorq; coniunctiò, quàm eorum, qui coniugio copulati ſunt, reperitur. Igitur quàm nos valde diligat, oſtendit Deus, cum crebrò ſe, vel ſponſo, vel marito comparans, zelotem vocat. Quamobrem doceat Parochus, hoc loco ſic diuini cultus, atq; honoris, cupidos homines eſſe debere, vt zelãtes potius, quã amantes iure dici poſſint; illius exemplo, qui de ſe ipſo, *f* zelo, inquit, zelatus ſum pro Domino Deo exercituum immò verò Chriſti ipſum imitẽtur, cuius illud eſt; *g* Zelus domus tuæ, comedit me.

Quanto zelo diuini honoris ſtudioſi homines eſſe debeant.
f 3. Reg. 19. 10.
g Pſal. 68. 19. Ioan. 2. 18.
Deus trãſgreſſores mandatorum non ſinit ĩpunitos.

30 *Quæ ſit comminationis, hic intentata ſententia*

a Deut. 7. 9.

Eſt autem comminationis explicanda ſententia, non inultos peccatores paſſurum Deum, ſed eos vel tãquam parẽtẽ caſtigaturũ, vel tanquã iudicem acriter, ac ſeuerè in eos animaduerſurũ. Quod alio loco ſignificãs Moyſes, *b* Et ſcies, inquit, quia Dominus Deus tuus, ipſe eſt Deus

fortis,

fortis, & fidelis cuſtodiens pactum, & miſericordia diligentibus ſe, & ijs, qui cuſtodiunt præcepta eius, in mille generationes, & reddens odientibus ſe ſtatim. Et Ioſue; *a* Non poteritis, inquit, ſeruire Domino: Deus enim ſanctus, & fortis æmulator eſt nec ignoſcet ſceleribus veſtris atque peccatis: ſi dimiſeritis dominū, & ſeruieritis Dijs alienis, conuertet ſe, & affliget vos, atque ſubuertet.

a Ioſue 24. 19. 20.

31 *Quomodo Deus viſitet peccata patrum in filios in tertiam, & quartam generationem.*

Docendus autem eſt populus nomminationis pœnam ad tertiam, quartamque impiorum, & facinoroſorum generationem pertinere; non quòd poſteriores maiorum ſcelerum pœnas ſemper luant, ſed licèt illi, liberiq; eorum impunè tulerint, non omnis tamen eorum poſteritas iram Dei, vel pœnam euitabit; *b* quod Ioſiæ regi accidit; huic enim propter ſingularem pietatem cùm pepercisset Deus, dediſſetque, vt in pace in ſepulchrum maiorum ſuorum inferretur, *c* ne videret conſequentiū temporum mala, quæ, *d* propter Manaſſis aui impietatem, Iudæ & Ieruſalem erant euentura, eo mortuo, poſteros eius eſt vltio Dei conſequuta, ſic, *e* vt ne filijs quidem Ioſiæ pepercerit.

b 4. Reg. 22. 19. 20. & 2. Paral. 34. 27. 28
c 4. Reg. 23. 30 2. Par. 35. 24.
d 4. Reg. 21. 11 Ier. 15. 4.
e 4. Reg. 24. 3.

Obiectionis ſolutio.

32 *Quomodo hæc verba cum verbis Ezechielis conueniant.*

Quo autem ratione hæc legis verba ſententiæ illi quæ eſt apud Prophetam, non aduerſentur, *f* Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur, S. Gregorij auctoritas, cùm reliquis omnibus antiquis patribus conſentiens, apertè oſtendit, inquit enim: Quiſquis praui parentis iniquitatem imitatur, etiam ex eius delicto conſtringitur, quiſquis autem parentis iniquitatem non imitatur, nequaquam illius delicto grauatur; vnde fit, vt iniquus filius iniqui patris non ſolum ſua, que addidit, ſed etiam patris peccata perſoluat, cùm vitijs patris quibus iratum Dominum non ignorat, ſuam etiam malitiam adiungere non formidat: & iuſtum eſt, vt qui ſub diſtricto iudice vias parentis iniqui nō timet imitari, cogatur in vita præſenti, etiam culpas parentis iniqui perſoluere. Commemorabit deinde Parochus, quantum *g* Dei iuſtitiam ſuperet eiuſdem bonitas, ac miſericordia; iraſcitur

f Ezech. 18. 4. Greg. lib. 15. moral. c. 31. Aug. ep. 75. ad Aul. vide item Tho. in 1. 2. q. 87. ar. 8. & 2. 2. q. 108. art. 4.

Dei miſericordia longe eiuſdem iuſtitiam ſuperat.

g Iac. 2. 13

tur tertiæ, quartæque generationi Deus, miſericordiam verò in millia impertit.

Odium Dei omnium eſt peccatorum maximum. Tho. in 1. 2. q. 73. ar. 4 & in 2. 2. q. 34. ar. 1. a Ioa. 14. 21.

33 *Quomodo diuinarũ legũ præuaricatores Deũ odiſſe cẽſeãtur.*

In eo autem quod dictum eſt, eorum, qui oderũt me, peccati magnitudo oſtenditur. Quid enim flagitioſius, ac deteſtabilius, quam ſummam ipſam bonitatem, ſummam veritatem odiſſe? Hoc verò ad omnes peccatores iccirco pertinet, quòd quemadmodũ, *a* qui habet mandata Dei, & ſeruat ea, Deum diligit; ita, qui legem Domini contemnit, & mandata eius non ſeruat, Deũ odiſſe meritò dicendus eſt.

Amore, & charitate perficienda. Videatur ca. 18. Trid. Syn. de iuſtif. ſeſ. 6.

34 *Quid ſit illud: faciens miſericordiam his, qui diligunt me.*

Quod verò extremum eſt, & ijs, qui diligunt me ſeruandę legis modum, ac rationẽ docet; neceſſe eſt enim, eos, qui legem Dei ſeruant, eadẽ charitate atq; amore, quo in Deum ſunt, ad eius obedientiam adduci, quæ deinceps in ſingulis præceptis commemorabuntur.

DE II. PRÆCEPTO.

CAP. III.

Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.

Primum præceptũ ſua amplitudine ſiſ continet. De hoc præcepto vid. D. Tho. in 2. 2. q. 100 art. 5. & 2. 2. q. 122. art. 5. vid. item Ma. in 3. d. 39. b Mal. 1. 6. Quã frequens ſit nominũ in iurando transgreſſio.

1 *Cur Deus hanc legem de ſui ipſius nomine honorando ferre voluerit.*

QVamquã primo diuinæ legis præcepto, quo Deũ piè, ſanctèq; colere iubemur, hoc, quod ſecundo loco ſequitur, neceſſariò continetur, (nam qui ſibi honorem tribui vult, idem poſtulat ſe, vt ſummo verborum honore proſequamur, prohibetq; contraria, quod & illa Domini verba apud Malachiam apertè indicant; *a* Filius honorat patrem, & ſeruus dominũ ſuum: ſi ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus?) Deus tamẽ, pro rei magnitudine hanc de ſuo ipſius diuino, & ſanctitatis pleniſſimo nomine honorando, legem, ſeparatim ferre, idque nobis diſertis, & perſpicuis verbis præſcribere voluit.

2 Quan-

2 *Quantum niti Parochi debeant in huius præcepti explicatione.*

Quod ſanè Parocho ipſi argumento in primis eſſe debet, nequaquam ſatis fore, ſi hac de re generatim loquatur; ſed eiuſmodi locum hunc eſſe, in quo diutius ipſe commorari, & quæcumque ad hanc tractationem pertinent, diſtinctè, dilucidè, accuratè que apud fideles explicare, neceſſe ſit. Neque verò nimia hęc diligentia cēſenda eſt: cum non deſint , qui adeò errorum tenebris obcęcati ſint, vt *a* quem Angeli glorificant, ei maledicere non vereantur: neque enim lege ſemel lata deterrentur, quò minus Dei maieſtatem quotidie imminuere, imò ſingulis penè horis, ac momentis, impudentiſſimè audeāt. Quis enim non videat, omnia iureiurando affirmari? omnia imprecationibus, & execrationibus referta eſſe? vſq; adeo, vt nemo ferè vel vēdat aliquid, vel emat, vel negotium aliquod gerat, qui non iuriſiurandi religionem interponat. Deiq; ſanctiſſimum nomē millies, vel in leuiſſima, & inani, temerè nō vſurpet; quò maior Parocho cura, & diligentia adhibenda eſt, vt ſæpè fideles admoneat, quàm graue hoc ſcelus ſit, & deteſtabile. a Pſal. 88. 8.

3 *Quid ſecundum iſtud præceptum imperet, vel prohibeat.*

Iam verò in huius præcepti explicatione id primum conſtet, cum eo, quod lex fieri prohibet, earum etiam rerum preceptionem coniunctam eſſe, quas præſtare homines debent. Vtrumque autem ſeparatim docendum eſt, primùm quidem, vt ea, quę tradēda ſunt facilius exponantur, quidquid iubeat lex; mox etiam, quid vetet, nam quæ imperat, illa ſunt, nomen Dei eſſe honorandū, ac per illum ſanctè iurandum. Hæc rurſus, quæ prohibet: nemo diuinū nomen contemnat, nemo illud in vanum aſſumat, neve per ipſum, aut falsò, aut fruſtra, aut temerè iuret.

Sub præcepto negatiuo oppoſita affirmatio includitur

4 *Quid Dei nomine hic intelligatur.*

In ea itaque parte, qua iubemur diuino nomini honorem tribuere, parochus fidelibus præcipiat Dei nomen. ipſius inquā litteras, & Syllabas, aut omnino per ſe nudum verbum tantummodo attendendum nō eſſe, ſed in eam cogitationem veniendum, quid valeat illa vox, quę omnipotentem, & ſempiternam maieſtatē vnius, & trini numinis ſignificat. Ex his autem facilè colligitur, ina-

Nomen tetragrammaton. vocari ſcribit Hie. epiſt. 139. [illegible] in hac parte.

nem eſſe nonnullorũ Iudæorum ſuperſtitionẽ, qui quod ſcriberent, Dei nomen, pronunciare non auderent, quaſi in quatuor illis litteris, non in re diuina vis eſſet. Sed quamuis ſingulari numero prolatũ ſit, Non aſſumes nomen Dei, id nó de vno aliquo nomine, ſed de omnibus, quæ Deo tribui ſolent, intelligendum eſt: multa enim Deo impoſita ſunt nomina, vt Dñi, *a* Omnipotentis, *b* Dñi exercituum, *c* Regis regum, Fortis, & alia id genus, quæ in ſcripturis leguntur, quæ parẽ, eandemq; venerationẽ habent omnia. Deinde docendum eſt, quomodo diuino nomini debitus honor, adhibeatur; neq; enim Chriſtiano populo cuius ore Dei laudes aſſiduè celebrãdæ ſunt, rem vtiliſſimam, & per neceſſariam ad ſalutẽ, ignorare fas eſt.

multi Chriſtiani ſequuntur, vide Gene.l.1. Chronol.
a Exo. 15.3.
b Iſaiæ 6. 3.
c Apo. 19.16.
De his Dei nominibus, vide Hier. ep. 136.
De noĩe vero Dei proprio Tho. in 1. p. q. 13. art. 5.

5 *Qua ratione diuinum nomẽ venerari, aut honorare cẽſemur.*

Quamuis autem multiplex ſit ratio laudandi diuini nominis, tamen in ijs, de quibus deinceps hic dicetur, vis & pondus omnium videtur eſſe.

Diuinum nomen laudatur per ipſius cõfeſſionem. Matt. 10.32.

Primum igitur laudatur Deus, cùm in omnium conſpectu, Deum ac Dominum noſtrum fidenter confitemur, Chriſtumque ſalutis noſtræ auctorem, quemadmodum agnoſcimus, ita etiam prædicamus.

Et cũm eius ſermones reuerenter tractamus. 2. Cor. 2.17.

Itemque cum verbo Dei, quo eius voluntas enunciatur, ſanctè, & diligenter operam damus, in eius meditatione aſſiduè verſamur, ſtudiosè illud addiſcimus, aut legendo, aut audiendo, perinde, vt cuiuſque perſonæ, aut muneri aptum, & conſentaneum eſt.

Et cum ei de omnibus gratias agimus. Iob. 1.21. & 2. 10.
d Pſ. 102. 2.
e Pſ. 9. & 33. & 34. & 65. & plurimi alij.

Deinde diuinum nomen veneramur, & colimus cùm officij, & religionis cauſa diuinas laudes celebramus, ac de omnibus rebus, tum proſperis, tũ aduerſis, illi ſingulares gratias agimus: inquit enim Propheta: *d* Benedic anima mea Dño & noli obliuiſci omnes retributiones eius. Extantque plurimi *e* Dauid Pſalmi, quibus egregia quadam erga Deũ pietate, diuinas illius laudes ſuauiſſimè decãtat. Extat admirabile illud patiẽtiæ exemplum *f* Iob, qui cũ in maximas illas horribileſque calamitates incidiſſet, Deũ tamẽ, excelſo, & inuicto animo laudare nũquam intermiſit. Nos itaque cùm animi, corporiſque doloribus cruciamur, cùm miſerijs, & ærumnis torquemur, ſtatim ad Deum laudandum omne ſtudium, & ani-

f Iob 1.21. & 2. 10.

mi noſtri vires cõuertamus, illud Iob dicentes; *a* Sit nomen Domini benedictum.

6 *Quomodo huic item præcepto alias pareamus.*

Neque verò minus Dei nomen honoratur, ſi fidenter opem eius imploramus, quo nos ſcilicet, aut ab illis liberet, aut ad eadem fortiter perferenda conſtantiam, & robur largiatur, hoc enim fieri vult Dominus; *b* Inuoca, inquit, me in die tribulationis, & eruam te, & glorificabis me: cuius implorationis, cum multis alijs in locis, tum præcipuè in Pſalmis, 16. 43. & 118. illuſtria exempla reperiuntur.

Præterea Dei nomen honore proſequimur, cùm fidei faciendæ cauſa teſtamur Deum: qui modus à ſuperioribus valde differt. Nam, quæ ſupra memorauimus, ita ſuapte natura bona ſunt, atque expetenda, vt nihil beatius, nihil homini optabilius poſſit eſſe, quàm ſi in illis ſedulò exequendis, ipſum ſe noctes, & dies exerceat, *c* Benedicam, inquit Dauid, Dominũ in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. *d* At iuſiurandũ licet bonũ ſit, eius tamen frequens vſus minimè eſt laudabilis.

7 *Quare iuſiurandi frequentior vſus non ſit probandus.*

Huius autem diſcriminis ratio in eo poſita eſt, quòd iuſiurandum ea tantum de cauſa inſtitutum eſt, vt eſſet tanquam remedium quoddam humanæ imbecillitatis, ad probandum quod dicimus, neceſſarium inſtrumentum. *e* Vt enim corpori medicamenta adhibere non expedit, niſi neceſſe ſit; eorundem verò frequentatio omnino pernicioſa eſt; ita etiam, niſi cùm grauis, & iuſta cauſa ſubeſt, † iureiurando vti non eſt ſalutare: quod ſi ſæpius adhibeatur, tantum abeſt, vt profit, vt magnum detrimentum afferat. Quamobrem pręclarè docet S. Chryſoſtomus, non naſcente, ſed iam adulto mundo, cum mala longè latequè; propagata vniuerſum terrarũ orbem occupaſſent, nihilque ſuo loco, & ordine conſiſteret, ſed perturbata omnia, & permiſta ſurſum, deorſumque magna rerum confuſſione ferrentur, & quod malorum omnium grauiſſimum eſt, mortales ferè omnes in fœdam idolorum ſeruitutem ſeipſos abieciſſent: tum denique longo ſanè interuallo iuſiurandum in hominum conſuetudinem irrepiſſe; nam cùm in tanta hominum

a pſal. itẽ 112. 2.

Item dum fideliter inuocatur.

b Pſ. 49. 15.

Per iuſiurandum Dei nomen laudatur.

c Deut. 6. 13. vid item 22. q. 1. & 2. & 3. & 5. fere per tot. & de iureiurãdo in dec. vide: item quó ſit licitum apud Tho. in 2. 2. q. 99. art. 2. Quó aũt non ſit frequentãdum vid. ca. c. 5. & Eccl. 23. 8. 9. & 10.

d Pſ. 33.

Cui fini iuſiurandum ſeruiat, quiſque eius ſit legitimus vſus.

e Tho. hęc refert loco ſup. citato, cõcordat Ang. in ſe. Domi in mõt. lib. 1. cap. 3. & hab. 22. q. 1. c. ita ergo, vid c item ca. c. non eſt.

Chryſ. ho. 26. ad pop. Ant.

† Iuriſiurandi cõſuetudo ſalutatis non eſt habent quędã exemplaria.

minum perfidia, & iniquitate, nemo facilè, ad credendum adduceretur, Deum teſtem inuocabant.

Iurare quid volent apud ſcripturas. Aug. ſerm. 28. de verb. Apoſ. Tho. 2. 2. q. 39. art. 1. & gl. 22. q. 1. in princ. Cum per rem creatam iuratur, Deus qui vim rebus addidit non excludit. vide Th. ea. art. 5. Vide c. ſi aliqua 22. q. 1. a 1. Co. 3. 16. 17

8 *In quo conſiſtat iuramenti ratio, quidque proprie eſt iurare.*

Verum cùm in hac præcepti parte, præcipua illa ſit ratio docendi fideles, quomodo iuſiurandum piè, ſanċteque adhibere debeant, primùm dicendum eſt, iurare, nihil aliud eſſe, niſi Deum teſtari quacunque id verborum forma, & conceptione fiat. Nam; & teſtis eſt mihi Deus, & per Deum idem ſunt. Eſt etiam illud iuſiurandum, cum ad faciendam fidem per res creatas iuramus, vt, per ſacra Dei Euangelia, per crucem, per ſanctorum reliquias, & nomen, & cætera id genus; neque enim hæc ipſa per ſe iureiurando auctoritatem, aut robur aliquod aſſerunt, ſed Deus ipſe hoc præſtat, cuius diuinæ maieſtatis ſplendor illis in rebus eluceſcit: ex quo ſequitur, vt per Euangelium iurantes per Deum ipſum iurent, cuius veritas euangelio continetur, & declaratur: ſimiliter & per ſanctos, *a* qui templa Dei ſunt, quique Euangelicæ veritati crediderunt, eamque omni obſeruantia coluerunt, & per gentes, & nationes latiſſimè diſſeminarunt.

De hac forma iuſiurandi Th. in ea q. 1. ar. 1. b 1. Cor. 1. 2. 3.

9 *De ea iuriſiurandi forma, quę per execrationem ſit.*

Eadem eſt ratio illius iuriſiurandi, quod per execrationem profertur: quale eſt illud ſancti Pauli, *b* Ego teſtem Deum inuoco in animã meam; Etenim hoc pacto aliquis Dei iudicio tanquam mendacij vltori ſubijcitur. Neque propterea negamus nonnullas ex his formulis ita accipi poſſe, quaſi iuſiurandi vim non habeant: ſed tamen vtile eſt, quæ de iureiurando dicta ſunt, in his etiã ſeruare, atque ad eandem prorſus normam, & regulam dirigere.

Duo ſunt iuramentorum genera. Tho. ibi. & doctores in tit. de iureiurando.
c Gal. 1. 20.

10 *Quotuplex ſit iuramentum.*

Duo autem ſunt iurandi genera, primum, quidẽ quod aſſertorium appellatur, nimirum cũ aliquid de re pręſẽti, aut præterita religiosè affirmamus, vt Apoſt. in epiſt. ad Galatas; *c* Ecce coram Deo, quia non mentior.

Alterum verò promiſſorium dicitur, ad quod etiam comminationes referuntur, futurum tempus ſpectans, cùm aliquid ita fore pro certo pollicemur, & confirmamus, cuiuſmodi eſt illud Dauidis, *d* qui Berſabeæ coniugi

d 3. Reg. 17.

iugi

Iugi iurans per Dominum ;Deum ſuum promiſit Salomonem eius filium, regni hæredem fore, atque in ipſius locum ſucceſſurum.

11 *Quot ſint ad legitimum iuramentum requiſita.*

Verùm enim verò licet ad iuſiurandum ſatis ſit, Deũ teſtem adhibere,tamen vt rectum,ſanctumque ſit multò plura requiruntur,quę ſũt diligenter explicãda ; ea verò breuiter, teſte D. Hieronymo, Hieremias enumerat,eum inquit;Iurabis;viuit Dominus,in veritate,& iudicio,& in iuſtitia; quibus ſanè verbis illa breuiter,ſumatimque complexus eſt quibus omnis iuſiurandi perfectio continetur,veritatem,inquam iudicium,& iuſtitiam.

Iuramentum, tres here comites requirit. Hier. 4. D. Hier. in eundē locum, vt habetur.22.q.2c. animaduertendum,& in 3.II. 39, vide item cap,etſi Chriſtus,de iureiurando & Th. in 2.2.q.8.ar.3

12 *Quomodo iuramentum præſtetur in veritate.*

Primum itaque in iure iurando locum veritas habet, nimirũ,vt,quod aſſeritur, & ipſum verum ſit, & qui iurat,id ita eſſe arbitretur, non quidem temerè, aut leui coniectura adductus, ſed certiſſimis argumentis. Alterũ vero iuriſiurandi genus, quo aliquid promittimus, eodem planè modo veritatem requirit ; nam qui aliquid pollicetur,ita animatus eſſe debet, vt, cùm tempus aduenerit, id re ipſa præſtet, & promiſſum exoluat; neque enim vir probus id vnquam ſe facturum recipiet, quod ſanctiſſimis Dei pręceptis,& voluntati aduerſari putet; ſed quicquid promittere,& iurare licuerit,id ſemel promiſſum nunquam mutabit: niſi fortaſſe commutata rerum conditione, tale eſſe, inceperit vt iam ſi fidem ſeruare, & promiſſis ſtare velit Dei odium,& offenſſionē ſubiret:veritatem autem iureiurando neceſſariam eſſe, Dauid quoque indicat illis verbis; *a* Qui iurat proximo ſuo, & non decipit.

Primo exigitur,vt quod iureiurando aſſeritur,vel promittitur ſit verum,minimeque fraudulentum. vide Aug. ſer.28. de ver. Apoſt.

Vide 22. q.4. vbi multa habent ſanctorũ dicta de iureiurando ſ non ſeruando male præſtito.

a Pſal. 14.4.

13 *Quis dicitur iurare in iudicio, quamque ob cauſam pueris iuramentum non ſit deferendum.*

Sequitur ſecundò loco iudicium ; neque enim iuſiurandum temerè,& inconſideratè, ſed conſulto, & cogitatò adhiberi debet. Itaque iuraturus primùm quidem conſideret, vtrum neceſſitate cogatur, nec ne, remque totam accurate expendat, an eiuſmodi ſit, vt iureiurando indigere videatur.

Secũdo requiritur,vt conſiderate, & non præcipitáter, reique neceſſitate exigẽte iuretur,

Tempus pręterea ſpectet, locum attendat, aliaque permulta, quæ rebus adiuncta ſunt, circumſpiciat; non odio,

Aduerſus hác conditionem peccauit Iephte.

Temperatia quorundam iureiurandi cõſuetudoque quam ſit vitioſa.

Pueri ante annum 14. non ſunt admittendi ad iuſiurandum præſtandum.

† can. 22. q. 5. c. honeſtũ habetur ex Cornel. Pap. cæterique collectores, ex eodem idem citãt, ſed hoc caput in c. l. 1. 62 repertum eſt; huic autẽ decreto concordã. par. uult ex ijdem c. delictum, item & c. pueri, ex Cõc. Eub. quæ habetur ead. Tertio requiritur, vt i. r. iur. interueniente quod promittitur, ſit honeſtum, & iuſtũ.

a Mat. 6. 23.
b Act. 23. 12.
c Pſ. 18. 8.
d Rom. 7. 12.
e Pſ. 62. 12.

Iurare licitum eſſe tradũt Patres in Conc. To. 8. c. 2. vt hab. 23. q. 1. c. 1. & A. g. ſup. epiſt. ad Galat. ca. 1 & multis alijs quæ habentur ead. q. item ex c. & ſi Chriſtus de iure iurando.

Apoſtoli iurant.

odio, non amore, aut animi perturbatione aliqua impellatur, ſed ipſius rei vi, & neceſſitate; etenim, niſi hęc cõſideratio, & diligens animaduerſio acceſſerit, ſanè iuſiurandum præceps, & temerarium erit; cuiuſmodi eſt illorũ irreligioſe aſſirmatio, qui in re leuiſſima, & inani, nulla ratione, aut conſilio, ſed praua, quadam conſuetudine iurant. Id verò paſſim quotidie à venditoribus, & emptoribus fieri videmus: nam illi, vt quamplurimo vendant, hi rurſus, vt quam minimò emant, res venales, vel laudare, vel vituperare iureiurando non dubitant. Cùm itaque iudicio, & prudentia opus ſit; pueri verò ita acutè perſpicere, ac diſtinguere nondum per ætatem poſſint, iccircò conſtitutum eſt † à Sancto Cornelio Pontefice, ne è pueris ante pubertatem, hoc eſt ante decimumquartum annum iuſiurandum exigatur.

14 *Quo pacto in iuſtitia iuretur.*

Reliqua eſt iuſtitia, quæ maximè in promiſſis requiritur: quare ſi quis iniuſtum aliquid, vel inhoneſtum promittit, & iurãdo peccat, & promiſſis faciendis ſcelus ſcelere cumulat. Extat huius rei in Euãgelio Exẽplũ Herodis regis: *a* qui temerario iureiurando obſtrictus, puellæ ſaltatrici caput Ioannis Baptiſtę, tanquã ſaltationis, pręmiũ, dedit. Tale enim fuit Iudæorum iuſiurandũ, qui ſe ipſos, *b* vt eſt in actis Apoſtolorum, ea conditione deuouerunt, nihil guſtaturos, donec Paulum occidiſſent.

15 *Quibus præcipuè rationibus intelligatur iuſiurandum eſſe aliquando licitum.*

His ita explicatis, nulla planè dubitatio relinquitur, quin illi tuto iurare liceat, qui hec omnia ſeruauerit, quique his conditionibus tanquam præſidijs quibuſdam iuſiurandum munierit: ſed, & argumentis multis id probare facilè eſt: nam lex Domini, *c* quæ immaculata eſt, & *d* ſancta hoc præcepit. Dominum, inquit, Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis & à Dauide ſcriptum eſt; *e* Laudabuntur omnes, qui iurant in eo.

Pręterea *f* ſacræ litteræ indicant, ipſa Eccleſiæ lumina, ſanctiſſimos Apoſtolos, iureiurando aliquando vſos eſſe; idque ex Apoſtoli epiſtolis apparet.

Adde, quod & Angeli ipſi interdum iurant: nam à S.

Ioanne Euangeliſta in Apocalypſi ſcriptum, eſt *a* Angelum iuraſſe per viuentem in ſæcula.

Quin etiam, & *b* Deus ipſe iurat Angelorũ Dominus: & in veteri teſtamento multis in locis Deus promiſſiones ſuas iureiurando, confirmat, vt *c* Abrahæ, & Dauidi, qui illud de Dei iureiurando prodidit; *d* Iurauit, inquit, Dominus, & non pœnitebit eum: tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

16 *Iuſiurandum rite præſtitum eſſe in laude reponendũ probatur.*

Neque verò obſcura eſt ratio ad explicandum, cur iuſiurandum laudabile ſit, ſi quis attentius totam rem conſideret, & ipſius ortum, finemq; intueatur. Et enim iuſiurandum à fide, originem ducit, qua homines credunt Deum totius veritatis eſſe auctorem, qui nec decipi vnquam poſſit, nec alios decipere: cuius *e* oculis nuda ſunt omnia, & aperta, qui *f* deniq; vniuerſis rebus humanis admirabili prouidentia cõſulit, mundumq; adminiſtrat. Hac igitur fide homines imbuti Deum veritatis teſtem adhibent, cui fidem non habere, impiũ, & nefarium erit.

17 *Iuſiurandi finis eſt controuerſiarum, & litium finis.*

Quod verò ad finem attinet, eò, tendit iuſiurandum, atque id omnino ſpectat, vt hominis iuſtitiam & innocentiã probet, finemq; litibus, & controuerſijs imponat; quod etiam *g* Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos docet.

18 *Quomodo Chriſtus iuramentum prohibuerit.*

Neque huic ſentẽtiæ verba illa Saluatoris noſtri apud ſanctũ Matthæũ repugnãt: *h* Audiſtis, quia dictũ eſt antiquis, Nõ periurabis, reddes autẽ Dño iuramẽta tua. Ego autẽ dico vobis, nõ iurare omnino, *i* neq; per cęlũ, quia tronus Dei eſt; neq ꝑ terrã, quia *k* ſcabellũ pedũ eiꝰ neq; ꝑ Hieroſolymã, quia ciuitas eſt regis magni, neq; per caput tuum iuraueris, quia nõ potes vnũ capillũ albũ facere aut nigrũ *l* ſit autem ſermo veſter, eſt, eſt; non, non, quod autẽ his abundantius eſt, a malo eſt. His enim verbis iuſiurandũ vniuersè, & generatim damnari non eſt dicendũ, cum iam ſupra viderimus Dominũ ipsũ, Apoſtoloſq; frequenter iuraſſe, ſed peruerſum Iudæorum iudicium Dominus redarguere voluit, quo ſibi in animum induxerãt, nihil in iureiurando cauendum eſſe, præter mendacium. Itaque de rebus leuiſſimis, & nullius momenti, & iu-

Rom. 19. & 1. Cor. 15. 31. 2. Col. 1. Angegel. iurant.
a Apoc. 10. 3. Ioan. 12. 7.
Deus ipſe iurat.
b Ad Hebr. 6. 17.
c Gen. 22. 10. & Pſ. 103. 9. Exod. 33.
d Pſ. 103. 4. & Pſal. 13. 11.
Quod iuſiurãdũ rite præſtitũ ſit laudabile, probat D. Th. in 2. 2. q. 89 art 1. & 4. Iuſiurandi vſurpandi origo.
e Heb. 4. 13.
f Sap 8. Matt. 6. 16. 17. & 10. 29.
Iuſiurãdi quis ſcopus eſſe debeat. vide Th. in 2. 2. qu. 98. art. 1.
g Heb. 6. 16.
Obiectionis tacite ſolutio.
h Matt. 5. 34.
i Matt. 23. 22.
K Iſa. 66. 1.
l Iacob. 5. 12.
Falſa Iudæorũ de iureiurando opinio.

Quomodo iuramẽtum permittat Chriſtus.

rabant frequentiſſimè, & ab alijs iuſiurandum exigebant. Hunc morem Saluator reprehendit, atque improbat, docetque omnino à iureiurando abſtinendum eſſe, niſi cogat neceſſitas.

19 *Quomodo Chriſtus dixerit, illud quod ad ſimplicem veritatis aſſertionem accedit eſſe a malo.*

Quomodo iuramentũ ſit à malo.
Aug. ita interpretatur lib. 1. de ſer. Dom. c. 3. & hab. 22 q. 1. c. ita ergo. li. Mat. 5. 17.
Quanta mala iurandi cõſuetudo ſecum trahat.

Nam propter humanam imbecillitatem iuſiurandum inſtitutum eſt, & re vera à malo prouenit; quandoquidem aut iurantis inconſtantiam indicat, aut illius cuius cauſa iuramus contumaciã, qui vt credat, aliter adduci non poteſt. Sed tamen iurandi neceſſitas excuſationẽ habet. Et quidẽ, dũ inquit, Saluator, *a* ſit ſermo veſter, eſt, eſt, nõ non hac loquẽdi formula ſatis declarat, ſe iurãdi conſuetudinem in colloquijs familiariũ, & leuiũ rerum prohibere, quamobrẽ illud præcipuè à Domino admonemur, ne faciles nimiũ, & propenſi ad iurandũ ſimus, idq; ſedulo docendũ erit, & fideliũ auribus inculcandũ; infinita enim ferè mala ex iurãdi nimia conſuetudine emanare, & ſacrarum litterarũ auctoritate, & ſantiſſimorũ Patrũ teſtimonijs comprobatur. In Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt; *b* iurationi non aſſueſcat os tuũ; multi enim caſus in illa: Item, *c* Vir multum iurans, implebitur iniquitate, & nõ diſcẽdet à domo illius plaga. Plura hac de re legi poſſunt apud Sãctos Baſilium, & Auguſtinũ in libris contra mendacium. Et hactenus de iuſſis, nũc de vetitis dicatur.

a Eccl. 23. 9. & 17. 15.
b Eccl. 23. 12.

S. Baſil. in illud Pſal 14. Qui iurat pximo ſ. o Vide c. primũ eſt. 22. q. 2. ex lib. de mend. cap. 14.

20 *Cur iuramentũ falſum, & temerariũ ſit tã grande peccatũ.*

Vetamur diuinum nomen in vanum aſſumere, apparet enim eum graui peccato ſe obſtringere, qui non cõſilio, ſed temeritate ad iurandum fertur. Grauiſſimum autem delictum hoc eſſe, illa etiam verba declarant. Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum, quaſi rationem afferret, cur hoc facinus ſceleſtum adeò, ac nefarium ſit, nimirũ propterea, quod eius maieſtas minuitur, quem nos Deum, ac Dominum noſtrum eſſe profitemur. Hoc igitur precepto prohibetur, ne homines falſum iurent nam qui à tanto ſcelere non refugit, vt Deum falsò teſtetur, hic inſignem Deo iniuriam facit, quippe, qui aut illi inſcitiæ notã iniurit, dum ipſum alicuius rei veritatẽ latere arbitratur, aut certè improbitatis, aut praui affectus, qui mendacium teſtimonio velit confirmare.

Peccant grauiter aduerſus hoc preceptũ primũ illi qui falſo iurant. Vide Th. in 2. 2. q. 98. ar. 2.

21 Quæ

21 *Quomodo peierent illi qui iurant eſſe verum quod verum eſt.*

Iurat autem falsò non is ſolum, qui quod falſum ſcit, verùm eſſe iurando affirmat, ſed ille etiam qui iureiurando id aſſerit, quod cum verum ſit, tamen ipſe falſum putet: nam cum mendacium ea re mendacium ſit, quod contra mentem, & animi ſententiam profertur perſpicuum eſt, hanc planè mentiri, & periurum eſſe.

Quis falſo iurat, aut peieret. Aug. de verb. Apoſt. ſer. 28. & hab. 21. q. 1. c. hoĩes Quid ſit mendaciũ. Aug. in lib. cont. mend. c. 4. & Th. in 22. q. 10. ar 1.

22 *Iurans falſum, quod verum eſſe putat, quomodo peccet.*

Simili quoque ratione peierat, qui id iurat, quod verũ exiſtimat, & tamẽ re vera falſum eſt, niſi quantũ potuit, curam & diligentiam adhibuerit, vt totã rem cõpertam atque exploratam haberet: quamuis enim ipſius oratio menti conſentiat; tamen huius præcepti reus eſt.

Qui iurat ſine animo implendi peccat. 22. q. 2. ca. 1. & 2.

23 *Qui nõ ſeruat quo iurauit aut vouit ſe facturum, vt peccet.*

Eiuſdem verò peccati reus cenſendus eſt, qui ſe aliquid iureiurando facturum promittit, cum tamen ei, aut promiſſum implere, in animo nõ fuerit, aut, ſi fuit, quod promiſſit re ipſa nõ præſtat. Quod etiã ad eos pertinet, † qui cum ſe voti ſponſione Deo obligarunt, non præſtat.

Qui non facit quæ promiſit ſe facturũ peccat, ſi vero & Tho. in 2. 2. q. 89. art.

† Vota Sanctè ſeruanda traditur. Leg. 27. per totum, & n. 6. per totum De. 13. 21. 12. Pſ. 75. 11. Eccl. 5. 3. & multis in aliis ſcripturæ locis prætermitto reliqua, quæ ſunt in

24 *Peccatum mortiferum iurans, vel contra cõſilium Euangelicum vt peccet.*

Præterea in hoc præcepto peccatur, ſi deſit iuſtitia, quæ ex tribus iuſiurandi comitibus vna eſt. Itaque ſi quis iuret peccatum aliquod mortiferum commiſſurum exempli cauſa, cædem hominis, huius præcepti reus eſt, licèt ille ſerio, atque ex animo dicat, atque iuſiurandum veritatem habeat, quam alio loco requiri declarauimus. His adiungi debent illa iurandi genera, quæ a contemptu quodam proficiſcuntur, cum quis iurat, ſe non obtemperaturum conſilijs Euangelicis: cuiuſmodi ſunt, quæ ad cęlibatum, & paupertatem hortantur: quamuis enim nemo ea neceſſario ſequi debeat: ſi quis tamen iuret, nolle ſe illis parere conſilijs, is eo iureiurando diuina conſilia contemnit, & violat.

... præſenti. Iuſiurandum de re mala prohibitum 22. q. 4. c. ſinalis & c. qui ſacramento & c. non ſemper, & c. neceſſe eſt

Peccat qui iurat ſe non obtemperaturũ conſilijs Euangelicis. Thom. in 2. 2. q. 89.

25 *Leuibus coniecturis adductus iurans peccat.*

Præterea hanc legem is violat, & iudicio peccat, qui quod verum eſt, iurat, idq; ita ſe habere exiſtimat, leuibus quibuſdam coniecturis adductus, & longè petitis. nam etſi eiuſmodi iuſiurandum veritas comitatur, ſubeſt tamen aliquo modo falſum: nam qui ſic negligenter

Quarto, hic peccat leuiter verũ iurantes. a Exod. 23. 18. p. falſos Deos iurãtes grauiter peccãt 22. q. 1. ca. mouet ex Aug. epi. 154. & inde.

 iurat,

Th. in 1. 22. q. 13. ar. 1.

iurat, in magno peierandi periculo verſatur.

26 *Qui per falſos Deos, iurat, grauiter peccat.*

Falſo præterea iurat, qui *a* per falſos Deos iurat: quid enim eſt à veritate alienius, quam mendaces, & fictitios Deos tanquam verum Deum, teſtari?

27 *Dei verbũ in honorans, vel male interpretando, vel ad vana conuertendo peccat.*

a Leu. 9. 12.

Verum quoniam ſcriptura, cum periurium inter dixit, inquit: *b* nec pollues nomen Dei tui: neglectio prohibetur, quæ fugienda eſt in reliquis quibus ex præcepti huius auctoritate honor debetur: quale eſt verbum Dei: cuius maieſtatem non ſolùm pij, ſed impij etiam interdum reuertur, *c* vt in iudicium hiſtoria de Eglon Moabitarum rege memoriæ traditum eſt. Dei autem verbum ſumma iniuria afficit, quicumque ſacram Scripturam recta, & germana eius ſentẽtia, ad impiorum dogmata, & hæreſes flectit, cuius ſceleris admonet nos Princeps Apoſtolorum his verbis: *d* Sunt quædam difficilia intellectu, quæ in docti, & inſtabiles deprauant, ſicut, & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem præterea fædis, & inhoneſtis maculis ſacra Scriptura cõtaminatur, cum eius verba, & ſententias, quæ omni veneratione colenda ſunt, ad profana quæq; nefarij homines torquẽt, ad ſcurilia ſcilicet, fabuloſa, vana aſsẽtationes, detractiones, ſortes, libellos famoſos, & ſi quæ alia ſunt id genus: in quod peccatum ſacra Tridentina Synodus animaduerti iubet.

b Iud. 3. 20. Sexto ſacras ſcripturas ad hereſim iflectentes, & quocũque deuiantes peccant. c. 2. Per 3. & 2 Cor. 2. 17 & 4. ca. 2. vide item ca. hæreſis 24. q. 3 & c exijt de ver ſign. in 6.

Trid. Sy. ſeſ. 4. in fine.

Septimo Deũ non inuocantes.

28 *Qui Deum in ſuis calamitatibus non inuocant, vt peccent.*

Deinde, vt ij Deum honorant, qui eius opem atque auxilium in ſuis calamitatibus implorant: ita debitum Deo honorem is negat, qui illius ſubſidium nõ inuocat: quos redarguit Dauid, cum inquit: *e* Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

d Pſal. 13. 5. & 52. 6.

29 *Grauiſſima omnium horum peccatorum eſt in Deum eiusq; ſanctos blaſphemia.*

At verò longè magis deteſtabili ſe ſcelere adſtringũt, qui ſacroſanctum Dei nomen ab omnibus creaturis benedicendum, & ſummis laudibus extollendũ, aut etiam ſanctorum nomen cũ Deo regnantium impuro, & contaminato ore blaſphemare, atque execrari audẽt. Quod

Blaſphemi, quantum peccent, vid. Leu. 24. 25. 26. Numer. 16. 30. Iſ. 1. 4. & 37. 4. e 3. Reg. 21. 13 10. 1. 11. 2. 9.

qui-

quidem peccatum vſque adeo atrox, atque immane eſt, vt interdum ſacræ *f* litteræ, ſi de blaſphemia ſermo, inci dat, benedictionis nomine vtantur.

30 *Cur huic præcepto ſuæ quædam minæ ſint ſubiectæ.*

Quoniam verò pœnæ, & ſupplicij terror peccandi licentiam vehementer coercere ſolet, idcirco Parochus, vt hominum animos magis permoueat, atque ad hoc præceptum ſeruandum facilius impellat, alteram illius partem, & quaſi appendicem diligenter explicabit, (*a* Neque enim, &c.) Ac primum quidem doceat ſumma ratione factum eſſe, vt huic præcepto minæ adiungerentur, quo quidem & peccati grauitas, & in nos Dei benignitas, agnoſcitur, *b* qui, cum hominum perditione non delectetur, ne ipſius iram & offenſionem ſubeamus, hiſce ſalutaribus minis nos deterret nimirum, vt illum potius beneuolum, quam iratum experiamur. Vrgeat hunc locum Paſtor, inſtetq; ſummo ſtudio, vt populus ſceleris grauitatem agnoſcat, & illud deteſtetur vehementius, & in eo euitando maiorem diligentiam, & cautionem adhibeat.

Cur huic præcept[illegible]ut & primo minæ ſubiectæ ſint declarat.

D.Tho.in 1.2. q.100.art.2.ad 3.

a Exod. 20.7. Iob. 3.13.

b Sap. 1. 13.

Oſtendat præterea, quanta ſit hominum procliuitas ad hoc peccatum committendum, vt non ſolum ſatis fuerit legem ferre, niſi etiam minæ adderentur. Incredibile enim eſt quantum eius cognitio vtilitatis habeat. Nam, vt nihil æquè nocet, atque incauta quædam animi ſecuritas; ita propriæ imbecillitatis cognitio plurimum prodeſt. Tum illud etiam declaret, nullum à Deo certũ ſupplicium conſtitutum fuiſſe, ſed tantum vniuersè minari, quicumque ſe hoc ſcelere aſtrinxerit, non impunè laturum. Qua propter diuerſa ſupplicia, quibus quotidie affligimur, huius peccati nos admonere debent: hinc enim facilè licet conijcere, homines ea re in maximas calamitates incidere, quod huic præcepto non obtemperent. quibus ſibi propoſitis cautiores eos in poſterum fore veriſſimile eſt. Fideles itaque ſancto timore perterriti omni ſtudio peccatum hoc fugiant. Nam, ſi *c* omnis verbi otioſi in extremo iudicio reddenda ratio eſt, quid de grauiſſimis ſceleribus dicendum, quæ magnam diuini nominis deſpicientiam præ ſe ferunt.

Hominũ procliuitas ad hoc peccatum.

Supplicia varia quotidie naſci propter ſecundi præcepti violationem.

c Mat. 12. 39.

DE III. PRÆCEPTO.

CAP. IIII.

Memento, vt diem Sabbathi ſanctifices.
Sex dieb. s operaberis, & facies omnia opera tua,
Septimo au. m die Sabbathum Domini Dei tui eſt.
Non facies omne opus † in eo, tu & filius tuus, & filia tua,
Et ſeruus tuus, & ancila tua, iumentum tuum, & aduena.
Qui eſt intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus
Cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt.
Et requieuit in die ſeptimo, idcirco benedixit Dominus
Diei ſabbathi, & ſanctificauit eum.

† In eo, non repetitur in iis Ms. Ra. Hebr. & Græco exem. habetur Gen. 2. 2. Deuter. 5. 16.

Tertio præcepto externum Dei cultum inhæ[re]re intimo cultui animi adiungere. Tri. Syn. sub fin. vlt. ſeſſ. dec. de cib. eruditione & ſ. [fe]ſtis dieb. vid. D. Th. in 2. 2. q. 122. a. 4. de cõſ. d. 3. c. pronunciandum, & de re ligiosa & c. monit. & de fe riis [c]. 1. & 2 & 3

1 *Quid tertio hoc præcepto fidelibus imperatur.*

Qua ratione ferat tertiũ præceptum diligentia obſeruare.

HOc legis pręcepto externus ille cultus, qui Deo a nobis debetur rectè, atque ordine præſcribitur: eſt enim hic veluti quidã prioris præcepti, fructus, quoniam; quem intimis ſenſibus piè colimus, fide, & ſpe adducti, qua in eo poſitam habemus, non poſſumus eum non externo cultu venerari, eidemq; gratias agere. Et quoniam hæc ab ijs, qui humanarum rerum occupationibus detinentur, non facilè preſtari poſſunt, certum tempus ſtatutum eſt, quo ea cõmodè effici queant.

Feſtis diebus conciones ſacræ ſunt audiẽdæ. Conc. Cai. 4. c. 2. & Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de refor. & poteſt colligi ex Act. 13. 17.

2 *Cur præcipue danda opera ſit Parocho, vt, quod hic præſcribitur, perpetua fidelium memoria retineatur.*

Itaque cum hoc pręceptum huiuſmodi ſit, vt fructum, & admirabilem vtilitatem afferat, maximè intereſt, Parochi ſummam in eo explicando diligentiam adhiberi, ad eius autem inflammandũ ſtudiũ magnam vim habet, primũ illud pręcepti verbum, Memento. Nam quemadmodum fideles tale præceptum meminiſſe debent, ſic Paſtoris eſt, in eorum memoriam illud, & monendo, & docendo ſepè redigere. Quantum verò fidelium referat, hoc præceptum colere, ex eo precipitur, quod, eo diligenter colendo, ad reliqua legis iuſſa ſeruanda faciliũs adducetur. Cum enim inter cętera, quę diebus feſtis pręſtare debet, neceſſe habeant, verbi Dei audiẽdi cauſa, ad Eccleſiã cõuenire, cũ edocti fuerint *a* diuinas iuſtificationes, illud etiã conſequentur, vt ex toto corde cuſtodiant legem

a Pſal. 118. 35. 34.
b Exod. 10. 23. 30. & 20. 7. 8. 15. & 35. 2.
c Leu. 16. 3. 1. & 19. 3. 30. & 20. 2.
d Deut. 5. 18. 13. 4.
e Iſa. 56. 2. 4. 3.
f Hier. 17. 21. 22. 23. 27.
g Ezec. 20. 13. 16. 20. & 22. 8. 26. & 23. 38. & 44. 14.
Exod. 16. 20.
1 Magiſtratium etiã erit cultum

legem Dñi, Quamobrem ſæpiſſime ſabbathi celebritas, cultusque præcipitur in ſacris litteris; vt in *a* Exodo *b* Leuitico *c* Deuteronomio, apud *d* Iſaiam, *e* Hieremiam, itẽ, *f* & Ezechielẽ Prophetas videre licet; quibus omnibus in locis hoc de ſabbathi cultu traditum eſt pręceptũ

2 *Quomodo principes ad Eccleſia præſidibus opitulandum hortandi ſint.*

Monendi verò, & hortandi ſunt Principes, & Magiſtratus, vt in ijs maximè, quæ ad hunc cultum Dei retinendum, atq; augendum pertinent, Eccleſię Præſides ſua auctori tate iuuẽt, iubeantque populum ſacerdotum præceptis obtemperare. Quod autem ad huius præcepti explanationem attinet, danda eſt opera, vt fideles doceantur, quibus rebus hoc præceptum, cum cæteris conueniat, quibuſue differat ab ijs; hoc enim pacto cauſam ille, rationemque cognoſcet, quare non ſabbathum, ſed diem Dominicum colamus, ſanctumque habeamus.

4 *Qua ratione hoc præceptũ à cæteris Decalogi legibus diſcrepet.*

Certa igitur illa differẽtia videtur, quod reliqua Decalogi pręcepta, naturalia ſunt, & perpetua, neque vlla ratione immutari poſſunt, quo factum eſt, vt quàuis lex Moyſis abrogata ſit, omnia tamen præcepta, quæ duabus tabulis cõtinentur populus Chriſtianus ſeruet, quòd ideo fit, non quia Moyſes ita iuſſerit, ſed quia naturæ ita conueniunt, cuius vi ad illa ſeruãda homines impelluntur. Hoc autem de ſabbathi cultu præceptum, ſi ſtatutum tẽpus ſpectatur, non fixum, & conſtans eſt, ſed mutabile: neq; ad mores, ſed ad cæremonias pertinet, neq; naturale, quoniã non à natura ad id docti, aut inſtituti ſumus, vt illo die potius, quam alio, externum Deo cultum tribuamus: ſed ex eo tempore, quo populus Iſraeliticus à Pharaonis ſeruitute eſt liberatus, diem ſabbathũ coluit.

5 *Tempore mortis Chriſti legis cæremonijs ſublatis etiam ſabbathum qua parte fuit cæremoniale ſublatum eſt.*

Tempus aũt quo ſabbathi cultus colendus erat, illud idem, eſt quo cæteri Hæbraici cultus, cæremonięq; antiquãdæ erãt, morte ſcilicet Chriſti; nã, cũ illę cęremonię, ſint quaſi adũbratę imagines lucis, & veritatis; illud vtique neceſſe erat, vt *a* lucis, ac *b* veritatis; quę Ieſus Chriſtus eſt, aduẽtu remouerẽtur; qua de re S. Paulus ad Galatas

Dei externum promouere. Trid. Syn ſeſſ. vit. dec. de ref. cap. 20. vide item c. nos ad n lem, & c. cũ ad verũ, & c. fin. & multa alia d. 90. inde etiam factum eſt, vt ij principes legib. ſi de tutati ſint, vt patet Cõc. de ſumma Tr. & fide Cath. & eodem ber.

Decalogi omnia præcepta ſunt naturalia, excepto præcepto de Sabbathi obſeru. Au. ep. 119. ad Ianuarium. D. Tho. in 22. qu. 122. art. 4.

Etiam ante legem Moyſi data m præceptũ colendi Sabbatum fuit. Exo. 16.

Cæterum non nulli a mundi principio ſabbathũ coluiſſe ferunt: id que ex Gen. c. 3 colligunt.

Morte Chriſti cæremonię veteris legis ſublatæ.

Rom. 3. 20. 21. 27. 28. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. ad Galat. & Hebr. fere per tot. & decic. Apo. omnino abrogatæ sũt Act. 15. 28 vide ite Tho. in. 1. 2 q. 103 art. 3. & 4. a Io. 1. 5. & 3 13. b Io. 1. 17. & 14. 6.

a Gal. 4. 10. 11.
b Colo. 2. 16.

latas ita ſcripſit, cũ Moſayci ritus cultores reprehẽderet: *a* Dies obſeruatis, & mẽſes, & tẽpora, & annos; timeo vos ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis: in quam etiam ſententiã ſcripſit ad *b* Coloſenſes: & hæc de differentia.

6 *Quo pacto tertiũ hoc præceptum cum reliquis nouem conſẽtiat.*

Tertij præcepti cum cæteris quæ ſit conuenientia, ex D. Tho in 2. 2. q. 122. art. 4.

Conuenit autem hoc præceptum cum reliquis, non ritu, & cęremonijs, ſed quia aliquid habet, quod ad mores, naturæque ius attineat. Nam Dei cultus, ac religio, quæ hoc præcepto exprimitur, à naturæ iure exiſtit, cum illud natura comparatum ſit vt aliquod horas in ijs, quæ ad Dei cultum pertinent, verſemur: cuius rei argumento eſt, quod apud omnes nationes, ſtatus quaſdam ferias, easque publicas, fuiſſe cernimus, quæ ſacris rebus, ac diuinis obeundis erant conſecratæ: Eſt enim naturale homini, vt is certum quoddam tempus neceſſarijs rerum functionibus det, veluti corporis, quieti ſommo, & alijs huiuſmodi rebus, & quemadmodum corpori, ita eadem naturæ ratione factum eſt, vt menti etiam aliquit temporis concederet, quo in Dei contemplatione ſe ſe reficeret: atque ita cum aliqua temporis pars eſſe debeat, quo res diuine coluntur, cultusq; Deo debitus tribuatur, hoc ſanè ad morum præcepta pertinet.

7 *Diem Dominicũ pro die Sabbato Apoſtoli colẽdũ ordinauerũt.*

Dominicę diei cõſecratio ab Apoſtolis pro manauit.
c Apo. 11. 10.
d 1. Cor. 16 2. Actor. 207
Hunc lo ũ S. Chryſ. ho. 13. in 12. Cor. Ambr. itẽ & Theoph. & plurimi alij interpretantur, præter quos habemus antiquiſſima de die Dominico teſtimon. c. Ap. Cau. 67.

Quam ob cauſam Apoſtoli ex illis ſeptem diebus, eũ, qui primus eſt ad diuinum cultum conſecrare ſtatuerũt, quẽ, & diẽ Dominicum dixere: nam & S. Ioannes in *c* Apocalypſi Dominici diei meminit, & *d* Apoſtolus per vnã Sabbathi, quæ eſt dies Dominicus, vt S. Chryſoſtomus interpretatur, collectas fieri iubet, vt intelligamus, iam tũ in Eccleſia diẽ Dominicum ſanctum habitũ eſſe. Iam verò, vt ſciant fideles, quid eo die agere, a quibuſue actionibus, abſtinere debeant: non alienum eſt, vt Parochus, totum præceptum, quod in quatuor partes rectè diſtribui poteſt, ad verbum diligenter interpretetur.

8 *Quid hoc verbo, Memento hic generatim preſcribatur.*

Itaque primum generatim proponat, quid ijs verbis præſcribatur: Memento, vt diem ſabbathi ſanctifices. Ob eam vero cauſam initio præcepti verbum illud. Memento appoſitè additũ eſt, quod huius diei cultus ad cæremonias pertineat: Qua de re populus admonẽdus eſſe

vide-

videbatur, cum naturæ lex, etſi aliquo tempore Deum religionis ritu colendũ eſſe doceat, hoc tamẽ, quo potiſſimũ die fieri deberet, nõ præſcripſit. Præterea fideles docendi ſunt, ex ijs verbis modum, & rationẽ colligi poſſe, qua in tota hebdomada opus facere cõueniat: ita ſcilicet vt diẽ feſtum ſemper ſpectemus, quo die, cum actionũ, & operum noſtrorũ Deo quaſi reddenda ratio ſit; eiuſmodi opera efficiamus, neceſſe eſt, quæ neq; Dei iudicio repudientur, neque nobis, vt ſcriptũ eſt, in ſingultũ ſint, & in ſcrupulum cordis. Poſtremò id docemur, quod certè animaduertere debemus, non de futuras ſcilicet occaſiones, quamobrem nos huius pręcepti capiat obliuio, vel aliorũ, qui illud negligũt, exemplo adductos, vel ſpectaculorum, ludorumque ſtudio, quibus plerumq; ab huius diei ſancto, religioſoque cultu abducimur. Sed iam ad id veniamus, quod ſabbathi ſignificatione demonſtratur.

1. Reg. 25. 31. Nulla occaſione a ſabbathi ſanctificatione abſtinendũ eſt.

10 *Quid Sabbatum, & ſabbatizare in ſacris litteris denotet.*

Sabbathum Hebraicum nomen, ſi Latinè interpretaris, ceſſatio dicitur: ſabbathizare propterea ceſſare, & requieſcere Latino vocabulo appellatur: qua ſignificatione factum eſt, vt ſabbathi nomine dies ſeptimus diceretur *a* quoniam abſoluta, perfectaque mundi vniuerſitate, Deus ab omni opere, quod fecerat, requieuit: ita hanc diem, *b* in Exodo Dominus vocat. Poſtea verò, non ſolum ſeptimus hic dies, ſed ob eius dignitatem ipſa etiã hebdomada eo nomine appellata eſt: in quem ſenſum Phariſæus apud S. Lucam dixit: *c* Ieiuno bis in ſabbatho. Atque hocquidem de ſabbathi ſignificatione.

a Gen. 2. 3.

b Exo. 20. 12.

c Luc. 18. 17.

11 *Quomodo fideles ſabbathum ſanctificare dicantur.*

Sanctificatio autem ſabbathi ſacris in litteris ceſſatio eſt, quæ fit à corporis laboribus, & à negotijs, vt apertè oſtendunt hæc, quæ ſequuntur, præcepti verba, Non facies in eo quicquam operis, neq; verò id ſolum ſignificat, (aliter enim ſatis, fuiſſet dicere, vt eſt in Deuterõ. Obſerua diem ſabbathi) ſed cum eodem in loco addatur; vt ſanctifices eum, hoc verbo oſtenditur ſabbathi diem religioſum eſſe diuiniſq; actionibus, ac ſanctis rerũ officijs conſecratũ. Itaq; diẽ ſabbathi tũ plenè, & perfectè celebramus cũ pietatis, & religionis officia Deo præſtamus, hocque planè ſabbathum eſt, quod Iſaias delica-

Quid ſit ſanctificatio ſabbathi.

Deut 4. 16.

tum

tum appellat; quoniam dies feſti ſunt veluti deliciæ Domini, & piorum hominum. Quare ſi religioſo huic, ſanctoq; ſabbathi cultui, miſericordiæ adiunguntur opera; certè maxima ſunt, a & multa præmia, quæ nobis eodem capite proponuntur.

a Iſa. 58. 6. 7.

12 *Quæ ſit germana ſuperiorum verborum ſententia.*

Itaque verus, ac proprius huius præcepti ſenſus eo ſpectat, vt, homo, & animo, & corpore, in eā curā incūbat, vt ſtatuto aliquo tēpore, & à negotijs corporiſque laboribus feriatus, Deum piè colat, ac veneretur.

13 *Quid altera præcepti parte demonſtratur.*

Altera verò præcepti parte demonſtratur diem ſeptimum Dei cultui diuinitus dedicatum eſſe; nam ita ſcriptum eſt; Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, ſeptimo autem die ſabbathum Domini Dei tui eſt. quæ verba ad eam ſententiam referuntur, vt ſabbathum Domino conſecratum interpretemur, eique eo die religionis officia tribuamus, ſeptimumque diem intelligamus, ſignum eſſe quietis Domini.

Senſus tertij præcepti. Ex Thom. in 2. 2. q. 122. art. 4. ad 3.

14 *Cur Iudæis expedierit certum diem, eumque ſeptimum eſt religionis officia præſcribere.*

Hic verò dies diuino cultui dicatus eſt: quia rudi populo minus expediebat habere eam facultatem temporis arbitratu ſuo deligendi, nè fortè Ægyptiorum ſacra imitaretur. Itaq; ex ſeptem diebus, vltimus ad Deū colendum delectus eſt: quæ quidem res plena myſterij eſt. Quare Dominus b in Exodo, & apud c Ezechielem ſignum vocat: Videte itaque, ille inquit, vt ſabbathum meum cuſtodiatis, quia ſignum eſt inter me, & vos in generationibus veſtris, vt ſciatis, quia ego Dominus, qui ſanctifico vos.

b Exo. 31. 13. c Eze. 20. 12.

15 *Quarum rerum ſignum fuerit* Sabbathi *celebritas.*

Itaque ſignum fuit, quod indicabat homines Deo ſe dedicare oportere, ſanctoſq; eidem præbere, cùm diem ei dicatum videamus eſſe: ſi quidem ille dies ſāctus eſt, quod tum præcipuè ſanctitatem, & religionem homines colere debeant.

Deinde ſignum eſt, & quaſi monumentum conditę huius admirandæ vniuerſitatis. Signum preterea fuit Iſraelitarum memoriæ traditum, quò admoniti, ſe Dei

Vide Auguſ. epiſt. 119. c. 12 Hier. lib. 15. in Iſa. in c. 50. & lib. 16. in c. 58. & in Ezech. 83. in cap. 44 Tho. in 1. 2 q. 110. art. 4. ad 2 & in 2. 2 q 120 art. 4.

auxi-

auxilio a duriſſimo Ægyptiacæ ſeruitutis iugo ſolutos, ac liberatos eſſe meminiſſent: id quod Dominus oſtendit illis verbis: *a* Memento, quòd & ipſe ſeruieris in Ægypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus, in manu forti, & bracchio extento: idcirco præcepit tibi, vt obſeruares diem ſabbathi. Eſt ſignum item, tum ſpiritualis, tum celeſtis ſabbathi.

16 *Quod ſit ſpirituale populi Chriſtiani ſabbathum.*

Spirituale autem ſabbathum in ſancta quadã, & myſtica quiete conſiſtit, nimirum cum *b* vetus homo, *c* Chriſto conſepultus, ad vitam renouatur, atque ijs in actionibus, quæ Chriſtianæ pietati conueniunt, ſe ſtudiosè exercet, debent enim qui *d* aliquando erant tenebræ, nunc autem lux in Domino ſunt, vt filijs lucis in omni bonitate, iuſtitia & veritate ambulare, *e* neque communicare operibus infructuoſis tenebrarum.

17 *Quod ſit beatis etiam ſuum ſabbathum.*

Cæleſte verò ſabbathum eſt, vt ait D. Cyrillus eum locum Apoſtoli tractans, *f* Relinquitur ergo ſabatiſmus, populo Dei, illa vita, in qua omnibus bonis cum Chriſto viuentis fruemur, peccato radicitus, extirpato ſecundum illud, *g* Non erit ibi Leo nec praua beſtia illuc aſcendet, ſed erit ibi via pura, & via ſancta vocabitur: *h* omnia enim bona mens ſanctorum in viſione Dei adipiſcitur. Quare fideles hortandi erunt his verbis, & a Paſtore incitandi: *i* Feſtinemus ingredi in illam requiem.

18 *Iudæis alij dies, quam ſeptimus fuere feſtiui.*

Præter diem ſeptimum habebat populus Iudæus alios etiam feſtos, & ſacros dies *k* diuina lege conſtitutos, quibus maximorum beneficiorum memoria renouaretur.

19 *Quare Apoſtoli nõ ſeptimam hebdomadę diem, ſed primum diuino cultui conſecrarint.*

Placuit autem Eccleſiæ Dei, vt diei ſabbathi cultus, & celebritas in Dominicum trasferretur diem. Nam; *l* vt ea die primùm lux orbi terrarum illuxit; ſic Redemptoris noſtri, qui ad vitam æternam nobis aditum patefecit, reſurrectione *m* quæ eo die fuit, e tenebris ad lucem vita noſtra reuocata eſt: vnde, & Dominicum *n* diem Apoſtoli dici voluerunt. Solemnem præterea

hunc

a Deut. 5.15.

Aug. de Gen. ad lit. li. 4. c. 21 & ep 119. c. 10 Hier. 11. vbi ſanta &: Tho.

b Rom. 6. 6. Eph. 4. 22.

c Rom. 6. 4.

d Eph. 5. 7.

e ibid. 11.

Cyril. lib. 4 in Ioan. c. 51.

f Heb. 4. 9.

g Isa. 35. 89

August contr. Adimantũ li. 2 c. 2. & 20. de ciu. Dei cap. vlt. & alij.

h Sap 7. 11.

i. Heb. 4 11.

K vid. Exo. 12. 14. 5. & 2:. & Leu. 23. ferè per tot. & Nu. 29. ferè per totum, & Deute. 16. per totũ, & ad intelligendam horum feſtorum moralem rationé. vide l. 27. Cyri l. de ador. in ſpir. & venit. e Tho. in 1. 2. q. 1. 12.

l Cur Dominicus dies loco Sabbathi colatur vide Aug. in ep. 119. ca. 13. & ſer. 154 de temp. & Leon. ep 8. ad Diosc. Iuſti. in 2. Apol.

m Mar. 16.

n Apo. 1. 10.

hunc diem eſſe in ſacris litteris animaduertimus, quod *a* eo die mundi creatio initium habuit, *b* quod Spiritus ſanctus diſcipulis datus ſit.

a Gen. 1. 3.
b Act. 2. 2.

20 *Quamobrem ad diem Dominicum alia feſta Chriſtiani acceſſerint.*

Alios aũt dies feſtos ab Eccleſiæ initio, & cõſequẽtibus, deinde temporibus, Apoſtoli ſancti & Patres noſtri inſtituerunt, vt pie, & ſanctè Dei beneficiorum memoriam coleremus. Inter eos autem celeberrimi habentur illi dies, qui ob redemptionis noſtræ myſteria religioni conſecrati ſunt, deinde qui ſanctiſſimæ Virgini matri, tũ verò Apoſtolis, ac Martyribus, cęterisq; ſanctis cũ Chriſto regnantibus dicantur: in quorũ victoria Dei bonitas, & potentia laudatur, ipſis debiti honores tribuuntur, atque ad eorum imitationem fidelis populus incitatur.

De alijs diebus feſtis vide ca. pronunciãdũ de conſ. d. 3. & c. conqueſtus, de ferijs quõ autẽ hæc feſta è traditione Apoſt. emanarit colligi poteſt ex Act. 20. 16. 1. Cor. 16. 8. Ca. Apoſt. can. 7. Augu. ep. 118. cap. 2. Tert. de cor mil. & alijs

21 *Quomodo ex hoc præcepto ad otium fugiendum incitantur.*

Et quoniam ad hoc præceptum ſeruandum, magnam vim ea ipſius pars habet, quæ illis verbis expreſſa eſt. Sex diebus operaberis: ſeptimus autem dies ſabbathum Domini Dei tui eſt. Parochus debet illam partem diligenter explicare. Etenim ex his verbis colligi poteſt, fideles hortandos eſſe, ne otioſi, & deſides vitam traducant: ſed potius Apoſtolicæ vocis memores, *c* negotium ſuum quiſque agat, *d* & operetur manibus ſuis ſicut ab eo præceptum fuerat. Præterea hoc pręcepto illud Dominus iubet, vt ſex ipſis diebus opera noſtra efficiamus, ne aliquid eorum, quæ alijs hebdomadæ diebus fieri, agine oporteat, in diem feſtum reijciatur, atque ita animus à rerum diuinarum cura, ſtudioque auocetur.

Chriſtianis prætextũ ſabbathi non eſt erandum.
c 1. The 4. 2.
d Eph. 4. 28.
2. Theſ. 3. 10.

22 *Quid maximè diebus feſtis agere ſit prohibitum.*

Tertia deinde præcepti pars explicanda eſt, quæ quodammodo deſcribit, qua ratione Sabbathi diem colere debeamus, præcipuè autem explicat quid illo die facere prohibemur. Quare inquit Dominus. Non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus, & filia tua, ſeruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuũ, & aduena, qui eſt intra portas tuas. Quibus verbis ad id primum inſtituimur, vt, quæcunque diuinum cultum impedire poſſunt, omnino vitemus, facilè enim perſpici poteſt, omne ſeruilis operis genus prohiberi, non quidem ea re, quod ſua natu-

Seruilia opera diebus feſtis ſint prohibita vide c. ieiunia de conſec. d. 3. & cap. omnes dies, de ferijs, & vide item D. Tho. in 2. 2. q. 122. & c. fi. de ferijs.

natura, aut turpe, aut malum ſit, ſed quoniam mentem noſtram a diuino cultu, qui finis præcepti eſt, abſtrahit. quò magis *a* peccata à fidelibus vitanda ſunt, quæ non ſolum animum a diuinarum rerum ſtudio auocant, ſed nos à Dei amore prorſus ſeiungunt.

23 *Externæ actiones, quæ ad Dei cultum referuntur ſabbatho non interdicuntur.*

Neque tamen eæ actiones, nec ea opera vetãtur, quæ ad diuinũ cultũ attinẽt, etiam ſi ſeruilia ſint, vt altare inſtruere, tẽpla alicuius feſti diei cauſa ornare, & reliqua huius generis, ideoq; à Domino dictum eſt, *b* Sacerdotes in templo ſabbathum violare, & ſine crimine eſſe.

24 *Quædã etiã ſeruilia opera ob neceſſitatẽ diebus feſtis cõcedũtur.*

Sed neque earũ rerum opera, hac lege prohiberi exiſtimandum eſt, quorũ iactura facienda ſit, die feſto prætermittantur, quemadmodum ſacris etiam canonibus permiſſum eſt. Multa alia Dominus in Euangelio, feſtis diebus fieri poſſe declarauit, quæ facilè Parochus apud ſanctos, *c* Matth. & *d* Ioannem obſeruabit.

25 *Cur iumenta quieſcere Dominus voluerit.*

Sed vt nulla res prætermitteretur, cuius actiones hic ſabbathi cultus impediretur, facta eſt imminenti mentio, quo animalium genere impediuntur homines, quò minus ſabbathum diem colant, ſi enim die ſabbathi, alicui operis actionis iumẽti vſus deſtinatur, neceſſaria eſt etiam ad id hominis opera, qui iumentum agat, itaque ſolùm per ſe opus facere non poteſt, ſed hominem, qui illud molitur, adiuuat. eo autem die nemini opus facere licet, ergo neque iumentis, quorum ad id opera homines vtuntur. Itaque huius præcepti lex eò etiã ſpectat, vt ſi iumentorum laboribus homines Dominus parcere vult, eò certe magis ipſi cauere debeant, ne inhumani ſint in eos, quorum opera, atque induſtria vtuntur.

26 *Quibus præcipuè in operibus Chriſtiani diebus feſtis ſe exercere debeant.*

Neque verò Parochus illud prætermittere debet, vt diligenter doceat, quibus in operibus, atque actionibus Chriſtiani homines diebus feſtis exercere ſe debeant. Illæ verò eiuſmodi ſunt, vt ad Dei templum accedamus, eoque loco pia ſynceraque animi attentione ſacroſãctæ miſſæ

a Diebus feſtis à pctis maximè cauẽdum. Aug. tract. 3. & 1. Io. in Pſ. 32. Conc. 2. & in lib. de decem chordis cap. 3. ſed hoc non ita accipiendũ eſt vt nouum peccatum circũſtantia diei feſti inducat. Tho. 2. 2. & 11. art. 4.

Actiones ſeruiles ad Dei cultũ ſpectantes exerceri poſſunt Th in 2. 2. q. 1. 32. ar. 4

b Matth. 12. 5. vide item Leui. 24. 8. Nu. 28 9. & Io. 7 22.

Multa licẽt in diebus feſtis vid. c. licet de ferijs, & c. con queſtus eo. in fine, & l. ſolet, ff. eo.

c Mat. 12. 3. 4. 5. 11. 32. Mat. 5. 4. Luc 6. 3. 4. 8 9.

d Ioa. 5 8. 9. 1 Mac. 2. 41. 42 & 4. 2. 3 & ca. diſcipulos de conſ d. 5.

Serui, & ancillæ die feſto nõ ſunt à cultu Dei auocandi

Dei auocandi

Miſſa die feſto integra audiẽda. Concil. Agat. c 47 & Cõcil. Aurel. c. 28. ib. ca. cum ad celebrandas. Item Trib. ca. 35. & cap. Ap.

vt hab. ca. d. c. omnes fideles. Pœnitentię & Euchariſtię ſacramentũ diebus feſtis frequentandum. Aug. de Eccl. dog. ca. 53 & habet de conſe. diſt.

mittæ ſacrificio interſimus, diuina Eccleſiæ ſacramenta, quæ ad ſalutem noſtram inſtituta ſunt, ad animæ vulnerum curationem crebro adhibeamus.

Concio frequẽtanda Iuſt. Apol. 2. ex Actis 20. 7.

Nihil verò eſt, quod opportunius, aut melius à Chriſtianis hominibus fieri poſſit, quam ſi peccata ſua, ſacerdotibus ſæpè confiteantur, ad quam rem perficiendam poterit Parochus populũ adhortari, ſumpta huius probandæ rei ratione, & copia, ex ijs, quæ de Pœnitentiæ Sacramento ſuo loco tradita, & præcepta ſunt. Neq; ſolum ad hoc Sacramentum populum excitabit, ſed ſedulo etiam, atq; etiam illud adhortabitur, vt ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum crebrò percipiant.

Indignum eſt Chriſti verba contemnere. Aug. li. 50. ho. 26. & habetur 1. q. 1. ca. interroga.

Attentè præterea, diligenterque ſacra cõcio fidelibus audienda eſt: nihil enim minus ferendum eſt, neq; tam profectò indignum, quam Chriſti verba contẽnere, aut negligenter audire. Exercitatio item, & ſtudium fideliũ in precibus, diuinisq; laudibus, frequens eſſe debet, præcipuaq; eorundem cura, vt, quæ ad Chriſtianæ vitæ inſtitutionem pertinent, ea diligenter addiſcant, ſeduloq; ſe exerceant in ijs officijs, quæ pietatem continet, pauperibus, & egenis eleemoſynam tribuendo, ægros homines viſitando, mærentes, quiq; dolore afflicti iacent, piè conſolando. nam vt eſt apud S. Iacobum, a Religio munda, & immaculata apud Deum & Patrem hæc eſt, viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum. Ex his quæ dicta ſunt, facilè erit colligere, quæ contra huius præcepti regulam committuntur.

Pietatis opera diebus potiſſimũ feſt. exercenda. Sic faciebant veteres Chriſtiani. teſte Iuſt. Ap. l. in fine. Tert. 1. Apol. & in l. ad martyr. & 12. adv. xorem prope finem, & colligi poteſt ex Apo. 2. Cor. 16. 1. 2. a Iac. 1. 17.

27 *Cur neceſſe fuerit, certos quoſdã dies diuino cultui deputari.*

Legãt ad hoc argumentum de conſ. diſt. 2. & titulum de ferijs in decr. & eod Conc. Matiſ. 2. cap. 1. & 37. & Trid. c. 35. Ignat. in epi. Philip. ado. ſer. 3. de I eadr. qu g. ſer. 25. 1. Antemp. de

Parochi verò officium in eo item eſſe debet, vt certos quoſdam locos in promptu habeat, vnde rationes, atque argumenta ſumat, quibus populo illud maximè perſuadeatur, vt huius præcepti legem ſummo ſtudio, accurateq; diligentia ſeruet. Ad hoc plurimum valet, vt populus ſcilicet intelligat, ac planè perſpiciat, quam iuſtum, ac rationi conſentaneum ſit, nos certos quoſdam dies habere, quos totos diuino cultui tribuamus, Dominũque noſtrũ, à quo ſumma, & innumerabilia beneficia accepimus agnoſcamus, colamus, ac veneremur; ſi enim iuſſiſſet, nos quotidie religionis cultũ ſibi tribuere, nõ ne pro ſuis erga nos beneficijs, quæ maxima & infinita

finita ſunt, omnis opera danda eſſet, vt prompto, alacrique animo eius dicto audiêtes eſſemus; nunc verò, paucis ad eius cultum inſtitutis diebus, non eſt, cur nos negligentes, atque difficiles in eius officij functione ſimus, quod ſine grauiſſima culpa prætermittere nõ poſſumus.

> Si qui feſta Moſaicæ legis Hieroſolymis legitimè obſeruabant, in cõſpectu Domini venire dicebantur.

28 *Quæ vtilitas ad eos redeat, qui ſedulo huic præcepto obtemperauerint.*

Demonſtret deinde Parochus, quanta huius præcepti virtus ſit, vt ij, qui illud rectè ſeruauerint, in conſpectu Dei eſſe, cum eoque colloqui videantur. Nam, & precibus faciendis Dei maieſtatem contemplamur, & cum eo colloquimur, & concionatoribus audiendis, Dei vocem accipimus, quæ ad aures noſtras eorum opera peruenit, qui de rebus diuinis, piè ſancteq; concionantur; tũ in Altaris Sacrificio præſentem CHRISTVM Dominum adoramus, & his quidẽ bonis illi maximè fruũtur, qui hoc præceptum ſeruant diligenter.

> Exod. 23. 17. & 24. 23. 24. & Deut. 16. 16.

29 *Quid contra de illis ſentiendum ſit, qui hanc legem omnino neglexerint.*

> Huius præcepti tranſgreſſores, quam ſint infelices.

Qui verò hanc legem omnino negligunt, ij, cum Deo, & *a* Eccleſiæ non obediãt, neque eius præcepta audiant, & Dei, & ſanctarum legum hoſtes ſunt: quod animaduerti poteſt ex eo, quod præceptum hoc eiuſmodi eſt, vt nullo labore ſeruari queat. Cùm enim Deus non labores nobis imponat, quos vel difficillimos eius cauſa ſuſcipere deberemus, ſed quietos illis diebus feſtis à terrenis curis liberos eſſe iubeat, magnæ temeritatis indicium eſt, huius præcepti legem recuſare. Exemplo nobis eſſe debent ſupplicia, quæ de illis Deus ſumpſit, qui illud violarunt, vt ex libro Numerorum licet intelligere. Ne igitur in hanc Dei offenſionem incidamus, operæ prætium erit, ſæpe illud verbum Memento, cogitatione quemq; repetere, magnasq; illas vtilitates, & commoda ſibi ante oculos proponere, quæ ex feſtorum dierũ cultu percipi ſupra declaratum eſt; & multa alia ad id genus pertinentia, quæ bonus, & diligens Paſtor, vt occaſionis ratio poſtulabit, copiosè latèq; perſequi poterit.

> a Mat. 18. 17. Luc. 10. 16. Ioan. 20. 21. Hebr. 13. 17.

> Nu. 15. 35. 36.

DE

DE IIII. PRÆCEPTO

CAP. V.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

1 *Quæ ſit huius præcepti dignitas, & quomodo cum ſuperioribus conueniat.*

CVm in ſuperioribus præceptis ſumma ſit vis, & dignitas, meritò, quæ nunc perſequimur, quia maximè neceſſaria ſunt, proximum locum obtinent. Nam illa *a* finem qui Deus eſt, continuò ſpectant; hæc nos ad proximi charitatem erudiunt, & ſi longius progreſſa, ad Deum, id eſt illud extremum, *b* cuius gratia proximum ipſum diligimus, perducunt. Quamobrem *c* Chriſtus Dominus præcepta illa duo, de diligendo Deo, & proximo, ſimilia inter ſe eſſe dixit. Hic autem locus, dici vix poteſt, quantas habeat vtilitates, cum, & ſuos fructus ferat vberes quidem illos, & præſtantes, & ſit tanquam ſignum ex quo primi precepti obedientia, & cultus elucet. *d* Qui non diligit, inquit D. Ioannes, fratrem ſuum † quem videt, Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere? Ad eundem modum, ſi parentes, quos ſecundum Deum diligere debemus, non veneràmur, & colimus, cum nobis in conſpectu ferè ſemper ſint; Deo, *e* ſummo parenti, & optimo, qui nullum ſub aſpectum cadit, quem honorem quem cultum tribuemus? ex quo perſpicuum eſt, vtraque præcepta inter ſe congruere.

2 *Quam latè pateat huius præcepti vis, & quantum parentes ex hoc præcepto adiuuentur.*

Huius autem præcepti vſus latiſſimè patet, nam præter eos, qui nos genuerunt, multi præterea ſunt, quos in parentum loco colere debemus, vel *f* poteſtatis, vel *g* dignitatis, vel *h* vtilitatis, vel præſtantis alicuius muneris, & officij nomine. Parentum præterea, maiorumq; omnium laborem leuat: cum enim id in primis curent, vt

quos

In præceptis primę tabulæ magna dignitas, ſed in ſecundæ tabulæ præceptis & magna neceſſitas vide Au. in Pſal 32.cō.
a 1. Ti. 1. 5.
b Aug. lib. 3. de doct. Chr. cap. 10 & li. 50. ho. hom. 38.
Tho. in 2.2.q. 27. art. 8
c Mat. 22. 39. Mar. 12. 131.
d 1 Io. 4. 20.
† MS. 4 Rom. & Græ. exépt. legunt vidit.
Signum dilectionis Dei ex dilectione parentũ elucet
e Malach. 1 6.
Paréntis nomé cum late pateat fit vt istud præceptũ ad plures extendatur.
f vt 4. Reg. 5. 13.
g vt 1. Cor. 4. 15.
h Eccl. 4. 10.

quos habent in ſua poteſtate, ij rectæ,& diuinæ legi cõuenienter viuant, erit hæc cura per facilis, ſi omnes intelligant, Deo auctore, & monitore, ſummum honoré parentibus tribui oportere; quod vt præſtare poſſimus, neceſſe eſt, noſſe quandam differentiam, quæ eſt inter præcepta primæ,& ſecundæ tabulæ.

Primæ, & ſecundæ tabulæ differentia latius exponitur.

3 *Præceptorum legis in duas tabulas quorſum, facta ſit diſtinctio.*

Ergo hæc primũ à Parocho ſunt explicanda idque in primis moneat, *a* diuina Decalogi præcepta fuiſſe in duabus tabulis inciſa; in quarũ altera quemadmodũ à ſanctis *b* Patribus accepimus, tria illa cõtinebantur, quę iam ſunt expoſita: reliqua verò, in alteram tabulam erant incluſa: atque hæc nobis per appoſita fuit deſcriptio, vt præceptorum rationem ordo ipſe diſtingueret; nam quicquid in ſacris literis diuina lege iubetur, aut vetatur id duorum generũ oritur ex altero; aut enim erga Deũ, aut erga homines charitas in omni officio ſpectatur. Et quidé charitatem in Deũ ſuperiora tria præcepta docent; quod verò ad hominum coniunctionem, & ſocietatem pertinet, id reliquis ſeptem præceptis continetur. Quocirca, non ſine cauſa eiuſmodi facta eſt diſtinctio, vt alia ad priorem, alia ad alteram tabulam præcepta referantur.

a Exod. 24.12. & 31.18 & 34. 1. Deu 4. 13.& 5.22.& 9.9.10. b Cle. Alex. li. 6.Str.o.Aug. in Exo.qu.71. & epiſ. 119.c. 11. Mag. in . d. 47.& ſchol.ib. & Tho.in 1.2. q.100.art.4.

4 *Quomodo charitas erga Deũ trib⁹ primis præceptis, charitas erga proximũ ceteris cõtineatur, & quæ ſit inter vtraq; differẽtia.*

Nam ſuperioribus tribus præceptis, de quibus dictum eſt quaſi ſubiecta materies, quam tractent, eſt Deus, id eſt, ſummum bonum; cæteris verò proximi bonum; illis ſummus, his proximus amor eſt propoſitus; illa finem, hæc autem ea, quæ ad finem referuntur ſpectant.

Vide Aug. in Pſal. 32. co. 1. & Tho. in 2. 2. q. 122 art. 1. e 2.& in opu. 7. c. 4. d primo præcepto.

Deus per ſe amãdus. Bern. in l. de diligẽdo.

Præterea charitas Dei ex ipſo pendet; Deus enim per ſe, non alterius rei cauſa, ſummè diligendus eſt; charitas autem proximi, à charitate Dei ortum habet, atque ad eam tanquam ad certam regulam dirigenda eſt? nam ſi parentes charos habemus, ſi dominis paremus, ſi dignitate antecedentes reueremur id ea re maximè faciendum eſt, quod eorum procreator eſt Deus, eoſque alijs præeſſe voluit, quorum opera cæteros homines regit, ac tuetur; qui cum nobis auctor ſit, vt eiuſmodi perſonas reuereamur, iccirco id præſtare debemus, quia à Deo hoc ipſo honore dignantur;

Deo Q̃uo oẽs homines propter Deum diligendi. Aug. in 3. de doct. Chriſt. c.12.& in 4. Confeſſ. c. 9. 10. 11. 12. & Proſp. l. 3. de vita contem. c. 13. vt habetur, de pæn. diſt. 2. c. charitas eſt.

tur; ex quo fit, vt honor, quem parentibus habemus, Deo potius, quàm hominibus haberi videatur; ſic enim apud Sanctũ Matthæum eſt, cùm de obſeruantia in ſuperiores agitur, *a* Qui recipit vos me recipit, & Apoſtolus in epiſtolâ ad Epheſios, ſeruos inſtituens; Serui, *b* inquit, obedite dominis carnalibus, cũ timore, & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto, nõ ad oculũ ſeruiẽtes, quaſi hominibus placentes, ſed quaſi ſerui Chriſti.

a Matt. 10.40.
b Epheſ. 6. 5. idem habetur 1. Pet. 2. 18
Augeri charitas in infinitũ poteſt. Augu. ſup. pſ. 6. & Th. in 2. 2. q. 24. ar. 7. & 8. & cõfirmatur ex c. cũ ſãcta de ſũn. Tri. & C lem. ad noſtrũ de hæret. c. ex Apo. Philiph. 3. 12.

5 *Quomodo claritas Dei nullo fine, charitas verò proximi ſuis finibus circumſcribatur*

Accedit, quod Deo nullus honor, nulla pietas, nullus cultus ſatis dignè tribuitur, In quem amor augeri infinitè poteſt; proptereaq; noſtra erga illum charitas in dies fiat ardentior, neceſſe eſt; quem ex eius iuſſu, *c* ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus, amare debemus. At charitas, qua proximum complectimur, ſuis finibus circumſcribitur: *d* iubet enim Dominus proximos diligere, ſicut nos ipſos: quòd ſi quis eos fines egreſſus fuerit, ita vt parem Deo, & proximis amorem tribuat, is maximum ſcelus admittit: *e* Si quis venit ad me, inquit Dominus, & non odit Patrem ſuum, & matrem ſuam, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animã ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. in quam ſententiam etiam dictum eſt. *f* Sine, vt mortui ſepeliant mortuos ſuos, cùm quidam primum humare patrem vellet, poſtea Chriſtum ſequi: cuius rei dilucidior illa apud Sanctum Matthæum explicatio eſt: *g* Qui amat patrem, aut matrem pluſquàm me, non eſt me dignus.

c Deut. 6. 5. Matt. 22. 37. Marc. 12. 30. Luc. 1. 27.
d Leuit. 19. 18. Matt. 22. 30.
Deus & proximus nequaquã pari amore diligendi. vide Tho. in 2. 2. q. 16. art. 2.
e Luc. 14. 26.
f Matt. 8. 22. Luc. 9. 60.
g Matt. 10. 37.
Secundũ Deũ parentes diligendi, & colendi ſunt. vide Tho. in 2. 2. qu. 101. art. 4.

6 *Quomodo parentes ſint amandi, quaque ex cauſa illis ſubinde non obtemperandum ſit.*

Nec tamen vlla dubitatio eſt, quin parentes vehementer amandi, obſeruandiq; ſint, ſed ad pietatem in primis neceſſarium eſt, Deo, *h* qui parens eſt, & effector omnium, præcipuum honorem, & cultum tribui: ideòq; mortales parentes amari, vt ad cœleſtem ſempiternumq; patrem tota amoris vis referatur; quod ſi interdum parentum iuſſa Dei præceptis repugnent, non dubium eſt, quin liberi parentum cupiditati, Dei voluntatem anteferre debeant, diuinæ illius ſententiæ memores: Obedire oportet Deo magis quam hominibus.

h Deut. 32. 6. Iſai. 63. 16. & 64. 8. Hier. 31. 9. Mach. 2. 10.
Parẽtibus filij quando tenẽatur non obedire vide Tho. vbi ſup. & 2. 2. q. 189. art. 6. & cap. noſtra 20. quæſt. 3. 2. ex Concil. Trid. cap. 24.
i Act. 5. 29. idẽ habetur Act. 4. 19.

Quid

7 *Quid in huius præcepti ſentētia propriè honorādi vox denotet.*

Quibus rebus expoſitis, Parochus verba præcepti interpretabitur, atque illud primum, Honorare quid ſit, Eſt enim de aliquo honorificè ſentire, & quæ illius ſunt, maximi putare omnia. Huic autem honori hæc omnia coniuncta ſunt, amor, obſeruantia, obedientia, & cultus. Scitè autem in lege poſita eſt honoris, vox, non amoris, aut metus, etiā ſi valde amādi, ac metuendi parentes ſint: etenim qui amat non ſemper obſeruat, & veneratur qui metuit nō ſēper diligat; quē. verò aliquis animo honorat, itē amat, & veretur, Hæc cū Parochus explicarit, tū aget de Patribus, quique ſint ij, qui vocentur hoc nomine.

Honorare quid ſit, vide Tho. in 1.2.q.2 art. & in 2.2q. 63. art. 3. & Ari ſtot. 1. Ethic. c 5.

Cur hic honorandi verbum poſitum ſit Th. in 1.2q. 1.2 art 5. ad 3; Primò dicuntur patres ſecundum carnem.

8 *Quinam patris nomine hic intelligantur.*

Nam, etſi de ijs præcipuè patribus lex loquitur, ex quibus generati ſumus; tamen ad alios quoque pertinet hoc nomen: quos etiam complecti ſex videtur, quemadmodum ex plurib. diuinæ Scripturæ locis facilè colligimus. Pręter illos igitur, qui nos procrearunt, patrum genera item alia sūt in ſacris litteris, quod antea attigimus quibus ſingulis ſuus honor debetur; ac primum Eccleſiæ Præſides, & Paſtores, & Sacerdotes patres dicūtur quēadmodum ex Apoſtolo conſtat, qui ad Corinth. ſcribenss; *a* Non, inquit, vt confundam vos, hæc ſcribo, ſed vt filios meos cariſſimos moneo: nam ſi decē millia pædagogorū habeatis in Chriſto, ſed non multos patres nā in Chriſto Ieſu per Euangeliū ego vos genui: Et in Eccleſiaſticos ſcriptum eſt; *b* Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generationes ſua.

Secundò Eccleſię pręſides & ſacerdotes

a 1. Cor. 4. 14. ſic Iud. 17. 10. & 18. 19. & 4. Reg. 2. 12. & 13. 14. & 6. 21. & Iſa. 22. 21. & Gala. 4. & 18. b Eccl. 4. 41. Tertio magiſtratus.

Deinde ij, quibus aut imperium, aut magiſtratus, aut poteſtas commiſſa eſt, qui republicam gubernant, patres appellantur, *c* Sic Naaman a famulis pater vocabatur:

c 4. Reg. 5. 13. item li. Reg. 24. 12. Saul. Quarto tutores curatores pædagogi, & magiſtri.

Præterea a patres eos dicimus, quorū procurationi, fidei, probitati, ſapientiæque alij comendantur, cuiuſmodi ſunt tutores, & curatores, Pædagogi, & magiſtri. Quare Eliam, & Eliſæum filij Prophetarum patrē vocabant.

1. Mach. 65. & ff. per tot. ti t. de auctor. tut. & curat. Quinto grandæui

Poſtremò patres, dicimus ſenes; & ætate confectos, quos etiam *d* veteri debemus. Atque hoc in Parochi præceptis maximum ſit, vt doceat patres cuiuſq; ſint generis, præſertim verò, ex quibus nati ſumus, à nobis honorandos, de quibus diuina lex præcipuè loquitur.

d Leu. 19. 32. Sap. 2. 10. & 40.

Patres ſecundum carnem ſunt Dei ſimulacra, quod noſtri ſint alterius principiũ, Th. in 2. 2. q. 101. art. 2.

9 *Cur parentibus ſecundum carnẽ Chriſtianorum filij precipuum honorem impendere debeant.*

Sunt enim immortalis Dei quaſi quædam ſimulacra, in iiſq; ortus noſtri imaginem intuemur; ab ijs nobis vita data eſt; ijs, Deus vſus eſt, vti nobis animũ: mentemq; impertiret; ab ijs ad ſacramẽta deducti, ad religionem, ad humanum cultum ciuilemq; inſtituti, ad morum integritatem, & ſanctitatem eruditi ſumus. Doceat verò Parochus meritò nomẽ Matris in hoc præcepto expreſſum, vt eius beneficia, & merita erga nos conſideremus, quanta, cura, quantaque ſollicitudine nos in vtero geſſerit quanto cum labore, & dolore peperit, ac educarit.

Matrib. quantũ filij debeãt vide Tob. c. 3. 4. & Eccle. 7. 20. 30. & 2. Mach. 7. 27.

10 *Quibus rationibus honore afficiantur carnales parentes.*

Cuiuſmodus quo parentes debent honorari.

Porrò ita obſeruandi parentes ſunt, vt, quem eis tribuimus, honor, ex amore, atque intimo animi ſenſu depromptus videatur: quibus hoc officium debetur maximè, cum erga nos ſint ita affecti, nullum vt laborẽ, nullam contentionem, nulla pericula noſtra cauſa refugiãt nihilque illis accidere poſſit iucundius, quam vt filijs ſe caros eſſe ſentiant, quos maximè diligunt. Ioſeph *a* cum in Ægypto honore, & amplitudine regi eſſet proximus *b* patrem, qui in Ægyptum venerat, honorificè excepit: & *c* Salomon matri aduenienti aſſurrexit: eamque veneratus in regio ſolio dexteram collocauit.

a Gen. 40. 39. 40. b Gent. 46. 29. 20. & 37. 7. c 2. Reg. 2. 19.

Pro eis Deus orandus.

Alia præterea ſunt honoris officia, quæ in parẽtes cõferri debent, nã eos etiam tũ honoramus, cũ à Deo ſuppliciter petimus, vt eiſdẽ bene, & fæliciter omnia eueniãt, vt in maxima gratia, & honore ſint apud homines, vt ipſi Deo, ac sãctis, qui in cælis ſunt, commendatiſſimi ſint.

Eorũ voluntati ſtandum eſt, vide ca. aliter 30. q. 5. d Prou. 118. vide item Eccl. 3. fere per totum e Ephes. 6. 1. f Col. 3. 20.

Item parentes honoramus, cum noſtras rationes, ad eorum arbitrium, voluntatemque conferimus: cuius rei ſuaſor Salomon, *d* Audi inquit fili mi, diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, torques collo tuo: cuiuſmodi ſunt, etiam D. Pauli cohortationes; *e* Filij obedire parentibus veſtris in Domino, hoc enim iuſtum eſt. Itẽ. *f* Filij obedite parentibus per omnia hoc enim placitum eſt Domino, & ſanctiſſimorum hominum exẽplis confirmatur: etenim *g* Iſac, cum a patre ad ſacrificium vinceretur modeſtè ac ſine recuſatione paruit, & *h* Rechabitę ne à patris conſi-

g Gen. 22. 9. h Iere. 35. 6. 7. 8.

lio

lio vnquã diſcreparent, vino ſe in perpetuũ abſtinuerũt.

Item parentes honoramus, cum eorum rectè facta, moreſque imitamur: ijs enim plurimum tribuere videmur, quorum eſſe volumus quam ſimillimi. Item parentes honoramus, quorum conſilia non modò exquirimus, verum etiam ſequimur.

11 *Quomodo parentibus in neceſſitate conſtitutis ſit ſubueniendum, & maximè in mortis periculo.*

Itē, quibus ſubuenibus, ea impertientes, quæ victus, cultuſque deſiderat: quod Chriſti teſtimonio comprobatur, qui a Phariſæorum impietatem redarguens, Quare, & vos, inquit, trãſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Nam Deus dixit Honora patrem, & matrem, & Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur: vos autem dicitis, Quicumque dixerit patri, vel matri, Munus quodcumque eſt ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrē ſuum, aut matrē ſuam, & irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionē veſtrã.

Et honoris quidem officia parentibus tribuere ſemper debemus ſed tum maximè cum periculosè ægrotãt, danda enim opera, eſt ne quid prætermittant, quod vel ad peccatorum confeſſionem attinet, vel ad reliqua ſacramenta, quæ à Chriſtianis hominibus percipi debent, cum mors appropinquat: idque nobis curæ ſit, vt pij religioſique homines, eos crebrò interuiſant, qui vel imbecillos confirment; & conſilio iuuent, vel optimè animatos, ad ſpem immortalitatis erigant, vt, cum mentem à rebus humanis excitarint, totam conijciant, in Deum ſic fiet, vt fidei, ſpei, & charitatis beatiſſimo comitatu, ac religionis pręſidio muniti, mortem non modò non pertimeſcendam, cum neceſſaria ſit, ſed cum aditum ad æternitatem expediat etiam appetendam cenſeant.

12 *Quomodo mortuis parentibus honorem exibeamur.*

Poſtremo vel mortuis parentibus honor tribuitur, ſi ijs funus facimus, ſi exequias cohoneſtamus, ſi honorem ſepulturæ impertimus, ſi iuſta, & ſacrificia anniuerſaria curamus, ſi, quæ ab ijs legata ſunt, diligenter perſoluimus.

13 *Quo pacto Epiſcopi, & ſacerdotes ſint honorandi.*

Honorandi autem ſunt non modo ij, ex quibus nati

 ſumus

Parentes ſtudioſe imitandi.

Quomodo ſubueniendum parentib. vide apud Baſil.* in ho. de honore parentum, & in Hex. hom. 9. Item Amb. l. 5. Hexam c. 6. Conc. Gang. c. 16. & c. eſt probanda, &c. cæterum & c. paſce diſt. 86. vide item Th in 2.2. q. 101. art. 2. & 4.

a Mat. 15. 4. 5. vide Hier. in l. 2. com. in Mat. Aug. l. 2. qu. Euang. c. 24.

Vide Gen. ca. 25. 8. 9. & 35. 28. 29. & 50 per totum.

Vide c. Admonere, & c. conſideratio 16. q. 1. & deteſtam c. fin. Nos quidem & c. ſi hęredes.

Patres honore & officio qui ſint.

ſumus, verùm etiam alij, qui Patres appellantur, vt Epiſcopi, & ſacerdotes, vt Reges, vt Principes, vt Magiſtratus, vt tutores, vt curatores, vt magiſtri, vt pedagogi, vt ſenes, & cęteri huiuſmodi; digni enim ſunt, qui ex charitate, ex obedientia, ex ope noſtra fructus percipiant, ſed alius, alio magis. De Epiſcopis, & alijs Paſtoribus ita ſcriptum eſt: *a* Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè, qui laborant in verbo, & doctrina. Iam verò, quanti erga Apoſtolum amoris documenta Galatæ dederunt? quibus is præclarum illud beneuolentiæ teſtimonium tribuit: *b* Teſtimonium enim perhibeo vobis, quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi.

Epiſcopi, Paſtores, & ſacerdotes.
a 1. Tim. 5. 17 vide Amb. in com. in hũ locũ, & Hier. in epi. ad Gerũt.
b Gal. 4. 15.

14 *Quomodo Sacerdotibus neceſſaria ad victum ſuppeditari debeant.*

Sacerdotibus ſuppeditanda ſunt ad victũ neceſſaria.

Quin etiam Sacerdotibus ea ſuppeditanda ſunt, quæ ad vitæ vſus neceſſarios requiruntur. Quare Apoſtolus, *c* Quis, inquit, militat ſuis ſtipendijs vnquam? Et in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt, *d* Honorifica Sacerdotes, & † propurgare cum brachijs, da illis partem, ſic mandatum eſt tibi, primitiarum, & purgationis. Illis etiam obtemperandum eſſe, docet Apoſtolus: *e* Obedite, inquit, præpoſitis veſtris, & ſubiacite eis; ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. Quin potius à Chriſto Domino præceptum eſt, vt vel improbis Paſtoribus obtemperemus, cum dicat, *f* Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſei, omnia ergo, quęcũq; dixerint vobis, † ſeruate, & facite, ſecundum opera verò eorum nolite facere; dicunt enim, & non faciunt.

c. 1. Cor 7.
d Eccl. 7. 33. Vide plura ibidem, & confirmatur ex Mat. 10. 10. & 22. 21 Luc. 10. 7 & 1. Timo. 5. 20 ob quam rationẽ decimę vis iure diuino deb. Leu. 27. 31 32. & Num. 18. 21. 22 & Deut. 12. 6. & 14 23. & traditum eſt in Cõc. Aurel. 1. ca. 17 Matiſconenſi. 2. c. 5. Foro Iul c. vlt. Lat. magno, c. 53. 34. Trid. Seſſ. 25. ca. 13 vide item multa cap. 16. qu. 1 & 7. & titulũ de Deci. in Decreta, & Tho. in 2. 2. q. 87.
† MS. 5. legũt & propugnato cum brachijs, ſed in Gręcor. exempl. hoc deſideratur.
e Hebr. 13. 17.
f Matt. 23. 2. 3.
† Grec. Syr. exempl. habet quæ dixerint vobis ſeruare, ſeruate, &c.

15 *Magiſtratibus Politicis honor deferendus oſtenditur.*

Idem de Regibus, de Principibus, de Magiſtratibus, & reliquis, quorum poteſtati ſubijcimur, dicendum eſt, ijs verò quod honoris, cultus, obſeruantiæ genus tribuendum ſit, Apoſtolus ad *g* Romanos latè explicat, *h* pro quibus etiam orandum eſſe monet, & D. Petrus, *i* Subiecti, inquit, eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum,

Mag. politici, g Ro. 13. 2. 3. 4. Vide itẽ Sap. 6. 2. 3. 4. & Tit. 3. 1. & Tho. in 2. 1. q. 10. 3. h. 1. Timot. 2. 1. Vide Tertul. in Apol. cap. 32. & 39. & ad Scapulam 1. 1. Petr. 2. 13. Vide cap. magnum. 11. queſt. 3. & cap. ſolitæ de maior. & obed.

Deum, ſiue regi, quaſi præcellenti, ſiue ducibus, tanquam ab eo miſſis; nam ſi quem eis cultum tribuimus, is ad Deum refertur; habet enim venerationem hominum excellens dignitatis gradus, quia diuinæ poteſtatis eſt inſtar, in quo etiam Dei prouidentiam veneramur, qui publici muneris procurationem ijs attribuit, quibuſque vtitur tanquam poteſtatis ſuæ miniſtris.

16 *Cur magiſtratibus politicis etiam improbis, ſit optemperandum, & quando non ſit.*

Nec enim hominum improbitatem, aut nequitiam, ſi tales ſunt Magiſtratus, ſed diuinam auctoritatem, quæ in illis eſt reueremur; vt, quod permirum fortaſſe videatur, quamuis in nos ſint inimico, infenſoque animo, quamuis implacabiles, tamen non ſatis digna cauſa ſit, cur eos non perofficioſè obſeruemus. nam, & *a* Dauidis magna in Saulem officia extiterunt, cum ei tamen eſſet offenſior, quod innuit illis verbis. *b* Cum ijs, qui oderunt pacem, eram pacificus. Ezech. 29. 18. 19. Aug. lib. 5. de ciu. cap. 10. 11. 14. & 15. a 1. Reg. 17. & 18. & 19. b Pſal. 119. 7.

At verò, ſi quid improbè, ſi quid iniquè imperent, cùm id non ex poteſtate, ſed ex iniuſtitia atque animi peruerſitate agant, omnino non ſunt audiendi. Vbi hæc Parochus ſigillatim expoſuerit, deinceps conſideret, quodnam præmium, quamque conſentaneum ijs propoſitum ſit, qui diuino huic præcepto obediunt.

17 *Quod præmiũ obedientiæ in parentes diuinitus ſit propoſitũ.*

Nam in eo fructus eſt maximus, vt diu viuant, propterea quòd digni ſunt, qui beneficio, quam diutiſſimè perfruantur, cuius memoriam perpetuo conſeruant. Cum igitur, qui parentes colent, ijs gratiam referant, à quibus lucis, & vitæ vſuram habent, iure, & meritò vitam ad ſummam ſenectutem perducunt. Tum adiungenda eſt diuinæ promiſſionis illuſtris explanatio; neque enim ſolum ſempiternæ, ac beatæ, ſed huius etiam quam in terris agimus vitæ vſus promittitur, cuius ſententiæ interpres eſt Diuus Paulus, cum inquit, *c* Pietas ad omnia vtilis eſt, habens promiſſionẽ vitæ, quæ nũc eſt, & futura. Cur filii parentibus morigeri, diu viuant. Th. in 2. 2 qu. 122. art 5. ad 4. Vtriuſque vitæ fœlix vſu promittitur. c 2. Tim. 4. 8.

18 *Diuturnæ vitæ promiſſio, quam hic facienda ſit.*

Nec verò hæc merces, aut exigua eſt, aut contennenda, etiam ſi ſanctiſſimis viris, vt *d* Iob, vt *a* Dauidi, vt *b* Paulo mors fuerit optabilis, & erumno- d Iob. 3. 3. & 10. 1.

ſis, ac miſeris hominibus vitæ propagatio ſit iniucunda: nam illorum verborū adiunctio. Quam Dominus Deus tuus dabit tibi, non modò temporis diuturnitatem ad viuendum, ſed otium, quietem incolumitatem ad bene viuendum pollicetur; nam in Deuter. non ſolùm, inquit, *c* vt longo viuas tempore, ſed illud etiam addit, & bene ſit tibi; quod deinde ab *d* Apoſtolo repetitū eſt.

a Pſal. 129. 5.
b Philip. 1. 23.
c Deut. 5. 15.
d Ephe. 6. 3.

19 *Quomodo qui parentes honorant, etiam ſi citò moriuntur, huius præcepti præmium capiant.*

Hæc autem bona ijs ſuppetere dicimus, quorum pietati Deus gratiam referat; aliter enim diuini promiſſi fides, & conſtantia non erit, cùm interdùm, qui maiorem pietatem parentibus præſtiterunt; ijs vita breuior ſit; quibus id quidem contingit, vel quod ijs optimè conſulitur, qui prius è vita excedunt, quam à virtutis & officij religione diſcedant; *e* rapiuntur enim ne malitia mutet intellectum eorum, aut † ne fictio decipiat animam illorum, vel quia dum pernicies, & rerum omnium perturbatio impendet, è corporibus euocantur, vt communium temporum acerbitatem euadant. *f* A facie enim malitiæ, inquit Propheta, collectus eſt iuſtus, quod fit, ne eorum aut virtus, aut ſalus periclitetur, cùm à mortalibus flagitiorum pœnas repetit Deus; vel ne triſtiſſimis temporibus ex propinquorum; amicorumq; calamitatibus, acerbiſſimos luctus ſentiant. Quare metuendum eſt maiorem in modum, cùm bonis viris immatura mors accidit.

Præmium hic promiſſum non tā in diuturnitate quā in columitate vitæ eſt repoſitum.
e Sap. 4. 11.
† Nc. 2. MS. & exēpl. Græ. non habent.
f Iſai. 57. 2.
Cùm boni viri immatura morte tolluntur ſuperſtitibus ſuperuenit: ſolet plaga. Ingrati filij grauiter puniendi.

20 *Quibus pœnis ij afficiantur, qui huius præuaricatores exiſtūt.*

Ac quemadmodum ijs, qui grati in parentes ſunt, officij merces, & fructus eſt à Deo propoſitus; ſic ingrati, & impij filij, grauiſſimis pœnis reſeruantur, ſcriptum eſt enim; *g* Qui maledixerit patri ſuo vel matri, morte moriatur. Et, *h* qui affligit patrem, & † fugit matrem; ignominioſus eſt, & infelix. Et, *h* qui maledicit patri ſuo, vel matri, extinguetur lucerna eius in medijs tenebris. *i* Et oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. Qui parentibus iniuriā intulerunt, *l* multos fuiſſe legimus, in quibus vlciſcendis, Dei iracundia exarſit; non enim Dauidem inultum

g Exod. 21. 16.
Leuit. 20. 9.
Matt. 15. 4.
h Prou. 19. 29.
† Heb. cha. & Græc. exempl. leg. nt fugat.
h Prou. 20. 20.
i Prou. 30. 17.
Quali pœna proteruì filij digni ſint, vide in Deut. 21. 18. 19 & C. de patr. poteſt. l. ſi filius.
K Gen. 9. 21. 22. & 26. 34. 35.
l 35. 22. & 49.

ĩnultũ reliquit, ſed ſceleri debitas pœnas dedit *a* Abſalon, quem ob eius ſcelus, tribus transfixũ haſtis puniuit.

a 2.Reg.18.14. 15.16.

De ijs verò, qui Sacerdotibus non obtemperant, ſcriptum eſt; *b* Qui ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino, Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille.

b Deut. 15.16. vide cap. abſit 12.q.3. ex Hiero. in ep. 1. ad Heliod. & cap. per venerabilé qui filij ſint legitimi.

21 *Quibus potiſſimum rationibus parentes ſe dignos honore illo diuinitus præſcripto reddere poſſint.*

Et quemadmodum diuina lege ſancitum eſt, vt parẽtibus filij honorem habeant, vt pareant, vt obſequantur: ſic parentum propria officia ſunt, atque munera, vt ſanctiſſimis diſciplinis, ac moribus filios imbuant, ijſque optima dent viuendi pręcepta, vt ad religionem inſtructi, & parati, Deum ſanctè, inuiolatèque venerentur, *c* quod à parentibus Suſannæ factum eſſe legimus.

Quod ſit Parentũ in filios officium colligi poteſt ex Geneſ. 20. 19. Exod. 12. 26. 27. & 13. 8. Iob. 15. Prou. 19. 17. Eccl. 7. 26. & Prou 13. 24. Eccleſ. 30. fere per totum.

c Dan. 13 3.

Itaque ſacerdos parentes commoneat, vt ſe liberis magiſtros præbeant virtutis, æquitatis, continentiæ, modeſtiæ, & ſanctitatis, triaque præſertim declinent, in quibus offendere ſæpe conſueuerunt, primum ne quid acerbius in liberos, aut loquantur, aut ſtatuat; quod Apoſt. in epiſtola ad Coloſſenſes ita præcepit: *d* Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant. nam periculum eſt, ne fracto, abiectoque animo ſint, dum omnia timent. Quare illud præcipiat, vt nimiam ſeueritatem effugiant, malintque liberos corrigere, quàm vlciſci.

Tria Parentibus in educatione liberorũ vitanda.

Primum.

d Col. 3. 21. Eph. 6. 4.

Secundum.

22 *Quomodo parentes erga liberos remiſſi eſſe non debeant, nec eis vt nimis amplum patrimoniũ relinquant, nimis laborare.*

Deinde ſi qua culpa commiſſa eſt, cum neceſſaria ſit caſtigatio, & obiurgatio, ne quid liberis per indulgẽtiam diſſolute remittant: ſæpe enim filij parentum nimia lenitate, & facilitate deprauantur: quamobrem à diſſoluta indulgentia deterreat exemplo Heli, ſummi ſacerdotis, qui quod in liberos indulgentior fuerat, *e* maximo ſupplicio eſt affectus.

e Heli exemplum nimiæ parentum indulgentiæ. 1. Reg. 2. 21. 23 & ſic Dauid 2. Reg. 13. 20. 23. & 3. Reg. 1. 6.

Poſtremò, ne, quod fœdiſſimum eſt, in filiorum educatione, ac doctrina, præpoſtera conſilia ineant, etenim permulti in hac vna cogitatione, curaque verſantur, vt opes, vt pecunias, vt lautum, amplumque patrimonium, liberis relinquant, quos non ad religionem, nõ ad pieta-

Item mater filiorum Ze-

tem,

Fedei. Matth. 20. 21. vide Amb. lib. 5. de fide ad Gratia,

Tertium præpoſtera parentum cura.

Huc referri poſſunt, quæ habentur. Eccl. 2. 18. 19. & 5. 12. 13. & 6. 2. 3. Iob 4. per totum.

tem, non ad bonarum artium diſciplinam, ſed ad auaritiam, & ad rem familiarem augendam cohortantur: nec de filiorum exiſtimatione, aut ſalute ſunt ſolliciti, dummodo pecunioſi ſint, & prædiuites: quo, quid dici, aut cogitari turpius poteſt? ita fit, vt ad illos non tàm rerum copias, quàm ſua ſcelera, & flagitia transferant, quibus tandem non ad cœlum ſe duces præbent, ſed ad inferorum ſupplicia ſempiterna. Sacerdos igitur optimis præceptis parentes inſtituat, eoſque ad Tobiæ exemplum ac ſimilem virtutem excitet, vt, cùm filios ad Dei cultū, & ſanctimoniam probè erudierint, ab iis etiam amoris, & obſeruantiæ, & obſequij vberrimos fructus capiant.

DE V. PRÆCEPTO

C A P. VI.

Non occides.

1 *Quæ ſit eius doctrinæ quæ hoc præcepto includitur, fructus, & utilitas.*

a Matt. 5. 9.
† Duo MS. & Reg. Græ. & Siriacum exēpl. addunt.
Non inſcuſtum ex hoc præcepto cōmodi capiant.

Magna illa, quæ pacificis hominibus propoſita eſt felicitas, *a* Quoniam † filij Dei vocabuntur, Paſtores maximè commouere debet, vt huius præcepti diſciplinā fidelibus diligenter accurateq; tradant; nam ad conciliandas hominum voluntates nulla melior ratio inueniri poteſt, quàm ſi eiuſmodi præcepti lex, rectè explicata, ab omnibus, ita, vt oportet, ſanctè ſeruetur; quoniam tum ſperare licet fore, vt ſumma animi conſenſione coniuncti homines concordiam, & pacem maximè colant.

Deus etiam ante legem homicidiū interdixit.
b De qua Gre. 6. & 7. per totum.
c Gen. 9. 5.
d Mat. 5. 22.

Sed quàm neceſſe ſit præceptum hoc explicari, ex eo perſpicitur, quòd *b* immenſa illa vniuerſæ terræ inūdatione facta, hoc vnum in primis eſt, quod Deus hominibus interdixit: *c* Sanguinem, inquit, requiram animarum veſtrarum de manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis. In Euangelio etiam, quo primùm veteres leges à Domino explicatæ ſunt, in ijs hæc prima eſt, de qua apud Sanctum Matthæum ita ſcriptum eſt: *d* Dictū eſt enim: Non occides, & reliqua, quæ hac de eo ipſo loco deinceps commemorantur.

Fide

Fideles præter. a attentè, libenterq; præceptum hoc audire debent; ſi enim eius vis ſpectatur, ad vitam cuiuſque tuendam valet, quoniam ijs verbis, Non occides homicidium omnino interdictum eſt: itaque ſinguli homines tanta cum voluptate animi illud accipere debẽt, perinde ac ſi ira Dei propoſita, alijſque grauiſſimis pœnis, nominatim prohibitum ſit, ne quis eorum lędatur. Ergo vt præceptum hoc auditu iucundum eſt: ita eius peccati cautio, quod præcepto prohibetur, iucunditatem habere debet.

Deus vitæ noſtræ hoc Præcepto con ſuluit.

2 *Quid hoc precepto cum vetetur, ium iubeatur.*

Cùm autem huius legis vim *a* Dominus explicaret, in eo duo contineri oſtendit: alterum, ne occidamus, quòd à nobis fieri vetitum eſt; alterum, *b* quod facere iubemur, vt concordi amicitia, charitateque inimicos complectamur, pacem habeamus cum omnibus, cuncta denique incommoda patienter feramus.

a Matt. 5. 22. 23. 24. vide Exo. 1. 12. 13. Leu. 34. 17.
b Col. 3. 9. 12. 13. Eph. 4. 26.

3 *Licet beſtijs veſci, & animalia occidere.*

In eo autem, quo cædes prohibetur, illud primum docendũ eſt, quę cędes ſint eiuſmodi, quæ hac præcepti lege non vetentur. Nam, *a* beſtias occidi nõ eſt prohibitũm, quoniã ſi illis veſci, à Dño hominibus eſt conceſſũ, fas itẽ eſt, illas occidi; qua de re ita S. Aug. Cũ audimus, inquit, non occides, non accipimus hoc dictũ eſſe de fructeris, quia nullus eſt ijs ſenſus, nec de irrationabilibus animalibus, quia nulla nobis ratione ſociantur.

Beſtiarum cædes non eſt prohibita, vide Th. in 2. 2. q. 64. art. 1.
c Gen. 92. Exod. 2. per totum, & paſſim Aug. lib. 1. de ciuit. c. 20 vid. eundem de moribus Manich. l. 2. c. 13. 14. 15.
Aug. epiſt. 154. ad Pub. colan. & habetur 23. q. 5. c. de occidendum. & in ep. 54. ad Maced. & habet. ea. c. nũ eſt ini. quita is, & multa alia ibi vide item Tho. in 2 2. q. 64. art. 2. & 108. art. 2. & 3. cõ. Gen. ca. 147.

4 *Licet homines in iudicio vel morti, adiudicare, vel interimere.*

Alterum permiſſum cędis genus eſt, quod ad eos Magiſtratus pertinet, quibus data eſt necis poteſtas: qua ex legum præſcripto, iudicioque, in facinoroſos homines animaduertunt, & innocentes defendunt; quo in munere dum iuſte verſantur, non modo ij cædis non ſunt rei, ſed huic diuinæ legi, qua cædes vetatur, maximè obediunt; cum enim legi huic finis is propoſitus ſit, vt hominum vitæ, ſalutique conſulatur; magiſtratuum item, qui legitimi ſunt ſcelerum vindices, animaduerſiones eodem ſpectant, vt, audacia, & iniuria ſupplicijs repreſſa, tuta ſit hominum vita. Quare Dauid; *c* In matutino, inquit, interficiebam omnes peccatores terrę, vt diſperderem de ciuitate Domini omnes operãtes iniquitates.

d Pſal. 100. 8.
Bello iuſto licere homini occidere colligitur ex Gen. 14. 15. Exo. 17. 9. 10.
1 Reg. 14. 13. 14. & 15. 2. 3. & 17. 50. 51.
Aug. in Ciuit. c. 16. habet 13. 45. c. miles vide de bello Tho. in 2. 2. q. 40.

5 Quo-

5 *Quomodo etiam, qui in bello iuſto occidunt, rei cædis nō ſint.*

Qua ratione, ne illi quidem peccant, qui iuſto bello, non cupiditate, aut crudelitate impulſi, ſed ſolo publicæ vtilitatis ſtudio, vitam hoſtibus adimunt. Sunt preterea eiuſmodi cædes, quæ nominatim Dei iuſſu fiunt. *a* Leui filij non peccauerunt, quia vna die tot milla occiderūt: qua cæde facta ſic ad eos locutus eſt Moyſes: *b* Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino.

6 *Huius precepti reus nō eſt, qui hominē fortuito caſu interimit.*

Neque verò huius præcepti reus eſt, qui non ſponte, nec meditatò, ſed fortuitò hominem occidit: qua de re in Deuteronomij libro ita eſt: *c* Qui percuſſerit proximum ſuum neſciens, & qui heri & nudius tertius nullum contra eum odium habuiſſe comprobatur, ſed abijſſe ſimpliciter cum eo in ſyluam ad ligna cædenda, & in ſuccifione lignorum ſecuris fugerit manum, ferrumque lapsū de manubrio amicum eius percuſſerit, & occiderit. Hæ cedes eiuſmodi ſunt; quæ, quia non voluntate, neque de induſtria inferuntur, propterea omnino in peccatis nō numerantur: quod ſancti Auguſtini ſententia cōprobatur: abſit enim, inquit, vt ea, quę aut propter bonū, aut licitum facimus, ſiquidem pręter voluntatem noſtram quidquam mali acciderit, nobis imputetur.

7 *Quomodo homicidij reus eſt, qui caſu cædem fecit.*

In quo tamen duabus de cauſis peccari poteſt: altera, ſi quis in re iniuſta occupatus, hominem occiderit, exempli cauſa, ſi quis grauidam mulierem pugno, vel calce percuteret, ex quo abortus ſequeretur; fuiſſet quidem illud præter percuſſoris voluntatem, non tamen pręter culpam, cum illi non liceret vllo modo grauidam mulierem percutere. Altera, ſi non omnibus circumſpectis negligenter, & incautè aliquem occiderit.

8 *Licet etiam ſalutis ſuæ tuendæ cauſa alterum occidere.*

Qua etiam ratione, ſi quis ſalutis ſuæ defendēdæ cauſa, omni adhibita cautione, alterum interemit, hac lege non teneri ſatis apparet. Atque hæ quidem, quas modo commemorauimus, cædes ſunt, quæ hoc legis præcepto non continentur, quibus exceptis reliquæ omnes prohibentur; ſiue homicidiam, quis ſpectet, ſiue qui occiditur: ſiue modos, quibus cædes fit.

a Exo. 32. 29.
b Ibid. d. 29.
c Deut. 19. 5.
Fortuita cædes culpam non habet ſi in rei honeſtæ, & licitæ occupatione ea contingat vide d. 5. c. ſi duo. Item de hom. votun vel caſu, vel de iuſſu ali. cap. labor, & c. continebantur videatur Triden. Syn. ſeſſ. 19. dec. de refor. c. 7.
S. Aug. ep. 154. ad Pu. & h. h. 23. q. 5. c. de occidendis, & Tho. vbi ſup.
Vide Exo. 21. Tho. vbi ſup.
Licet etiam cū moderamine inculpatæ tutelæ alterum occidere, vt colligit ex c. ius naturale d. 1. &c. ſignificaſti. 2. de homic. & ſi verò de ſent. exc. & ff. de iuſt. & iur. l. vt vim. & ff. de vi, &, vi arm. l. 1. §. vt vim, & l. ſcientia. ff. ad l. Aquil. & Thom. probat. 22. q.

9 *Nemini licet priuata auctoritate cædem facere.*

Nam, quod ad eos pertinet, qui cædem faciunt, nemo planè excipitur, non diuites, non potentes, homines, † non domini, non parentes; ſed delectu omni, & diſcrimine remoto, occidere vetitum eſt omnibus.

10 *Nemo prorſus eſt; qui hac lege tutus eſſe non poſſit.*

Si verò ij ſpectantur qui interficiuntur, ad omnes hæc lex pertinet: nec quiſquam eſt tam humilis, & abiectæ conditionis homo, quin legis huius vi defendatur. Neq; verò ſeipſum interficere cuipiam fas eſt, cum vitæ ſuæ nemo ita poteſtatem habeat, vt ſuo arbitratu mortē ſibi cōſciſcere liceat: ideoq; huius legis verbis nō ita præſcriptum eſt, Ne alium occidas, ſed ſimpliciter, Ne occidas.

11 *Quot modis hoc præceptum violari contingat.*

Sin autem multiplicem cædis faciendæ modum attendimus; nemo eſt, qui excipiatur; non ſolum enim ſuis cuiquam manibus, aut ferro, aut lapide, aut baculo, aut laqueo, aut veneno, vitam homini eripere non licet, ſed conſilio, ope, auxilia, aut alia quacunque ratione, id fieri prorſus vetitum eſt: in quo ſumma traditas, ſtuporque Iudæorum fuit, qui crederent ſe hoc præceptū ſeruare, ſi manus tantum à cæde abſtinerent: ſed homini Chriſtiano, qui interprete Chriſto, didicit hanc legem ſpiritualem eſſe, nempe, quæ non manus ſolum puras, ſed animum etiam caſtum, ſincerumque nos habere iubet; illud non ſatis omninò eſt, quod illis ſatis cumulatè ſe præſtare arbitrabantur; nam, ne iraſci quidem cuiquam licere, in Euangelio traditum eſt, cùm dicat Dominus; Ego autem dico vobis: Omnis qui iraſcitur fratri ſuo † reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit conſilio: qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.

12 *Quomodo quis iraſcendo peccare, vel non peccare poteſt.*

Ex quibus verbis perſpicuum eſt, eum culpa non carere, qui fratri ſucenſeat, quamuis iram animo incluſam contineat; qui verò eius iræ ſignificationem aliquam dederit, grauiter peccare, ac multò grauius, qui non vereatur fratrē durè accipere, & ei conuitium facere; & quidem hoc verum eſt, ſi nulla ſubſit iraſcendi cauſa: nam iræ cauſa, quæ a [a] Deo legibuſque conceditur, ea eſt, cum

in

† 434. Dñi in ſeruos, nec is poteſtatem nō habēt de his qui ſui vel alieni iur. ſunt. l. 2. & C. de med. ſerui. l. vnica neq. parentes in liberos, C. de patr. poteſt. & l. ff. & C. de his qui parētes vel liberos occiderunt, vnica. Vide item Th. in 2. 2. q. 65. ar. 2. Viliſſimū ēt hominem nō licet vili occidere.

Nefas eſt ſibi manus inferre Aug. lib. 1. ciu. c. 17. 18. 19. 20. 21. 23. 25. 26. & 23. q. 5. c. ſi non licet, & c. placuit ex Conc. Brach. c. 34. & Tho in 2. 2. q. 64. art. 5. Homicidium mentale prohibitū Iudæorum quaſtu idū fuerit de homic. iud.

† Additur hic MS. & Græc. & Syr. exempl. ſine cauſa.

Dei ira aūt vid Baſi. ho. de ira. Chr. ho. 29. ad po. Ant. Th. in 2. 2. q. 158. Mat. 5. 23.

Interpretatio verborū Chriſti, ex Aug. l. 1. de ſer. Dom. in monte, vide item Tho. in ead. q. art. 3. Iuſta ira.

a Pſ. 45. Epheſ. 4. 26.

in eos animaduertimus, qui noſtro imperio, poteſtatiq; parent, ſi in eis ſit culpa, Chriſtiani enim hominis ira nõ à carnis ſenſibus, ſed à Spiritu Sancto proficiſci debet: *a* cùm nos templa ſancti Spiritus, *b* in quibus Ieſus Chriſtus habite, teſſe conueniat.

a 1. Cor. 6. 19. b Eph. 3. 17. c Matt. 5. 39. Luc. 6. 29. vbi non habetur in dexteram ſed in maxillã quod ẽtin qui buſdã exemp. nõ haberi ſcribit. Hier. in hunc locum. vide Aug. ep. 5. ad Marcel. & in 1. lib. de ſer. Dom. in monte c. 20. ar. 21. † MS. 6. & Syr. & Græc. exẽpl. non habent alia.

13 *Quomodo homines perfectè hanc legem obſeruant, & quam multis in eam peccent.*

Multa præterea ſunt à Domino tradita, quæ ad perfectam huius legis rationẽ pertinent; qualia illa ſunt, *c* non reſiſtere malo, ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam præbe illi & alteram, & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere dimitte ei & pallium, & quicunque te angariauerit, mille paſſus vade cum illo † alia duo. Ex his quæ iam commemorata ſunt, animaduerti licet, quam procliues ſint homines ad ea peccata, quæ hoc præcepto vetita ſunt, quamque multi reperiantur, qui ſi minus manu, animo ſaltem cædis ſcelus committunt,

De remedijs homicidij, & odij.

14 *Quantum in ſacris litteris homicidium Deus deſtetetur.*

Quam graue peccatum ſit homicidium. d Gen. 4. 10. 11. 24. Exod. 21. 12. Leu. 24. 13. e Gen 9. 5. f Exod. 21. 28. 29. Hanc rationẽ tangit D. Tho. in 2. 2. q. 64. a. 5

Et quoniam huic tam periculoſo morbo remedia in ſacris litteris adhibita ſunt, Parochi eſt officium ea diligenter fidelibus tradere: præcipuum autem illud eſt, vt intelligant, quam nefariũ ſit peccatum hominis cædes: idque vel *d* plurimis, maximiſq; ſanctarum litterarum teſtimonijs perſpici poteſt; vſque enim adeo homicidiũ deteſtatur Deus in ſanctis litteris, *e* vt à beſtijs cędis hominũ pœnam ſe repetiturum dicat, *f* ac belluam, quę hominem læſerit, occidi iubeat; neque aliam ob cauſam à ſanguine hominẽ abhorrere voluit, niſi vt omni ratione, à nefaria hominis cæde, & animũ, & manus abſtineret.

15 *Quantum ſit ſcelus, hominis cædes ratione demonſtratur.*

g Gen. 1. 26. vide Th. in 1. par. q. 90. art. 1. & 2. h Gen. 9. 6.

Sunt enim homicidæ humani generis, atq; adeo naturæ hoſtes acerbiſſimi, qui quantum in eis eſt, vniuerſum Dei opus euertunt, cum hominem tollunt, cuius cauſa is omnia, *g* quęcunque procreata ſunt, ſe feciſſe teſtatur; imò verò in Gen. *h* cum prohibitum ſit hominem occidi, quia illum Deus ad imaginem ſuam, & ſimilitudinẽ creauit, inſignem Deo iniuriam is facit, quaſiq; violẽtas illi manus afferre videtur, qui eius imaginem è medio tollit. Hoc diuina animi cogitatione meditatus Dauid, grauiſſi-

grauiſſimè de ſanguinarijs hominibus conquèſtus eſt, illis verbis: *a* Veloces pedem eorum ad effundendũ ſanguinem: neque ſimpliciter dixit, Occidunt: ſed; Effundũt ſanguinem; quæ verba ad deteſtabilis illius ſceleris amplificationem, immanemque illorũ crudelitatem oſtendendam, protulit. Vtque declararet in primis, quam præcipites illi diabolico quodam impulſu ad id facinus ferantur, dixit: Veloces pedes eorum.

a Pſal. 13. 3. prou. 1. 16. Iſa. 59. 7. Rom. 3. 15.

Pſal. 13.

16 *Quid in hoc præcepto Deus faciendum imperat.*

Iam verò, quæ in hoc præcepto ſeruãda eſſe Chriſtus Dñs iubet, eo ſpectant, vt *b* pacẽ cũ omnibus habeamus, inquit enim cùm hũc locũ interpretaretur; *c* Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuũ ante altare, & vade prius † reconciliari fratri tuo, & tũc veniens, offeres mnnus tuũ; & quæ ſequuntur. Quæ ita à Parocho explicabuntur, vt doceat ſine vlla exceptione, omnes charitate complectendos eſſe: ad quam in huius præcepti explicatione fideles, quam maximè poterit, incitabit; quòd in eo proximi diligẽdi virtus maximè elucet. Cum enim odium hoc præcepto apertè vetetur, quoniam qui fratrem ſuum odit, homicida eſt: certè illud conſequitur, vt amoris, & charitatis præceptum detur.

Pax, & dilectio mutua ſeruanda.

b Ro. 12. 18. Hebr. 12. 14.

c Mat. 5. 24.

† MS. 7. & Græ. & Syr. exemp. legunt reconciliare.

1. Ioan. 3. 15. Dilectio proximi hic præcipitur, & virtutes, quæ hãc conſequuntur

17 *Quæ officia ſint charitatis, quæ hoc præcepto continentur.*

Cumque hac lege de charitate, & amore præceptum ſit, tum omnium etiam illorum officiorum, atque actionum, quæ charitatem ipſam conſequi, ſolent, præcepta traduntur. *d* Charitas patiens eſt, inquit Diuus Paulus: patientia igitur nobis præcipitur, *e* in qua nos animas noſtras poſſeſſuros eſſe Saluator docet. Beneficentia deinde charitatis comes, & ſocia; quoniam *f* Charitas benigna eſt. Benignitatis autem, atque beneficentiæ virtus latè patet, eiuſque officium in ijs rebus maximè verſatur, vt pauperibus ſuppeditemus res neceſſarias, cibũ eſurientibus, ſitientibus potũ demus, nudos veſtiamus, & quò quiſque opis noſtræ magis indiget, eò in illum plus liberalitatis conferamus.

d 1. Cor. 13. 5. Quo charitas hęc omnia fit. vide Tho. in 2. 2. q. 23. ar. 4. ad 2.

e Luc. 21. 19. Beneficentia, & eius officiũ vide Th. in 2. 2. q. 2. art. 1.

f 1. Cor. 13. 4. Hæc pluribus explicabuntur in octauo præcepto.

18 *Quomodo omnium charitatis officiorum perfectiſſimum ſit inimicorum dilectio.*

Hæc beneficentiæ, & bonitatis officia, quæ per ſe ſunt illu-

Inimicorũ dilectio quo cadat ſub præcepto, & quæ ſint inimicis charitatis officia exhibenda, vide Tho. in 2. 2. q. 25. ar 8. & 9.

illuſtria, eò fiunt illuſtriora; ſi inimicis præſtentur; ait enim Saluator: *a* Diligite inimicos veſtros, benefacitè ijs, qui oderunt vos, quod etiam Apoſtolus monet illis verbis; *b* Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum; ſi ſitit, potum da illi; hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius; noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Deinde, ſi charitatis legem ſpectemus, quæ benigna eſt; omnia, quæcunq; ad manſuetudinem, lenitatem, aliaſq; id generis virtutes pertinent, officia colere, ea lege præſcribi, intelligemus.

a Mat. 9. 44. b Ro. 12. 20. & Pro. 25. 22. Manſuetudo Lenitas. Condonandas eſſe iniurias hæc loca ſcripturę demonſtrant. Deut. 32. 35. & 1. Reg. 25. 2. 33. & 26. Pſ. 7. 5. & Eccl. 18. per totum. Iſaiæ 58. 6. Mat. 6. 14. 15. & 18. 33. Marc. 11. 25. 26 Luc. 6. & 23. 34. Vide Ter. in Apolo. cap. 31. & 37. Aug. tract. 81. in Io n. & li. 50. hom. ho. 6. & ſer. 61. de temp. & 108.

19 *Qua precipuè re charitas proximi, quæ hic imperatur, eluceſcat.*

At verò longè omnium præſtantiſſimum officium, quod charitatis pleniſſimũ eſt, in quo nos maximè exercere cõuenit, illud: eſt, vt iniurias, quas accepimus, æquo animo remittamus, atque condonemus; quod vt planè efficiamus, ſæpè nos diuinæ litteræ, vt antea dictum eſt, monent, atque hortantur: cùm nõ beatos ſolùm eos dicant, qui ita prorſus faciunt, ſed erratorũ etiam veniam ijſdem à Deo datã affirment, qui verò hoc ipſum facere negligunt, aut omnino recuſant, illã non conſequuntur. Sed quoniam vlciſcendi libido hominum mentibus ferè inſita eſt, Parochus maximã in eo diligentiam ponat, neceſſe eſt, vt iniuriarum obliuiſci, eaſque remittere Chriſtianum hominem oportere, non doceat ſolũ, ſed penitus etiam fidelibus perſuadeat. Cumque hac ipſa de re apud ſcriptores multa fiat mentio, eos conſulat, ad referrendã eorum pertinaciam, qui in vlciſcendi cupiditate animo obſtinato ſunt, atque obfirmato: argumenta in promptu habeat, quæ illi Patres, grauiſſima, atque ad eam rem maximè accomodata piè adhibuerunt.

Prima ratio reprimẽdi odij. c Iob 1. 21. & 2. 10. Pœnas omnes & afflictiones diuinitus hominibus immitti ad certã aliquam vtilitatẽ omnibus debet eſſe perſuaſiſſimum. Amos 3. 5.

20 *Quibus præſertim rationibus odium reprimendũ ſit inducẽdique ſint fideles ad iniuriarum obliuionem.*

Verum hæc potiſſimum tria explicanda ſunt. Primum eſt, vt, qui ſe iniuriam accepiſſe putat, ei maximè perſuadeat, illam detrimenti, aut iniuriæ præcipuam cauſam non fuiſſe, quem ipſe vlciſci cupit. Sic admirabilis ille Iob fecit, qui à Sabæis hominib. à Caldæis, & à dæmone grauiter læſus nulla tamen habita eorum ratione, vt vir rectus, & homo ad modum pius, rectè, pieq; ijs verbis vſus eſt; *c* Dominus dedit, Dominus abſtulit; Itaq;

pa-

patientiſſimi illius viri oratione, & exemplo Chriſtiani homines ſibi perſuadeant, quod veriſſimum eſt, omnia, quæcumque in hac vita patimur, à Domino qui iuſtitiæ omnis, miſericordięq; parens eſt, & auctor, proficiſci.

21 *Homines nos perſequentes Dei miniſtri, ac ſatellites ſunt quamuis id ex mala voluntate faciant.*

Neque verò ille nos, quæ eius eſt in menſa benignitas, vt inimicos punit, ſed *a* vti filios corrigit, accaſtiga; Nec profectò; ſi rectè animaduertimus, in hiſce rebus homines aliud omnino ſunt, niſi miniſtri, & quaſi ſatellites Dei, & quamquam homo poteſt malè aliquem odiſſe, peſſimeq; illi cupere, tamen, ei niſi permiſſu Dei nocere nullo modo poteſt. Hac ratione *b* adductus Ioſeph, fratrũ impia cõſilia, ſic *c* Dauid iniurias ſibi à Semei illatas ęquo animo tulit. Ad hãc itẽ rẽ illud argumẽti genus val de pertinet, quod sãctus Chryſoſtomus grauiter atq; eru ditè, pertractauit, neminẽ ſcilicet, niſi a ſe ipſo lędi: nã, qui ſe iniurioſè tractatos eſſe opinãtur, ſi rẽ recta ſecum via reputent cõperient nullã profectò ſe ab alijs iniuriã, aut damnũ accepiſſe: etſi enim, quibus ipſi læduntur, ea extrinſecus eueniunt; tamen ſe maximè ipſi offendũt, cũ animum odio, cupiditate, inuidia nefariè contaminant.

a Prou. 3. 6. Hebr. 2. 2. 19. Apos. 3. 19.

b Gen. 45. 5. 6. 7.

c 2. Reg. 16. 10. 11. 12.

Chryſ. to. 5. in ho. quod nemo lædit niſi à ſe ipſo.

22 *Quæ ad eos cõmoda proueniãt, qui iniurias libenter cõdonãt.*

Alterum eſt, quod duo præcipua commoda complectitur, quæ ad eos pertinent, qui pio erga Deum ſtudio adducti iniurias libenter remittunt, quorum primum illud eſt, *d* quod aliena debita remittẽtibus, promiſit, Deus fore, vt ipſi etiam peccatorum veniam impetrent, ex quo promiſſo, quam gratum illi ſit hoc pietatis officiũ, facilè apparet; Alterum commodum eſt, quod nobilitatem quandam, & perfectionem aſſequimur, quoniam, codonandis iniurijs, quodammodo Dei ſimiles, efficimur, *e* qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos.

Secunda ratio i ducẽt ab iniuriarum.

d Matt. 6. 14. & 18. 33.

e Matt. 5. 45 Luc. 6. 27.

23 *Quæ, & quot incommoda ex odio inimicorum proueniant.*

Tertia ratio.

Poſtremò explicanda ſunt incõmoda illa, in quæ nos tum incidimus, cum iniurias, quæ nobis illatæ ſunt, condonare nolumus Itaque Parochus illis, qui ſibi in animũ inducere nõ poſſunt, vt inimicis ignoſcãt ob oculos ponat, odium nõ ſolum graue peccatum eſſe, ſed etiã diuturni-

Odij peruerſitas, vide

Tho. in 2.2. q. 34. art. 3. & 4.

turnitate peccandi grauius inhærere, cum enim is, in cuius animo hic affectus inſederit, inimici ſui ſanguiné ſitiat, illius vlciſcendi ſpe plenus, dies, noctéſque in perénni quadam mala mentis agitatione ita verſatur, vt nunquam à cædis, aut neſariæ alicuius rei cogitatione ceſſare videatur, quo fit, vt is, vel nunquam, vel maximo negotio ad id impellatur, vt aut prorſus ignoſcat, aut aliqua ſaltem ex parte iniurias remittat, quare meritò vulneri comparatur, cui telum infixum hæret.

24 *Multa peccata ex odio naſci demonſtrantur.*

a 1. Ioa. 1. 11.

Multa præterea incommoda, & peccata ſunt, quæ hoc vno odij peccato, tanquam vinculo quodam coniuncta tenentur, ideoque D. Ioannes in hanc ſententiam ita dixit: *a* Qui fratrem ſuum odit in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit, quò eat; quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. itaque ſæpius labatur, neceſſe eſt. Etenim quo pacto fieri poteſt, vt dicta aliquis, aut facta illius probet, quem oderit? hinc temeraria, & iniqua iudicia exiſtunt; iræ, inuidiæ, obtrectationes, & alia eiuſmodi, quibus illi quoq; implicari ſolét, qui aut cognatione, aut amicitia iuncti sũt, itaque ſæpe fit, vt ex vno peccato, multa exiſtant, neque iniuria dicitur *b* hoc peccatum eſſe Diaboli; quandoquidem *c* ipſe ab initio homicida fuit. Quamobrem Dei filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cùm ſibi mortem afferre Phariſæi cuperent, *d* illos à patre diabolo genitos eſſe dixit.

b 1. Ioan. 3. 10. 11.
c Ioan. 8. 44.
Diabolus homicidij, & odij verus parens.
d Ioa. 8. 44.

25 *Remedia aduerſus peccatum odij.*

Sed præter hæc, quæ dicta ſunt, vnde ſceleris huius deteſtandi rationes peti poſſunt, alia quoque remedia, & ea profectò maximè opportuna, ſanctarum litterarum monumentis tradita ſunt. Ac primum omnium remediũ & maximum eſt Saluatoris noſtris exemplum, quod ad imitandũ nobis proponere debemus. Is enim, cum *e* ne minima quidem peccati ſuſpicio in eum cadere poſſet, virgis cęſus, ſpinis coronatus, & cruci denique affixus, eam habuit orationem pleniſſimam pietatis, *f* Pater dimitte illis nõ enim ſciunt, quid faciũt. Cuius aſperſioné ſanguinis teſtatur *g* Apoſtolus melius loquẽtẽ, quã Abel.

Chriſti exemplum valet ad reprimendum odium.

e Iſai. 53. 9. Ioan. 8. 46. 1. Pet. 2. 2. 1. Ioa. 3. 5. g Luc. 23.

Alterum autem remedium ab Eccleſiaſtico propoſitum eſt, vt mortem, atque illum iudicij diem recordemur:

mur: *a* Memorare inquit ille, nouiſſima tua, & in æternũ nõ peccabis; quæ ſententia eodẽ ſpectat, ac ſi dicat. Illud ſepè etiam atquè etiam cogita, breui fore, vt mortem obeas; proinde, quia tali tempore tibi optatiſſimum erit & maximè neceſſarium, ſummam Dei miſericordiã impetrare, eam tibi ob oculos iam nunc, perpetuoque proponas neceſſe eſt, ita enim fiet, vt immonis illa vlciſcẽdi cupiditas tibi exhauriatur, cum ad miſericordiam Dei implorandam, nullum aptius, maiuſque remedium inuenias quam obliuionem iniuriarum; & amorem in eos, qui te, aut tuos re, aut oratione violarint.

4. a Heb. 12. 24. Nouiſſimorum memoria odium reprimendum a. Eccl. 7. 40.

DE VI. PRÆCEPTO

C A P. VII.

Non Mœchaberis.

1 *Quo pertineat iſtud præceptum, quaque ratione à Parochis tractandum ſit.*

QVoniam viri, & vxoris vinculum artiſſimum eſt, & nihil vtriq; iucundius accidere poteſt, quam intelligere ſe mutuo quodam, & ſingulari amore diligi; contra, nihil moleſtius, quam ſentire à ſe debitum, & legitimum amorem alio transferri: rectè quidem atque ordine illam, quæ hominis vitam à cęde tuetur, legem hæc quæ de mæchia ſiue adulterio eſt, conſequitur, vt ſanctam illam, & honorabilem matrimonij coniunctionem, vnde magna charitatis vis exiſtere ſolet, nemo vllo adulterij ſcelere violare, aut dirimere audeat. Sed tamen in hac ipſa re explicãda cautus admodũ ſit Parochus, & prudens, & teſtis verbis rẽ cõmemoret, quæ moderationem potius deſiderat, quam orationis copiã, verendum eſt enim ne, dum is latè, atq; copioſè, nimis explicare ſtudet, quibus modis homines ab huius legis præſcripto diſcedant, in illarum rerum ſermonem fortè incidat, vnde excitandę potius libidinis materia quam reſtinguendæ illius ratio emanare ſolet.

Quàre poſt præceptũ de homicidio, illud ponatur, quod ad adulterium ſpectat.

De adulterio rectè, & moderatè eſt loquendum.

Vide Th. in 1. 2. q. 100. art. 5. & 2. 2. q. 122. art. 6 ad 2. & c. meretrices. 32. q. 4. ex Aug in Exo. q 71.

2 *Quæ in hoc præcepto iuſſa comprehendantur.*

Quid ſi adulterium Gratia 30. q. 1. cap. 2. § cum vero Hoc præcepto omnem impuram libidinem prohiberi D. Amb. li. 1. offic. c. 50. in fin. D. Aug. q. 71. ſuper Exo

Sed quoniam hoc præcepto multa continentur, quæ prætermittenda nō ſunt, ea ſuo loco explicabuntur à Parochis Eius igitur duplex vis eſt, altera qua diſertis verbis adulterium vetatur altera quæ eam ſentētiam incluſam habet, vt animi corporiſque caſtitatem colamus.

3 *Quid ſub nomine mœchię ſeu adulterij hic prohibeatur.*

Vt autem ab eo quòd prohibitum eſt, docendi initium ſumatur, Adulterium eſt legitimi tori iniuria, ſiue alienus, ſiue proprius ille ſit, etenim ſi maritus cum muliere ſoluta rem habet, ſuum ipſe torum violat; ſi verò ſolutus vir alienam vxorem cognoſcat, adulterij labe torus alienus inquinatur. Hoc verò adulterij interdicto omnia prohiberi, D. Ambr. & Aug. auctores ſunt, quæcumque inhoneſta ſunt, & impudica. In hanc ſententiam hæc verba accipienda eſſe, ex ſacris litteris tū noui tum veteris teſtamenti licet colligere: nam, præter adulterium alia libidinis genera apud moſen puniuntur.

De varijs libidinum formis. Vide Grat. in c. 2. § cum ergo 36. q. 1. adiuncto cap. mulier 15. q. 1. & 1. ep. extra ordinaria, & Th in 2. 2. q. 154. art. 1. a Gen. 38. 24. b Deut. 23. 16. c Tob. 4. 13. d. Eccl 42. 15. e Mat. 15. 19. f 1. The 4. 9. g. 1. Cor 6. 18 h. 1 Cor. 5. 9. i. Epheſ. 5. 3. K 1. Cor. 6. 9. Cur legiſlator omnē impuram libidinem prohibiturus peculiariter adulterij meminerit.

4 *Varia libidinum ſpecies, quæ in Scripturis numerantur.*

Eſt Iudæ in *a* Geneſi Iudicium in nurum ſuam. Eſt præclara illa in *b* Deuter. Moyſis, lex, ne de filiabus Iſrael vlla eſſe meretrix. Extat præterea Tobiæ ad filium eiuſmodi adhortatio: Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, Eccleſiaſticus item, *c* Erubeſcite, inquit, *d* reſpectu mulieris fornicariæ. In Euangelio etiam Chriſtus Dominus, inquit, *e* de corde exire adulteria, & fornicationes, quæ coinquinant hominem. Apoſtolus verò Paulus hoc vitium ſæpè multis, grauiſſimiſque verbis deteſtatur: *f* Hæc eſt, ait, voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, & *g* Fugite Fornicationē, &, *h* Ne commiſceamini fornicarijs: *i* Fornicatio autē, inquit, & omnis immūditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, & , *k* Neq; fornicarij, neq; adulteri neq; molles, neque maſculorū concubitores regnum Dei poſſidebunt.

5 *Cur precipuè in hoc præcepto adulterij ſit facta mentio.*

Præcipuè verò ob eam rem adulterium diſertè vetitū, eſt quia pręter turpitudinem, quę illi cum alijs intemperantiæ generibus communis eſt, iniuſtitiæ quoque peccatum non ſolum in proximum; ſed etiam in ciuilem ſocietatē adiunctum habet. Eſt illud item certum, qui ſe a libidinum cæterarum intemperantia nō abſtinet, eum

Voluntas pro facto hic habetur.

ad

ad hanc, quę adulterij eſt, incontinentiā facilè labi. Quare hoc adulterij interdicto facilè intelligimus omne impuritatis, & impudicitiæ genus quo polluitur corpus, prohiberi: imò verò omnem intimi animi libidinē hoc præcepto vetitam eſſe, tum ipſius legis vis ſignificat quā ſpiritualem eſſe conſtat, tum Chriſtus Dominus docuit iis verbis: *a* Audiſtis quia dictū eſt antiquis. Nō męchaberis: Ego autē dico vobis: quod omnis qui viderit mulierē ad concupiſcendū eā, iam męchatus eſt eam in corde ſuo Hæc ſūt, quę fidelibus publice tradenda, duximus ſit tamen ea addantur, quæ à ſacra Trid. Synodo in adulteros, & eos, qui ſcorta, & pellices alunt decreta ſunt, prætermiſſis multis alijs, ac varijs impudicitiæ, & libidinis generibus, de quibus priuatim vnuſquiſq; a Parocho admonēduserit vt tēporis, & perſonarū ratio poſtulabit. Sequitur nūc, vt ea explicentur quæ iubendi vim habent.

a Matt. 5. 28. 29.

Tri. Sy. ſeſſ. 24. c. 8. de reform.

6 *Quid præter ea, quæ prohibentur, hic neceſſario obſeruandum præſcribatur*

Docendi igitur ſunt fideles, ac vehemēter hortandi, vt pudicitiā, & continentiā omni ſtudio colant, *b* mundentque ſe ab omni inquinamēto carnis, & ſpiritus, perficiētes ſanctificatione in Timore Dei. In primis autē admonendi ſunt, quāuis caſtitatis virtus in eorū hominum genere magis eluceat, qui pulcherrimū illud, ac planè diuinum virginitatis propoſitū ſanctè, & religiosè colūt tamē ijs etiā conuenire, vel qui cęlibē vitā agūt, vel matrimonio iūcti, à vetita libidine ſe puros, & ītegros ſeruāt.

Caſtitas vnicuique pro diuerſitate ſtatus neceſſario ſeruanda, art. 1. b Cor. 7. 1. Caſtitas in tripl. ci hoium genere inuenitur vide de caſtitate. Tho. in 2. 2. q. 151. & de virginita. qu. 152. Tri. Syon. ſeſſ. 24. de matr. can. 9 & ſeſſ. 25. de regularibus, c. 1. Caſtitatis rōmeo conſiſtit vt quis à vetita libidine ſe purum, & integrum ſeruet.

7 *Quæ ſint potiſſimū cogitanda volenti libidines ſuas edomare.*

Quoniam verò multa à ſanctis Patribus tradita ſunt, quibus docemur domitas habere libidines, & coercere voluptates, ea Parochus ſtudeat Populo accuratè exponere, atque in tractatione diligentiſſimè verſetur. Hęc autem eiuſmodi ſunt, partim quæ in cogitatione conſiſtunt partim quæ in actione. Quod in cogitatione remedium poſitum eſt, id in eo maximè verſatur; vt intelligamus, quanta ſit huius peccati turpitudo, & pernicies, qua cognita facilior fiet eius deteſtandi ratio, pernitioſum verò ſcelus eſſe: intelligi ex eo poteſt quoniam propter hoc *c* peccatum è Dei regno pelluntur, atque exterminātur homines, quod malorum omnium vltimum eſt.

Quibus cogitationibus remediū aduerſus libidines ſit quærendum q. amque perniciosa ſit libi 10.
Prima ratio.
c 1. Cor. 6. 5. Apoc. 22. 15. Gal. 5. 19. 20.
Secunda.

a 1. Cor. 6. 18.
† Vox hac. n. non habetur in contextus sed MS. & Syr. habent.
b 1. Thes. 4. 5. 6.

Et hæc quidem calamitas omnium ſcelerum cõmunis eſt; illud autem huius peccati propriũ, quod qui fornicãtur, in ſua ipſa corpora peccare dicũtur, ex sẽtẽtia Apoſt. ita ſcribentis, *a* Fugite fornicationem omne † enim peccatum; quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat. Quod ob eam cauſam dictum eſt, quoniam illud iniurioſè tractat, cùm eius violat ſanctitatem, qua de re ad Theſſal. Ita D. Paulus: *b* Hæc eſt, inquit, voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſq; veſtrũ vas ſuũ poſſidere in ſanctificatione, & honore, non in paſſione deſiderij, ſicut, & gentes, quæ ignorant Deũ.

Tertia ratio.
c 1. Cor. 6. 15

Deinde, id quod ſceleſtius eſt, ſi homo Chriſtianus meretrici ſe turpiter dedat, membra, quæ Chriſti ſunt, ea meretricis facit: ita enim D. Paulus ait: *c* Neſcitis quoniã corpora veſtra membra ſunt Chriſti; tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? abſit: an neſcitis quoniã, qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur?

Quarta ratio.
d 1. Cor. 6. 19.

Eſt præterea homo Chriſtianus, vt idem teſtatur, *d* templum Spiritus ſancti: quod violare nihil aliud eſt, niſi ab eo Spiritum ſanctum eijcere.

9 *Quibus rationibus adulterij enormitatem intelligere liceat.*

e 1. Cor. 7. 4.
Quod ſuũ non eſt alteri tradit adulter.
Turpitudinis notam iniurit adulterium.

In adulterij autẽ ſcelere magna ineſt iniquitas, ſi enim vt vult Apoſt. *e* qui matrimonio iũcti ſunt, ita eorũ alter, alterius poteſtati mancipatus eſt, vt neuter ſui corporis poteſtatẽ, iuſq; habeat; ſed mutuo quodã ſint inter ſe quaſi ſeruitutis vinculo ita deuincti, vt vir ad vxoris volũtatem, cõtraq; vxor ad viri nutum, volũtatemq; ſe accommodare debeat: certè ſi alteruter corpus ſuũ, quod eſt alieni iuris, ab eo cui illud adſtrictũ eſt, diſiungit, is admodũ iniquus eſt, & nefarius. Et quoniã infamiæ metus, & ad ea quæ iuſſa ſunt, vehementer incitat homines, & à vetitis magnopere deterret: docebit Parochus, adulteriũ hominibus inſignẽ turpitudinis notã inurere: nã ſacris litteris ita proditũ eſt; *f* Qui adulter eſt, propter cordis inopiã, perdet animã ſuã; turpitudinem, & ignominiam cõgregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur. Verum huius ſceleris magnitudo ex ſupplicij ſeueritate, facilè perſpici poteſt, adulteri enim *g* lege à Domino in veteri Teſtamento præſcripta, obruebantur lapidibus.

f Prou. 6. 31. 32.
Lapidib. obruendi.
Trid. Syn. ſeſſ. 24 decr. de reformat. cap 8.
g Leui. 20. 10. Ioan. 8. 5.

9 Cuiuſmo-

9 *Cuiuſmodi pœna impuras libidines ferè conſequi ſoleant.*

Quin etiam ob vnius libidinem, nó ſolũ, qui ſcelus admiſit, ſed vniuerſa interdũ ciuitas, *a* vt de Sichimitis legimus, deleta eſt. Multa diuinæ animaduerſionis exépla in ſacris litteris prodita ſunt, quæ ad deterrẽdos à nefaria libidine homines Parochus colligere poterit, *b* vt Sodomæ, & reliquarũ finitimarũ vrbium interitus: *c* Iſraelitarum, qui fornicati ſunt cũ filiabus Moab in deſerto ſupplicium; *d* Beneamitarum deletio. Qui verò mortem effugiunt, intolerabiles tamen dolores, ac pœnarum cruciatus, quibus ſæpe plectuntur, non effugiunt nam mente cæci, quæ pœna grauiſſima eſt, ita fiunt, vt neque Dei, neque famæ, neque dignitatis, neque filiorum denique, vitæque ſuæ rationem habeant: hocque pacto, adeò nequam, & inutiles fiunt, vt nihil graue committi eis debeat, & ad nullum ferè officij munus idonei ſint. Huius rei exempla à Dauide, & Salomone petere nobis licet: *e* quorũ alter poſtquam adulteratus eſt, repentè ſui diſſimillimus, ex mitiſſimo crudelis extitit, vt Vriam optimè de ſe meritũ morti obtulerit: *f* alter cum ſe totum in mulierum libidinem profudiſſet, ita vera Dei religione ſeſe auertit, vt alienos Deos ſequeretur: *g* Aufert igitur, vt Oſea dixit, hoc peccatum cor hominis, ſæpeq; excæcat, nunc ad ea remedia veniamus, quæ in actione conſiſtunt.

Ob libidinem integra ciuitas deletur.
a Gen 34. 25. 26. 27.
Pentapoleos regia abſorbetur.
b Gen. 19. 24.
c Num. 5. 4.
d Iudic. 20. per totum Iſraelitæ in deſerto trucidantur.
Beniamitæ prope delētur.
Homines mẽte obcæcãtur, & ad omnia inepti efficiũtur.
e 2. Reg. 11. & 12. per totum.
f 3. Reg. 11. per totum.
g Oſea 4. 11.

10 *Quibus modis homines ad libidinem incitentur, quos illi euitare præcipue debeant.*

De remedijs libidinum in actione conſiſtentibus.

Quorum primum illud, eſt, vt otium maximè fugiamus in quo Sodomitæ homines, *h* vt eſt apud Ezechielem, cùm hebeſcerent, in ſpurciſſimum illud nefariæ libidinis ſcelus præcipites lapſi ſunt.

Otium fugiẽda
Crapula vitanda.
h Ezec. 16. 36.

Deinde crapula magnopere eſt vitanda: *i* Saturaui eos, inquit Propheta, & mœchati ſunt: quoniam venter expletus, & ſaturatus, libidinem parit. Hoc ipſum illis verbis Dominus ſignificauit. *k* Attendite vobis, ne fortè grauentur corda veſtra crapula & ebrietate; hoc item Apoſtolus; *l* Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.

i Hier. 5. 7 vide Hier. de cuſtodia vir. epiſto 2.
K Luc. 21. 34. Rom. 13. 13.
l Epheſ. 5. 18.
Obtutus.

Sed maximè animus ad libidinem oculis inflammari ſolet, quò pertinet illa Chriſti Domini ſentẽtia: *m* Si oculus tuus ſcãdalizat te, erue eum & proijce abs te. Multæ præterea ſunt Prophetarum de eadem re voces, vt eſt

m Matt. 5. & 18. 19. Marc. 9. 47.

apud Iob; a Pepigi fœdus cũ oculis meis, vt ne cogitarẽ quidẽ de virgine. Sũt multa deniq; ac pœnè innumerabilia exẽpla malorum, quæ ex oculorũ aſpectu ortum habuerunt. Sic b Dauid, ſic c Rex Sichen peccauit, d hocq; itẽ pacto ſenes illi Suſannæ calumniatores deliquerunt.

a Iob. 31. 1. Tren. 3. 15. Eccleſ. 9. 5. b 1. Reg. 11. 2. c Gen. 34. 2. d Dan. 13. 8.

11 *Mulierum exquiſitu ornatus ſermoneſque obſceni, & alia luxuriæ incitamenta fugienda.*

Elegantior item ornatus, quo oculorũ ſenſus valde excitatur, occaſionem libidini non paruã ſæpe præbet: ideoque Eccleſiaſticus monet: Auerte faciẽ tuã à muliere cõpta. Cùm igitur mulieres in nimio ornatus ſtudio verſentur, non alienũ erit, ſi Parochus aliquam in eo diligentiã adhibeat, vt eas interdum moneat, obiurgetque verbis, quæ hoc de genere grauiſſima Apoſt. Petrus ita protulit: f Mulierum non ſit extrinſecus capillatura, aut circũdatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus. D. Paulus item: g Non in tortis, inquit, crinibus, aut auro, aut margaritis; vel veſte pretioſa: multæ enim auro, & margaritis adornatæ, ornamẽta mentis, & corporis perdiderũt.

Ornatus elegans, & exquiſitus. e Eccle. 5. 8. f 1. Pet. 3. 3. g 1. Tim. 2. 9.

Hoc autem libidinis incitamentum, quod è veſtium exquiſito ornatu exiſtere ſolet, alterum ſequitur, quod eſt turpis, obſcœnique ſermonis, nam verborum obſcænitate quaſi face quadam ſubiecta adoleſcentum animi incenduntur: h Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala, inquit Apoſtolus.

h 1. Cor. 15. 33. Saltationes & cantus molles Libri obſceni Imagines fœdæ.

Hocque ipſum cùm maximè efficiant delicatiores, & molliores cantus, ac ſaltationes, ab ijs quoque diligenter cauendum eſt. Quo in genere numerantur item libri obſcœnè, & amatoriè ſcripti: qui ita vitandi ſunt, vt imagines, quæ aliquam turpitudinis ſpeciem præſeferunt: cum ad turpes rerum illecebres, inflammandosque adoleſcentum animos vis illis ſit maxima. Sed Parochus in primis curet, vt quæ de ijs in ſacroſancto Tridentino Concilio piè, religioſeque conſtituta ſunt, ea ſanctiſſimè ſeruentur. Hæc verò omnia, quæ commemorata iam ſunt, ſi magno adhibito ſtudio, curaque vitentur, omnis ferè libidinis materia tollitur.

Trid. Syn. ſeſſ. 25. 1. decr. de ſanctis imaginibus. Caſtitas, Dei donum eſt. S p. 8. 22. Matt. 6. 19 11.

12 *Confeſſionis & Eucharistiæ, & piarum rerum, vſus ad caſtitatem conſequendam eſſe neceſſarius.*

Sed ad illius vim opprimendam maximè valet frequens

quens Confeſſionis, & Euchariſtiæ vſus; tum aſſiduæ, ac piæ quidem ad Deum preces, cum eleemoſynis, atque ieiunio coniunctæ Eſt enim caſtitas donum Dei, quod rectè petentibus non denegat, *a* nec patitur nos tentari ſupra id, quod poſſumus.

a 1. Cor. 10. 13. Caſtitas rectè petentibus nõ denegatur. Mat. 19. 12. adde Patres, qui continere in hominis poteſtate poſuerũt, quod non feciſſet, ſi à Deo petentibus denegaretur vide Tert. in fine l. de Monog. Nazian. ora. 3. 1. Baſil. de vir. vltra med. Chryſ. & Hie. in c. 19. Matt. Aug. li. 6. con. c. 11.

13 *Corpus caſtitatem ſectanti domandum.*

Corpus autem non ieiunijs modo, & ijs præſertim, quæ ſancta Eccleſia inſtituit, ſed vigilijs, & pijs peregrinationibus, atque alijs afflictionum generibus exercendum eſt, ſenſuumque appetitiones reprimendæ: in his enim atque alijs huiuſmodi rebus, maximè cernitur tẽperantiæ virtus; in quam ſententiam ad Corinthios Diuus Paulus ait: *b* Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Et paulo poſt.

Caſtigo, inquit, corpus meum, & in ſeruitutem redigo; ne fortè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Et alio loco; *d* Carnis curam ne feceritis in deſiderijs.

b 1. Cor. 9. 25. *c* Ibid. 27. *d* Ro. 13. 14.

DE VII. PRÆCEPTO

CAP. VIII.

Non furtum facies.

1 *Quanta ſit huius præcepti commendatio, & cum duobus præcedentibus connexio.*

VEterem hunc Eccleſiæ morem fuiſſe, vt huius præcepti vis, & ratio inculcaretur auditoribus; indicat illa apud Apoſt. obiurgatio eorũ, qui cæteros ab ijs vitijs maximè deterrent, quibus ipſi cumulati reperiebãtur: *e* Qui enim, inquit alium doces, te ipſum non doces? qui prædicans non furandũ, furaris? Quo doctrinæ bono, non ſolũ frequens illorũ temporum peccatum corrigebant, ſed etiam turbas, ac lites ſedabant, aliaſq; malorũ cauſas, quæ furto cõmoueri ſolent. In ijs, & delictis, & delictorum incommodis, atq; calamitatibus, cum noſtra etiam hac ætas miſere verſetur: ad exẽplum

e Rom. 2. 21.

Vtilitas huius doctrinæ.

pluni ſanctorum Patrum, & Chriſtianæ diſciplinæ magiſtrorũ, Parochi, hunc vrgebunt locum, & aſſiduè, ac diligenter huius præcepti vim, ac ſententiam explicabunt. Ac primum officium, & diligentiam ſuam conferent, ad declarandum infinitum Dei amorem erga genus humanum: qui non modo illis duobus interdictis: Non occides, Non mæchaberis, quaſi præſidijs, & vitã, corpuſque noſtrum, & famam, exiſtimationemque noſtram tueatur, ſed etiam hoc præcepto, Non furtum facies, tanquam cuſtodia quadam externa res, ac facultates muniat, ac defendat.

Quid ſeptimo præcepto prohibeatur. Tho. in 1.2.q.100.art.5.& in 2.2.q.122 ar 6.

2 *Quæ ſit huic præcepto ſubiecta ſententia.*

Hoc præceptum vt alia, in duas partes diuiditur.

Quam enim hæc verba ſubiecta habent notionem, niſi eam quam ſupra diximus; cum de alijs præceptis loqueremur? vetare videlicet Deum, bona hæc noſtra, quæ in eius tutela ſint, a quoquam auferri, aut violari, quod diuinæ legis beneficium quo maius eſt, eò nos in ipſius beneficij auctorem Deum gratiores, eſſe oportet. Et quoniam, & habendæ, & referendæ gratiæ nobis optima ratio propoſita eſt, vt non tantum præcepta libenter auribus accipiamus, ſed etiam re ipſa probemus, ad hoc colendum præcepti officium fideles excitandi, & inflammandi ſunt. Eſt autem hoc præceptum quemadmodum ſuperiora, diuiſum in duas partes; quarum altera, quę furtum vetat apertè eſt enunciata: alterius ſententia, & vis, qua iubemur benigni, & liberales eſſe in proximos, in priore occulta eſt, & inuoluta; de priore igitur prius dicetur. Non furtum facies.

Furtum quid hoc loco deſignent, Aug. q.71.in Exo.& 32.q.4.c.meretrices.

3 *Quid furti vocabulo hic legiſlator ſignificatum velit.*

In quo illud animaduertendum eſt, furti nomine nõ id modo intelligi, cũ occultè ab inuito domino aliquid aufertur, ſed etiam cũ aliquid alienũ contra voluntatem ſcientis Dñi poſſidetur; niſi fortè exiſtimandum eſt, eũ qui furtum prohibeat rapinas factas per vim, & iniuriã non improbare, cum extet illud Apoſt. *a* Rapaces regnũ Dei non poſſidebunt: quorum omnem rationem, & conſuetudinem fugiendam eſſe, idem ſcribit *b* Apoſtolus. Quamquam verò maius peccatum rapinæ ſint, quam furtum, quæ preter rem, quam alicui adimũt, præterea vim afferunt, & maiorem imponunt ignominiam.

a 1. Cor. 6. 10. b 1. Cor. 5. 10. Rapina furto eſt deterior. vide Th. in 2.2.q.66.art 4.& 9.& ca. Pœnal. 14. 94.

4 Cum

4 *Cum omnem in iuſtam rei alienæ vſurpationem Deus hic prohibere velit, cur potius furti, quam rapinæ meminerit.*

Mirandum tamen non eſt, quod leuiori hoc furti nomine notatum ſit diuinæ legis præceptum, non rapinæ, id enim ſumma ratione factum eſt; quia furtum latius patet, & ad plura pertinet, quam rapinæ, quas tantũmodo illi facere poſſint, qui potentia, & viribus præſtant, quamquam nemo non videt, excluſis eiuſdem generis leuioribus peccatis, grauiora etiam facinora prohiberi.

Furtum latius patet, qua rapina, vide ff. de furtis l. 1. & inſtitu. de obligationibus. que ex delic. naſc.

Qui leuiora prohibet proculdubio grauiora non admittit.

5 *Enumerantur furti latius ſumpti ſpecies.*

Varijs autem nominibus notatur iniuſta poſſeſſio, & vſus rerum alienarum ex varietate eorum, quæ, & inuitis, & inſcijs dominis auferuntur; nam ſi priuatum quid priuato admitur, furtum dicitur, ſi ſurripitur publico, peculatus appellatur, † plagiũ vocant, ſi homo liber, vel ſeruuus alienus in ſeruitutẽ, abducitur: ſi verò ſacrates eripitur, nominatur ſacrilegiũ, quod facinꝰ maximè nefariũ, ac ſceleſtum adeo in mores inductũ eſt, vt bona, quæ neceſſariò, & ſacrorum cultui, & Eccleſiæ miniſtris, & pauperũ vſui piè, ac ſapienter fuerant attributa, in priuatas cupiditates, pernicioſaſque libidines conuertantur.

Quid propie furtum de peculatu vide ff. ad l. ſul peculatu; & ſacrilegij.

† Antea legebatur in C. quidem veneto plagiatum, & An. tuer. plagiatum, vtrum que falſum.

Nam plagium hoc crimen l. mõ ſtatim, ff. de li. fabia de plagiarijs dr. & C. eod. lib. 1 & ſepè ibid.

Quid ſacrilegium, vide c. qui rapit. 17. q. 4 & c. quiſquis & ca.

6 *Non illi dumtaxat hoc præceptum tranſgrediuntur, qui re ipſa aliena poſident.*

Sed præter ipſum furtum, id eſt, externam actionem, furandi etiam animus, & voluntas, Dei lege prohibetur; eſt enim ſpiritualis lex, quæ animum fontem cogitationum, & conſiliorum inſpicit; *a* De corde enim, inquit, Dominus apud S. Matth. exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia.

Furandi voluntas etiã prohibetur.

Lex quæ Chriſtianis eſt, propoſito etiã cogitationum rationem habet.

a Mat. 15. 19.

7 *Vnde potiſſimum furti grauitatem metiri poſimus.*

Sed quàm graue ſcelus furtum ſit, ipſa naturæ vis, & ratio ſatis oſtendit: eſt enim iuſtitiæ contrarium, quæ ſuum cuique tribuit. Nam bonorum diſtributiones, & aſſignationes iam inde ab initio iure gentium conſtitutas diuinis etiam, & humanis legibus confirmatas, ratas eſſe oportet, vt vnuſquiſque niſi humanam ſocietatẽ tollere velimus, ea teneat, quæ ei iure obtigerunt: nam, vt Apoſtolus ait: *b* Neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Et ſi huius ſceleris importunitatem, & im-

Iuſtitiæ proprium, ff. de Iuſt. & iur. l. iuſtitia eſt.

Bonorum diſtributio iure gentium introducta eſt, d. 1. c. iuſgentium.

b 1. Cor. 6. 0

ma-

Mala quæ furtum conſequuntur.

manitatem permulta declarant, quæ furtū conſequūtur. Fiunt enim iudicia temere, & inconſultò, multa de multis: erumpunt odia, ſuſcitantur inimicitiæ, exiſtunt interdum acerbiſſimæ innocentium hominum damnationes.

8 *Quomodo ſint ablata neceſſario reſtituenda.*

Reſtitutio rei ablatæ neceſſaria.

S. Augu. epiſt. 54. ad Maced. habet. 14 q. 6. c. 1. & in 6. de vſuris, c. cum, & eod. de reg. iur. c. peccatū.

a Abac. 2. 6.

Lutū denſum.

Quid dicemus de neceſſitate, quæ diuinitus impoſita eſt omnibus, ſatisfaciendi ei cui aliquid ademptum ſit? Non enim, inquit Auguſtinus, remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum: quæ reſtitutio, cùm quis aſſueuerit ex alienis locupletari, quantam habeat difficultatem, prẹter id, quod vnuſquiſque & ex aliorum conſuetudine, & de ſuo ſenſu iudicare poteſt, ex teſtimonio Abacuch Prophetæ licet intelligere, inquit enim, *a* Vę ei, qui multiplicat non ſua, vſquequo, & aggrauat contra ſe denſum lutum. Lutum appellat denſum, rerum alienarū poſſeſſionem, vnde emergere, & expedire ſe homines difficile poſſint. Furtorum autem tam multa ſunt genera, vt ea dinumerare ſit difficillimum: quare de his duobus, furto, & rapinis dixiſſe ſatis erit, ad quæ tanquam ad caput, reliqua, quæ dicemus, referuntur. Ad ea igitur deteſtanda, & ad fidelem populum à ſceleſto facinore deterrendum, conferent omnem curam ac diligentiam Parochi: verum huius generis partes perſequamur.

9 *Quæ ſint præcipua furtorū genera; quiq; furib⁹ ſint annumerādi.*

Res furto ſublatas retinere non licet.

Nec inuentas retinere. Aug. l. 50. ho. 9. & de verbis Apoſtolis. 19.

Inuenta meritò pauperibus danda c. cum tu. de Vſuris.

Sunt igitur fures etiam, qui furto ſublatas res emunt, vel aliquo modo inuentas, occupatas, aut ademptas retinent: ait enim ſanctus Auguſtinus. Si inueniſti, & nō reddidiſti, rapuiſti. Quod ſi rerum Dominus nulla ratione inueniri poteſt, illa ſunt bona in vſum pauperum cōferenda; quæ vt reſtituat, qui adduci non poteſt: ea re facilè probat, ſe vndique ablaturum omnia, ſi poſſit.

Mercatores qui fraude, & dolo vtuntur ſunt fures.

b Deut. 25. 17.

c Leu. 19. 35.

Eodē ſe alligant ſcelere, qui in emendis, vendendiſq; rebus fraudes adhibent, & vanitatem orationis; horum fraudes vindicabit Dominus. Grauiores, & iniquiores in hoc furtorum genere ſunt ij, qui fallaces, & corruptas merces vendunt pro veris, & integris; qui ve pondere, mēſura, numero, & regula decipiunt emptores. Eſt enim in Deuter. *b* Non habebis in ſæculo diuerſa pondera; & in Leuitico: *c* Nolite facere iniquum aliquid, in iudicio, in regula, in pondere, in menſura; ſtatera iuſta, & æqua

ſint

ſint pondera, iuſtus modius, æquuſque ſextarius. Eſt & alio loco. Abominatio eſt apud Dominum pondus, & pondus ſtatera doloſa non eſt bona.

Prou. 20. 13. Item. Prou. 11. 1. & 20. 10.

Operari qui non operãtur, quantumdẽnt ſunt fures, & ſerui infidi.

Furtum etiam apertum eſt operariorum, & artificum, qui totam, & integram mercedem ab ijs exigunt, quibus ipſi iuſtam, ac debitam operam non dederunt. Nec verò diſtinguuntur à furibus ſerui dominorum, rerumque cuſtodes infidi, quin etiam eo ſunt deteſtabiliores, quam reliqui fures, qui clauibus excluduntur, quod furaci ſeruo nihil domi obſignatũ, aut occluſũ eſſe poteſt.

Fures ẽt ſunt ficti mendici.

Qui munere ſuo non ſatisfaciunt.

Furtum præterea facere videntur, qui fictis, ſimulatiſque verbis, qui ve fallaci mendicitate pecuniam extorquent; quorum eo grauius eſt peccatum; quod furtum mendacio cumulant. Illi quoque in furum numero reponendi ſunt, qui cùm ad priuatum aliquod, publicumve officium conducti ſunt, nullam, vel paruam operam nauantes, munus negligunt, mercede tantùm, ac pretio fruuntur. Reliqua furtorum multitudinem à ſolerti auaritia, quæ omnes pecuniæ vias nouit, excogitatam, perſequi longum eſt, & vt diximus difficillimum.

10 *Quæ ſint rapinarum genera quique raptores dicendi.*

Itaque de rapinis, quod eſt alterum horum ſcelerum caput dicendum videtur, ſi prius monuerit Parochus Chriſtianum populum, vt meminerit illius Apoſtoli ſententiæ: *a* Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli. Nec vllo loco ſibi patiatur excidere præceptum hoc: *b* Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Et illud cogitent perpetuo: *c* Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.

a Tim. 6. 9. b Mat. 7. 18. c Tom. 4. 16. Luc 8. 31.

De rapinarum & im.iorum generibus.

Primum genus.

Rapinæ igitur patent latius; nam qui debitam operarijs mercedem non perſoluunt, ſunt rapaces quo ſanctus Iacobus ad pœnitentiam inuitat his verbis: *d* Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miſerijs veſtris, quæ aduenient vobis, cuius pœnitentiæ cauſam ſubiungit: *e* Ecce enim merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis clamat, & clamor eorum in aures Domini ſabaoth introiuit, quod genus rapinarum in *f* Leuit. *g* in Deuter. & apud *h* Malachiam, & apud *i* Tobiam vehementer improbatur;

d Iac. 5. 1. e Ibid. 4. f Leu. 19. 13. g Deut 24. 14. h Malac. 3. 5. i Tob. 3. 15.

Quid vſura vide ca. pleriq; , & c. vſura.14.q.3.& tota quæſt & ſequentem, & d. 47. ferem totã, & titulum de vſuris in decreta lib. & Tho. 2.2.q.78.

tur; in hoc crimine rapacitatis includuntur, qui, quę Eccleſiæ Præſidibus, & Magiſtratibus debentur, vectigalia tributa decimas, & reliqua huius generis non diſſoluũt, vel interuertunt, & ad ſe transferunt.

11 *Fœnerari eſt rapinam cõmittere, & quã graue ſcelus illud ſit.*

Huc etiam referuntur fœneratores, in rapinis accerrimi, & accerbiſſimi, qui miſeram plebem compilant, ac trucidant vſuris. Eſt autem vſura, quidquid præter ſortẽ, & capud illud, quod datum eſt, accipitur ſiue pecunia ſit, ſiue aliquid aliud, ꝙ emi, aut ęſtimari poſſit pecunia; ſic enim apud Ezechielẽ ſcriptum eſt: *a* ad vſuram non commodauerit, & ſuperabundantiam non acceperit, & Dominus apud Lucam *b* Mutuum date, nihil inde ſperantes, Grauiſſimũ ſemper fuit hoc facinus, etiam apud gentes, & maximẽ odioſum: hinc illud: Quid fœnerari? quid hominem inquid, occidere? Nam qui fœnerantur bis idem vendunt, aut id vendunt, quod non eſt.

a Ezech. 18. 8. 13. 17. vide itẽ Exod. 22. 25. Leu. 25. 36. Deut. 23. 19. 20. Pſalm. 14. 5. Prou. 22. 19 & 1. 18. 8. Hier. 15. 10. b Luc. 6. 34.

12 *Iudices venales & creditorũ fraudatores rapinas committunt.*

Catonis Cenſorij ſententia quam refert M. Tul. in 2 officiorum extremo, vide item D. Amb. cap. 14. li. de Tob.

Item rapinas faciũt nummarij iudices, qui venalia habent, iudicia, & pretio muneribuſq; deliniti optimas tenuiorũ, & egentiũ cauſas euertũt. Fraudatores creditorũ, & inficiatores, quiq; sũpto temporis ſpatio ad ſoluendũ ſua, vel aliena fide merces emunt, neque fidem liberant, damnabuntur eodẽ rapinarũ crimine: quorum etiã delictum, grauius eſt, quod mercatores: illorũ deſtitutionis, & fraudationis occaſione, magno detrimẽto ciuitatis carius vendũt omnia: in quos illa *c* Dauidis ſententia videtur conuenire: † Mutuabitur peccator, & non ſoluet.

c Pſ. 36. 21. † MS. 1. Reg. Hebr. Chald. exemp. legunt mutuatur.

13 *Locupletes qui ablatis pignoribus pauperes comprimunt, inter raptores numerantur.*

Quid de locupletibus dicemus ijs, qui ab illis, qui ſoluendo non ſunt, quod commodarunt, exigunt acerbius, & pignora etiam ea auferunt, contra Dei interdictum, quæ ad eorum corpus tuendum ſunt neceſſaria? inquit enim Deus: *d* Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimentum, ante ſolis occaſum reddas ei ipſum enim eſt ſolum quo operitur indumentum carnis eius, nec habet aliud; in quo dormiat: ſi clamauerit ad me exaudiam eum; quia miſericors ſum: Horum actionis acerbitatem, iure rapacitatem, atque adeo rapinas appellabimus.

d exod. 22. 26. vide Deut. 24. 6. o. 11. 12. De pignoribus multa habes in decret. ti. de pig. & alijs ſanctionibus Amb. lib. 3. off. ſic. c. 6.

14 Fru-

14 *Frumenta neceſsitatis tempore comprimentes ſunt raptores.*

Ex numero eorum, qui raptores dicuntur à ſãctis Patribus, ſunt, qui in frugum inopia comprimunt frumentum, faciuntque, vt ſua culpa carior, ac durior ſit annona; quod etiam valet in rebus omnibus ad victum, & ad vitam neceſſarijs, ad quos illa Salomonis pertinet execratio; *c* Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis. Quos ſuorum ſcelerum admonitos Parochi liberius accuſabunt, ac propoſitas illis peccatis pœnas, explicabunt vberius. Hæc de vetitis: nunc ad iuſſa veniamus in quibus ſatisfactio, vel reſtitutio primum locum habet; peccatum enim non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.

a Pro. 11. 26.

Quæ iubeat hoc præceptū. De reſtitutione, & qui ad illa teneantur. Aug. epiſt. 54. ad Maced.

15 *Quoſnam ad reſtitutionem obligari iudicandum ſit.*

Sed quoniam non is ſolùm qui furtum fecit, ei, cui furatus eſt, id debet reſtituere, ſed omnes præterea; qui furti participes fuerunt, hac lege reſtitutionis tenẽtur aperiendum eſt; qui ſint illi, qui hanc ſatisfaciendi, vel reſtituendi neceſſitatem effugere non poſſint.

De reſtitutione, vide Th. in 2.2.q.62. per totam, & tit. de reſtit. ſpol. in decr. Imperãtes.

Sunt autẽ plura hominũ genera; ac primum eſt eorũ, qui furari imperãt, qui non modo ipſi ſunt furtorũ ſocij, & auctores, ſed etiam, in illo furum genere, deterrimi.

Alterum genus par voluntate primis, poteſtate diſpar, in eodem tamen furum gradu ponendum, eorum, qui cum iubere non poſſint, ſuaſores ſunt, atque impulſorem furtorum.

Suaſores.

Tertium genus eſt eorum, qui cũ furibus conſentiunt.

Quartum genus eſt eorum qui participes furtorum, inde ipſi etiam lucrum faciunt, ſi lucrum dicandum eſt, quod, niſi reſipuerint eos addicit æternis cruciatibus: de quibus ſic loquitur Dauid; *b* Si videbas furem, currebas cum eo.

Conſentiẽtes, & participantes.

b Pſ. 87. 18.

Quintum genus eſt, furum, qui cum furta poſſint prohibere, tantum abeſt, vt illis occurrant, & obſiſtant, vt eorum licentiam permittant, atque concedant.

Non obſtantes.

Sextum genus eſt eorum, qui, cùm, & furtum factum, & vbi factum ſit, certò ſciant non indicãt rem, ſed eam ſe ſcire diſſimulant.

Non manifeſtantes.

Poſtremum genus eſt, quod omnes complectitur furtorũ adiutores, cuſtodes, patronos: quique illis receptaculum præbent, ac domicilium; qui omnes, & ſatisface-

Receptores, & alios.

rè

Laudatores de operibus miſericordiæ per eleemoſynas in pauperes Quomodo ſint fideles ad eleemoſynarum argitionem excitandi.

re debent ijs, quibus aliquid detractum eſt, & ad illud neceſſarium officium vehementer cohortandi ſunt.

Ne huius quidem ſceleris omnino ſunt expertes approbatores furtorum, & laudatores. Nec verò etiam ab eadem culpa ſunt alieni, filij familias, & vxores qui pecunias à patribus, & viris ſurripiunt.

16 *Quid de eleemoſynis quæ inuoluta hic etiã præſcribũtur ſẽtiẽdũ*

Eleemoſynæ neceſſitas.

a Cypr. in l. de opere, & eleemoſyn. b Chry. hom. 31. ad pop. Antioch & 33 & 34. in Matt. & 36. & 37. ad pop Antioch. c Nazian. in orat. de pauperum amore, vide item Au. ſer. 56. & 227. de temp. item hom. 18. 19. 29. 37. hom. d Matth 25. 41 42. e Ibid. 34.

Iam verò huic præcepto, illa ſubiecta ſententia eſt, vt pauperum, & inopum miſereamur, eorumque difficultates, & anguſtias noſtris facultatibus & officijs ſubleuemus: quod argumentum, quia ſæpiſſimè, & copioſiſſimè tractandum eſt, petent ea Parochi ex virorum ſanctiſſimorum *a* Cypriani, *b* Ioannis Chryſoſtomi, Greg. *c* Nazianzeni, & aliorum libris, qui de eleemoſyna præclare ſcripſerunt, quibus huic muneri ſatisfaciant. Sunt enim inflammandi fideles ad ſtudium, & alacritatem opitulandi ijs, quibus aliena miſericordia viuendum eſt Sunt verò etiam docendi, quantam habeat neceſſitatem eleemoſyna, vt videlicet, re, & opera noſtra in egẽtes ſimus liberales, veriſſimo illo argumẽto, *d* quod ſũmo illo iudicij die deteſtaturus ſit eos Deus, & ſempiternis ignibus addicturus, qui eleemoſynæ officia prætermiſerint, ac neglexerint illos autem collaudatos in cæleſtem patriam introducturus, qui benigne fecerint indigentibus: eſt vtraq; Chriſti Domini ore pronũciata ſententia, *e* Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum, & diſcedite à me maledicti in ignem æternum.

17 *Quibus modis populi ad eleemoſynam excitandi.*

f Luc. 7. 38.

g Marc. 10. 19.

h Luc. 16. 9. Variæ ſunt tẽtationes eleemoſynæ exercendæ.

i Luc. 6. 34.

Vtentur præterea ſacerdotes accommodatis illis ad perſuadendum locis, *f* Date, & dabitur vobis; Proferent Dei promiſſum, quo nihil vberius, nihil magnificentius nec cogitari quidem poteſt. *g* Nemo eſt, qui reliquerit &c. qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, & in futuro ſæculo vitam æternam. Adijcient illud, quod à Chriſto Domino dictum eſt, *h* Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Huius verò neceſſarij muneris partes exponent, vt qui largiri, non poſſunt indigentibus quo vitam ſubſtentent, ſaltem commodent pauperi ex Chriſti Domini preſcripto, Mutuum date, nihil

nihil inde ſperantes Atq; huius rei felicitatē beatus. Dauid expreſſit, *a* Iucūdus homo qui miſeretur, & cōmodat

a Pſal. 111.

18 *Ad largiēdas eleemoſynas, otijque vitādi cauſa laborādū eſt.*

Pium eſt laborare, vt habeas, vnde retribuas neceſſitatem patiēti.

Eſt autem Chriſtianę pietatis, niſi ſit aliunde facultas, bene merendi de ijs, quibus ad victū aliena miſericordia opus eſt, vitandi etiā otij cauſa labore, opera, ac manib⁹ ea quęrere, quibus inopū indigentiā leuare poſſint: ad id omnes ſuo exemplo hortatur in epiſtola Ad Theſſal. Apoſtolus illis verbis: *b* Ipſi enim ſcitis, quēadmodū oporteat imitari nos. Itē ad eoſdē; *c* Operā detis, vt quieti ſitis, & vt veſtrum negotiū agatis, & operemini manibus veſtris ſicut præcepimus vobis. Et ad Epheſ. *d* Qui furabatur, iā nō furetur: magis autē laboret operando manibus, quod bonū eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatē patiēti.

b 2. Theſ. 170. 1. Theſ. 4. 1. Epheſ. 4. 38.

Nimio ſumptu alijs non oportet eſſe graues.

19 *Parce viuendum eſt ad aliorum ſubleuandam inopiam.*

d 2. Theſ. 2. 9. item. Act. 21. 14. 1. Cor. 4. 12.

Eſt etiam frugalitati conſulendum, & parcendumque bonis alienis, ne cæteris graues, aut moleſti ſimus, quæ temperantia ſanè quam elucet in omnibus Apoſtolis, ſed maximè eminet in D. Paulo, cuius illud eſt ad Theſſal. *e* Memores eſtis fratres laboris noſtri, & defatigationis, nocte, ac die operantes, ne, quem veſtrum grauaremus prædicauimus in vobis euangelium Dei. Atque idē alio in loco Apoſtolus: *f* In labore, & in fatigatione nocte, & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus.

e 2. The. 3. 8.

Quam deteſtada ſint furta & rapinę.

20 *Quibus rationibus populus Chriſtianus in deteſtationē furtorum, & ſtudium benignitatis adducendus ſit.*

Sed vt ab vniuerſo hoc genere nefariorum facinorum abhorreat fidelis populus, Parochos à Prophetis petere, & à reliquis diuinis libris par erit deteſtationē furtorum, & rapinarum, & horribiles minas à Deo propoſitas ijs, qui illa ſcelera committunt. Clamat Amos Propheta; *g* Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ dicentes, quando tranſibit † meſſis, & venundabimus merces, & ſabbathum, & aperiemus frumentum, vt imminuamus menſurā, & augeamus ſiclum, & ſupponamus ſtateras doloſas. Sunt in eadem ſententia multa apud *h* Ieremiam, in *i* Prouerbijs, & apud *k* Eccleſiaſticum. Nec verò dubitandum eſt, quin hæc malorum ſemina, quibus malis opprimitur, hæc ætas, magna ex parte in his incluſa ſint cauſis Verum

g Amos 8. 5. † Meſſis eſt in contextu, ſed 2. M S. Reg. Hieron. Greg. & Heb. exempl. habent mēſis g Iere. 5. 25. 27. 28. & 21. 12 & 22. 13. 14. 15 16. Vide itē Iſa. 5. 12. 14. 15. & Malac. 3 5. h Prou. 19. 13. 15. & 22. 19. 21. 2. i Ecc. 10. 9. 10. & 31. 8. 8. & 35. 17. 18.

Furtus, & rapinæ non poſtrema ſunt cauſa publicarum calamitatum.

vt aſſueſcant Chriſtiani homines proſequi omni liberalitatis, ac benignitatis officio egentes, & mędicos. Quod ad alteram huius præcepti partem pertinet, proferent Parochi maxima præmia, quæ beneficis, & largis, & in hac, & in futura vita daturum ſe Deus pollicetur.

21 *Quid de illis ſentiendum ſit, qui vano pretextu ſua furta, & ſacrilegia excuſant.*

Sed quia non deſunt, qui etiam ſe in furtis excuſent, admonendi ſunt, fore vt nullam eorum peccati excuſationem accipiat Deus; immò verò futurum, vt illa purgatione non modò non leuetur peccatum, ſed mirum in modum augeatur. Ecce nobilium hominum non ferendæ deliciæ, qui culpam extenuare ſibi vidētur, ſi ſe affirmarint, non cupiditate, aut auaritia, ad detrahendum aliena deſcendere, ſed tuendæ cauſa amplitudinis familiæ, & maiorum ſuorum, quorū exiſtimatio, & dignitas rueret, niſi rerum alienarum acceſſione fulciretur. Quibus pernicioſus error eripiendus eſt, ſimulque demonſtrandum, vnam eſſe rationem conſeruandi, & amplificandi copias, & opes, maioremque gloriam, ſi Dei voluntati paruerint, ſi eius præcepta ſeruarint; quibus contemptis, fundatæ, & optimè conſtitutæ opes euertuntur, reges ex regio ſolio, & ſummo gradu honoris præcipites exturbantur; in quorum locū infimi interdū homines, & qui sūmo illis in odio fuerunt diuinitùs vocātur. Incredibile eſt quantopere his ſuccēſeat Deus: cuius rei teſtis eſt Iſaias, apud quem ſunt illa Dei verba *a* Principes tui † infideles, ſocij furum, omnes diligunt numera, ſequuntur retributiones: propter hoc ait Dominus Deus exercituū fortis Iſrael; Eheu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis & cōuertam manū meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam.

22 *Quomodo ijs reſpondendum, qui commoditate ſe ad aliena rapienda adigi compelluntur.*

Non deſunt, qui non iam illam afferant cauſam ſplendoris, & gloriæ, ſed victus, & vitę commodiorem facultatem, & elegantiam; qui refellendi ſunt, docendique, quam impia ſit eorum, & actiò, & oratio qui vllam cōmoditatem anteferant Dei voluntati, & gloriæ, quā negligendo, eius præcepta offendimus mirandū in modum

etſi

Furtum, & rapina nulla ratione apud Deum excuſantur.

Primū genus eſt nobilium quorundam ſua furta inani excuſatione ſui ſplēdoris tegentium Trid. Sy. ſeſſ. 22. decre. de refor. c. 11. adde item Con. An. 3. c. 22. pariſ. 5. Aure. 5. cap. 5. Magunt. c. 6 & 1. 1. con. Vermacen. c. 75. Conc. Aqu ſ c. 88. vide item ca. j. Ka. 12. q. 2. & c qui ūqu, & reliqua omnia c. eiuſdem

Mandatorū diuinorum obſeruat. opes. conſeruantur, & augentur neglecta habite ēt euertuntur.

a Iſai. 1. 13. † In obedientes M.S. legunt. & Gie. dec. inates Hebr. rebelles Cha. Api. fili Grac.

etſi quæ poteſt eſſe in furto commoditas, quod ſumma incommoda conſequantur? *a* Super furem enim, inquit Eccleſiaſticus, eſt confuſio, & pænitentia. Sed fac eſſe, vt cum illis non agatur incommodè; decorat fur diuinũ nomen, repugnat eius ſanctiſſimæ volũtati, ſalutaria ipſius præcepta contemnit, quo ex fonte, omnis error, omnis improbitas, omnis fluit impietas. a Eccle. 5.

23 *Quid dicendum ſit ijs qui locupletibus ſpoliandis, vel conſuetudine ſua furta obtegunt.*

Quid, quod audire licet interdum fures, qui nihil ſe eò peccare contendant, quòd detrahant aliquid locupletibus, & copioſis hominibus, qui ea detractione nihil dãni faciãt, ne ſentiãt quidem? miſera ſanè, & peſtifera defenſio; Putat alius ſatisfactionem ſuam accipi debere, quòd eam furandi conſuetudinem cepit, vt nõ facilè poſſit ab illa mente, & actione deſiſtere; qui niſi audierit Apoſtolũ dicentẽ *b* Qui furabatur iã non furetur, velit nolit etiã conſuetudinem capiet æternorum ſuppliciorum. b Ephe. 4. 28.

24 *Quid rurſus illis dicendum eſt, qui vel occaſione, vel vlciſcendi libidine ad furandum induci cauſantur.*

Nonnulli ſunt, qui excuſant ſe occaſione data, alteri aliquid ademiſſe; eſt enim illud tritum ſermone prouerbium, fures, qui non ſint, fieri occaſione; qui hac ratione ſunt de nefaria ſententia deducendi, reſiſtẽdum eſſe prauis cupiditatibus. Nam ſi continuò eſt rè perficiendum idquod libido perſuaſerit, quis modus, quis finis erit ſcelerum ac flagitiorum? Turpiſſima igitur eſt illa defenſio, & potius intemperantiæ, & iniuſtitiæ confeſſio; nam qui dicit, ſe non ideò peccare, quia nullam habet peccandi occaſionem, idem propemodũ fatetur, ſe ſemper oblata occaſione peccaturum. Sunt qui furari ſe dicant vlciſcendi cauſa, quòd ab alijs eadem iniuria ſint affecti: quibus ita reſpondendum eſt, primùm nemini licere iniurias perſequi; deinde non poſſe quemquam rei ſuæ iudicem eſſe; tùm multò minus concedi, vt pœnas ab alijs repetant eorum, quæ alij in eum peccauerunt.

25 *Quid illis dicendum, qui vt ære alieno liberentur, furantur.*

Poſtremò, furtum quidam illa ratione ſatis defenſum rectumq; arbitrantur, quòd cùm ſint ære alieno oppreſſi, aliter eo liberari non poſſint, niſi illud furto diſſoluãt:

quibus cum ita agendum eſt, nullum eſſe grauius æs alienum, & quo magis prematur humanum genus, quā debitum illud, cuius in diuina præcatione quotidie meminimus; *a* Dimitte nobis debita noſtra; quare illud inſaniſſimi hominis eſſe, plus velle Deo debere, id eſt, plus peccare, vt quod debet hominibus, diſſoluat: multoque præſtare, conijci in carcerem, quàm mandari ſupplicijs inferorum ſempiternis: longè etiam eſſe grauius, Dei, quàm hominum iudicio condemnari: porrò autem ſupplices ipſos ad Dei opem, ac pietatem confugere debere, à quo quid opus ſit, poſſint impetrare. Sunt alia excuſationum genera quibus Parochi prudentes, ac ſui officij diligentiſſimi, facilè poterunt occurrere, vt aliquādo habeant *b* populum ſectatorem bonorum operum.

a Matt. 6. 11.

b Tit. 2. 24.

DE VIII. PRÆCEPTO.

CAP. IX.

Non loqueris contra proximum tuum, &c.

1 *Quam vtilitatem, hoc præceptum comprehendat.*

QVantam non modo vtilitatem, ſed etiam neceſſitatem habeat aſſidua huius præcepti explicatio, & officij admonitio, nos D. Iacobi monet auctoritas, illis verbis: *c* Si quis in verbo nō offendit, hic perfectus eſt vir: & idem *d* Lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat: ecce † quantus ignis quam magnam ſyluā incendit; & quæ ſequuntur in eandem ſententiam. Quibus duo monemur, primum latiſſimè patere hoc linguæ vitium, quod etiam illa Prophetæ ſententia confirmatur, *e* Omnis homo mendax, vt propemodum vnum hoc ſit peccatum, quod ad omnes homines pertinere videatur. Alterum, inde proficiſci mala innumerabilia; cum ſæpè maledici hominis culpa, facultates, fama, vita, animæ ſalus amittatur, vel eius, qui læditur, quòd contumelias patienter ferre non

c Iacob. 3. 2. d. ibid 5

† Q·ãt lus leguut Græc. & Sy. exēp. Linguæ vitium quam latè pateat, & perniṫioſum ſit.

e Pſal. 115. 11. Rom. 5. 4. Vide item Prou. 18. 2. 1. Eccl 19. 16 & 20. 8. & 22. 22. & 28. 27.

non poſſit, ſed eas impotenti animo perſequatur; vel eius qui lædit, quod parua pudore, & falſa cuiuſdam exiſtimationis opinione deterritus, adduci non poſſit, vt illi, qui offenſus ſit, ſatisfaciat. Quare hoc loco monendi fideles erunt, vt quantas poſſunt, maximas Deo gratias agant, de hoc ſalutari præcepto nõ dicẽdi falſi teſtimonij, quo non ſolùm ipſi alijs iniuriam facere vetamur, ſed etiam hac obedientia ab aliorũ iniuria prohibemur.

Duæ leges vno hoc præcepto, vt in alijs comprehendũtur.

2 *Quæ ſit huic præcepto ſubiecta ſententia.*

Verum hoc præcepto, eadem ratione, & via progrediendum eſt, qua in cæteris progreſſi ſumus, vt videlicet animaduertantur in eo duæ leges; altera, prohibens, ne falſum dicatur teſtimonium: iubens altera, vt ſimulatione, fallacijſq; ſublatis, dicta, & facta noſtra ſimplici veritate metiamur. Cuius officij Apoſtolus Epheſ. illis verbis admonuit: *a* Veritatem facientes in charitate, in illo creſcamus per omnia.

a Epheſ. 4. 15. Zach. 8. 26. Vide Tho. in 2. q. 10. art. 5. & 2. 2 q. 122. ar. 6.

3 *Quid maximè hoc præcepto caueatur.*

Sed prior huius præcepti pars habet hãc rationem, vt, quamuis nomine falſi teſtimonij ſignificetur, quicquid in bonam, vel in malã partem de altero conſtanter dicatur, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, tamen præcipuè prohibeatur illud teſtimonium, quod in iudicio falsò dicitur à iurato. Iurat enim per Deum teſtis, quòd ita teſtificantis, & diuinum nomen interponentis, oratio plurimũ fidei habet, & ponderis; itaque, quia periculoſum eſt hoc teſtimonium, idcirco præcipuè prohibetur: iuratos enim teſtes, niſi legitimis exceptionibus excludãtur, aut eorum aperta ſit improbitas, & peruerſitas, ne iudex quidem ipſe poteſt reijcere, præſertim cùm extet iuſſum diuinæ legis. *b* vt in ore duorum, vel trium, ſtet omne verbum. Sed, vt præceptum, planè fideles intelligant docendi erunt, quid ſignificet hoc proximi vocabulum, in quem falſum teſtimonium dicere minimè licet.

Teſtis iuriſiurandi religione interpoſita teſtatur C. de teſtibus iuſiurandi & c quoties de teſtibus & atteſtar.

Iurati teſtes nõ poſſunt in iudicio reprobati.

b Deut. 19. 15. Matth. 18. 16. Ioan. 8. 17. 2. Cor. 13. 1. Heb. 10. 28.

4 *Quis proximi nomine hic deſignetur.*

Eſt autem proximus, vt ex Chriſti Domini doctrina colligitur: *c* quicunque eget opera noſtra, ſiue ille propinquus ſit, ſiue alienus, ſiue ciuis, ſiue aduena, ſiue amicus, ſiue inimicus; nefas enim eſt exiſtimare cõtra hoſtes licere falſum aliquid dicere pro teſtimonio, *d* quos iuſſu

c Luc. 10. 36. 37. vide Aug. epi. 52 ad Maced. & li. 1. de doct. Chriſt. c. 30. & locut. de exc. 55. & de catech. ru. ca. 100. 26.

d Matt. 5. 44. S. Aug lib. 1 de ciuit. Dei, cap. 20. & habetur 23. q. cap. ſi nõ licet.

Dei, ac Domini noſtri diligere oportet: quin etiam; quia ſibi quiſque quadam ratione proximus eſt, nemini fas eſt falſum in ſe teſtimonium dicere, quod qui committant, ſibi ipſi notã inurentes ignominiæ, ac turpitudinis, & ſe ipſos, & Eccleſiam lædunt, cuius ſunt membra: quomodo etiam qui ſibi mortem conſciſcunt, nocent ciuitati: ita etiam apud Sanctum Auguſtinum: Non rectè intelligentibus poterat videri, nõ eſſe prohibitum, vt aduerſus ſeipſum quiſque falſus teſtis aſſiſteret, eò quòd in præcepto additũ fuit, contrà proximum tuum. Sed non ideò, ſi aduerſus ſeipſum quiſpiam falſum teſtimonium dixerit, ab hoc crimine ſe putet alienum, quandoquidem regulam diligendi proximi, à ſemetipſo dilector accepit.

Non licet amici gratia in iudicio præſertim mentiri. vide Tho. in 2. 2. q. 6. art. 1. & 110 art. 2. & 3. S. Aug. cap. 12. 13. lib. de mendacio, vide eũdẽ ca. 14. ei. l. libri, & hab. 2. 2. q. 2. c. primum eſt item cõc. in 5. l'ſ & hab. ead. c p. ne quis arbitretur, & cap. faciat.

5 *In vtilitatem proximi falſum teſtari, aut mentiri non liceat.*

Verùm, quia prohibemur proximũ lædere falſo teſtimonio, nemo propterea contrariũ permitti nobis arbitretur, vt peierãdo liceat cõciliare ei, qui nobiſcũ natura ac religione coniunctus ſit, aliquid vtilitatis, & cõmodi. Nemini enim mẽdacio, & vanitate, multò minus periurio ſtudendũ eſt. Quare S. Aug. de mendacio ad Creſcẽtium docet ex Apoſtoli ſententia, mendacium in falſis teſtimonijs numerandum eſſe, etiam ſi in cuiuſquã falſa laude dicatur. Nam locum illum tractans, *a* Inuenimur autem, & falſi teſtes Dei, ſi teſtimonium diximus aduerſus Deum, quòd ſuſcitauerit Chriſtum, quem non ſuſcitauit, ſi mortui non reſurgent; falſum, inquit, teſtimoniũ vocat Apoſtolus, ſi quis de Chriſto, & quod ad eius laudem videtur pertinere, mentiatur.

a 1. Cor. 15. 15.

6 *Quot mala falſum teſtimonium in gratiam alterius prolatũ conſequantur.*

Sæpiſſimè verò etiam cõtingit, vt qui alteri fauet, obſit alteri; certè errandi cauſa affertur iudici, qui interdum falſis teſtibus adductus, contra ius ſecundum iniuriam ſtatuit, & iudicare cogitur. Nonnunquam etiam fit, vt qui ob falſum alicuius teſtimonium cauſam iudicio vicerit, idque impunè tulerit, exultans iniqua victoria aſſueſcat corrumpere & adhibere falſos teſtes, quorũ opera ſperat ſe poſſe ad id, quodcumq; concupierit, peruenire. Eſt verò id, & ipſi teſti grauiſſimum, quid & ab eo, quẽ iureiurãdo ſubleuarit, & adiuuerit, falſus, & periu-

Iudex falſis teſtib. adductus cõtra ius iudicare compellitur. c. paſtoralis de offic. & poteſt. iud. de leg. & lib. illicitas, ff. de officio præſidijs Th. in 2. 2. q. 67. art. 2.

rus agnoſcitur: & ipſe quod ei e ſententia ſuccedit ſcelus, quotidiè maiorem exercitationem, & conſuetudinem capit impietatis, & audaciæ.

7 *Peccata eorum omnium, qui iudicia tractant, & in vniuersũ omne mendacium hoc præcepto prohibetur.*

Vt igitur teſtiũ vanitas mendacia, & periuria prohibétur, ſic & accuſatorũ, & reorũ, & patronorũ, cognitorũ, & procuratorũ, & aduocatorum, & omniũ denique qui iudicia conſtituunt. Poſtremò vetat Deus omne teſtimonium non modò in iudicio, ſed etiam extra iudicium, quod alteri incommodũ, aut detrimentum poſſit afferre. Eſt enim in Leuitico, quo loco hæc præcepta iterantur his verbis: *a* Non facietis furtũ, nõ mentiemini, nec decipiet vnuſquiſque proximũ ſuum; Vt nemini dubiũ eſſe poſſit, quin à Deo omne mendacium hoc præcepto eiectum cõdemnetur: quod apertiſſimè teſtatur Dauid in hunc modum. *b* Perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Aduocatorum et procuratorũ iniqua actio prohibita.

a Leu. 19. 12.

Omne mendacium hoc præcepto vetat.

b Pſal. 5. 7.

8 *Hoc præceptum, ad detractionis vitium etiam extenditur.*

Prohibetur autem hoc præcepto non modò falſum teſtimonium, ſed deteſtabilis etiam libido, & conſuetudo detrahendi alteri, qua ex peſte, incredibile eſt, quàm multa, & quàm grauia, & incommoda & mala naſcantur. Hoc vitium maledicè, & contumelioſè dicendi occultè in alterum, paſſim improbant diuinæ litteræ. *c* Cum hoc, inquit Dauid, non edebam, & S. Iacobus, *d* Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Nec verò præcepta ſolum ſacræ litteræ, ſed etiam exempla ſuppeditant, quibus ſceleris magnitudo declaratur. Nam & *e* Aman, confictis criminibus, adeò incendit in Iudæos Aſſuerum, vt is omnes eius generis homines imperarit occidi. Referta eſt huiuſmodi exemplis ſacra hiſtoria; quorum commemoratione Sacerdotes operam dabunt, vt fideles à rei improbitate deterreant.

Detractionis vicium quam deteſtabile vide c. deteriores, & c. ſumma 6. qu. 1. & Th. in 22. q. 23. art. 1. & 2.

b Pſal. 100. 5.

c Iacob. 4. 11. Item Exod. 22. 28. & Prouer. 4. 24. Sap. 1. 11.

d Eſter. 13. per totum.

9 *Quinam in obtrectatorum numerum, ſint referendi.*

Vt autem peccati huius vis, quo de altero detrahitur, omninò perſpiciatur, ſciendum eſt, non tantùm adhibẽda calumnia offendi hominũ exiſtimationem, ſed & augẽdis, amplificandiſq; criminibus; & ſi quid occultius ab aliquo cõmiſſum ſit, quod vbi reſcitum fuerit, graue, aut turpe ſit ad famam, eam rem, qui, vbi, quando, quibus

Detractores ſunt, qui peccata aliorum vel augẽt, vel publicant.

neceſſe non ſit, promulgarit, is obtrectator, & maledicus iure dicitur.

Heretici obtrectatorũ genus peſſimum

Verum totius obtrectationis nulla eſt capitalior, quã eorum; qui Catholicæ doctrinæ, eiuſq; prædicatoribus obtrectant. in ſimili culpa ſunt, qui malarum doctrinarum, & errorum magiſtros extollunt laudibus.

10 *Qui audiunt detrahentes, vel inter amicos diſſidia ferunt, ſunt detractores.*

Nec verò ab horum hominũ numero, & culpa ſeiunguntur, qui detrahentibus, & maledicentibus hominibus patefacientes aures, non reprehendunt obtrectatores, ſed illis libenter aſſentiuntur. Detrahere enim vel detrahentem audire, ſcribunt Sanctus Hieronymus, & Bernardus, vtrum damnabilius ſit, non facile conſtat: non enim eſſent qui detraherent, ſi non adeſſent, qui detrahentes audirent.

S. Hier. in ep. ad Nepo. circa finem. S. Bern. lib. 2. de conſide. ad Eugen. in fine.

Hac parte noſtri temporis hæretici excellunt.

In eodem genere ſunt, qui ſuis artificijs diſtrahunt homines, & inter ſe committunt, magnopereque ſerendis diſcordijs delectantur, vt ſummas coniunctiones, ac ſocietates fictis ſermonibus dirimentes, amiciſſimos viros ad immortales inimicitias, & ad arma compellant. Hanc peſtem ſic deteſtatur Dominus: *a* Non eris criminator, neque ſuſurro † in populo. Tales erant multi ex conſiliarijs Saulis, *b* qui eius voluntatem à Dauide alienare, & in illum, regem concitare conabantur.

a Leuit. 16.19. † Populis legunt. 10. Ms. & Heb. excep. b Vid. 1. Reg. cap. 22. 6. 7. & 24. 10.

11 *Aſſentatio hac lege etiam interdicta eſt.*

Aſſentatores quam ſint reprehendendi, ac fugiendi.

Peccant denique in hanc partem blandi homines, & aſſentatores, qui in blandicijs, & ſimulatis laudibus influunt in aures, & in animos eorũ, quorum gratiam, pecuniã, & honores aucupãtur, dicentes, vt eſt apud Prophetam: *c* Malum bonũ, & bonum malũ: quos vt arceamus, & pellamus à conſuetudine noſtra, monuit nos Dauid oratione illa: *d* Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me: oleũ autem peccatoris non impinguet caput meũ. Quanquã enim iſti proximo minimè maledicũt, tamẽ ei maximè nocent, qui vel laudãdis eius peccatis afferũt ipſi cauſam perſeuerandi in vitijs, quamdiu vixerit. Et quidem hoc in genere illa eſt aſſentatio deterior, quæ ad proximi calamitatem, & perniciem adhibetur; ſic Saul, cum Dauidem furori, & ferro Philiſtæorum

c Iſaiæ 5.20.

d Pſal. 140. 5.

Genus aſſentationis pernicioſiſſimum.

rum

rum obijcere cuperet, vt occideretur, ei blādiebatur illis verbis, *a* Ecce filia mea maior Nerob; ipſam dabo tibi in vxorem; tantummodò eſto vir fortis, & prœliare bella Domini. Sic Iudæi inſidioſa oratione ſunt affati Chriſtum Dominum; *b* Magiſter, ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces.

a 1. Reg. 18. *b* Matt. 22. 16. Marc. 12. 14. Luc. 20. 21.

12 *Amici quomodo amico periculoſo ægrotanti pernicioſè aſſentiuntur.*

Longè autem pernicioſior eſt oratio amicorum affinium, & cognatorum, qua ad eos interdum vtuntur aſſentatoriè, qui mortifero morbo affecti, iam fine extremo ſpiritu, dum affirmant nullum eſſe tum ei à morte periculum, dùm lætum, & hilarem eſſe iubent, eumquè à peccatorum confeſſione, tanquam à triſtiſſima cogitatione deterrent, dum denique eius animum auertunt ab omni cura, & meditatione extremorū periculorū in quibus maximè verſatur. Quare fugiendū eſt omne mendaciorū genus, ſed illud in primis, quo graui damno quiſquam affici poſſit. Pleniſſimū verò impietatis eſt mēdacium, cùm quis in religionem, vel de religione mētitur.

Moribundum ſpe longioris vitæ alere, & procraſtinatione m ſacramētorum fouere, ſpecies eſt falſi teſtimonij. Mētiri de religionis rebus perniciosiſſimum. Au. l. de mendacio ca. 14. & habent 2. 2. q. 2. c. 1. et in Tho. in 2. 2. qu. 100. art. 4.

13 *Impingunt etiam in hoc præceptum libellorū famoſorū auctores, ioco officij cauſa mentientes, & hypocritæ.*

Sed illis etiam maledictis, & probris grauiter offenditur Deus quæ committuntur libellis, quos famoſos vocant, & huius generis contumelijs.

Præterea ioco, vel officij cauſa fallere mendacio, & ſi nemo in illo damnum, vel lucrum fecerit, tamen omnino indignum eſt; ita enim nos Apoſtolus admonet; *c* Deponentes mendacium, loquimini veritatem. Nam in eo eſt ad frequens, grauiuſque mendacium magna procliuitas, & ex iocoſis mendacijs capiunt homines mentiendi conſuetudinem; vnde veniunt in opinionem, non eſſe veràces: quamobrem vt fidem faciat eorum oratio neceſſe habent iurare perpetuò.

Libelli famoſi prohibiti vide Cod. de libellis famoſis & ff. de iniurijs & libel. fam & 5. q. 2. c. qui in alterius. ſeq. & Bullam Pij V. quæ incipit, Romani, & Greg. 13. q̄ incipit. ea eſt rerum Mendacium iocoſum & officioſū prohibetur, vide Tho. in 2. 2. qu. 110. c. 3. & 4. *c* Ephe. 4. 25. De ſimulatione ſeu Hyppocriſi, vide Tho. in 2. 2. q. 111. per totum.

Poſtremò, priore parte huius præcepti ſimulatio repudiatur; nec modò, quæ ſimulatè dicuntur, ſed quæ ita fiunt cū ſcelere coniuncta ſunt; tā enim verba quā facta notæ, ac ſigna quædam ſunt eorum, quæ ſunt in animo cuiuſque, ob eāque cauſam Dominus ſæpè Phariſæos arguens,

guens, *a* hypocritas appellat. Et hæc de priore præcepti lege, quæ ad vetandum ſpectat. Nunc explicemus quid in altera iubeat Dominus.

14 *Quid nam in altera legis huius parte verbis inuoluta, de iudicijs forenſibus præſcribatur.*

Pertinet autem hæc præcepti vis, & ratio, ad id vt iuſtè, & ex legibus forenſia iudicia exerceantur, ne ve occupent homines, & vſurpent iudicia, *b* Non enim fas eſſe alienum ſeruum iudicare, ſcribit Apoſtolus; ne, re, & cauſa incognita, ſententiam ferant; quo in vitio fuit ſacerdotum, & ſcribarum conſilium, qui de S. Stephano iudicarunt; quod item peccatum fuit magiſtratus Philippenſium, de quibus inquit Apoſtolus: *c* Cæſos nos publicè indemnatos Romanos miſerunt in carcerem, & nunc occultè nos eijciunt; Nec condemnent innocentes, & nocentes abſoluant, ne pretio aut gratia, ne odio aut amore moueantur Sic enim Moyſes ſeniores admonet, quos populi iudices conſtituerat, *d* Quod iuſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ille ſit, ſiue peregrinus: nulla erit diſtantia perſonarum; ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiuſque perſonam, quia Dei iudicium eſt.

15 *Rei per legitimũ Magiſtratũ interrogati, non poſſunt mẽtiri.*

De reis autem, & ſontibus, vult eos Deum verum cõfiteri, cum ex iudicij formula interrogantur, eſt enim teſtimonium, ac prædicatio quædam, illa confeſſio laudis, & gloriæ Dei, ex ipſius Ioſue ſententia, qui Achan ad veri confeſſionem adhortatus inquit, *e* Fili mi, da gloriam Domino Deo Iſrael.

16 *Quod nam ſit teſtium officium.*

Sed quoniam hoc præceptum teſtes potiſſimum attingit; de his etiam diligenter à Parocho agendum erit; nã præcepti vis ea eſt, vt non ſolum prohibeat falſum teſtimonium, ſed verùm etiam dici imperet: Eſt enim in humanis rebus maximus vſus veri, teſtimonij: quòd ſunt innumerabiles res, quas à nobis ignorari neceſſe ſit, niſi eas ex teſtium fide cognoſcamus. Quare nihil tàm neceſſarium eſt, quã teſtimoniorũ veritas in ijs rebus, quas nec ipſi ſcimus, neque tamen licet ignorare. De quo extat illa Sancti Auguſtini ſententia; Qui veritatem occul-

tat,

a Matt. 15. 7. & 23. & ſepè alias.
b Rom. 1. 3. 4.
Forenſia iudicia iuſte, & ſecundum præſcriptas lege, exercendas.
Iudicia extra cuiuſque iuriſdictione non ſunt vſurpãda Iudex in primis nõ poteſt non ſubditum iudicare. de priu. in 6. c. 1. & c. poſtulaſti, de foro cõp & ff. de iuriſd. lib. extra & C. ſi a non competent. l 1.
Item ferè ſnĩa cã incognita. Vide Th. 2. 2. q. 60. art. 3.
b Act. 7. 57 58.
c Act. 16. 37.
d Exo. 43 4.
Da 13. 5. 2. Iudices non dẽt moueri prau ad indicandũ affectibus. Vide ca. quatuor modis 11 q. 3.
Deut 1. 16.
Rei iudice interrogati mentiri non poſſunt. Vide ca. quacunq, ar. 2. q. 5.
e Ioſ. 7. 19.
Teſtimon. falſi prohibenda.

Teſtimo. veri maximus vſus eſt, iſido. li. 3. de ſummo bono cap. 59. &

tat,& qui dici mendacium, vterq; reus eſt; il le, quia prodeſſe non vult, hic, quia nocere deſiderat. Licet verò interdum verum tacere, ſed extra iudicium: nam in iudicio vbi teſtis legitimè interrogatur à iudice, vera omnino patefacienda ſunt. Quo loco cauendũ tamen eſt teſtibus, ne ſuæ memoriæ nimiùm confiſi, quod exploratũ nõ habent, id pro certo affirment. Reliqui ſunt patroni cauſarum, & aduocati, actores, deinceps, & petitores.

hab. 11. q. 3. 6. quiſquis & de crimine talis c. 1. vide Tho. in 2. 2. q. 70. ar. 1. Extra iudiciũ licet interdum tacere verum. Non ſunt pro certis affirmanda quæ certo non ſciuntur. Tho. in 2. 2 par. 107. art. 4. ad 1.

17 *Qua ratione aduocati, & cauſarum procuratores ſuum officium explere poterunt.*

Illi igitur opera, ac patrocinio ſuo, non deerunt neceſſarijs hominum temporibus, & egentibus benignè ſubuenient: tum iniuſtas cauſas defendendas non ſuſcipient, neq; calumnia lites protrahent, nec alent auaritia.

Quod ad mercedem attinet laboris, & operæ ſuæ illa iure, & æquo metiantur.

Aduocatus tẽpore neceſſitatis, pauperi debet patrocinari 86 d. c. paſc. Th. 2. 2. q. 71. ar. 2.

18 *Petitores, & accuſatores, quo pacto ſuo officio nõ rectè fũgẽtur*

Petitores verò, & accuſatores monendi ſunt, ne culquam amore, aut odio, aut cupiditate aliqua adducti, periculum iniquis criminationibus creent. Iuſſum hoc denique diuinitus præſcriptum eſt pijs omnibus, vt in congreſſibus, & colloquijs verè ſemper atque ex animo loquantur, nihil dicant, quod alterius exiſtimationi poſſit officere, nè de illis quidem, à quibus lædi ſe, & exagitari intelligunt; cùm illud propoſitum habere debeant, ſibi cum illis eam neceſſitudinem, & ſocietatem intercedere, vt membra ſint eiuſdem corporis.

Non debet maiorem iuſta mercedem accipere, c. non ſane 14. q. 5. & Th ead. q. ar. 4 petitores non debent malo animo rerum in ius vocare ca. cum mini. ſter. 25. q. 5.

19 *Quibus rationibus Chriſtiani ad agnitionem fœditatis, quæ mendacia ineſt perduci poterunt.*

Vt autem libentiùs hoc mendacij vitium caueant fideles, proponet eis Parochus ſummam huius ſceleris miſeriam, ac turpitudinem; nam in ſacris litteris mendacij pater Dæmon dicitur: quod enim Dæmon in veritate non ſtetit mendax eſt, & mendacij parens.

Diabolus pater menda ij. Ioan 8. 44. vide Aug. tract 42. in Ioan. & 11. 14. de ciu. Dei c. 3.

Adiunget ad eijciendum tantum flagitium ea mala quæ mendacium conſequuntur, & quoniam ea mala innumerabilia ſunt fontes, & capita incommodorum, & calamitatum demonſtrabit, ac primum, in quantam, cadat Dei offenſionem, quantum ve eius odium incurrat homo vanus, & mendax, Salomonis auctoritate

de-

Deus odit mẽdacium.
a Prou. 6. 16. 17.

declarabit eo loco; *a* Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius, oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium ſanguinem, cor machinans cogitationes peſſimas, veloces pedes ad currendum in malum proferentem mendacia, teſtem fallacem, & quæ ſequuntur: Quis igitur ei præſtet incolumitatem, qui inſigni in odio ſit apud Deum; quo minus grauiſſimis afficiatur ſupplicijs?

Lingua ad mẽtiendum abuti quam graue ſit.

20 *Quæ incommoda mendacia humanæ ſocietati inferant.*

Deinde, quid impurius, aut fœdius, vt inquit ſanctus Iacobus, *b* quã in eadẽ lingua, qua benedicimus Deum, & Patrem, maledicere homines, qui ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ Dei facti ſunt, ita vt fons de eodẽ foramine emanet dulcem, & amaram aquam? Quæ enim lingua prius laudem, & gloriam Deo tribuebat, poſtea quantum in ea eſt, eum ignominia afficit, ac dedecore mentiendo.

b Iac. 3. 9. Chryſ. ho. 14. epi. ad Eph.

Quare fit vt à cœleſtis beatitudinis poſſeſſione mendaces excludantur. Cum enim in hunc modum quæreret à Deo Dauid; *c* Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? reſpondit Spiritus Sanctus. Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua.

Mendaces cœleſti beatitudine excludũtur
c Pſal. 14. 1. 2.
Mendacium morbus inſanabilis.
Reſtituenda eſt fama quæ per detractionem diminuta eſt, ca. quidam 5. q. ex reg. ep. 30. lib 5.

Maximum verò etiam illud in mendacio incommodum eſt, quod ferè inſanabilis eſt is animi morbus. Cum enim peccatum, quod, in ferendo falſo crimine, aut proximi famæ, aut exiſtimationi obtrectando, commiſſum ſit, non remittatur, niſi calumniator ei, quem criminatus fuerit, ſatisfaciat iniuriarum: id autem difficilè fiet ab ominibus primò, vt antea monuimus, pudore, & inani quadam dignitatis opinione deterritis: qui in eo peccato ſit, hunc addictum eſſe æternis inferorum pœnis dubitare non poſſumus. Neque enim quiſquam ſperet, ſe calumniarum, vel obtrectationis veniam conſequi poſſe, niſi prius ei ſatisfaciat de cuius dignitate, & fama, aut publicè in iudicio, aut etiam in priuatis, & familiaribus congreſſibus aliquid detraxerit.

Mendacia rebus humanis magnum detrimentum afferunt.

Præterea, latiſſimè patet, hoc detrimentum, & in cæteros diffunditur; quia, vanitate, ac mendacio, fides, ac veritas tolluntur, arctiſſima vincula ſocietatis humanæ, quibus ſublatis, ſequitur ſumma vitæ confuſio, vt homines à dæmonibus nihil differre videantur.

Do-

Docebit porrò, vitandam eſſe loquacitatem Parochus; cuius vitatione, & reliqua peccata fugiuntur, & eſt magna cautio mendacij, à quo vitio loquaces ſibi haud facilè temperare poſſunt.

Loquacitas fugienda.

21 *Varia mendaciorum excuſationes diluuntur.*

Poſtremò ijs illum errorem eripiet Parochus, qui ſe in vanitate orationis excuſant, & mendacium prudentium exemplo defendunt quorum eſſe aiunt, mentiri in tempore. Dicet id, quod veriſſimum eſt, *a* prudentiam carnis mortem eſſe. Hortabitur auditores, vt in difficultatibus, & anguſtijs Deo confidant, neque ad artificium mentiendi confugiant. Nam illo, qui vtuntur perfugio; facilè declarant, ſe ſua magis niti prudentia, quam in Dei prouidentia ſpem ponere. Qui cauſam ſui mendacij conferunt in eos, à quibus ſunt mendacio decepti, hi docendi ſunt, non licere hominibus ſeipſos vlciſci *b* neque malum malo compenſandum eſſe, ſed *c* potiùs vincendum in bono malum, quod ſi etiam fas eſſet, hanc referre gratiam, nemini tamen vtile, ſe ſuo vlciſci detrimento; eſt autem id grauiſſimum detrimentum, quod mendacio dicendo facimus.

Ob nullam mentiendum eſt commoditatem.
a Rom. 8. 6.

Propter alterius mendacium non eſt mentiendum.
b Ro. 12. 17. & 1. pet. 3. 9.
c Rom. 12. 2.

His qui afferunt humanæ naturæ imbecillitatem, & fragilitatem tradendũ erit hoc officij præceptũ, vt diuinũ auxiliũ implorẽt, nec infirmitati humanitatis obtẽperẽt. Qui conſuetudinem opponunt, admonendi ſunt, ſi mẽtiri conſueuerunt, vt dent operã, vt contrariã conſuetudinem capiant verè loquẽdi præſertim cùm qui vſu, & cõſuetudine peccant, grauius delinquant, quam cæteri.

Cõtra eos qui humanã fragilitatem opponunt. vel conſuetudinem.

22 *Propter aliorum mendacium, non mentiendum.*

Et quoniam non deſunt, qui ſe tegant excuſatione cæterorum hominum, quos paſſim mentiri, & peierare cõtendunt; hac ratione illi ab ea opinione deducendi ſunt non eſſe imitandos malos, ſed reprehendendos, & corrigendos: cùm autem ipſi mentimur, minus auctoritatis in reprehenſione, & correctione alterius, noſtram habere orationem. Alios ſe ita defendentes, quòd ſæpè vera dicendo incommodo ſint affecti, ſic refellent ſacerdotes, eam eſſe accuſationem, non defenſionem: cùm ſit officium Chriſtiani hominis, quamuis potius facere iacturam, quam mentiri.

Qui conſuetudine peccant, grauius delinquunt, quam cæteri, vide Aug. lib. 1. de ſer. domini in monte cap. 23 relatum in ca. ſicut trib. de pœnit. diſt. 2.

27 Men-

27 *Mendacium neque iocoſum neque vtile admittendum.*

Vide Tho. in 2.2.q.110.ar.2. & 3.

Reſtant duo genera eorum, qui ſe in mendacio excuſent; alteri, qui dicant ſe ioci cauſa mentiri; alteri ſe idē facere vtilitatis gratia, quippe qui nec bene emerent, nec venderent, niſi mendacium adhiberent: vtroſque à ſub errore Parochi auertere ſtudebunt. Ac ſuperiores quidem illos à vitio abducent, & docendo, quantum eo in genere peccandi conſuetudinem augeat vſus mentiendi, & illud inculcando, *a* omnis otioſi verbi reddendam eſſe rationem: proximos etiam hos acerbiùs obiurgabunt, quorum in excuſatione grauior inſit illorum ipſorum accuſatio, qui præ ſe ferant, ſe minimè illis Dei verbis, fidem, & auctoritatem tribuere. *b* Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

a Matt.12.39.

b Matt.5.33.

DE IX. ET X. PRÆC.

C A P. X.

Non concupiſces domum proximi tui: nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia, quæ illius ſunt.

1 *Quo pacto Nonum hoc, & Decimum præceptum octo reliqua comprehendere videantur.*

Quomodo ex concupiſcētia oriatur tranſgreſſio omniū mandatorum indicat Paulus Rom.8.7. S.7. & Aug. lib. 1. retract.c.15 & epi.200.& in 9. ciui.c.4 & 5.

IN his duobus præceptis, quæ poſtremò loco tradita ſunt, illud in primis ſciendum eſt, rationem ferè cōſtitui, qua cætera præcepta ſeruentur. Nam, quod his verbis præſcriptum eſt, eò ſpectat, vt ſi quis ſtudet ſuperiora legis iuſſa ſeruare, hoc maximè faciat, Ne cōcupiſcat: quoniam qui non concupiſcet, ſuis contentus, aliena non appetet, aliorum commodis gaudebit, Deo immortali gloriam tribuet, gratias eidem maximas aget, ſabbathum colet, id eſt, quiete perpetua fruetur: maioreſque venerabitur; neminem deniq; neque re, neque verbis, neque vllo alio modo lædet. Nam *c* ſtirps, ac ſemen omnium malorum eſt praua concupiſcentia; qua

c 1. Tim.6.10.

qui

qui incenſi ſunt, præcipites feruntur in omne flagitiorũ, & ſcelerum genus. His animaduerſis & Parochus in ijs, quæ ſequuntur tradendis diligentior, & ad audiendum fideles erunt attentiores.

& Iacò. 4. 1. 2. Semen omnıū ſcelerum eſt praua concupiſcentia.

2 *Quo pacto duo illa præcepta inter ſe differant.*

Sed quamquam hæc duo præcepta coniunxerimus, propterea quòd, cùm non diſſimile ſit eorum argumentum, eandem docendi viam habent: Parochus tamen, & cohortando, & monendo, poterit communiter, vel ſeparatim, vt commodius ipſi videbitur ea tractare: Sin autem Decalogi interpretandi munus ſuſceperit, demonſtrabit, quæ ſit horum duorum præceptorum diſſimilitudo, quid ve vna concupiſcentia ab altera differat, quam differentiam libro quæſtionum in Exodum D. Auguſtinus declarat. Nam ex ijs altera ſolum ſpectat quid vtile ſit, quid fructuoſum: alteri propoſitæ ſunt libidines & voluptates. Si quis igitur fundũ, aut domum cõcupiſcit, is lucrum potius, & quod vtile eſt, cõſectatur, quam voluptatem; ſi verò alienam vxorem appetis, non vtilitatis, ſed voluptatis cupiditate ardet.

Nono præcepto cupiditas inordinata lucri prohibetur Decimo autẽ cupiditas impurè voluptatis vetatur.

Augu. q. 77. in Exo. vide item D. Tho. in 2. 2. q. 122. ar. 6. ad 3. & 4.

3 *Num ſexto, & ſeptimo præcepto ſatis fuerit explicatũ quod his duobus poſtremis comprehenditur.*

Verum, horum præceptorum duplex fuit neceſſitas, altera, vt ſexti, ſeptimiq; præcepti ſententia explicaretur: nam etſi quodam naturæ lumine intellectum eſt, alienæ vxoris potiundæ cupiditatem prohiberi, vetito adulterio; nam ſi concupiſcere liceret, fas item eſſet potiri; tàmen plerique ex Iudæis peccato obcæcati in eam opinione adduci non poterant, vt crederent, id à Deo prohibitum eſſe, imò verò lata, & cognita hac Dei lege, multi, qui ſe legis eſſe interpretes profitebantur, in eo errore verſati ſunt; id quod animaduertere licet ex illo Domini ſermone apud S. Matthæum, Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, Non Mœchaberis, ego autem dico vobis, & quæ ſequuntur: Altera eſt horum præceptorum neceſſitas, quòd aliqua diſtinctè, explicatèque vetantur, quæ ſexto, & ſeptimo explicatè non prohibebantur. nam, exempli cauſa, ſeptimum præceptum prohibuit, ne quis iniuſtè concupiſcat aliena, aut eripere conetur; Hoc autem vetat, ne vllo modo quis concupiſcat: etſi

Nonum, & decimum præcep. illuſtrant ſextum, & ſeptimum.

Legis Moyſi quidam interpretes ſexti pcepti ſentẽtiã peruertebant. Matt. 5.

Nono, & decimo præcepto quædam explicare vetantur quæ lex to, & ſeptimo apertè nõ vetabantur. Vide aliam rationẽ apud D. Th. in 1 2. q. 100. ar. 5. & 6.

iure,

iure, legeq; aſſequi id poſſit, ex cuius adeptione proximo damnum importari videat.

4 *Quale, quantumque ſit Dei beneficium, quo nobis legis huius mandatum eſt collatum.*

Quomodo concupiſcentia ſit innata declarat Tho. in 12. q. 30. art. 4.

Sed illud in primis, antequam ad præcepti explicationem veniamus, docendi ſunt fideles, nos hac lege non ſolum ad id inſtitui, vt cupiditates noſtras cohibeamus: ſed etiam Dei erga nos pietatem, quæ immenſa eſt cognoſcamus. Nam cum ſuperioribus legis præceptis, nos quibuſdam, quaſi præſidijs minuiſſet, ne quis nos ipſos, aut noſtra violaret, hoc adiuncto præcepto, illud maximè prouidere voluit, nè appetitionibus noſtris nos ipſi læderemus, quod facilè futurum fuit, ſi omnia cupere, atque optare, liberum nobis, atque integrum eſſet. Hac igitur non concupiſcendi lege præſcripta, illud à Deo prouiſum eſt, vt cupiditatum aculei, quibus ad pernicioſa, quæque incitari ſolemus, huius legis vi quodammodo excuſſi, nos minus vrgeant, maiuſq; propterea temporis ſpatium nos, moleſta illa cupiditatum ſollicitudine liberati, ad ea pręſtanda pietatis, & religionis officia habeamus, quæ Deo multa maximaque debemus.

5 *Quod diſcrimen hæc duo præcepta inter leges diuinas, & humanas eſſe inſinuent.*

Qui duo poſtrema præcepta præſtent.

Legem Dei eſſe ſpiritalem.

Leges humanæ inter nos animi motus non reprimũt vnde lex cogitationis ff. de pœn d. 1. c. cogitationis.

a 1. Reg. 16. 7. Pſal. 7. 10. Hie. 11. 20. & 17. 10 22.

Lex diuina ſpeculum eſt tum honeſtarum, tum vitioſarũ actionum.

b Rom. 7. 7.

Neque id ſolùm hæc lex nos docet, verùm etiam illud oſtendit legem Dei eiuſmodi eſſe, quæ non externis ſolum munerum functionibus, ſed etiam intimo animi ſenſu ſeruanda ſit: Hocq; inter diuinas, & humanas, leges intereſt, quod hæc rebus tantum externis contentæ ſunt, illæ vero *a* quoniam animum Deus intuetur, ipſius animi puram ſinceramq; caſtitatem, atq; integritatem requirunt. Eſt igitur diuina lex, quaſi ſpeculum quoddam, in quo naturæ noſtræ vitia intuemur. Quamobrem dixit Apoſtolus: *b* Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret. Non concupiſces. Cum enim concupiſcentia, id eſt peccati fomes, qui ex peccato originem habuit, perpetuò nobis infixus inhæreat, ex hoc agnoſcimus in peccato nos naſci; qua propter ſupplices ad eum confugimus, qui ſolus poteſt peccati ſordes eluere.

6 *Quæ concupiſcentia hic nõ proibeatur, quid ve ſit cõcupiſcẽtia.*

Habent autem hæc ſingula præcepta illud cum cęteris

com-

commune, vt partim aliquid vetent, partim imperant. Quod ad prohibendi vim attinet, ne quis fortè arbitretur concupiſcentiam illam, quæ vitio caret, aliquo modo vitium eſſe, *a* vt concupiſcere ſpiritum aduerſus carnem, vel *b* expetere iuſtificationes Dei in omni tempore, id quod Dauid ſummoperè cupiebat, Parochus doceat, quæ concupiſcentia illa ſit, quam huius legis præſcripto fugere oporteat. Quare ſciendum eſt, concupiſcentiam eſſe commotionem quandam, ac vim animi, qua impulſi homines, quas non habent, res iucundas appetunt. Et quemadmodum reliqui animi noſtri motus non perpetuò mali ſunt: ita hæc concupiſcendi vis non ſemper in vitio eſt ponenda. Neq; enim propterea malum eſt, ſi cibum, aut ſi potum apetimus, aut cùm frigemus, ſi caleſcere, aut contrà, cum calemus, ſi frigeſcere cupimus, & quidē recta hæc concupiſcendi vis, Deo auctore, à natura nobis inſita eſt, ſed primorū parētum noſtrorū peccato factum eſt, vt illa, naturę fines trāſiliens, vſque adeò deprauata ſit, vt ad ea concupiſcenda ſæpè excitetur, quæ ſpiritui, ac rationi repugnant.

a Gal. 1. 17.
b Pſal. 118. 20.
Q. id ſit concupiſcentia, ex Ariſt. lib. 1. Reth. c. 31. & Tho. in 1. 2. q. 30. art. 1.
Concupiſcentia non omnis mala, videque notauimus in 2. par. cap. de Baptiſmo.
Concupiſcentiā à Deo partim non eſſe docet D. Tho. in ea. q. art. 3. cū eam in naturalem & nō naturalem diuidit.

7 *Quas præcipuè vtilitates concupiſcentia recta rationi conformis homini præſtet.*

Quin etiam hæc vis, ſi moderata eſt, ſuiſque finibus continetur, ſæpè etiam non mediocres vtilitates præbet, nam illud primum efficit, vt aſſiduis precibus Deum oremus, ſupplice ſque ab eo petamus, quæ maximè cupimus: oratio enim cupiditatis noſtræ interpres eſt: quòd ſi recta concupiſcendi vis abeſſet, non tam multæ preces eſſent in Eccleſia Dei.

Concupiſcentia rectæ rōni conformis homini etiam eſt vtilis.
Prima ratio.

Efficit præterea, vt cariora ſint nobis Dei munera; quò enim vehementiori alicuius rei cupiditate flagramus eò carior illa nobis res eſt, atque iucundior, cùm eam adepti ſumus.

Secunda ratio

Tùm verò delectatio ipſa, quam ex re concupita ſentimus facit, vt maiore pietate gratias Deo agamus: itaque ſi concupiſcere aliquando licet, fateamur neceſſe eſt, non omnem concupiſcendi vim prohibitam eſſe.

Tertia ratio.

8 *Quomodo Apoſtolus concupiſcentiam vocet.*

Et quanquam Diuus *c* Paulus concupiſcentiam peccatum eſſe dixit, id in eam tamen ſententiā accipiendū

Quomodo S. Paulus dicat, quod concupiſcentia ſit peccatum.
c Rom. 7. 20.

b Exod. 20.16. Trid. Syo. ſeſſ. 5. ſub finem decreti de peccato originali.

eſt, in quam a Moyſes locutus eſt, cuius ille teſtimoniũ affert, id quod ipſius Apoſtoli oratio declarat. Nam illam carnis cõcupiſcentiã vocat in epiſtola ad Galatas: b Spiritu, inquit, ambulate, & deſideria carnis non perficietis.

9 *Quæ concupiſcentia hic omnino non prohibeatur, nec peccati rationem habeat.*

Naturalis igitur illa cupiditatis vis, & moderata, quæ fines ſuos non egreditur, non vetatur, multoque minus ſpiritualis illa rectæ mentis cupiditas, qua ad eorum appetitionem incitamur, quæ carni repugnant: ad hãc enim ipſam ſacræ litteræ nos ad hortãtur: c Cõcupiſcite ſermones meos; & d Trãſite ad me omnes, qui cõcupiſcitis me.

c Sap. 6. 12. d Eccl. 24. 20.

10 *Quæ ſit concupiſcentia hic interdicta.*

Vſus prauæ cupiditatis nõ omnis concupiſcendi vis prohibetur. Clare concludit quid hic vetetur.

Itaque hoc interdicto non ipſa concupiſcendi vis, qua tum ad bonum, tùm ad malũ vti licet, ſed vſus prauæ cupiditatis; quæ carnis concupiſcentia & peccati fomes vocatur, ac, ſi animi aſſenſionem adiunctam habeat, ſemper in vitijs numeranda eſt; omnino prohibetur. Ergo ea tantum concupiſcendi libido vetita eſt, quam carnis cõcupiſcentiam vocat e Apoſtolus, illi ſcilicet concupiſcendi motus, qui nullum rationis modum habent, neque finibus à Deo conſtitutis continentur.

e Gal. 5. 16. 19. & 1. Petr. 5. 11. & 1. Io. 2. 10.

11 *Quibus ex cauſis agnoſcatur, concupiſcentiam eſſe peccatum.*

Concupiſcentia eſt mala, primo ob res quæ appetuntur.

Hæc cupiditas damnata eſt; vel quia malum appetit, veluti adulteria, ebrietates, homicidia, & alia eiuſmodi nefaria ſcelera. De quibus ita Apoſtolus, f Non ſimus, inquit, concupiſcentes malorum quemadmodum, & illi concupierunt.

f 1. Cor. 10. 6. Secundo, quia eſt rerum prohibitarum. g Deut. 7. 26. & 2. Mac. 12. 41. Tertio, quia eſt rerum alienarum. Quo conſenſus in peccatum fit peccatum mortale vide Tho. in 1. 2. q. 74. art. 7. & 8. & Aug.

Vel quia, etſi res natura ſuæ malæ non ſunt; cauſa tamen aliunde extat, quare illas concupiſcere nefas ſit: quo in genere ſunt ea, quæ ne poſſideamus Deus, aut Eccleſia prohibet: non enim ea appetere nobis licet quæ poſſidere omninò nefas ſit, qualia olim in veteri lege fuerunt, aurum, & argentum, ex quibus idola conflata erant, g quę Dominus in Deut. vetuit, ne quis concupiſceret. Ob eam præterea cauſam hæc cupiditas vitioſa prohibetur, quoniam, quæ appetuntur, aliena ſunt, vt domus, ſeruus, ancilla, ager, vxor, bos, aſinus, & aliæ multa, quæ cum aliena ſint, ea concupiſcere vetat diuina lex, rerumque eiuſmodi cupiditas

nefaria

nefaria eſt, & in peccatis grauiſſimis numeratur, cùm illis concupiſcendis animi præbetur aſſenſus.

li. 12. de Tri. c. 32. de delectatione moroſa; vide eoſdem ibidem.

12 *Concupiſcentiæ peccatum vbi maximè conſiſtat.*

Nam, tùm peccatum natura exiſtit, cùm poſt cupiditatum malorum impulſum animus rebus prauis delectatur, atque his vel aſſentitur, vel non repugnat: id quod D. Iacobus cùm peccati originem, & progreſſionem oſtendit, illis verbis docet *a* vnuſquiſque tentatur, à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus: deinde concupiſcentia, cùm conceperit parit peccatum; peccatum verò, cum conſummatum fuerit, generat mortem.

a Iac. 1. 14. 15. vide item Au. in 2. l. de ſer. Dom. in mõte c. 23. & habetur de pœ. diſt. 2. c. ſicut trib. Gre. ho. 16. in Euch. & lib. 4. Mor. ca. 27. & in reſpõ 11. ad interrog. Aug Hier. item in c. 1. Amos, & hab. de pœn. d. 1. ca. ſup[e]r trib.

13 *Quæ ſit duorum extremorum præceptorum ſententia.*

Cùm igitur lege ita caueatur, Nõ cõcupiſces, hæc verba ad eũ ſenſum referũtur, vt noſtras cupiditates à rebus alienis cohibeamus: alienarum enim rerũ cupiditatis ſitis immenſa eſt, atq; infinita, neq; vnquã ſatiatur, vt ſcriptũ eſt: *b* Auarus nõ implebitur pecunia de: quo eſt ita apud Iſaiam *c* Vę qui coniungitis domũ ad domum, & agrum agro copulatis, ſed ex ſingularum vocum explicatione facilius intelligetur huius peccati fœditas, & magnitudo.

Quæ cupiditas hic vetetur

b Eccl. 5. 9. Iſaiæ 5. 8 Noni, & decimi præcepti ſingula verba declarantur.

1 *Quid domus vocabulo in huius precepti formula intelligẽdũ ſit*

Quare Parochus docebit, domus vocabulo non locum modò, quem incolimus, ſed vniuerſam hæreditatem ſignificari, vt ex diuinorum ſcriptorum vſu, conſuetudineque cognoſcitur. In Exod. ſcriptum eſt, *d* Obſtetricibus à Domino domus eſſe ædificatas. Sententia eò ſpectat, vt illarum facultates ab eo auctas eſſe, atq; amplificatas interpretemur. Ex hac igitur interpretatione animaduertimus hac præcepti lege vetitum nobis eſſe, ne diuitias auidè expetamus, neq; alienis opibus, potentiæ, nobilitati inuideamus, ſed ſtatu noſtro, qualis, qualis ille ſit ſiue humilis, ſiue excelſus, contenti ſimus. Alienæ deinde gloriæ appetitionem vetitam eſſe intelligere debemus: nam hoc item ad domum pertinet.

d Exo. 2. 20.

15 *Quid bouis, & aſini vocibus contineatur.*

Quod verò ſequitur, Non bouem, nõ aſinũ, id oſtendit non ſolùm, quæ magna ſunt, vt domus, nobilitas & gloria, ea cũ aliena ſint, nobis concupiſcere non licere, ſed etiam parua, qualia illa ſint, ſiue animata, ſiue inanimata.

16 *De quibus ſeruis in hoc præcepto ſit ſermo.*

Serui aliorum per cupiditatem non ſollicitandi.

Sequitur deinceps, Non ſeruum, non ancillam, quod intelligendum eſt, tàm de captiuis, quàm de reliquo genere ſeruorum: quos, vt cætera alterius bona, concupiſcere non debemus; liberos verò homines, qui voluntate ſeruiunt, vel mercede conducti, vel amore, obſeruantiaque impulſi, nullo modo, neque verbis, neque ſpe, neque pollicitationib. neque præmijs quis corrumpere, aut ſollicitare debet, vt eos deſerant, quibus ſe ipſi ſponte addixerunt: immò verò, ſi ante id tempus, quo ſe in illorum famulatu fore promiſerant, ab illis receſſerint, huius præcepti auctoritate admonendi ſunt, vt ad eos ipſos omnino reuertantur.

17 *Cur etiam in hoc præcepto mentio proximi fiat.*

Quod autem in præcepto mentio fiat proximi, id eò pertinet, vt hominum vitium demonſtretur, qui vicinos agros, aut proximas domos, aut aliam ré eiuſmodi, quæ ſecum continens ſit, appetere ſolent. Vicinitas enim, quæ in parte amicitiæ ponitur, ab amore ad odium, cupiditatis vitio, tranſducitur.

Explicatur decimum præceptum de nõ concupiſcenda vxore proximi.

18 *Non præuaricantur iſtam legem, qui res venales proximi iuſto pretio emere cupiunt.*

Hoc verò præceptum ij minimè violant, qui res, quas proximi venales habent, emere ab illis cupiunt, aut iuſto pretio emunt, ij enim non modo proximũ non lædunt, ſed valdè adiuuant, cùm ei pecunia maiore commodo, vſuique futura ſit, quam res illæ, quas ipſe venditat.

Libellus repudij tempore Moyſis permiſſus.
a Deu. 24. 1. 2.
Vxorem etiam repudiatam ab alio ducere non licet.
Matt. 5. 33. & 19 7.
Matt 10. 11. 12
Luc. 16 18. Ro. 7. 3 & 1. Cor. 7. 10. 11. & c placuit cummultis ſeq. 32. qu. 2. & gaudemus de diuortijs
Con. Mileuit. cap. 17. Conc. Aphr. can. 69.

19 *Quomodo decimum præceptum de non concupiſcenda vxore proximi intelligendum ſit.*

Hanc de re aliena non concupiſcenda legem, altera ſequitur, quæ prohibet, ne alienam concupiſcamus vxorem: qua lege concupiſcendi libido non ea quidem tantum prohibita cenſetur, qua adulter alterius vxorem appetit, ſed etiam, qua affectus aliquis alterius vxorem in matrimonium ducere concupiſcit: eo enim tempore, *a* cùm repudij permittebatur libellus, illud facilè euenire poterat, vt quæ ab vno repudiata eſſet, eam altera vxorem acciperet: at hoc Dominus vetuit: ne aut mariti ad vxores relinquendas ſollicitarẽtur, aut vxores maritis difficiles ſe, ac moroſas ita præberent, vt eam ob cauſam, quaſi quædam neceſſitas viris imponeretur,

illas

illas repudiandi; nunc verò grauius eſt peccatum, cùm mulierem, etiam ſi à viro repudiata ſit, alteri in matrimonium ducere non liceat, niſi marito mortuo: itaq; qui alterius vxorem concupiſcet, facilè ex vna in aliam incidet cupiditatem, aut enim illius virum mori, aut adulterium admittere cupiet.

Concil. Trid. ſeſſ. 24. can. 7. de doctr. matrimonij.

Atque hoc idem de ijs mulieribus dicitur, quæ alteri deſponſatæ ſunt: neque enim has item concupiſcere licet, cum ij, qui hæc pacta reſcindere ſtudent, violent ſanctiſſimum fidei fœdus.

Fœminam alteri deſponſatam concupiſcere non licet.

Et quemadmodum, quæ alteri nupta eſt, eam concupiſcere omnino nefas eſt: ſic, quæ ad Dei cultum religionemque conſecrata eſt, nullo pacto licet illam vxorem appetere.

Sanctimonialium connubia appetere omnino non licet. l. ſi quis C. de Epiſt. & Cler. quæ item habetur de pœn. d. 1. c. ſi quis, & hiſtor. Tripar. lib. 7. cap. 4.

20 *In hanc legem non peccat, qui mulierem, quam putat maritũ amiſiſſe, ſollicitat ad matrimonium.*

Si verò quis mulierem, quæ nupta eſt, cum eam innuptam eſſe opinetur, vxorem ſibi dari concupiſcit, neque, ſi in matrimonium alij collocatam intelligeret, eam nuptam ſibi dari cuperet; id quod *a* Pharaoni, & *b* Abimelech contigiſſe legimus, qui Saram in matrimonium habere concupierunt, cum eam minimè nuptam, Abrahæque ſororem non vxorem arbitrarentur, ille certè, qui eo animo eſt, eiuſmodi præcepti legem violare non videtur.

a Gen. 1. 15. 16. 2.
b Gen. 20. 2. 3.

Remedia aduerſus noxias concupiſcentias.

21 *Quid præterea, quæ prohibentur, hoc præcepto facienda imperentur.*

Sed, vt Parochus remedia patefaciat, quæ ad tollendum hoc cupiditatis vitium accomodata ſunt, explicare alteram præcepti rationem debet, quæ in eo conſiſtit, vt, *c* ſi diuitiæ affluant, cor non apponamus, *d* eaſque pietatis, & diuinarũ rerum ſtudio abijcere parati ſimus, & in ſubleuãdas pauperũ miſerias libenter pecuniã erogemus, ſi deſint facultates, egeſtatẽ ęquo animo, & hilari feramus, & quidem ſi rebus noſtris dandis liberalitate vtemur, rerũ alienarũ cupiditates reſtinguemus. De paupertatis autem laudibus, diuitiarumq; deſpicientia, *e* in ſacris litteris; & apud Sanctos Patres facile erit Parocho multa colligere, & fideli populo tradere. Hac item lege pręcipitur, vt ardenti ſtudio, sũmaque cupiditate optemus

c Pſal. 61. 11.
d Matt. 19. 21.

Paupertas ferenda.

e Matt. 5. 3. & 6. 24. & 14. 22. & 19. 21. 2. 3. 24. 27. 28, 29. Mar. 4. 10. 9 & 8. 21. 22. 23. 24. 28. 29. Luc. 6. 20. 24. & 8. 14.

mus id potiſſimum effici, non quod nos concupiſcimus, ſed quod Deus vult, *a* quemadmodum Domini oratione exponitur. Voluntas autem Dei in eo maximè eſt, *b* vt ſingulari nos quodã modo ſancti efficiamur, animumq; noſtrum ſyncerum, atque ab omni labe purum, integrumque conſeruemus, & exerceamus nos in ijs mẽtis, ac ſpiritus officijs, quæ corporis repugnant ſenſibus, horumque eoomitis appetitionibus, ratione, ac ſpiritu duce, rectum vitæ curſum teneamus, qui vè præterea ſenſus materiam cupiditatibus noſtris, libidinique præbẽt, eorum vim maximè reprimamus.

Act. 4. 34. 35. & 5. 1. 2. 3. & ſepe alias vide de laudibus paupert. & ſvo lumaria H... epiſt. 1. ad Helio 1 & 8. ad Demetriadem & 150. ad Hédidia, & 6. ad Pamac hiſtor. Baſ. in regul. fuſiu diſputa tis interrog 9 Chryſ. Hom. in ep. ad Bon. ſuper hęc verba ſalutare Priſcã, & Aqu. Caſſia. lib. 4. de iuſt mon. c. 12. & 33. & coll. 24. c. 26. Greg ho. 18. in Ezechi Ambr. in c. 6. Lucæ. Leo magnus in 1. omn. S. Aug. lib. 17. ciu. & in epiſt. 89. ad Hil & ep. 100. ad monachas, & alios noſtra voluntas diuinæ voluntati ſubijcienda.

a Matth 6. 10.
b Rom. 12. 1. & 1. Theſ. 4. 3.

22 *Quæ ſint potiſſimum Chriſtianis meditanda, vt vino concupiſcentiæ refrenent.*

Sed ad hunc cupiditatum ardorem reſtinguendum plurimum etiam hoc poteſt, ſi, quæ incommoda ex illis accidunt, ea nobis ob oculos proponamus. Primum verò illud incommodum eſt, quòd quoniam eiuſmodi cupiditatibus paremus, in anima noſtra regnat ſumma peccati vis, ac poteſtas. Quamobrem monuit Apoſtolus, *c* Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius. Nam quemadmodum, ſi cupiditatibus reſiſtimus, peccati vires concident, ita, ſi ijs ſuccumbimus, *d* Dominum à regno ſuo expellimus, & in eius locum peccatum introducimus.

Cupiditatum prauatum incommoda Primum eſt peccati in anima noſtra regnũ.

c 1. Rom. 6. 2.
c. 1. Cor 5. 15. 16. 18

Alterum præterea incommodum eſt, quòd ab hac concupiſcendi vi, veluti fonte quodam, omnia peccata manant, vt *e* D. Iacobus docet, D. item Ioannes Omne, inquit quod eſt in mundo, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.

Secundum eſt quod omnia mala cupiditate manat.

Tertium incommodum in eo eſt, quoniam rectum animi iudicium his cupiditatibus obſcuratur. Homines enim his cupiditatum tenebris obcæcati, honeſta, & præclara putant omnia quæcunque ipſi concupiſcunt.

Opprimitur præterea concupiſcendi vi verbum Dei, quod in animis noſtris à magno illo agricola Deo inſitum eſt. Sic enim apud Diuum Marcum ſcriptum eſt; *f* Alij ſunt qui in ſpinis ſeminantur; hi ſunt, qui verbum audiunt,

d Iacob. 11. 4. 15. & 1. 4. 2. & 10. 1. 16. Tertium eſt quod per eam iudicium obſcuratur. Quartum eſt, quod verbum Dei per eam opprimatur.
f Matth. 4. 17. 19.

audiunt, & ærumnæ ſæculi, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiſcentiæ introeuntes, ſuffocant verbum, & ſine fructu efficitur.


23 *Qui cupiditatum laqueis maximè implicentur.*

Luſibus dediti, et mercatores alienis rebus inhiant.

Iam vero qui præ ceteris hoc cupiditatis vitio laborant, quoſque propterea Parochus ad colendum hoc præceptum diligentius cohortari debet, illi ſunt, qui luſionibus non honeſtis delectantur: aut qui ludis immoderatè abutuntur; mercatoreſque item, qui rerum penuriam, annonæque caritatem expetunt, atque id ægrè ferunt, vt alij præter ipſos ſint, qui vendant, aut emant, quò carius vendere, aut viliùs emere ipſi poſſint: qua in re item peccant, qui alios egere cupiunt, vt, aut vendendo, aut emendo ipſi lucrentur.

Milites, medici, & cauſidici in his peccant

Peccant etiam milites, qui bellum expetunt, vt furari ipſis liceat: medici item, qui morbos deſiderant: iureconſulti, qui cauſarum, litiumque vim, copiamque concupiſcunt; tum artifices, qui quæſtus auidi, omnium, quæ ad victum cultumque pertinent, pænuriam exoptant, vt indè plurimùm lucri faciant. In hoc præterea genere grauiter ij peccant, qui alienæ laudis, gloriæque auidi, atque appetentes ſunt, non ſine aliqua famæ alterius obtrectatione: idque præſertim, ſi qui illam appetunt, ignaui, nulliuſque pretij homines ſunt: fama enim, & gloria, virtutis atque induſtriæ, non ignauiæ, aut inertiæ præmium eſt.



CATECHISMI ROMANI

Pars Quarta.

De Oratione, eiuſque in primis neceſſitate. CAP. I.

SECTIO PRIMA.

1 *Quomodo Deus ſit orandus.*

IN officio, & munere Paſtorali cum primis neceſſaria eſt ad ſalutem populi fidelis præceptio Chriſtianæ precationis, cuius vim, ac rationem, neceſſe eſt multos ignorare, niſi pia, & fideli Paſtoris diligentia tradita ſit. Quamobrem præcipua Parochi cura verſari debet in eo, vt pij auditores intelligant, quid à Deo, & quomodo orandum ſit. Omnes autem neceſſariæ precationis numeros continet diuina illa formula, quam Chriſtus Dominus Apoſtolis, & per illos eorumque ſucceſſores omnibus deinceps, qui Chriſtianam religionem ſuſciperent, notam eſſe voluit; cuius verba, & ſententias, ſic animo, ac memoria comprehendere oportet, vt in promptu habeamus. Vt autem in hac orandi ratione ſuppeditet Parochis facultas inſtituendi fideles auditores, quæ magis opportuna viſa ſunt, hic propoſuimus ſumpta ab ijs ſcriptoribus, quorum eo in genere doctrina, & copia maxima laudatur: nam reliqua, ſi opus fuerit, Paſtores ex ijſdem fontibus haurire poterunt.

Dominica oratio inter omnes præcandi formulas eſt perfectiſſima. De oratione pięt: rſcripturam, cuius nos loco ſubinde proferemus, ſcripſerūt Tertul. & Cypr. Aug. ep. 121. ad Prob. Chr. ho 25. Caſſ. li. 9. collationum & Th. in opuſ. & 2. 2. q. 83. innumerabiles alij.

2 *Vſus orandi ad ſalutem neceſſarius eſt.*

Primum igitur docendum eſt, quàm ſit oratio neceſſaria, cuius præceptū non ſolum conſilij cauſa traditum eſt, ſed etiam neceſſarij iuſſu vim habet, quod à Chriſto

Orare ex præcepto Domini tenentur.

Do-

a Luc. 18. 1. Eccl. 18. 22. & 1. Theſ. 5. 17. & Ephes. 6. 18. Col. 22. Præfatio orationis Dominicæ in miſſa. vide D. Th. in 2. 2. qu. 83. ar. 2. & 3 ad 2.
b Luc. 11. 1. 7. Chriſti exemplo orandum, & Apoſtolorũ præſcripto.
c Luc 6. 12.
d 1. Pet. 3. 7. 9 & 4. 7.
e 1. Io. 3. 21. 22. & 5. 14. 15.
f Ro 12. 13. & Phil. 16. & 1. Tim. 2. 3 & 4. 5. & Heb. 4. 16.

Domino declaratum eſt illis verbis: *a* Oportet ſemper orare. Hanc orandi neceſſitatem ipſa etiam illo Dominicæ precationis proœmio oſtendit Eccleſia. Præceptis ſalutaribus moniti, & diuina inſtitutione formati audemus dicere; Itaque cum eſſet neceſſaria precatio Chriſtianis hominibus, & illud à diſcipulis ipſe rogatus eſſet, *b* Domine doce nos orare, præſcripſit eis orandi formam Dei filius, & ſpem attulit impetrationis eorũ, quæ poſtularent, & ipſe documentum fuit precationis qua non ſolùm vtebatur aſſiduè, ſed *c* in ea etiam pernoctabat; cuius deinde officij ijs, qui ſe ad Ieſu Chriſti fidem contuliſſent, Apoſtoli præcepta tradere non deſtiterunt. Nam *d* ſancti Petrus, & *e* Ioannes de ea re diligentiſſimè pios admonent, & eius orationis memor *f* Apoſt. Pluribus locis hortatur Chriſtianos ad ſalutare orandi neceſſitatem.

3 *Qua potiſſimum ratione homines adduci poſſint in cognitionẽ neceſſarij huius officij.*

g. Rom. 11. 35. Oratione neceſſaria conſequimur.

Præterea, tam multis indigemus bonis, & commodis, ad animum corpuſq; tuendum neceſſarijs, vt ad precationem confugere oporteat, tanquam ad vnam omniũ optimam, & indigentiæ noſtræ interpretẽ, & conciliatricem eorũ, quibus egemus. Nam, *g* cũ nihil cuiquã debeat Deus, reliquũ profectò, eſt, vt quæ nobis opus ſunt, ab eo precib. expetamus, quas preces, tãquã inſtrumentũ neceſſariũ nobis dedit, ad id quod optaremus, conſequendũ.

Oratione dæmones fugamus.

4 *Non alia via omni indigentiæ noſtræ ſatisfacere licet, quam per orationem.*

h Mat. 17. 21. Donorum ſingularium facultatem ſibi adimunt, qui orationi non vacant.
i Iac. 5. 16. Hier. 1. cap. 7. Matth.
k Matth 7. 7. & 21. 22. Matt. 18. 24. Luc. 11. 9. Ioan. 14. 13. & 16. 23. 24.

Præſertim cum quædam eſſe conſtet, quæ niſi eius adiumento non liceat impetrare; Habent enim ſacræ præces præſtantem illam virtutem, qua maximè dæmones eijciuntur, *h* Eſt enim quoddam demoniorum genus, quod non eijcitur niſi ieiunio, & oratione. Quare magnam ſibi adimunt facultatem ſingulariũ donorum, qui hanc conſuetudinem exercitationemq; non adhibent, piè, ac diligenter orandi. Petitione enim non ſolum honeſta, ſed etiam aſſidua opus eſt ad impetrandum, quod concupiſcas. Nam vt inquit S. Hieronymus ſcriptũ eſt: Omni petenti datur, Ergo ſi tibi non datur, ob id nõ datur, quia nõ petis: *k* petite ergo, & accipietis.

DE

DE VTILITATE ORATIONIS.

CAP. II.

SECTIO PRIMA.

1 *Quis ſit primus fructus, quem parit illa orandi neceſſitas.*

Habet autem hæc neceſſitas iucundiſſimam vtilitatē, quæ fructus ex ſe edit vberrimos: quorū copiam ſument Paſtores à ſacris ſcriptoribus, cum opus erit illos impertiri fideli populo. Nos ex ea copia aliquot elegimus, quos huic tempori accommodatos duximus. Primus autem fructus, quem inde capimus eſt is quòd orantes Deo honorem habemus: ſi quidem eſt quoddam religionis argumentum oratio, quæ in diuinis litteris thymiamati cōparatur, *a* Dirigatur enim inquit Propheta, oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Quare nos hac ratione Deo ſubiectos eſſe profitemur, quem bonorum omnium auctorem agnoſcimus, & prædicamus, in quem ſolum ſpectamus, quod vnum incolumitatis, ſalutiſque præſidium, atq; refugium habemus. Huius fructus illis etiam verbis admonemur: *b* Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me.

Has orationis vtilitates proſequitur.
Iſidor. lib. de ſummo bono cap. 7. de tēp. & epi. 121. ad Proc.
Per orationes Deum primo honoramus.
a Pſal. 140. 2.
b Pſ. 49. 15.

2 *Quæ ſit altera vtilitas, quam orando, conſequimur.*

Sequitur fructus ampliſſimus, & iucundiſſimus orationis, cum à Deo preces audiuntur: eſt enim ex S. Auguſt. ſententia, cæli clauis oratio. Nam aſcendit, inquit, precatio, & deſcendit Dei miſeratio. Licet alta ſit terra, altum cælum, audit tamen Deus hominis linguam. Cuius orandi muneris tanta vis eſt, tanta vtilitas, vt ea re cæleſtium donorum amplitudinem conſequamur. Nam, & impetramus nobis, vt ducem, & auditorē adhibeat Spiritum ſanctum, & fidei aſſequimur conſeruationem, & incolumitatem & vitationem pœnarum, & diuinum patrociniū in tentationibus, & ex diabolo victoriam: omnino ineſt in precatione ſingularis gaudij cumulus: quamobrem ſic loquebatur Dominus: *c* Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum.

Secundus fructus
Aug. ſer. 126. de tempore.
Oratione ampliſſima dona conſequimur.
Pacem, quæ ſecundū Deū parit oratio.
c Ioan. 16. 14.

Iſai. 58. 9. Iſa. 65. 24. item Pſal. 40. 5. & 144. 18. & Prou. 15. 29. & Eccl. 1. 3. 4 & 28. 9.

3 *Semper pias preces exaudit diuina maieſtas.*

Nec verò, quin huic petitioni præſto ſit, & occurat Dei benignitas, vllus relictus eſt dubitandi locus. Quod multa comprobant diuinæ Scripturæ teſtimonia, quæ, quia ſunt in promtu, illa modo apud Iſaiam exempli cauſa attingemus: *a* Tũc enim, inquit, inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis, & dicet ecce ad sũ, Et rurſus: *b* Eritque antequam clament, ego exaudiam, ad huc illis loquentibus ego audiam. Exempla autem eorum, qui Deum exorauerunt, quia propemodum ſunt & infinita, & poſita ante oculos, omittimus.

4 *Qui fiat, vt quæ petimus interdum non impetremus.*

Augu. ſer. 13. de verb. Domini, & tract. 27. in Ioan. Quid ſit oratio.

At interdum fit vt, quæ petimus à Deo non impetremus. Ita eſt: ſed tum maximè proſpicit vtilitati noſtræ Deus, vel quòd alia nobis maiora, & ampliora bona nobis impertitur, vel quòd nec neceſſarium nobis eſt, nec vtile, quod petimus: imo verò fortaſſe ſuperuacaneũ id futurũ ſit, ſi dederit, atq; peſtiferũ. Quædã enim inquit S. Auguſt. negat propitius Deus quæ cõcedit iratus. Nõnũquã etiã fit, vt, adeò remiſſe, ac negligente, oremus vt ne ipſi quidẽ, quod dicimus, attendamus. Cum aũt ſit oratio mẽtis aſcenſus ad Deũ: ſi in orando animus, qui ad Deũ referri debet, peregrinatur, nulloq; ſtudio, nulla adhibita pietate, temere precationis verba fundũtur, quomodo inanẽ huius orationis ſonitũ, Chriſtianã precationẽ eſſe dicemus? Quare minime mirũ eſt, ſi Deus noſtræ non obſequitur voluntati, cũ vel ipſi nolle id nos, quod petimus, penè probemus noſtra negligentia, & ignoratione precationis, vel poſtulemus ea, quæ nobis ſunt obfutura.

Damaſ. lib. 3. de fid. orth. c. 24. Aug. lib. 2. de ſer. Domini in monte c. 7. & ſerm. 130. de tempore.

Sedulò oranti bus Deus ſæpè maiora præſtet quam petant. c Eph. 12. 20. d Luc. 15. Deus cogitationes non expectata voce ſæpe exaudit. e Pſ. 9 & ſecũdum Heb. 10. 17. idem habes Pſal. 10. 2. & 26. 1. Pro. 10. 24.

5 *Digne poſtulantes, plus impetrant, quam poſtulent.*

Contra verò ſcienter, ac diligenter petentibus multò plus tribuitur, quã à Deo poſtulauerint: quod, & *c* Apoſtolus teſtatur in epiſt. ad Epheſios, & *d* illa prodigi filij ſimilitudine declaratur, qui præclarè ſecum actum eſſe exiſtimaturus fuit, ſi in loco mercenarij famuli habuiſſet eum pater, etſi rectè cogitantibus, non ſolum poſtulãtibus nobis, cumulat gratiã ſuam Deus: nõ modo munerũ copia, ſed etiã celeritate tribuendi; quod oſtendũt diuinæ litteræ, cùm illa vtũtur loquẽdi formula, *e* Deſideriũ pauperũ exaudiuit Dñs, intimis enim tacitis & egẽtium ſtu-

ſtudijs, ne expectata quidem eorũ voce Deus occurrit.

6 *Quis ſit tertius orationis fructus.*

Tertius ationis fructus. Ex corde demon. procedere oratio.

Accedit eo etiam ille fructus, quòd orandi animi virtutes, & exercemus, & augemus, maximè verò fidem: vt enim ritè illi non orant, qui fidem Deo nõ habẽt, a Quomodo enim inuocabunt, in quem non crediderunt? ſic fideles, quo ſtudioſiùs orant, eò maiorem ac certiorem fidem habent, diuinæ curæ, & prouidentiæ, quæ potiſſimùm id requirit de nobis, vt ad ſe de ijs, quæ nobis opus ſunt referentes omnia poſtulemus.

a Ro. 30.14. vide item Mat. 4 21. 22. 12. Mar. 11. 22. 23. Iacob. 2. 1.

7 *Cur Deus, cũ ſciat quibus indigeamus, oratione velit ſolicitari.*

Poſſet verò Deus non petentibus, ne cogitantibus quidẽ abunde nobis omnia dilargiri, quomodo, & animantibus rationis expertibus cuncta ſuppeditat ad vſus vitæ neceſſarios: ſed beneficentiſſimus parens vult à filijs inuocari vult, nos quotidiè ritè petendo, petere fidẽtius, vult, impetratis ijs, quæ poſtulamus, in dies magis teſtificari, ac pręedicare ſuam in nos ipſius benignitatem.

8 *Quomodo noſtra in Deum charitas per orationem exerceatur.*

Amplificatur etiã charitas: nam illum auctorẽ agnoſcentes omnium bonorum, vtilitatumq; noſtrarũ, quanta eum poſſumus maxima charitate amplectimur, & vt amãtes coloquio, & congreſſu magis ad amorem incenduntur, ſic pij homines, quò ſæpius Deo facientes preces & eius implorantes benignitatem, quaſi cum ipſo colloquuntur, ea maiori in ſingulas preces affecti lætitia ad eum amandum & colendum incitantur ardentius.

Aug. epiſt. 121 c. 8.

9 *Precationes aſſiduitate tum digni diuinæ gratiæ euadimus, tum humilitatem, & arma contra diabolum cõparamus.*

Quarto vt humilitas creſcat

Præterea nos hac vti vult exercitatione precationis, vt flagrantes petẽdi ſtudio, quod optamus, tãtùm ea aſſiduitate, & cupiditate proficiamus, vt digni ſimus, in quos illa cõferãtur beneficia, quę antea ieiunus, & anguſtus noſter animus capere nõ poterat. Vult prętereà idnos quod eſt intelligere, ac prę nobis ferre, ſi cęleſtis gratię auxilio deſeramur, noſtra opera nihil cõſequi poſſe, propterea q; toto animo ad orandum incũbere. Valent autẽ maximè hæc tanquam orationis arma cõtra naturæ noſtræ hoſtes acerimos: inquit enim S Hilarius: aduerſus Diabolum, armaq; eius orationum noſtrarum ſonitu certandum eſt.

Quinto vt tanto generioſiorem victoriam reportemus. Hier. in Pſ 63.

Quartus orationis fructus.

10 *Quæ ſit quanta vtilitas ex oratione in homines profluens.*

Præclarum præterea illum orationis fructum conſequimur, quòd, cùm procliues ſimus ad malum, & ad libidinis varios appetitus vitio infirmitatis ingenitæ, patitur Deus, ſe noſtris cogitationibus concipi, vt, dum illum oramus, & mereri eius contendimus munera, accipiamus innocentiæ voluntatem, & ab omni labe, delictorum omnium amputatione, purgemus.

Quintus orationis fructus.
Hiero. in ca. 7.
Hier. ſuper illud.
Non obſiſtas mihi.
a Exo. 32. 16.

11 *Quis ſit poſtremus orationis fructus.*

Poſtremò ex Sancti Hieronymi ſententia, iræ diuinæ reſiſtit oratio. Itaq; ſic ad Moyſen loquutus eſt Deus, *a* Dimitte me: cum quidem pœnas eum ab illo populo petere volentem precibus impediret. Nihil enim eſt, quòd æque, Deum leniat iratum, aut etiam paratum ad plagas ſceleratis inferendas æquè retardet, ac reuocet à furore, quàm preces piorum hominum.

DE PARTIBVS, ET GRADIBVS ORATIONIS.

CAP. III.

SECTIO PRIMA.

1 *Quibus partibus conſtet Chriſtiana Oratio.*

Expoſita neceſſitate, & vtilitate Chriſtianæ precationi, ſcire præterea oportet fidelem populum, quot, & quibus partibus ea conſtet oratio: id enim ad huius officij perfectionem pertinere teſtatur Apoſtolus, qui in Epiſtola ad Timoth. cohortans, ad piè, ſanctèque orãdum, orationis partes diligenter enumerat. *b* Obſecro, inquit primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus. Quod verò ſubtilis quædam eſt harum differentia partium, ſi eius explicationem auditoribus Parochi conducere exiſtimabunt, conſulent inter cæteros Sanctum Hilarium, & Auguſtinum.

1. Tim. 2. 1. 3.
Hier. in Pſal. 140. ad ver. Dirigatur oratio.
Aug. epiſt. 59. ad Pauli. in ſol. qu. 5. vide Item Caſſ. collat. 9. cap. 9. & ſeq. & Tho. 2. 2. q. 83. art. 17. item c. de hymnis de conſec. diſt. 1.

2 *De poſtulatione, & gratiarum actione.*

Sed quoniã duæ † ſunt præcipuè partes orationis, poſtulatio, & gratiarum actio, à quibus, tanquam à capite, manãt reliquæ, minimè eas prætermittendas duximus. Nam ad Deum accedimus, vt cultum ei, ac veneratione ad-

† De duobus his præcipuis orationis ſei-

adhibentes, vel ab eo aliquid impetremus, vel ipſi de beneficijs, quibus aſſiduè ab eius benignitate ornamur, & augemur, gratias agamus: Vtramque hanc maximè neceſſariam partis orationis, Deus ipſe pronũciauit ore Dauidis, illis verbis, *a* Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Quãtum autem egeamus diuinæ bonitatis, ac liberalitatis quis ignorat, modò sũmam hominum egeſtatem, & miſeriam intueatur.

mis vide Baſil. lib. conſt. Mō. naſt. c. 2.

a Pſ. 49. 15.

3 *Dei in omnes homines benignitas, & liberalitas prædicatur.*

Quàm verò ſit propenſa Dei voluntas in genus humanum, quam effuſa in nos benignitas, omnes intelligunt, qui ſenſu oculorum, & mente præditi ſint. Nam quocũque oculos conijcimus, quocunque nos cogitatione conuertimus, nobis admirabilis lux diuinæ beneficentiæ, ac benignitatis oboritur. Quid enim *b* habent homines, quod à Dei largitate profectum non ſit? & ſi omnia sũt eius dona, ac munera bonitatis, quid eſt, quod non omnes pro viribus beneficentiſſimum Deum laudibus celebrent, & gratiarum actione proſequantur? Sed Vtriuſque officij, & petendi aliquid à Deo, & ei gratias agendi, multi ſunt gradus: quorum alius alio eſt altior, atque perfectior. Vt igitur fidelis populus non ſolùm oret, ſed etiam optimè fungatur illo munere orationis, proponent ei Paſtores ſummam, perfectamque orandi rationem, & ad eam, quam diligentiſſimè poterunt, hortabuntur.

Quàm liberalis ſit in genus humanum Deus.

b 1. Cor. 4.

Alius orandi modus alio eſt perfectior.

4 *Quinã ſit optimus orandi modus ſũmuſque precationis gradus.*

Sed qui nam eſt optimus orandi modus, & ſummus præcationis gradus? nempe is quo pij, & iuſti homines vtuntur, qui freti veræ fidei ſtabili fundamento, quibuſdam optimæ mentis orationiſque gradibus ad illum locum perueniunt, ex quo infinitam Dei potentiam, immenſamque benignitatem, ac ſapientiam contemplari poſſunt, vbi etiam in ſpem certiſſimam veniunt, ſe, & quicquid petierint in preſentia, & illam inexplicabilũ bonorum vim conſecuturos eſſe, quæ pollicitus eſt Deus largiturum ſe ijs, qui diuinum auxilium piè & ex animo implorarint. His quaſi duabus alis, elata in cælum anima ardenti ſtudio peruenit ad Deum, quem omni gratiarũ & laudum honore proſequitur, quod ſummis

Quidnam orãtes ad præcipuam contemplationis arcem euenat, vide Bernar. ſer. 4. de quadrag. & in ſer. de quatuor modis orandi, & Baſil. vbi ſupra.

ab eo beneficijs affecta ſit; tum verò ſingulari adhibita pietate, ac veneratione, quaſi vnicus filius chariſſimo parenti, quid ſibi ſit opus, non dubitanter exponit. Quē precandi modum, effundendi voce, exprimunt diuinæ litteræ; inquit enim Propheta; *a* Effundo in conſpectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuncio quæ vox eam vim habet, vt nihil reticeat, nihil occultet, ſed effundat omnia is, qui ad orandū venit, fidenter confugiēs in ſinū amātiſſimi parentis Dei. Ad id enim nos doctrina cæleſtis illis verbis hortatur; *b* Effundite corā illo corda veſtra, &c. Iacta ſuper Dominū curam tuā. Hunc autem precationis gradum ſignificat ſāctus Auguſtinus, cū inquit in eo libro, qui inſcriptus eſt Enchiridion; Quod fides credit, ſpes, & charitas orat.

a Pſ. 141. 3. vide item 1. Reg. 2. 15. & Pſ. 100. 1.

b Pſ. 61. 9.
c Pſal. 54. 23.
S. Aug. Enchirid. c 7.

5 *Quæ ſit altera orandi ratio.*

Secundus orationis gradus.

Alius eorum gradus, qui mortiferis peccatis oppreſſi, fide tamen ea, *d* quæ mortua dicitur, nituntur, ſeſe erigere, & ad Deum aſcendere, ſed propter inter mortuas vires, ſummamque fidei imbecillitatem, ſe altius à terra tollere non poſſunt: veruntamen ſua peccata recognoſcentes, & eorum conſcientia, ac dolore cruciati, humiliter, ac demiſsè, ex illo maximè longinque loco pœnitentes, ſcelerum à Deo veniam, & pacem implorant: horum oratio ſuum obtinet locum apud Deum: nam eorum preces audiuntur, imò verò huiuſmodi homines liberaliſſimè miſericors Deus inuitat: *e* Venite inquit, ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos; ex horum hominum numero fuit ille *f* Publicanus, qui cum oculos ad cœlum tollere non auderet, exijt tamen, inquit, e templo magis iuſtificatus, quàm Phariſæus.

d Iac. 2. 17. 26.
Peccatores quomodo exaudiantur, vide Aug. tract. 44. in Ioan. & 75. & de verb. Dom. ſerm. 53. & Tho. in 2. 2. q. 83. ar. 16.

e Matt. 12. 28.
f Luc. 18. 8. 12.

6 *Quo in gradu tertium genus peccatorum conſiſtat.*

Eſt præterea eorum gradus, qui nondum fidei lucem acceperunt, veruntamen, diuina benignitate exiguum illorum naturæ lumen accendente, vehementer excitantur ad ſtudium, cupiditatemque veritatis, quam vt doceantur, ſummis precibus petunt: qui ſi manent in voluntate, à Dei clementia eorum ſtudium non repudiatur. Quod exemplo *g* Cornelij Centurionis comprobatum videmus, nemini enim, id ex animo petenti clau-

g Act. 10. 2. 3. & ſeq.
Quō Deus peccari ex anima gratiā conferat vide Th. 1. 2. q. 122. art. 3.

ſæ ſunt fores diuinæ benignitatis.

7 *Quinam inter deprecatores extremo in gradu hæreant.* Quartus gradus.

Poſtremus eſt gradus eorum; quos non modò facinorum & flagitiorum non pœnitentes, ſed ſceleribus etiam ſcelera cumulantes, tamen non pudet ſepè à Deo petere peccatorum veniam, in quibus volunt perſeuerare; qui tali ſtatu ne ab omnibus quidem audere deberent; vt ſibi ignoſcerent, poſtulare; horum oratio à Deo non auditur, ſic enim de Antiocho ſcriptum eſt, *a* Orabat auté hic ſcelestus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus. Quare vehementer hortandi sūt, qui in graui iſta miſeria verſantur, vt abiecta peccandi voluntate, verè, & ex animo ſe conuertant Ad Deum.

a 2. Mac. 33.

DE IIS, QVÆ PETENDA SVNT.

CAP. IV.

1 *Quænam à Deo petere liceat.*

Quoniam in ſingulis petitionibus quid poſtulandum, quid non, ſuo loco dicetur, ſatis hic erit fideles vniuersè illud admonere, vt quæ iuſta quæue honeſta ſint, à Deo petant homines, ne, ſi contra quam deceat aliqua poſtularint, illo reſponſo repellātur; *b* Neſcitis quid petatis. Quicquid autem, rectè optari poteſt, petere licet: quod illa Domini vberrima promiſſa teſtantur: *c* Quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis, omnia enim ſe conceſſurum pollicetur.

Quod iuſtum & honeſtum eſt Peti debet vide ĩter alios Th.2.2. qu. 83. art. 5.
b Matt. 10.23. Marc. 10 38. in a. 3. 3. c Io. 55. 17. & 14.13. & 16. 23.

2 *Quæ res primo, & per ſe à Deo petendæ ſint.*

Quare primum optatum, ac deſiderium noſtrum ad eam regulam dirigemus, vt ad Deum, qui ſummum eſt bonum, ſummum ſtudium, deſideriumque referatur. Deinde cupiemus ea, quæ cum Deo maximè nos coniungant, quæ verò nos indè ſeiungant, aut cauſam aliquam afferant diſiunctionis, ab omni ſtudio, & cupiditate noſtra remouenda ſunt. Hinc licet colligere ſecundum illud ſummum & perfectum bonum, quomodo reliqua, quæ dicuntur bona, & optanda ſint, & a parente Deo poſtulanda.

Sũma, et præcipua oratio noſtra proſummi boni conſecutione eſſe debet.
Deinde pro ijs, qui nos eo deducunt. De his quo a Deo peti poſſunt, vide Auguſt. epi. 131. & Th. ead. art. 6.

3 *Corporis & externa bona, quatenus à Deo petenda ſint.*

Nam hæc corporis, quæ vocant, & externa bona, vt

ſanitas, robur, pulchritudo, diuitię, honores, gloria, quia facultatem ac materiam ſæpè dant peccato, (quare fit, vt non omnino piè, aut ſalutariter petantur) erit illorum petitio his præſcribenda finibus, vt hæc vitæ commoda poſtulentur, neceſſitatis cauſa; quæ precandi ratio refertur ad Deũ. Licet enim nobis precibus ea petere, quæ & Iacob & Salomon poſtularunt; ille enim in hunc modũ: *a* Si dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentũ ad induendum, erit mihi Dominus in Deum. Salomon in his verbis; *b* Tribue tantum victui meo neceſſaria.

a Gen. 28. 20.

b Prou. 30. 8.

4 *Diuitijs & alijs bonis corporis, quomodo vtendum ſit, quãdo ea Dei benignitate poſſidemus.*

Ad diuitias cor non opponendum.

c 1.Cor. 7. 30. 31.

d Pſal. 61. 62.

e Leu. 25. 35. 36. & Deut. 15. 7. 8. 10 & li. 31. 15. 16. Prou 19 17. & 21. 13. & 28. 27. Matt. 1. 18. 19. Luc. 14. 13. & 16. 2. 3. 4.

Diuitiæ ſi habeantur alijs ſunt communicandæ.

Corporis bonis quomodo vtendum.

Animi bona quatenus ſunt petenda.

Cum verò nobis Dei benignitate ſuppeditetur ad victum, & ad cultum; par eſt nos illius Apoſtoli cohortationis recordari: *c* Qui emunt, tanquàm non poſſidētes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquàm non vtantur, prętерit enim figura huius mundi. Item, *d* Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere; quarũ fructũ tãtummodo, & vſum, noſtrũ eſſe, ſed ita vt cùm cæteris commonicemus, *e* ab ipſo Doctore Deo didicimus; ſi valemus, ſi reliquis externis, & corporis bonis abundamus, eò illa nobis tributa eſſe meminerimus, vt & facilius, Deo inſeruire poſſimus, & proximo omnia eius generis commodare.

5 *Ingenij, & doctrinæ bona quomodo petenda ſint.*

Ingenij autem bona, & ornamenta cuius generis ſunt artes, atque doctrinæ, petere non licet, ſed ea tantùm conditione, ſi nobis ad Dei gloriam, & ad ſalutem profutura ſunt. Quod autẽ omnino & ſine adiunctione aut conditione optandum, quærendum & poſtulandum eſt, quemadmodum antea diximus, id Dei gloria eſt; & deinceps omnia quę ſummo illi bono cõiungere nos queãt, vt fides, timor Dei, amor, de quibus plenius dicemus in explicatione petitionum.

PRO QVIBVS ORANDVM SIT.

C A P. V.

1 *Nullum genus hominum in hoc mũdo eſt pro quibus nõ liceat Deum precari.*

His autem cognitis quę petenda ſint, docendus eſt fidelis

delis populus, pro quibus orare deceat. Continet autem oratio petitionem, & gratiarum actionem, quare prius de petitione dicamus. Orandum igitur eſt, pro omnibus ſine vlla exceptione vel inimicitiarum, vel religionis, vel gentis: nam ſiue hoſtis ſit, ſiue alienus, ſiue infidelis, proximus eſt: quem quia Dei iuſſu amare debemus, ſequitur, vt preces quoque, quod amoris officium eſt, pro eo facere oporteat; nam eò pertinet illa Apoſtoli cohortatio, *a* Obſecro fieri orationes pro omnibus hominibus. Qua in oratione primum petenda ſunt, quæ ſalutem animæ complectuntur, deinde, quæ corporis.

2 *Pro quibus præcipuè orandum ſit.*

Debemus autem hoc precationis officium, primùm Paſtoribus animarum tribuere, quod ab Apoſtolo eius exemplo monemur; ſcribit enim is ad *b* Coloſſenſes, vt orent pro ſe, vt ſibi Deus aperiat oſtium ſermonis; quod item facit ad *c* Theſſalonicenſes. Eſt præterea in actis Apoſtolorum, *d* Oratio fiebat ab Eccleſia ſine intermiſſione, pro Petro: Cuius etiam officij à D. Baſilio in libris de moribus admonemur: Pro ijs enim orandum eſſe, inquit, qui præſunt verbo veritatis.

Secundo loco pro Principibus nos precari oportet, ex eiuſdem *e* Apoſtoli ſententia; quanto enim publico bono Principib pijs, & iuſtis vtamur, nemo ignorat, itaque rogandus eſt Deus vt tales ſint, quales eſſe oportet qui reliquis hominibus præſint.

Extant *f* exēpla ſanctorū hominū, quibus monemur, vt pro bonis etiam, pijſque deprecemur. Egent enim & illi precibus aliorū: quod diuinitus factū eſt, ne ſuperbia efferantur, dū intelligūt ſe inferiorū ſuffragijs indigere.

3 *Pro inimicis noſtris, & hoſtibus Eccleſiæ idem præſtandū eſſe monſtratur.*

Iuſſit præterea Dominus *g* precari pro perſequentibus, & calumniantibus nos.

Illud etiam S. Auguſtini teſtimonio celebratum eſt, hanc eſſe conſuetudinem acceptam ab Apoſtolis pro ijs, qui ab Eccleſia ſunt alieni, preces, & vota faciendi, vt infidelibus donetur fides: vt idolorum cultores ab impietatis errore liberentur: vt Iudæi, diſcuſſa animorum caligine, lucem veritatis accipiant: vt hæretici,

Pro omnibus omnino hominib: orandum. Iac. 5. 16. & 1. Tim 2.1. vide Th. in 2.2. q. 33 art. 7. a 1. Tim. 2.1. primo pro paſtorib. animarum orandum eſt.

b Coloſ. 4. 3. c. 2. Theſ. 4 3. idē facit Rom. 32. 34 & 2. Cor. 1. 13. et Epheſ. 6. 9. 1. Theſ. 5. 25. d Ac. 12. 5. Baſil. li. mor. Reg 56. c. 5. Idem et affirmat ho. 3. in Iſai.

Secundo pro principibus. d 1. Tim. 2. 2. vide Ter. in Apolog. c. 30. et ad Sca. c. 2 pro bonis, & pijs viris orandum.

e 4. Reg. 19. 4. & 22. 13. 14. f Mat. 5. 44. Luc. 23. 24. Act. 7. 6. & 1. Cor. 4. 12. vide Th. 2. 2. q. 83. art. 8.

Quarto pro hoſtibus noſtris.

Quinto pro Eccleſia hoſtib. Au. ep. 10. ad vitalem ex D. Cyp. de ord. Dom. & Cæleſt. Pap. ep. 1. c. ex quo verbum ſumpta ſunt vide interim precum antiquitatem que in die paraſceues fieri in Eccl. ſolen.

redeuntes ad ſanitatem Catholicæ doctrinæ præceptis erudiantur: vt ſchiſmatici à qua deſciuerunt ſanctiſſimæ parentis Eccleſiæ communione, cum ea iterum veræ charitatis nodo iuncti copulentur. Quantam autem vim habeant preces, pro huiuſmodi hominibus factæ ex animo, cõſtat tam multis exemplis omnis hominũ generis, quos quotidie *a* ereptos à poteſtate tenebrarũ transfert Deus in regnum filij dilectionis ſuæ; *b* ex vaſis iræ, facit vaſa miſericordiæ: in quo plurimum valere piorum obſecrationem, nemo, qui rectè ſentiat, dubitare poteſt.

4 *Quomodo etiam ad mortuos extendi poſſit hoc beneficium.*

Preces autem, quæ pro mortuis fiunt, vt ab igne Purgatorij liberentur, ex Apoſtolorum doctrina fluxerunt: qua de re ſatis dictum eſt, cùm de ſacrificio Miſſæ loqueremur.

5 *Non prodeſt illis aliena oratio, qui peccant ad mortem.*

In ijs autem, qui *c* peccare dicuntur ad mortem, vix quicquam precibus votiſque proficitur. Verumtamen eſt Chriſtianæ charitatis, & precari pro illis, & lachrymis contendere, an ijs poſſint reddere placatum Deum.

6 *Quomodo execrationes, quæ in ſcripturis legũtur, ſint accipiẽdæ*

Execrationes verò ſanctorum hominum, quibus in impios vtuntur, ex patrum ſententia conſtat eſſe, vel prædictiones eorum, quæ illis euentura ſunt, vel adhibitas contra peccatum, vt ſaluis hominibus, peccati vis intereat.

7 *Quis ſit vſus gratiarum actionis.*

In altera autem parte orationis, maximas Deo gratias agim[9] pro diuinis eius immortalibuſque beneficijs, quibus, & ſemper affecit, & quotidiè afficit humanum genus. Maximè autem fungimur hoc munere gratiarum actionis, ſanctorum omnium cauſa, quo in officio ſingulares Deo laudes tribuimus, & eorum victoriæ, & triumphi, quem de omnibus, & intimis, & externis hoſtibus, eius benignitate deportarunt.

8 *Inter eas gratulationes, quæ ſanctorum cauſa Deo exhibentur, quænam in Eccleſia primas partes obtineat.*

Huc pertinet prima illa pars Angelicæ ſalutationis, cum ea ad precandum vtimur *d* Aue Maria gratia plena: Domi-

a Col. 1. 13. b Rom. 9. 22. ſermo. tuis 3 Dio 1 y. Areop. l. de ec. Hi 3 ca. 7. Clem. ep. 1. & li. 8. conſt. Ap. Tert. de cor. milit. & in exhort. ad Caſt. & in l. demonog. Cyp. ep. 66. & innumerabiles alij ca. 1. Ioa. 5. 16. vide Aug. lib. 1. de ſer. Dom. in monte c. 22. & c ſi ſacerdo de pæ. di't. 1. Pro ij, qui peccat ad mortem.

Ex oratio nes ſanctorũ Vide Pſ. 6. 11. & 78. 6. & 108. per totum Iſ. 2. 25. & alib. 9. Hier. 10. quæ quo ſint intelligendæ Vide Aug. de ſerm. Dom. in mon. l. 1. cap. 22. ſub fin. & ſer. 109. de tẽp. & Th. an. 2. 2. q. 83. ar. 8. ſed 1. Gratiarum actionis maxime locus in notis ſanctorũ. vide Au. ſacrificia pro defunctis valde bonis gratiarũ actio vocat in Enchir. ad laudes c. 110 & in 21. de ciui. 34. & in lib. de octo ducit. q. q 2. vide eundẽ l.

Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Nam Deum ſummis, & habendis laudibus, & gratijs agendis celebramus, quòd ſanctiſſimam Virginem omni celeſtium donorum munere cumulauit; ipſique Virgini ſingularem illam gratulamur fœlicitatem. Iure autem ſancta Dei Eccleſia huic gratiarum actioni preces etiam, & implorationem ſanctiſſimæ Dei matris adiunxit; qua piè atque ſuppliciter, ad eam confugeremus, vt nobis peccatoribus ſua interceſſione conciliaret Deum, bonaque, tum ad hanc, tum ad æternam vitam neceſſaria, impetraret. Ergo nos exules filij Euæ, qui hanc lacrymarum vallem incolimus, aſſiduè miſericordię matrem, ac fidelis populi aduocatam inuocare debemus, vt oret pro nobis peccatoribus, ab eaque hac prece opem, & auxilium implorare; cuius & præſtantiſſima merita apud Deum eſſe, & ſummam voluntatem iuuandi humanum genus, nemo, niſi impiè, & nefariè dubitare poteſt.

Salutatio Angelica Primas inter gratiarũ actiones obtinet de qua vide Iacob. in lit. Chr. item in litur. Augu. ſe. 18. de ſanctis Amb. in 1. c. Luc. Ber. ho. 2. in miſſus eſt & Th in opuſ. Luc. 1. 28. a Cur. eccl. ſalu. angel. preces adiungat, qua ab omni antiquitate inuocata eſſe conſtat ex Iren. l. 5. c. 19. & Ath. in Euang. de S. Deipara Au. guſt. ſer. 2. de ann. Naz. in orat de Cypr. Chr. in lit & alijs.

QVIS ORANDVS SIT.

CAP. VI.

SECTIO PRIMA.

1 *Ad quem dirigenda ſit præcipuè oratio.*

Deum autem orandum eſſe, & eius nomen inuocandum, ipſa loquitur naturæ vis, inſita in hominum mentibus, non ſolùm tradunt diuinæ litteræ, in quibus licet audire imperantem Deum, a Inuoca me in die tribulationis; ſed Dei nomine tres perſonas intelligi oportet.

Deus inuocandus.

a Pſal. 49. 15.

Tres perſonæ inuocari debens.

2 *Sunt ne etiam ſancti cum Chriſto regnantes inuocandi.*

Secundo loco confugimus ad auxilia ſanctorum qui in cœlo ſunt, quibus etiam preces eſſe faciendas, ita certum eſt in Eccleſia Dei, vt pijs nulla de eo dubitatio poſſit accidere, quæ res quia ſeparatim ſuo loco eſt explicata, eò, & Parochos, & cæteros tranſmittimus: ſed vt tollatur omnis error imperitorum, operæ precium erit docere fidelem populum, quid interſit inter hanc inuocandi rationem.

Sancti inuocãdi quod pluribus fuit explicatum in primo præcepto. Vide patres quos ibi citauimus, & Th. in ead. q. art. 4.

 Aliter

3 *Aliter Deum, & aliter ſanctos imploramus.*

Aliter Deus aliter ſancti inuocandi. Tho. ibid.

Non enim eodem modo Deum, & ſanctos eius imploramus. Nam precamur Deum, vt ipſe, vel bona det, vel liberet à malis: a ſanctis autem, quia gratioſi ſunt apud Deum, petimus, vt noſtri patrocinium ſuſcipiant, vt nobis a Deo impetrent ea, quorum indigemus. Hinc duas adhibemus precandi formulas, modo differentes: ad Deum enim propriè dicimus, Miſerere nobis, Audi nos: ad ſanctum, Ora pro nobis.

4 *Quomodo a ſanctis petere poſſumus, vt noſtri miſereantur.*

Sic Iob. 19. 21. & 33. 24. teſte ipſo Aug. angeli, vt miſereantur hominum rogatui.

Quamquam licet etiam alia quadam ratione petere a ſanctis ipſis, vt noſtri miſereantur: ſunt enim maximè miſericordes; itaque poſſimus precari eos, vt conditionis noſtræ miſeria permoti, ſua nos apud Deum gratia, ac deprecatione iuuent. Quo loco illud maximè cauendum eſt omnibus, ne quod Dei proprium eſt, cuiquam præterea tribuant, immò verò cùm ad imaginem ſancti alicuius quis Dominicam orationem pronunciat, ita tum ſentiat, ſe ab illo petere, vt ſecum oret, ſibique poſtulet ea, quæ Dominicæ orationis formula continentur, & ſui denique ſit interpres & deprecator ad Deum; nam eos, hoc fungi officio, *a* docuit Sanctus Ioannes Apoſtolus in Apocalypſi.

Quo affectu oratio dominica ad imaginẽ ſancti alicuius ſit recitanda

a Apoc. 8. 34.

DE PRÆPARATIONE ADHIBENDA,

CAP. VII.

SECTIO PRIMA.

5 *Quibus maximè virtutibus animus, ad orationẽ ſit præparãd⁹.*

b Eccl. 18. 33. Tentare Deũ quid ſit vide Tho in 2. 2. q. 97. art. 7.

Primũ requiritur, vt ſit humilis oratio.

Eſt in diuinis litteris, *b* Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo, qui tentat Deum. Tentat enim Deum is, qui cum bene orat, male agit, & cum loquatur cum Deo, à precibus animus eius aberrat. Quare cum tanti interſit, quo quiſque animo Deo preces faciat, tradent Parochi vias precationum pijs autoribus. Primus igitur gradus ad orationem erit, verè humilis, ac demiſſus animos ſcelerum quoque recognitio; quibus ſceleribus intelligat, qui ad

Deum

Deum accedit, ſe non modò dignum non eſſe, qui quicquam impetret à Deo, ſed, qui ne in eius quidem conſpectum veniat oraturus. Huius præparationis ſæpiſſimè faciunt mentionem diuinæ litteræ, quæ & illud loquuntur, *a* Reſpexit in Orationem humilium, & non ſpreuit preces eorum, item, *b* Oratio humiliantis ſe nubes penetrauit. Sed occurrent Paſtoribus eruditis *c* loci innumerabiles, qui in eam ſententiam conueniant; quamobrem plurium non neceſſaria commemoratione ſuperſedemus; tantùm verò, quæ aliàs attigimus, ne in hac quidem parte, quia ſunt appoſita ad hanc rationem, duo illa exempla prætermittemus. *d* Publicanus eſt ille notiſſimus, qui longè conſiſtens, oculos humo tollere non audebat. *e* Eſt etiam mulier illa peccatrix quæ dolore permota, lacrymis pedes Chriſti Domini perfudit, vterque, quantum afferat orationi pondus humilitas Chriſtiana, declarauit.

a Pſal. 101. 18.
b Ecc. 35. 21.
c Iud. 9. 10. Pſ 17. 28. & 13. 19. & Iſa. 17. 15 & 66. 2.
d Lu. 18. 13. 37
e Luc. 7. 37. vide aliud de Achab. 3. Reg 21. 27. 28.

Sequitur angor quidam in recordatione delictorum, vel ſaltè aliquis doloris ſenſus ob eam cauſam, quòd dolere non poſſimus; quorum vtrumque vel certè alterum, niſi à pœnitente adhibeatur, venia impetrari non poteſt.

Secunda orationé præparat, dolor cōmiſſorum peccatorum.

2 *Quæ potiſſimum ſcelera volenti cū fructu orare ſint cauenda.*

Sed quia ſunt quædam ſcelera, quæ maximè obſtant, quò minus in precatione Deus poſtulationi noſtræ concedat, vt cædes, & illata vis manus abſtinendæ ſunt ab hac crudelitate, & violentia; de quo facinore ſic Iſaiæ ore loquitur Deus, *f* Cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos a vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus † enim veſtra ſanguine plenæ ſunt.

Tertio, abſtinendum cædibus & violentia.
f Iſa. 1. 15.
Vide plura apud eumdē prophetam. c. 4. 1. 2. 3.
† Hāc vocē 8. Mſ. non habent Hier. & Hebr. ſed additum eſt a græcis, & Ca. exempl.

Fugienda eſt ira, ac diſſidium, quæ magnopere etiam impediunt, ne preces audiantur, de quibus eſt illud Apoſtoli. *g* Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus ſine ira, & diſceptatione.

Quarto ira fugienda.
g 1. Tim. 2 8.

Videndum eſt præterea, ne nos implacabiles cuiquam præbeamus in iniuria: nam ſic affecti Deum precibus adducere non poterimus, vt nobis ignoſcat. *h* Cum enim ſtabitis, inquit ipſe, ad adorandum, dimittite, ſi quid habetis, & *i* ſi non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.

iniuriarum adſit obliuio.
h Mar. 11. 25.

Cauendum quoque eſt, ne duri ſimus, & inhumani egentibus; nam in eiuſmodi homines illud dictum eſt: *a* Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur.

a Matt. 6. 15. Eccleſ. 18. 7.

Sexto miſericordiæ affectus inducendus.

Quid dicemus de ſuperbia? quæ quantopere Deum offendat, teſtis eſt illa vox, *b* Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

b Prou. 21. 13.

Septimo.

Superbia tollenda.

Quid de contemptione diuinorũ oraculorum? in quã extat illud Salomonis: Qui declinat aures ſuas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Quo tamen loco non excluditur deprecatio factæ iniuriæ, non cædis, non iracundiæ, non illiberalitatis in pauperes, non ſuperbiæ, non deſpicientiæ diuinæ orationis; non denique reliquorum ſcelerum, ſi ignoſcendi venia petatur.

c Iacob. 4. 6. 1. Pet. 5. 5. Prouer. 2. 34.

Octauo, contemptu, verbi diuini corrigendi.

Prouer. 28. 9.

3 *De fide in Deum, quæ ad orationem neceßaria cenſetur.*

Eſt verò ad hanc quoque præparationem animi, fides neceſſaria, quæ ſi deſit, neque de ſummi Patris omnipotentia, neque de illius miſericordia, vnde tamen orantis fiducia oritur, habetur cognitio; quemadmodum docuit ipſe Chriſtus Dominus, *c* Omnia, inquit, quæcunque petieritis in oratione, credentes accipietis. De huiuſmodi fide ſcribit Sanctus Auſtuginus de verbis Domini: Si fides deficit, oratio perijt. Caput igitur eſt ad ritè orandum, quod iam dictum eſt, vt fide firmi, ac fixi ſimus, quod Apoſtolus ex contrario oſtendit. *d* Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? itaque credamus oportet, vt & orare poſſimus, & ne nos fides ipſa deficiat, qua ſalutariter oramus; fides enim eſt, quæ preces fundit; preces faciunt, vt omni dubitatione ſublata ſtabilis, ac firma ſit fides. In hanc ſententiam S. Ignatius hortabatur eos, qui ad Deum adirent oraturi; Noli dubio eſſe animo in oratione: Beatus eſt, qui non dubitauerit. Quare ad impetrandum, quod velimus à Deo, maximum pondus affert fides, & certa ſpes impetrandi, quod monet Sanctus Iacobus, *e* poſtulet in fide, nihil hæſitans.

Fiducia adhibenda.

d Matt. 21. 22. S. Aug. ſer. 36. de ver. dom.

e Rom. 10. 14.

S. Ignatius ep. 10. ad Heronem.

f Iacob. 1. 6.

4 *Quæ nos ad fidem impetrandi ea, quæ in oratione petimus, inducere poßunt.*

Multa ſunt, quibus nos confidere oportet in hoc officio precationis. Eſt ipſa Dei in nos perfecta voluntas,

Vnde fiducia excitetur.

ac benignitas, cum iubet nos, ſe *a* patrem appellare, vt eius nos eſſe filios intelligamus. Eſt propè innumerus numerus eorum, qui Deum exorauerunt, eſt ſummus ille deprecator, qui nobis ſemper præſto eſt Chriſtus Dominus, de quo ſic eſt apud S. Ioan. *b* Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Item Paulus Apoſtolus: *c* Chriſtus Ieſus, qui mortuus eſt, immò qui, & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. item ad Timothæum. *d* Vnus enim Deus, vnus, & mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus: tum ad Hæbreos: *e* Vnde debuit per omnia fratribus aſſimilari, vt miſericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum. Quare etſi nos indigni ſumus, qui impetremus, tamen optimi dignitate interpretis, & deprecatoris Ieſu Chriſti, ſperare, & magnopere confidere debemus, nobis omnia, quæ per illum ritè petierimus, conceſſurum Deum.

a Mat. 23. 9.

Chriſtus pro nobis orat.

b 1. Io. 2. 1.

c Rom. 8. 34.

Chriſtus noſter mediator.

d 1. Tim. 2. 5.

e Heb. 2. 17.

5 *Spiritus ſanctus noſtrarum orationum auctor eſt.*

Denique noſtræ auctor eſt precationis Spiritus ſanctus; quo duce, preces noſtras audiri neceſſe eſt; *f* Accepimus enim Spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater. *g* qui quidem ſpiritus infirmitatem, qui inſcitiam noſtram adiuuat in hoc orandi munere, immò vero *h* inquit, Ipſe poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

f Rom. 8. 15. Gal. 4. 5.

g Rom. 8. 26.

h Ibid. 27.

Quomodo imbecillitas fidei erigenda.

6 *Quomodo in fide iuuari ad impetranda Dei beneficia debeamus.*

Quod ſi qui titubant interdum, nec ſatis ſe eſſe firmos in fide ſentiunt, vtantur illa voce Apoſtolorum, *i* Domine adauge nobis fidem: & cæci illius: *k* Adiuua incredulitatem meam. Sed tum maxime, & fide, & ſpe vigentes, omnia à Deo optata conſequemur, cum ad ipſius Dei legem, ac voluntatem, omnem mentẽ, actionem, & orationem noſtram conformabimus; *l* Si manſeritis enim, inquit, in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis. quã quam ad hanc impetrandi à Deo omnia facultatem, in primis neceſſaria eſt, vt antea diximus, obliuio iniuriarum, & beneuolẽtia, ac benefica voluntas in proximos.

i Luc. 17. 5.

K Mar. 9. 23. ubi eſt autem cæcus, qui hoc dicit, ſeu pater pueri a dæmonio vexati, quem Chriſtus ſpumantẽ expulit.

l Ioan. 15. 7.

Bona intentio etiam neceſſaria, & cõformitas voluntatis noſtrę cum diuina.

QVÆ

QVÆ RATIO IN ORANDO REQVIRATVR.

CAP. VIII.

SECTIO PRIMA.

1 *De optima orandi ratione docendum eſſe populum, & quid ſit orare in ſpiritu, & veritate.*

Oratio niſi rectè fiat nō prodeſt.

Maximè autem refert, quomodo ſacris precibus vtamur: nam etſi precatio bonum eſt ſalutare: tamen niſi rectè adhibeatur, minimè prodeſt: quod *a* enim petimus, ſæpe non aſſequimur, vt ſanctus inquit Iacobus; ob eam cauſam, quia male petimus. Ergo docebunt Parochi fidelem populum, quæ ſit optima ratio bene petendi, ac priuatim, ac publicè orandi, quæ præcepta Chriſtianæ orationis tradita ſunt, ex Chriſti Domini diſciplina.

a Iac. 4. 3. 1.
b Io. 4. 23. de adoratione in Spiritu & veritate. ſeptemdecim l. ſcripſit D. Cyril. Alex. qui nuper latinitate donati in lucē prodierunt.
Duplex orādi ratio mentali, & vocalis, quarum mentalis eſt potiore, de hac autem ſectione, Vide Tho. 2. 2. q. 82. art. 12.

Eſt igitur orandum in ſpiritu, & veritate, *b* nam cæleſtis pater tales quærit, qui adorent eum in ſpiritu, & veritate, orat autem eo modo, qui intimum, ac flagrans animi ſtudium adhibet; a qua ſpirituali precandi ratione vocalem non excludimus; verumtamen principarum iure tribuendum ducimus, illi, quæ a vehementi animo proficiſcitur, obſecrationi, quam Deus, cui patent occultè hominum cogitationes, audit, etiamſi ore non proferatur. Audiuit *d* Annę, eius quæ mater fuit Samuelis, intimas preces, de qua illud legimus. *e* flentem oraſſe, & tantum labia mouentem. Orauit hoc modo Dauid: inquit enim, *f* Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea Huiuſmodi exempla in diuinis libris paſſim legentibus occurrent.

c Deut. 32. 21. & 1. Reg. 2, 3. & 16. 7. Io. 22. 12. 13
d 1. Reg. 1. 16. 17.
e Ibid. 12.
f Pſal. 16. 8.

2 *Quis ſit vſus vocalis orationis præcipuus.*

S. Augu. epiſt. 22. 7. 6. 9.
Quomodo ex redundantis cordis os loquatur. Vide Pſ. 155.
g Ioel. 14. 3.

Habet autem vocalis oratio propriam vtilitatem, & neceſſitatem: nam incendit animi ſtudium, & religionē orantis inflamat: quod ad Probam S. Auguſtinus ſcripſit hoc modo; Nonnunquam verbis, & alijs ſignis ad augendum deſiderium ſanctum, nos ipſos acrius excitamur. Cogimur interdum vehementi animi cupiditate, & pietate, verbis afferre ſententiam: nam exultāte animo lætitia, par etiam eſt linguam exultare; & *g* decet nos verè cumulatū illud ſacrificium facere, & animæ, & corporis,

poris, quem Apoſtolorum orandi morem fuiſſe, ex *a* Actis, & ex *b* Apoſtolo multis locis cognoſcimus.

a Act.4.45.26. &10.5.10.&11 18.& 12.1.& 16.5.26.
b 1.Cor.14.15. 16. & Eph.5. 15.& Col.3.16

3 *Vocis officium perinde in priuata oratione, ac in publica neceſſarium non eſt.*

Sed quoniam duplex precandi ratio eſt, priuata, & publica: priuatæ orationis pronũciatione vtimur, vt intimũ ſtudium, ac pietatẽ adiuuet; in publica, quę ad incitandã fidelis populi religionẽ inſtituta eſt, certis, ſtatiſque temporibus linguæ officio ſuperſederi nullo modo poteſt.

Quomodo in publica oratione neceſſaria ſit vocalis oratio docet Th. vbi ſupra.

4 *Soli Chriſtiani in ſpiritu orant, & longas orationes non debent refugere.*

Hanc verò ſpiritu orandi conſuetudinem propriam Chriſtianorum hominum, infideles minimè colunt: de quibus ita licet Chriſtum Dominum loquentem audire: *c* Orantes nolite multum loqui ſicut Ethnici † faciunt; putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur: nolite ergo aſſimilari eis, ſcit enim Pater veſter, quid opus ſit vobis, antequam petatis eum.

c Mat.6.7.
Quomodo longas orationes producere liceat declarat Augu. ca.121. ad Probam c. 10. & Tho. in ea 4.q.ar.13.
† Verbum faciunt non eſt in textu, ſed MS.& Hie. habent.

Cùm autem prohibeat loquacitatem, longas tamen preces, quæ à vehementi, ac diuturno animi ſtudio proficiſcantur, tantum abeſt, vt reijciat, vt etiam ſuo exemplo nos ad eam rationem cohortetur, qui *d* non modo noctes in precatione conſumpſit, ſed *e* ter eundem ſermonem repetijt. Tantum igitur ſtatuendum eſt, inani verborum ſono minimè exorari Deum.

d Luc.6.12.
e Matt.26.41. 42.

5 *Orationes hypocritarum reijcit Dominus.*

Nec verò ex animo orant hypocritæ, a quorum nos conſuetudine deterret Chriſtus Dominus in hanc ſententiam; *f* Cum oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis, & in angulis platearum ſtantes, orare vt videantur ab hominibus, amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & *g* clauſo oſtio, † ora Patrem tuum in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi † Cubiculum: quod hoc loco dicitur, ad cor hominis referri poteſt; quod nõ ſatis eſt ingredi, ſed præterea occludi oportet, ne quiderrumpat, vel influat in animas extrinſecꝰ, quo precationis integritas violari poſſit, tũ enim cęleſtis pater, *h* qui omniũ mentes, & occultas cogitationes maximè perſpicit, orantis poſtulationis concedit.

f Mat.6.5.6.
g Sicut Heliſæus fecit. 4.Reg.4.33.
† MS. Hier. Græc. & Syr. exempl. addũt tuo.
† Græ & Syr. exempl. addũt in manifeſto, quid ſit intra cubiculũ orare
h Iſa.29.15.

6 Si

6. Si diuitius, quod poſtulamus, differtur, non ab hoc pietatis exercitio ceſſandum eſt.

Aſſiduè orandum, Vide Augu. epi. 21. c. 1. & Tho. ead. q. art. 14.
a Luc. 18. 1. 3.

Requirit præterea oratio aſſiduitatem, quæ quantam vim habeat, *a* iudicis illius exẽplo Dei filius oſtendit: qui cũ nec timeret Deũ, nec hominẽ reuereretur, victus aſſiduitate, ac diligentia viduæ, eius poſtulationi conceſſit: Itaque aſſiduè Deo preces faciendę ſunt, nec imitandi illi, qui ſemel, aut iterũ orantes, niſi, quod petunt, impetrarint, in oratione defatigantur; nulla enim officij huius laſſitudo eſſe debet: *b* quod nos Chriſti Domini, & *c* Apoſtoli docet auctoritas; quòd ſi interdum in eo volũtas defecerit, precibus à Deo petamus perſeuerandi vim.

b Luc. 18. 2.
c 1. Theſ. 5. 15.

7 Chriſtus, ſi quid a cęleſti patre poſtulare velimus, illud in ſuo nomine poſtulandum iuſſit.

Orandus pater cœleſtis p Chriſtum.

Vult etiam Dei filius orationem noſtram ad Patrem ſuo nomine peruenire, quæ eius merito, & gratia deprecatoris id pondus aſſequitur, vt à celeſti Patre audiatur; eſt enim eius illa vox apud S. Ioannem, *d* Amen amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: Vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum; & iterum *e* Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam.

d Ioan. 16. 23 24.
e Ioan. 14. 13.

8 Feruor Sanctorum in oratione imitandus, & petitioni gratiarum actio adiungenda.

Imitandus ſãctorum feruor in orando.
Gratiarũ actio precationi iungenda.

Imitemur ardens ſanctorum hominum ſtudium, quod in orando adhibebant: Gratiarum autem actionem cum precatione iungamus, Apoſtolorum exemplo, qui hanc conſuetudinem perpetuò ſeruauerunt; quemadmodum apud *f* Apoſtolum licet videre.

f 1 Cor. 14. 17 & Ephe. 5. 19. 9 20. & Col. 3. 17 & 1. Tim. 2. 1.

9 Vt feruẽs, & efficax ſit oratio, ieiuniũ adhibẽdũ, & eleemoſina eſt

Ieiunium *g* certè maximè eſt cum oratione ſociatum; nam, qui cibo, & potu ſunt onuſti, horum mens oppreſſa eſt ſic, vt neque Deum intueri, neque, quid ſibi velit, oratio, cogitare poſſint. Sequitur eleemoſyna, quæ magnam, & ipſa cũ oratione ſocietatem habet; quis enim, cui facultas ſit benignè faciendi ei, qui aliena miſericordia viuat, nec opituletur proximo, & fratri ſuo, ſe charitate pręditum dicere audeat? aut quo ore is, qui expers ſit charitatis, Dei auxilium implorabit, niſi tum peccati veniam

g Tob. 12. 8. Aug. in Pſ. 42. & lib. de perſe. inn. epi. 17. Leo ſerm. 1. de ieiunio ſept. menſ. Pet. Chryſ. in ſer. 43. Bernar. in ſer. ten. ſen. 1.
h Oratione ie-

niam precatur, ſimul & à Deo ſuppliciter poſtulat charitatem? Quare diuinitus factum eſt, vt ſaluti hominum, triplici hoc remedio ſubueniretur; cum enim peccando vel offendamus Deum, vel proximos violemus, vel nos ipſos lædamus, ſacris precibus placatum reddimus Deum, eleemoſyna redimimus hominum offenſiones ieiunio proprias vitæ ſordes eluimus; Et quamquam ſingula proſint ad omnium ſcelerum genera, tamen propriè ſingulis ijs peccatis, quæ diximus, appoſita, & accommodata ſunt.

Iunio, & eleemoſyna placáda eſt ira diuina.
Vide Th. in 1. 2. q. 108. art. 3. ad 4. & 4.

DE ORATIONIS DOMINICÆ PROEMIO CAP. IX.

Pater noſter qui es in cœlis.

SECTIO PRIMA.

1 *Cur in huius precationis initio Chriſtus Patris nomen, potius quam Domini, aut Iudicis noſtri vſurpare voluerit.*

CVm hæc formula Chriſtianæ precationis, à Ieſu Chriſto tradita, eam habeat vim, vt antequam ad preces poſtulationeſque veniamus, certis verbis loco proœmij nobis vtendum ſit, quibus piè ad Deũ accedentes, fidentius etiam id facere poſſimus, Parochi officium eſt, illa diſtinctè dilucidèque declarare, vt alacrior pius populus ad preces adeat, ſeq; cum Patre Deo acturum intelligat. Procemium autem, ſi ſpectes verba, breuiſſimum eſt, ſi res æſtimes, grauiſſimũ, myſteriorumque pleniſſimum. Ac prima quidem vox qua Dei iuſſu, & inſtitutione vtimur in hac precatione, eſt, Pater; Nã etſi Saluator noſter diuinam hanc orationem prætexere potuit aliquo verbo, quod plus maieſtatis haberet, exépli cauſa, creatoris, aut Domini, tamen hæc omiſit, quæ timorem ſimul nobis afferre poſſent, illud autem adhibuit, quod orantibus, & aliquid à Deo petentibus amorem, fiduciamque conciliat; quid enim iucundius eſt Patris nomine? quod indulgentiam ſonat, & charitatem.

Orationẽ Dominicam explicatunt Ter. in l. de ora. Cypr ſer. de Ora. Domin. Cyril. Hier. Cate. 5. myſ. Chryſoſt. ho. de or. Do. Hier. Theop. Euthy. in c. 6. Mat. Amb l. 4. de ſacr. cap. 4. Aug. epiſt. 121. a Probam. ca. 11. & de ſerm. Dom. in mõte lib. 2. c. 6. 7. 8. & 9. Caſ. c. 9. c. 18. 19. 20. & 21. Thom. opuſc. & 22. q. 83. art. 9. & alij.
Proœmiũ orationis Dominicæ quam ſit fæcundum.
Cur in Dominica oratione primũ verbum ſit Pater. vide L. ſer. 6. de nat. Do. poſt ſup. cit. quõ autem Deus dicatur pater creaturarum.

2 *Quæ ſit prima ratio, ob quam homines Deum merito Patrem hic appellent.*

vide Tho. in 1 p. q. 33. ar. 1. per creatione Deus omnium eſt Pater. Deut. 32. 6. Iſa. 63. 16. Malach. 2. 6. & in nouo teſtamento paſſim.

Quibus autē rationibus Patris nomen Deo cōueniat, ſuppeditabit facultas docendi fidelem populum ex locis creationis gubernationis, ac redemptionis. Nā cū Deus creauerit hominē ad imaginem ſuam, nec illam cæteris animantibus impertiuerit, ex hoc ſingulari munere, quo hominē ornauit, iure omniū hominū, nec fideliū modo, ſed etiā infideliū, Pater, *a* in diuinis ſcripturis appellatur

3 *Quæ ſit altera ratio, ob quam Deus, Pater hominum dicatur.*

Per gubernationē Patrem etiā agit Deus. Matt. 6. 26. 28. 32. & 7. 11. & 23. 9.

Quomodo Deus Pater homini Angelos ad tutelam adiunxerit.

A gubernatione verò ſumere poterit argumentum, quòd proſpiciendo, & conſulendo vtilitati hominum, præcipuo quodam curæ, & prouidentiæ modo nobis præſtat patriam caritatem. Sed vt in huius explicatione argumenti, paternam Dei de hominibus curam melius agnoſcat, de cuſtodia Angelorum, in quorum tutela ſunt homines, aliquid dicendum videtur.

4 *Dei prouidentia illud negotium Angelis datum eſt, vt cuſtodiant humanum genus.*

Singulis hominibus datum eſſe Angelum cuſtodem ſcriptura apertè demonſtrat. Gen. 48. 16. Tob. 5. 21. Pſal. 90. 11. & Matt. 18. 10. Act. 12. 15. Heb. 1. 14.

Eſt enim Dei prouidentia datum hoc negotium Angelis, vt cuſtodiant humanum genus, ſinguliſq; hominibus præſto ſint, ne grauius aliquod detrimentum accipiant. Nam, vt parentes, ſi infeſta & periculoſa via filijs iter faciendum ſit, cuſtodes adhibent, & periculorum adiutores: ſic cæleſtis parens in hoc itinere, quo ad cœleſtem patriam contendimus, ſingulis nobis præpoſuit Angelos, quorum ope, ac diligentia tecti, furtim paratos ab hoſtibus laqueos vitaremus, & factos in nos horribiles impetus repelleremus, ijſque ducibus rectum iter teneremus, ne obiectus aliquis error à fallaci aduerſario, nos de via poſſet deducere, quæ ducit in cœlum.

5 *Quibus argumentis clare intelligamus magnitudinē vtilitatis, quæ ad homines ex cuſtodia Angelorum redeat.*

Vtilitas cuſtodię Angelorū. b Gen. 16. 8. 9. & 19. 10. 11. 12 13. & 1. 17. & 22. 11. 12 & 24. 7. & 28. 12. & ſic ſæpiſſime,

Quam verò habeat vtilitatem hæc de hominibus Dei cura, ac prouidentia ſingularis, cuius munus, & adminiſtratio mandata eſt Angelis, quorum inter Deum, & homines media eſt, & interiecta natura; patet exēplis, quorum copiam ſuppeditant diuinæ litteræ; quæ teſtātur ſæpe Dei benignitate factum eſſe, *b* vt inſpectātibus hominibus, Angeli mirabiles res efficerēt; quibus monere-

mur

mur innumerabilia eius generis, quę ſub oculos nō caderent, à cuſtodibus noſtrę ſalutis Angelis effici vtiliter, ac ſalubriter *a* Raphael Angelus Tobiæ comes, & dux itineris diuinitus adiunctus, illū duxit, & reduxit incolumē: *b* cui & adiumēto fuit, ne ab immani piſcē deuoraretur, & quāta eſſet in eius piſcis iecore, felle, & corde vis, demonſtrauit: *c* Ille dæmoniū expulit, eiuſq; impedita, & colligata poteſtate, ne Tobiæ noceret, effecit. Ille *d* verum, & legitimū matrimonij ius, & vſum adoleſcentem docuit. Ille *e* Tobiæ patri oculis capto, lumina reſtituit.

a Tob.5.20. & per totum librum.
b Tob.6.2.3.
c Ibid.8.
d Tob.6.2.3.
e Tob.6.17.18
f Tob.11.7.8.15.
g Act.12.7.8.9.10.11.

6 *De Angelo, per quem diuus Petrus è carcere liberatus eſt.*

Angelus item ille principis Apoſtolorum liberator, vberem præbebit paſtoribus materiam ad erudiendum pium gregem de admirabili fructu curæ, cuſtodiæque Angelorum, cùm demonſtrabunt Angelum carceris tenebras illuſtrantem, & Petrū tacto eius latere ex ſomno excitantem, ſoluentem catenas, dirumpentem vincula monentem, vt ſurgeret, ſeque ſumptis caligis, & reliquo veſtitu ſequeretur; cum docebunt ab eodem Angelo Petrum per cuſtodias liberè eductum e carcere, & aperta denique ianua, in tuto collocatum.

Quāta per Angelū Deus D. Petro beneficia contulerit. Vide item Act. 5.19.20. & 27. 23. & 24.

Conditi Angeli ad hominum tutelam plura de Angelorum creatione ſunt explicata in primo ſymboli articulo.

Huius generis exemplorum quemadmodum diximus, referta eſt ſanctarum litterarum hiſtoria, quibus intelligimus, quanta ſit vis beneficiorum, quæ confert in homines Deus, Angelis interpretibus, & internuntijs, nec ſolum certa aliqua, & priuata de remiſſis, ſed à primo ortu noſtræ curæ præpoſitis, & in ſingulorum hominum ſalutis præſidio collocatis. Hanc doctrinæ diligentiam illa vtilitas conſequetur, vt audientium mētes erigantur, & ad agnoſcendam, ac venerandam Dei paternam de ſe curam, ac prouidentiam excitentur.

Deus quantū vis offenſus, nunquam hominum obliuiſcitur. quāta quę ſit illius in nos miſericordia, ac prouidentia, vide Gen. 6.13.14. & 7.1.2. & 8. Exod.6.2.3.4. & 9.26. Nu.20.8.10. Deut.1.29. & 5.10. & ſic ſæpe.

7 *Qua præterea ratione, agnoſcant homines fideles paternam Dei de hominibus curam.*

Commendabit autem hoc loco Parochus, & inprimis prædicabit diuitias benignitatis Dei erga genus humanum, quem cùm à primo *f* parente noſtri generis, & peccati, vſque ad hanc diem offenderimus flagitijs, ac ſceleribus innumerabilibus, retinet tamen in nos caritatem, neque præcipuam illam de nobis curam deponit. Quem ſi quis exiſtimat hominum obliuiſci, amēs

Gen. 3.6.
f Conferatur hæc cum 19. ſect. ar. 1. ſymboli, & cum ſect. 7. c. 4. Decal.

eſt,

eſt, & in Deum iacit indigniſſimam contumeliam. Iraſcitur Iſraeli Deus propter eius gentis blaſphemiam, quę ſe arbitrabatur cœleſti ope deſertam eſſe. Eſt enim in Exodo: Tentauerunt Dominum, dicentes: eſtne *a* Deus in nobis, an non? & apud Ezechielem ſuccenſet eidem populo Deus, quod dixerat: *b* Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus Deus terram. Ergo fideles his auctoritatibus, a nefaria illa opinione deterrendi ſunt, fieri poſſe, vt Deum capiat hominum obliuio. In quam ſententiam audire licet conquerentem de Deo apud Iſaiam, Iſraeliticum populum, contraque Deum ſtultam eius quærimoniam benigna ſimilitudine refellentem. Eſt enim ibi: *c* Dixit Sion, Dereliquit me Dominus: & Deus oblitus eſt mei: cui Deus; Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te.

a Exo. 17. 7.
b Ezech. 8. 12. vide item Pſ. 93. 7. 8. 9. & Pſ. 13. & 52. integros, & Io. 22. 13. 14. & Eccl. 5. 5.
c Iſa. 49. 14. 15. 16.

8 *Exemplo primi parentis Dei in nos benignitas demonſtratur.*

Quibus locis, quamquam id liquidò confirmatur: tamen vt fideli populo penitus perſuadeatur, nullum poſſe tempus accidere, quo deponat Deus hominum memoriam, quo eis non tribuat patriæ caritatis officia, Parochi clariſſimo primorum hominum exemplo comprobabunt: quos, poſt neglectum violatumque Dei iuſſum, cùm acerbiùs accuſatos, & horribili illa ſententia condemnatos audis: *d* Maledicta terra in opere tuo; in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ; *e* cùm, vides è Paradiſo expulſos, & vt omnis reditus ſpes adimeretur, cum in aditu Paradiſi collocatum legis Cherubim, flammeum tenentem, & verſatilem gladium: cum ab vlciſcēte ſuam iniuriam Deo illos intimis, & externis moleſtijs conflictatos intelligis: an non actū de homine putes? an non credas non modò diuino illum auxilio nudatum, ſed etiā cuiuis iniuriæ propoſitum? Verumtamen in tantis diuinæ iræ, & vltionis iudicijs, oborta eſt lux quædam Dei in eos charitatis. *f* Fecit enim, inquit, Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos: quod maximum fuit argumentum hominibus nullo vnquam tempore defuturum Deum.

Primorum parentum luculento exemplo declaratur Deū nullo vnquā tempore hominib. deeſſe.

Exemplū iuſtæ in peccantes indignationis
d Gen. 3. 17. 18
e Ibid. 23.

Exemplū diuinæ in homines etiā peccantes benignitatis.

f Gen. 3. 21.

9 Nul-

9 *Nullis quantumuis magnis hominum ſceleribus Dei benignitatem exhauriri poſſe probat.*

Huius etiam ſententiæ vim, Non exhauriri DEI amorem vlla hominum iniuria, Dauid expreſſit illis verbis; *a* Numquid continebit Deus in ira miſericordias ſuas? Hanc Abacuc, Deum affatus, expoſuit dum inquit: *b* Cũ iratus fueris, miſericordiæ ricordaberis: *c* Hanc ſic Michæas aperuit *d* Quis Deus ſimilis tui? qui aufers iniquitatem, & † transfers peccatum reliquiarum hereditatis tuæ; non imminet vltra furorem ſuum, quoniam volens miſericordiam eſt. Omnino res ità ſe habet, cũ perditos nos maximè, & Dei præſidio ſpoliatos arbitramur, tum maximè, prò immenſâ ſua bonitate nos quærit, & curat Deus, ſuſtinet enim in ira gladium iuſtitiæ, nec ceſſat effundere inexhauſtos, miſericordiæ theſauros.

a Pſ. 6.10. vide item verſus præcedẽtis, & T . 3. 22. b Abac. 3. 2. c Mich. 7. 10. † textus habet tranſiis, ſed Biblia Reg. habet transfert.

10 *Quæ ſit tertia ratio, qua Patriæ charitatis beneficiũ in genus humanum Deus cumulate oſtendit.*

Tertio per redemptionẽ Deus eſt non animo parens

Magnam igitur vim habent ad declarãdam præcipuã Dei rationem in amando, tuendoque hominum genere, creatio, & gubernatio. Sed tamen illud opus redimendi hominem, ita eminet inter duo ſuperiora, vt beneficiẽtiſſimus Deus, parensque noſter ſummam in nos benignitatem *f* tertio hoc beneficio cumulatam illuſtrarit. Quare tradet ſpiritualibus filijs Parochus, & aſſiduè eorum auribus inculcabit, hanc præſtantiſſimam Dei erga nos charitatem, vt intelligant, ſe, quia redempti ſũt, mirabilem in modum Dei filios euaſiſſe: *g* Dedit eũ inquit Io. eis poteſtatem, filios Dei fieri, & ex Deo nati ſunt. Quamobrem Baptiſmus quod primũ redemptionis pignus & monumentũ habemus *h* ſacrarium regenerationis dicitur, inde enim naſcimur Dei filij, Nam inquit ipſe Dominus: *i* Quod natũ eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt, & oportet vos naſci denuò. Itẽ Pet. Apoſt. *k* Renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbum Dei viui.

d vid. Io. 3.16. 17 & 10.14.15. & 15. 13. Ro. 5.7. 8. Gal. 4.4 & 1. Ioa. 4. 9. 10. e Ioa. 1 12.13. f primus redemptionis ſignum quæ eſt pignus. f Tit. 3. 5. g Io. 3. 6. 7. 1. Pet. 1. 21.

11 *Singulari Dei beneficio per redẽptionẽ filij Dei effecti ſumus.*

Per gratiam Dei innumerũ filiorum Dei adoptamur.

Huius pondere redẽptionis, & ſpiritum ſanctum accepimus, & Dei gratia dignati ſumus. Quo munere filij Dei adoptamur, quemadmodum ad Romanos ſcripſit Apoſtolus Paulus: *l* Nõ accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterũm in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorũ

i Ro. 8.15. Gal. 4. 5. 2. Tim. 1. 7.

in quo clamamus, Abba Pater Cuius vim, & efficaciam adoptionis explanat S. Ioan. ad hunc modum; *a* Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus.

Non tantum ex ſecundis rebus, verum etiam ex calamitatibus immiſſis merendam eſſe Patris cæleſtis benignitatem.

12 *Quid Christiani filij Dei, iam effecti, poſt tot accepta paternæ charitatis officia, viciſſim patri præſtare debeant.*

His expoſitis, admonendus eſt fidelis populus, quid ipſe viciſſim debet amantiſſimo Patri Deo, vt intelligat, quem amorem, ac pietatem, quam obedientiam, ac venerationem creatori, gubernatori, ac redemptori præſtare, qua ſpe ac fiducia illum inuocare oporteat. Sed ad erudiendam inſcitiam, dirigendamque ſententiæ peruerſitatem eorum, ſi qui tantummodo ſecundas res, & proſperum vitæ curſum argumento eſſe exiſtimant, Deum conſeruare nobis amorem ſuum; rebus autem aduerſis, & calamitatibus, cum à Deo exercemur id eſſe ſignum hoſtilis in nos animi, & proſus abalienatę à nobis diuinæ voluntatis, demonſtrandum erit, cum *b* tangit nos manus Domini, minimè id hoſtiliter facere Dominum, *c* verùm percutiendo ſanare, plagam à Deo venientem eſſe medicinam: Caſtigat enim peccantes, vt ea diſciplina meliores faciat; & præſenti animaduerſione redimat ab exitio ſempiterno. Nam, *d* viſitat quidem in virga iniquitates noſtras, & in verberibus peccata noſtra; miſericordiam autem ſuam non aufert à nobis. Quare monendi ſunt fideles, vt in huiuſmodi caſtigatione patriam Dei charitatem agnoſcant, & illud apud patientiſſimum Iob, in memoria, & in ore habeant: *e* ipſe vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius ſanabunt. Vt illud vſurpent; quod ſub perſona populi Iſraelitici ſcripſit Hieremias, *f* Caſtigaſti me, & eruditus ſum quaſi iuuenculus indomitus, conuerte me, & conuertar, quia tu Dominus Deus. Vt Tobiæ exemplum ſibi proponãt, qui cum in illa plaga cęcitatis paternam Dei manum cædẽtem ſenſiſſet, clamauit, *g* Benedico te Domine Deus Iſrael, quia tu caſtigaſti me, & tu ſaluaſti me.

a Iob. 1. 21. Deu. 32. 39. Quo fide à lib. habeatur caſtigatio.

c Pſ. 88. 34. 35. d Iob. 5. 18. vide etiam ibidẽ verſus pręcedẽtes, et ſubſequentes.

e Hier. 31. 17.

f Tob. 11. 17. vide eundem c. 13. 5. 6. 7. 8. 11. 12. & 1. Reg. 2. 6 & Iob. 13. 15. & Sap. 16. 13.

Deus clare omnium afflictiones intuetur.

13 *Deum nunquam noſtri oblitum eſſe fidelibus inculcandum.*

In quo maximè cauendũ eſt fidelibus ne, etiamſi quouis incõmodo affecti ſint; quauis calamitate afflicti ſint, Deũ id ignorare exiſtiment; ait enim ipſe; Capillus de capite

veſtro

veſtro non peribit: immò verò ſe ipſi illo diuini oraculi ſolatio conſolentur, quod in Apocalypſi dictũ eſt: *a* Ego quos amo, arguo, & caſtigo, conquieſcant in Apoſtoli cohortatione ad Hebræos, *b* Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini, neq; fatigeris, dùm ab eo argueris; quẽ enim diligit Dominus, caſtigat. Flagellat autem omnem filium quem recipit, quod ſi extra diſciplinã eſtis † adulterini eſtis, & non filij. Patres quidem carnis noſtrę eruditores habuimus, & reuerebamur eos, tùm multò magis obtemperabimus Patri ſpirituum & viuemus.

a Luc. 21. 18.
b Apoc. 3. 19.
† Latina Biblia noſtra, & MS. vulgata habent adulter, ſed Greca legunt quę au ctor ſequi, & in terpretari hac voce adulterini maluit.
Chriſtiani propriè, Deũ ſuũ Patrem appellant noſtrum primum vt do ni adoptionis quæ beneficio Chriſti fide li. contigit, ab omnibus agnoſcatur.

Noſter.

13 *Cur Deum pluralitatis vocabulo noſtrum Patrem hic appellare iubeamur.*

Cum Patrem inuocamus ſinguli, & noſtrum appellamus, docemur, ex dono ac iure diuinæ adoptionis conſequi neceſſariò, vt fratres ſint fideles omnes, & inter ſe fraternè amare debeant? *c* Omnes enim, inquit, vos fratres eſtis: Vnus eſt enim Pater veſter qui in cęlis eſt. Quare etiã in epiſtolis fideles omnes, *d* Apoſtoli fratres appellant. Ex quo item conficitur illa conſecutio neceſſaria, vt eadem adoptione Dei non ſolùm inter ſe fideles vniuerſi fraterna neceſſitudine coniungantur, ſed, quia homo eſt vnigenitus Dei filius, fratres etiã eius & nominentur, & ſint. Nam in epiſtola ad Hebreos, cum de filio Dei loqueretur, ſcripſit Apoſtolus, *e* Non confunditur fratres eos vocare, dicens? *f* Nunciabo nomen tuũ fratribus meis; quod tãtò ante Dauid de Chriſto Domino prædixerat. Ipſe verò etiam Chriſtus, ſic apud Euangeliſtam loquitur, ad mulieres: *g* Ite nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam; ibi me videbunt. Quod tum ab eo dictum eſſe conſtat, cũ iam excitatus à mortuis immortalitatem conſecutus eſſet, ne quis exiſtimet fraternam hãc cognationem, eius reſurrectione, & in cælũ aſcenſu diſſolutam eſſe Tantum enim abeſt, vt hanc coniunctionẽ, & charitatem Chriſti reſurrectio diremerit, *h* vt ex illa maieſtatis, & gloriæ ſede, tum cum de omnibus omnis memoriæ hominibus iudicabit, *i* fidelium minimos ab eo fratrum nomine appellandos acceperimus.

d Mat. 23. 8. 9. e Ro. 1. 13. & 12. 1. & 1. Cor. 1. 1, 10. & 2. 1.
Chrm chriſtiani propter humanitatem fratrem habẽt.
f Hebr. 2. 11.
Pſ. 21. 23.
g Matt. 28 10.
Sic Ioan. 20 17
Fraterna cum Chriſto cognatio eius reſurrectione non eſt diſſoluta.
h Matt. 25. 31.
Ibid. 40. quõ Chriſtiani sũt Chriſti cohæredes.
i Rom. 8. 17.
Col. 1. 18.

14 *Qua ratione inter Chriſti fratres fideles cenſeantur.*

Qui autem fieri poteſt, vt Chriſti fratres non ſimus

cuius, *a* cohæredes dicimur? Eſt enim *b* primogenitus ipſe *c* conſtitutus hęres vniuerſorum; nos verò ſecundo loco geniti, cohæredes eius pro modo cæleſtium donorum, pro ratione charitatis, qua præbuerimus nos miniſtros, & *d* coadiutores Spiritus ſācti, quo auctore ad virtutem, ſalutareſque actiones impellimur, & incendimur, vt eius freti gratia, in certamen ſalutis fortiter deſcendamus; quo ſapienter conſtanterque confecto, *e* decurſoq; huius vitæ ſpatio, iuſtum coronæ præmium capimus a cæleſti parente, omnibus, qui eundem curſum tenuerint, conſtitutum *f* Non enim vt ait Apoſtolus, iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis noſtri, & dilectionis;

a Hebr. 1. 2.
b 1. Cor. 3. 9. græ, habetur. Sinergi. id eſt, cooperatores.
c 1. Co. 9. 15. 6.
d Hebr. 6. 10.
Chryſ. hom. 14. op. imp. in Matt.
Deus libenter audit Chriſtianum pro alijs etiam orantem
Chriſtiani nō debent ſe alij alijs præferre vid. ſingulare modeſtiæ.
Chriſtianæ exemplum in Oneſimo quē Apoſtolus et ſeruum, & fugitiuum hero ſuo Philemoni, vt ſua viſcera commendat ibi. 18.
e Rom. 11. 9. 1. Cor. 12. 11. Epheſ 4. 7. Mutuam fraternitatem.

15 *Quomodo alij pro alijs orare, & omnes inuicem fratres æſtimare debeamus.*

Quàm verò hanc ex animo vocem, noſter, proferre debeamus, ſancti Chryſoſtomi ſententia declaratur, qui Deum inquit libenter Chriſtianum audire, non ſolum pro ſe, ſed pro altero deprecantem, quod pro ſe orare naturæ eſt, pro altero gratiæ, pro ſe neceſſitas cogit, pro altero fraterna charitas hortatur; quibus illa ſubiunxit: Iucundior eſt Deo oratio, quam fraterna charitas commendat, quam ea, quam neceſſitas rei pronunciat. In hac tanta materia ſalutaris orationis, monere, & hortari debet Parochus omnes, omnis ætatis, generis, ordinis, vt cōmunis huius fraternæ neceſſitudinis memores comiter, & modeſtè ſe gerant, neque ſe alijs alij pręferant inſolentiùs. Nam etſi in Eccleſia Dei diuerſi ſunt officiorum gradus: tamen illa varietas graduum, & munerum fraternæ coniunctionis neceſſitudinem minimè tollit, *g* quemadmodū in hominis corpore varius vſus, & functio diuerſa membrorū nihil agit, quamobrem hæc, vel illa corporis pars, membri munus, & nomen amittat.

Chriſtiani verbis, & factis diligant.
Diuerſi hominum in Eccleſia Dei gradus nō tollunt fraternæ neceſſitudinis nexū
Deus vnus, & idem eſt diuitum, & inopū conditor Sap. 6. 8. & 7. 6. & ax

19 *Quibus de cauſis Chriſtiani ſint tanta neceſſitudinis coniunctioni copulati.*

Propone tibi eum, qui regia ſit poteſtate: an igitur, ſi fidelis eſt, frater non eſt omnium, qui Chriſtianæ fidei cōione continentur? Maximè: quid ita? quia non eſt Deus alius is, ex quo diuites, & reges nati ſunt, ab eo, à quo pauperes, & qui in regum poteſtate ſunt, extiterunt, ſed vnus Deus & parens, & Dñs omnium. Itaq; vna ſpiritualis

lis ortus omnium nobilitas, vna dignitas, vnus ſplendor generis, cum omnes *a* ex eodem ſpiritu, ex eodem fidei Sacramento nati ſimus filij Dei, & eiuſdem hæreditatis cohæredes. Nec verò alium Chriſtum Deum habent copioſi, & potentes homines, alium tenuiores, & infimi, non alijs Sacramentis ſunt initiati, nec aliam hæreditatem regni cœleſtis expectant; Fratres ſumus omnes, & vt inquit Apoſtolus ad Epheſios, *b* Membra ſumus corporis Chriſti, de carne eius, & de oſſibus eius. Quotidē in Epiſtola ad Galatas ſignificat Apoſtolus: *c* Omnes filij Dei eſtis per fidem in Chriſto Ieſu: quicumque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis non eſt Iudæus, neque Græcus, non eſt ſeruus, neque liber, non maſculus neque femina. Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu. Hæc autem accuratè verſanda res eſt Paſtoribus animarum, & ſcienter illis in hac ſententia cōmorandum: eſt enim accommodatus locus non minus ad confirmandos, & excitandos inopes, & abiectos homines, quàm ad coercendam, comprimendamque arrogantiam locupletium, atque potentium. Cui hominū incommodo, vti mederetur, vrgebat Apoſtolus fraternam hanc charitatem, & inculcabat fidelium auribus.

4. 11. Mal. 1. 2. 10. Nobilitas ſpiritualis omniū Chriſtianorū vna eſt. a Ioan. 3. 5. & Rom. 6. 3. 4. Col. 2. 12.

b Epheſ. 5. 30.

c Gal. 3. 26. Vide item 10. 17. 21. 22. 23. Act. 4. 32. 1. Cor. 10. 17. Col. 3. 11.

Locis ſupracitatis: & alibi paſſim.

17 *Quid Chriſtianus, vbi exordium precationis illud; Pater noſter, pronunciabit, meditari debeat.*

Cùm igitur has Deo preces facturus es Chriſtiane, memineris, te tāquam filium ad patrem Deum accedere. Itaque cum precationem ordinis, & illud, Pater noſter, pronuncias, cogita, quem in locum te ſumma Dei benignitas extulerit, qui non vt ſeruū ad dominum adire inuitum, ac timidum, ſed vt ad patrem filium voluntarium, ſecurumque confugere iuſſerit. Qua in memoria, & cogitatione, quo viciſſim ſtudio, & pietate tibi orandam ſit, conſidera. Danda enim tibi eſt opera, te vt talem præbeas, qualem eſſe deceat Dei filium, ideſt, vt oratio, & actiones tuæ indignæ non ſint *d* diuino genere, quo te dignari voluit beneficentiſſimus Deus. Ad hāc officij rationem cohortatur nos, Apoſtolus, cum ait, *e* Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filij cariſſimi; vt verè de nobis dici poſſit, quod ipſe Apoſtolus ſcripſit ad Theſſalonicenſes. *f* Omnes vos filij lucis eſtis, & filij diei.

d Act. 17. 28. 29.

e Epheſ. 5. 1.

f 1. Theſ. 4. 5

Qui es in cœlis.

18 *Cum Deus vbique præſens, quomodo domiciliũ ſuum peculiariter in cœlo habere dicatur.*

Quomodo Deus ſit vbiq; Deus eſt totus vbiq; & totus in ſingulis mũdi partibus. vide Tho. in 2. par. qu. 8. art. 2. Auguſt. lib. 1. Confeſſ. c. 3. a Hier. 23. 24. Deus eſt in rebus omnibus. Act. 17. 28. Greg. in Ezechi homil. 8. Tho. q. 4. art 3. b Pſal. 138. 8.

Conſtat inter omnes, qui rectè de Deo ſentiunt, vbique locorum, & gentiũ eſſe Deũ, quod non ita intelligendum eſt, quaſi ipſe diſtributus in partes, vna parte locum vnũ, alia aliũ occupet, ac tueatur. Nam Deus ſpiritus eſt, omnis expers diuiſionis Quis enim audeat Deũ, tãquàm in veſtigio poſitum, loci alicuius finibus circũſcribere, cũ ipſe de ſe dicat, *a* Nunquid non cœlum, & terram ego impleo? Quod rurſum ſic accipiendum eſt, Deũ cælum, ac terrã, quæq; cælo, ac terra comprehenſa ſunt, vi ſua, ac virtute complecti, non autem ipſum vllo loco contineri. Adeſt enim omnibus rebus Deus, vel creans ipſas, vel conſeruans creatas, nulla regione nullis finibus, vel circũſcriptus, vel ita definitus quò minus, & naturã, & poteſtatem ſuam præſens vbique conſtituat Quod B. Dauid expreſſit illis verbis, *b* Si aſcendero in cœlum, tu illic es.

Amos 9. 2.

Verũ, etſi pręſens adſit Deus in locis, & rebus omnibus, nullis, vt diximus, terminis definitus, tamen in diuinis ſcripturis ſæpe dicitur habere domiciliũ ſuum in cœlo, quod ideò factum videmus, quòd cœli, quos ſuſpicimus, ſunt nobiliſſima mundi pars ijdemque manent incorrupti, præſtantes vi, magnitudine, ac pulchritudine cæteris corporibus certiſq; ac ſtabilibus motibus prædíti. Ergo, vt excitaret hominum animos Deus ad contemplandam infinitam ſuam poteſtatem, ac maieſtatem, *c* quæ maximè elucet in opere cœlorum, ſe in diuinis Scripturis habitare teſtatur in cœlis: ſæpè etiam, quod res eſt declarant nullam eſſe mundi partem, quę nõ præſenti Dei natura, ac poteſtate comprehenſa ſit.

Deus in Diuinis Scripturis in cœlo ſæpè eſſe dicitur, vt Pſ. 24. & 10. 4. & 113. 5. Deus in cœlo cur eſſe dicatur. c Pſal. 18. 2.

19 *Quid fidelibus meditandum exhibeat illa particula.*

Qui es in cœlis.

A patre cæleſti cœleſtia dumtaxat bona, aut quæ his coniuncta ſunt exoptanda.

Quámquám in hac cogitatione cœleſtis domicilij diuinę maieſtatis, fideles non ſolum communis omnium parentis imaginem ſibi proponent, ſed etiam in cœlo regnantis Dei, vt oraturi meminerint, mentẽ, animumq; referendum eſſe ad cœlum quantumq; ſpei, ac fiduciæ

affert

afferr eis Patris nomen, tantum Chriſtianæ humilitatis, ac pietatis adiungat præſtans illa natura, ac diuina maieſtas Patris noſtri, qui es in cœlis. Quæ verba prçfiniũt etiam orantibus quid petendum ſit: Omnis enim poſtulatio noſtra, quæ ad huius vitæ vſum, ac neceſſitatem pertineat, niſi cum cœleſtibus ſit coniuncta bonis, & ad illum finem dirigatur, inanis eſt, & indigna Chriſtiano. Quare monebunt pios auditores Parochi de hac ratione precationis, & admonitionem illam Apoſtoli auctoritate comprobabunt. *a* Si conſurrexiſtis † cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quçrite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terrã.

a 1. Col. 3 1. 2. † in vno MS. Greco, & Syr. exempl: non eſt cum.

DE PRIMA PETITIONE
ORATIONIS DOMINICÆ.

Cap. X. Sanctificetur nomen tuum.

SECTIO PRIMA.

1 *Cur à nominis diuini ſãctificatione noſtra deſideria exordiamur*

QVid à Deo petendum, quo ve ordine id agendũ ſit, Magiſter ipſe, ac Dominus omnium docuit, & imperauit. Nam cum ſtudij, & deſiderij noſtri nuncia ſit, & interpres oratio, tum rectè, & ratione petimus, cũ poſtulationũ ordo, ſequitur ordinem rerum expetendarum. Monet autem nos vera charitas, totum vt animũ, ac ſtudium conferamus in Deũ: qui quoniã ſolus eſt in ſeipſo ſummũ bonum, iure eſt prçcipuo quodam, ac ſingulari amore diligendus. Nec verò ex animo & vnicè poteſt amari Deus, niſi rebus omnibus ac naturis, eius honor, & gloria præponatur. Bona enim, & noſtra, & aliena, & omnino omnia, quæcumq; boni vocabulo nominantur, ab illo profecta ſummo ipſi bono cedunt. Quare vt ordine procederet oratio, Saluator petitionẽ hanc de ſummo bono principem, & caput conſtituit petitionum reliquarum, docens, nos priùs, quam ea, quæ nobis, aut proximo cuique opus ſint, poſtulemus, quæ propria ſunt Dei gloriæ, petere debere, ipſique Deo ſtudium, & deſiderium eius rei noſtrum exponere. Quo facto manebimus in officio charitatis, qua docemur, & plus Deum, quam nos ipſos diligere, & primum petere, quæ

Petitionum ordo ſequi debet ordinẽ rerum expetendarum Tho. 1. 2. 2. q. 83. art. 9.
Deus eſt in ſeipſo ſũmũ bonum Aug. l. 11 de Trin. cap. 2. & Tho. in 1. p. q. 6. art. 2 item li. 1. Cõc. Gen. cap 41. & 74.
Dei honor interpretandum ante omnia etiã quærendus
Cur ante omnia petendum eſt quod propriè ad Dei gloriã pertinet
Deſiderãtur & petuntur ea, quib. quis caret.
Deo nihil addi poteſt quia eſt immutabilis Ma. 3. 6. vide Tho. in 1. p. q. 9. art. 1.

Deo cupiamus, deinde, quæ nobis optemus.

2 *Cur diuina natura nulla re augeri, aut carere poſſit, cur neceſſe fuerit ſanctificationem nominis Dei hic poſtulare.*

Nihil petimus Deo intrinſecus accedere, quod antea nō habuerit, ſed exterius aliquid fieri quo eius gloria innoteſcat ad hominū vtilitatē optamus.

Et quoniam deſiderium, & petitio ſunt earum rerum, quibus caremus (nec verò Dei id eſt eius naturæ fieri acceſſio poteſt aut augeri vlla re diuina ſubſtantia, quæ inexplicabilem in modum eſt omni perfectione cumulata) intelligendum eſt, extra hæc eſſe, quæ a Deo ipſi Deo petimus, & ad æternam eius gloriam pertinere; cupimus enim & petimus, vt Dei nomen notius ſit gentibus, vt eius regnū amplificetur, vt plures, quotidie obediāt diuino numini; quæ tria, Nomē, Regnū, Obedientia, nō in illo ſunt intimo Dei bono, ſed aſſumuntur extrinſecùs.

3 *Quomodo intelligenda ſit hæc prima petitio nota hac petitione, Chriſtus nos Deo Patri offerre.*

Verba illa, ſicut in cœlo & in terra, ad tres primas petitiones referri poſſe docet Chry. homil. 14. Epi. imp. in Matt. Quid ſic, velit prima petitio.

Verum vt hæ petitiones, quam vim habeant, & quid valeant, planius intelligantur, Paſtoris erunt partes, monere fidelem populum verba illa, Sicut in cœlo, & in terra, ad ſingulas referri poſſe ſingularum primarum poſtulationum, vt Sanctificetur nomen tuum, ſicut in cœlo, & in terra, item: Adueniat regnum tuum, ſicut in cœlo, & in terra; ſimiliter, Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra; Cùm autem petimus, vt ſanctificetur nomen Dei, id ſentimus, vt augeatur ſanctitas, & gloria diuini nominis. Quo loco Parochus animaduertet, ac docebit pios auditores, non id dicere Saluatorem, vt eodem modo ſanctificetur in terra, quo, in cœlo, id eſt, vt amplitudine terreſtris ſanctificatio cœleſtem exequet: hoc enim fieri nullo pacto poteſt, ſed vt ex charitate, ex intimo animi ſtudio id agatur.

4 *Quomodo Dei nomen per ſe ſanctum, ſanctificari a nobis poſſit.*

a Pſal. 110.10. & 137.3.
b Lu. 1.44. & 19.2. & 20.7. & 1. Petr. 1.19 Ioſ. 24.29. & 1. Reg. 2.2.

Dei nomen cū per ſe ſanctum ſit, quomodo illud ſanctificari petimus.

Etſi veriſſimum illud eſt, ſicuti eſt, diuinum nomē per ſe ſanctificatione non egere cum *a* ſanctum, & terribile ſit, quemadmodum ipſe Deus ſuapte natura *b* ſanctus eſt, neque ei vlla ſanctitas, qua ab omni æternitate præditus non fuerit, poſſit accedere; tamen, quòd in terris longè minori honore afficitur, quàm par eſt, nonnunquam etiā maledictis, & nefarijs vocibus violatur, propterea cupimus, ac petimus, vt laudibus, honore, gloria celebretur, ad exemplum laudum, honoris, & gloriæ, quæ illi in cœlo

tribuuntur, id eſt, vt ſic honor, & cultus in mente, in animo, in ore verſetur, vt omni veneratione, & intima, & externa proſequamur, omni celebritate excelſum, purum, & glorioſum Deum ad imitationem supernorũ, & cæleſtium ciuium complectamur. Vt enim cælites ſumma conſenſione, gloria, & prædicatione efferunt Deum; ſic precamur, vt idem contingat orbi terrarum, vt omnes gentes Deum cognoſcant, colant, & venerentur: vt nulli planè mortales reperiantur, qui non, & ſuſcipiant Chriſtianam religionem, & ſe totos Deo dicantes, credant ex eo omnem ſanctitatis fontem exiſtere; neque quicquam eſſe purum, aut ſanctum, quod non à ſanctitate diuini nominis oriatur.

Beati omnes Deum perpetuo laudant. Pſal. 83.5. & Apoc. 4.8. Augu. in 22. de ciu. Dei, c. 30.

5 *Quomodo fieri poſſit, vt Dei nomen in infidelibus ſanctum eſſe poſſit.*

Teſtatur enim Apoſtolus *a* mundatam eſſe Eccleſiam in lauacro aquæ, in verbo vitæ. Significat autem verbum vitæ, *b* nomen Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, in quo baptizamur, & ſanctificamur. Itaque quoniam nulla cuiuſquam expiatio, nulla munditia, & integritas eſſe poteſt, ſuper quõ non ſit inuocatum diuinum nomen cupimus, & petimus à Deo, vt omne hominum genus, relictis impuræ infidelitatis tenebris, ac radijs diuini luminis illuſtratum, huius vim nominis agnoſcat, ſic vt in eo veram quærat ſanctitatem, & in nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, baptiſmi Sacramẽtũ ſuſcipiẽs, ipſius Dei dextera, perfectam vim ſanctitatis conſequatur.

a Epheſ. 5. 26.
b Matt. 28.19. vide plura in 2.p. de ſacram. bapt.
Secundo ſpeciatim petitur vt infideles p fidem, & fidei ſacramenta Deo, ſe adiungent.

6 *Qua ratione Dei nomen in peccatoribus ſanctificari poſſit.*

Pertinet verò optatum, & poſtulatio noſtra non minus etiã ad eos, qui flagitijs, & ſceleribus contaminati, puram baptiſmi integritatẽ, & *c* innocentiæ ſtolã amiſerunt: quare factũ eſt, vt in illis miſerrimus ſuã iterũ ſedẽ impuriſſimus ſpiritus collocarit. Optamus igitur, & precamur à Deo, vt in ipſis etiam ſanctificetur nomen eius, *d* vt ad cor, & ſanctitatem redeuntes ſacramento pœnitentiæ redimant priſtinam ſanctitatem, ſeque ipſos purum, ac ſanctum Deo templum, ac domicilium præbeãt.

Tertio petitur vt Chriſtiani in vita relapſi reſipiſcant.
c Matt. 22. 12.
d Iſaiæ 46. 8.
Quarto petitur, vt gratiæ ſuæ lumine corda tenebricoſa perfundat.

7 *Quomodo omnes homines in ſe ſanctificare Dei nomen poterũt.*

Oramus denique, lumen vt ſuum Deus preferat omnium mentibus, quo videre poſſint: *e* Omne datũ optimũ

d Iac. 1. 17.

&

Omnia bona cum anim. tũ externa Deo referri debent accepta.
In orat. Do. 5. Poſt Paſc.
Secundæ cauſæ ſunt diuiti ę potentiæ inſtrumenta.
Vide Th. in 1. p. q. 103. ar. 5 & 6. Vide ſec. 10. 20. primi articuli ſymboli
Quintò, optatur, vt Catholicha Eccleſia ab hominibus agnoſcatur.

& omne donum perfectum, deſcẽdens a Patre luminũ, ad nos diuinitus eſſe delatum: quo temperantiam, iuſtitiam, vitam, ſalutem, omnia denique animi, corporis externa, vitalia, ac ſalutaria bona illi accepta referant: à quo, quemadmodum prædicat Eccleſia, bona cuncta procedant: ſi quid luce ſua ſol, ſi quid reliqua ſydera motu, & curſu proſunt hominum generi, ſi circumfuſo hoc alimur ſpiritu, ſi terra frugum, & fructuum vbertate vitam ſuſtinet omnium, ſi opera magiſtratuum quiete, ac tranquillitate fruimur: & hęc, & huius generis bona innumerabilia nobis ſuppeditat immenſa Dei benignitas. Quin etiam, quas Philoſphi ſecũdas cauſas appellant, interpretari debemus mirabiliter effectas quaſdam, & ad vſum noſtrũ accõmodatas Dei manus, quibus nobis ſua bona diſtribuit, ac longè, latèque diffundit.

8 *Quomodo maximè per agnitionem, & venerationem Eccleſiæ Catholicæ Dei nomen ſanctificetur.*

a Zach. 13. 1. Ezech. 36. 25.
Eccleſiæ prærogatiuæ.
Ad ſola Eccleſiam pertinet diuini nominis imploratio, vide Au. ſer. 185. de tẽp. & greg. li. 35. moral cap. 6.
b Act. 4. 12.
Quid prima petitione maxime meditandum.

Quod autem maximè rem continet in hac petitione, illud eſt, vt omnes agnoſcant, ac venerentur ſanctiſſimam Ieſu Chriſti ſponſam, & parentem noſtram Eccleſiam; in qua vna eſt *a* fons ille ampliſſimus, atque, perpetuus ad eluendas, & expiandas omnes peccatorum ſordes, vnde hauriũtur vniuerſa ſalutis, & ſanctitatis ſacramenta: quibus quaſi cæleſtibus quibuſdam fiſtulis in nos à Deo ille ſanctitatis ros, & liquor effunditur: ad quã ſolã; & ad eos, quos ſuo ſinu, & gremio cõplexa eſt, pertinet diuini illius imploratio nominis, *b* quod vnũ ſub cælo datũ eſt hominib. in quo oporteat nos ſaluos fieri.

9 *Qua ratione nomen Dei à Chriſtianis hodie polluatur.*

De Chriſtianis, qui factis nomẽ Dei polluunt, & vilius efficiunt.
Quod q. 6 ſeq. petitio etiam pertractatur.
c Rom 2. 14.
d Ezech. 36. 26 vide item Iſa. 52. 5. & Tit. 1. 16.

Verum Parochi maximè hunc locum vrgere debebunt, boni eſſe filij non ſolùm Patrem Deum orare verbis, ſed re etiã, & actione conari, vt eluceat in ipſo ſanctificatio diuini nominis. Vtinam non eſſent, qui cum oratione hanc Dei nominis ſanctificationem aſſiduè poſtulent, factis quantum in ipſis eſt, illud violant, atq; contaminant; quorum culpa interdum ipſi etiam Deo maledicitur; in quos dictum eſt ab Apoſtolo: *c* Nomen Dei per vos blaſphematur inter gentes. Et apud Ezechielem legimus: *d* Ingreſſi ſunt ad gentes, ad quas introierunt, & polluerunt nomen ſanctum meum, cum di-

cere-

ceretur de eis, populus Domini ille eſt, & de terra eius egreſſi ſunt. Qualis enim eſt vita, & vt ſunt eorum mores, qui religionem profitentur: ſic de religione ipſa, deque eius auctore religionis multitudo imperita iudicare ſolet. Quare, qui viuunt ex Chriſtiana religione, quã ſuſceperunt, & ad eius regulam, orationem, & actiones dirigunt ſuas, magnam facultatem præbent alijs, laudãdi nomen cœleſtis parentis, & omni honore, & gloria celebrandi. Nobis enim ipſe has partes impoſuit Dominus. vt illuſtribus virtutis actionibus excitemus homines ad laudem, & prædicationem diuini nominis: ad quos loquitur in hunc modum apud Euangeliſtam: *a* Sic luceat lux veſtra coràm hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt. Et princeps Apoſtolorum: *b* Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam, vt ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum.

Quomodo ex fidelium ſanctitate populi ad laudandum Deum excitãtur, vide Deut. 4. 5. 6. 8. Virtutibus sũt excitandi homines ad Dei nominis ſanctificationem.

a Matt. 5. 17. Matt. 4. 21. Luc. 8. 16. b 1. Pet. 2. 12. & 3. 16. 17.

DE SECVNDA PETITIONE

Cap. XI. Adueniat regnum tuum.

SECTIO PRIMA.

1 *Regni prædicatio in ſcripturis quam ſæpe commendata.*

REgnum cæleſte, quod altera hàc petitione poſtulamus, eiuſmodi eſt, vt eò referatur, ac terminetur omnis Euangelij prædicatio: nam, & inde exorſus eſt ad pœnitentiam cohortari S. Io. Bapt. dum, *c* Pœnitentiam, inquit, agite: † appropinquabit enim regnum cœlorum. Nec aliunde fecit initium ſuæ prædicationis *d* Saluator humani generis: & in illo ſalutari ſermone, *e* quo beatitudinis vias diſcipulis in monte monſtrauit, tanquàm propoſito orationis argumento principium duxit à regno cœlorum: nam *f* Beati, inquit, pauperes ſpiritu: quoniam ipſorũ eſt regnum cœlorum. Quin etiam eum retinere cupientibus, attulit illam cauſam neceſſariæ profectionis: *g* Et alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei; quia ideò miſſus ſum.

Coniunctũ eſt huius petitionis argumentum cum vltimo ſymboli artic.

c Mat. 3. 2. Mar. 1. 4. Luc. 3. 3. † Ms. 4 Reg. & G. æ. & Syr. exemp. legunt appropinquauit. d Mat. 4. 17. Mar. 1. 15 e Matt. 5. & 6. & 7 per totum f Mat. 5. 5. Luc. 6. 20. g Luc. 4. 43.

Hoc

Matt. 10. 7.
b Luc. 1. 9. 60.
c Act. 1. 3.

Hoc idé *a* poſtea regnum prædicare iuſſit Apoſtolis: & illi, qui ſe ire ad ſepeliendum patrem ſuum velle dixerat, reſpondit: *b* Tu vade, annūcia regnū Dei. Cum verò reſurrexiſſet à mortuis, per illos quadraginta dies, quibus apparuit Apoſtolis, *c* loquebatur de regno Dei. Quare Parochi hunc ſecundæ poſtulationis locum, diligentiſſimè tractabunt, vt fideles auditores, quanta ſit in hac petitione vis, ac neceſſitas, intelligant.

2 *Quid hæc ſecunda petitio comprehendat.*

Primum autem ipſis ad rem ſciēter, ſubtiliterque explicandā, magnam facultatem dabit ea cogitatio, quòd etſi hæc petitio coniuncta ſit cū reliquis omnibus, eam tamen ſeparatim etiam adhiberi iuſſerit à ceteris, vt, quod petimus, ſummo ſtudio quæramus: inquit enim; *c* Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hęc omnia adijcientur vobis. Et quidem tanta vis, & copia cæleſtium munerum hæc poſtulatione continetur, vt omnia complectatur, quæ ad corpoream, & ſpiritualem vitam tuendam ſint neceſſaria; quem autem Regio nomine dignum dicemus, cui ea curæ non ſint, quæ regni ſalutem contineant? quòd ſi sūt homines de regni ſui incolumitate ſolliciti quantam rege regū omnium cura, & prouidentia tueri credendum eſt, & vitam, & ſalutem hominum? Hac igitur regni Dei petitione, comprehenſa ſunt omnia, quibuſcumq; in hac peregrinatione, vel exilio potiùs indigemus, quę conceſſurum ſe Deus benignè pollicetur: nam ſtatim illa ſubiunxit: *d* & hæc omnia adijcientur vobis. Quibus omnino declarauit, ſe eū eſſe regem, qui generi hominū copiosè omnia, largeque ſuppediat: in cuius infinitæ benignitatis cogitatione infixus Dauid cecinit: *e* Dominus regit me, & nihil mihi deerit.

c Mat. 6. 33. Quomodo omnia quę ad ſpiritualē, & corporalem vitā pertinent. Deus ſuo regno prouideat declarat ſub parabola vineæ. Iſa. 5. 1. 2. 3. & Hier. 2. 21. & Matt. 21. 33.

d Mat. 6. 33. Deus rex eſt ditiſſimus valens, oīa neceſſaria vobis pręſtare.
e Pſ. 22. 1.

3 *Quid his faciēdū ſit, qui huius petitionis fructū cōſequi cupiūt.*

Verùm minimè ſatis eſt, vehementer petere Dei regnum, niſi ad petitionem noſtram adhibeamus omnia, tamquam inſtrumenta, quibus illud quæritur, & inuenitur. nam, & quinq; fatuæ virgines ſtudiosè illæ quidem petierunt ad hunc modum, *f* Domine, Domine, aperi nobis. verum tamen, quòd illius poſtulationis præſidia non haberent, excluſæ ſunt, nec iniuria; eſt enim illa Dei ore pronunciata ſententia: *g* Non omnis, qui dicit mihi Do-

f Mat 7. 21. Quam calamitoſa ſit præſentis vitæ conditio. Quod plurib. etiam declarabitur duabus poſtremis petitionibus. Cæterum de huius

Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum.

4 *Quibus rationibus regni Dei deſideriũ hominibus ſit excitãdũ.*

Quamobrem hauriẽt animarum curatores Sacerdotes, ex vberrimis diuinarum litterarum fontibus, ea quæ fidelibus deſiderium, ſtudiumq; commoueant regni cælorum, quæ calamitoſam ſtatus noſtri conditionem, illis ob oculos ponant, quæ ſic eos afficiant, vt reſpicientes, & colligentes ſe in memoriam redeant ſummæ beatitudinis, & inexplicabilium bonorum quibus redũdat æterna parentis Dei domus; *a* Exules enim ſumus, & planæ eius loci incolæ, *b* in quo habitant dæmones: quorum odium in nos nulla ratione mitigari poteſt: nam ſunt infeſtiſſimi, & implacabiles in genus humanum. Quid domeſtica, *c* inteſtinaque prælia, quæ inter ſe corpus, & anima, caro, & ſpiritus aſſiduè gerũt? quibus perpetuò timendum eſt, ne concidamus, timendum autem immò ſtatim conciderémus, niſi propugnaculo diuinæ dexteræ defenderemur. Quam vim miſeriarum cum ſentiret Apoſtolus, *d* Infelix, inquit, ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

vitæ miſeria potiſſimũm agunt ex libris ſacris Iob, & Eccleſiaſtes, & Tobias; prçter quos ſi iubet ét hos peculiares ſacrç Scripturæ locos Parochus adhibebit. Gen.3.29.& 6.3.& 19. per totum, & 47 9 & 2.Reg.14.& 1. Par.3.29.14. 5.9.&101.4.12 & 102. 15. & 108.23.& 43.4 Sap.2.1.& 19. Eccl.14.18.& 27.31.& 18.8. & 40.6.& 41. Iſ.40.6.& innumerabiles.

a Omnes Patres ſe exules hoſpites, & peregrini eſſe confeſſi ſunt. Heb.11.13. b Dæmones ſic in terris agere indicat Paul. Eph.6.12. a Prælia carnis, & ſpiritus. Mat.26 41. Rom.7.18.19.20 Gal.5 17. c Rom.7.24. Omnes res, creatæ inſitam ſibi a Deo vim retinent. d Pſal.143 6 7.

5 *Quanta ſit hominis miſeria per aliarum rerum cum homine collationem demonſtratur.*

Hæc infelicitas noſtri generis, quamquam per ſe cognoſcitur, tamen ex contentione reliquarum naturarum & creatarum rerum faciliùs intelligi poteſt. In illis, ſiue rationis, ſiue etiam ſenſus expertibus, rarò fieri videmus, vt aliqua natura a proprijs actionibus, a ſenſu, vel motu inſito declinet, ſic, vt à propoſito, & conſtituto fine deflectat. Hoc apparet in beſtijs agreſtibus, natantibus, volucribus, vt res declaratione non egeat. Quòd ſi cęlũ ſuſpexeris, nonne veriſſimũ id eſſe intelligis, quod à Dauid dictũ eſt? *e* In ęternũ Dñe, verbum tuũ permanet in cælo; Nẽpe illud continenti motu, & perpetua cõuerſione fertur, vt ne minimũ quidem a præfinita diuinitus lege diſcedat. Si terram & reliquã vniuerſitatẽ cõſideres, facile videas aut nulla, aut exigua ex parte deficere. At miſerrimũ hominũ genus ſæpiſſimè labitur: rarò, quæ re-

e Pſ. 118.89.

Terra. Hominis quãta ſit in rebus agendis inconſtantia.

Inconſtantiæ humanæ, & miſeriaũ quotidianarum cauſæ.

ctè ſunt cogitata, perſequitur: plerumq; ſuſceptas bonas actiones abijcit, atque contemnit; quæ modò placuerat optima ſententia, ſubitò diſplicet, & illa reiecta ad turpia conſilia, ſibique pernicioſa dilabitur.

a Prou. 24. Iſ. 65. 15. & 66. 4. Hier. 7. 13. & 35. 15. Chryſ. in Pſ. 18. & in 4. c. Iſa. & Ho. 62 ad pop. Antio. & 69. & in ſer. de vanitate, et breuitate vitæ. & alibi. Auguſt. lib. 10. Conf. ca. 28. & 31. & lib. 21. de ciuit. ca. 14. & lib. 22. c. 12. b Luc. 15. 18. 19.

6 *Quæ ſit omnium miſeriarum cauſa potiſſima.*

Quænam igitur eſt huius incõſtantiæ, miſeriæq; cauſa? Contemptio planè diuini afflatus, *a* claudimus enim aures Dei monitis: oculos tollere noluimus ad ea, quæ nobis lumina diuinitus præferuntur, nec cæleſtem Patrem ſalutariter præcipientem audimus. Quare huc incumbendum erit Parochis, vt & miſerias oculis ſubijciant fidelis populi, & commemorent cauſas miſeriarũ, & remediorum vim oſtendant; quorum omnium illis facultas nõ deerit, comparata ex ſanctiſſimis viris Ioan. Chryſ. & Aug. maximè verò ex ijs, quæ in ſymboli expoſitione poſuimus; nam, illis cognitis, quis erit è facinoroſorũ hominum numero, quin adiumento Dei gratiæ præeuntis Euangelico illo *b* prodigi filij exemplo conetur exurgere & erigere ſe, atque in cæleſtis regis, Patriſq; conſpectum venire?

7 *Quid nam Dei regnum ſacris in litteris deſignet.*

His explicatis, quæ ſit fidelium fructuoſa petitio, aperient, quid ſit quod his verbis à Deo poſtulemus, præſertim cùm vocabulum regni Dei multa ſignificet: quorum declaratio, & ad reliquam ſcripturæ intelligentiam non erit inutilis, & eſt ad huius loci cognitionem neceſſaria.

Dei regnum primo generalem in res vniuerſas poteſtatem, et prouidentiæ cu á ſignificat.

Communis igitur quædam regni Dei ſignificatio, quę frequens eſt in diuinis litteris eſt non ſolum eius poteſtatis, quam habet in omnem hominũ, rerumq; vniuerſitatem, ſed etiam prouidentiæ, qua cuncta regit, & moderatur, *c* In manu enim eius, inquit Propheta, ſunt fines terræ. Quibus finibus etiam intelliguntur, quæ occulta ſunt, & abdita in intimis terræ, ac rerum omnium partibus. In hanc ſententiam Mardochæus loquebatur illis verbis: *d* Domine Deus, rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui tuę poſſit reſiſtere voluntati, Dominus omnium tu es, nec eſt qui reſiſtat maieſtati tuæ.

c Pſal. 94. 4.

d Eſt. 13. 9.

8 *Chriſti regnum in pios quale.*

Item de Dei regno declaratur pręcipua illa, ac ſingularis

laris prouidentiæ ratio, qua Deus pios, & ſanctos homines tuetur, & curat; de qua propria, & eximia quadam Dei cura, dictũ eſt illud à Dauide, *a* Dominus regit me, & nihil mihi deerit, tum ab Iſaia, *b* Dominus rex noſter ipſe ſaluabit nos. In qua Dei regia poteſtate, etſi præcipua ratione ſunt in hac vita ij, quos diximus, pij ac ſancti homines; tamen *c* monuit Pilatum ipſe Chriſtus Dominus, regnum ſuum non eſſe ex hoc mundo, hoc eſt minimè ex hoc mundo, qui, & cõditus eſt, & interiturus, ortum habere; nam eo quem diximus, modo dominantur Imperatores, Reges, Reſpublicæ, Duces, omnesq; ij, qui vel expetiti, ac delecti ab hominibus, præſunt ciuitatibus, atque prouincijs; vel per vim, & iniuriam dominatũ occupauerunt. Chriſtus autem Dominus *d* conſtitutus eſt rex à Deo, vt ait Propheta: cuius regnum ex Apoſtoli ſententia, iuſtitia eſt, inquit enim, *e* Regnum Dei eſt iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto.

Secundo peculiarem illã beneficentiam quam pios gubernat, & diligit denotat.
a Pſal. 22.1.
b Iſa. 53.22.
c Ioan. 18.36.
Quomodo regnum Chriſti non ſit ex hoc mundo.
d Pſal. 2. 6.
e Rom. 14.15.

9 *Quà ratione Chriſtus in ſuis regnet fidelibus.*

Regnat autẽ in nobis Chriſtus Dominus, per virtutes intimas, fidẽ, ſpem, caritatẽ, quibus virtutibus regni quodam modo partes efficimur, & Deo peculiari quadam ratione ſubiecti, ad eius cultum, ac venerationẽ conſectamur, vt quemadmodũ dixit Apoſtolus; *f* Viuo autẽ, iam nõ ego, viuit verò in me Chriſtus; ita nobis dicere liceat, Regno ego, iam non ego, regnat verò in me Chriſtus. Id autẽ regnũ iuſtitia dicitur, quia Chriſti Domini iuſtitia conſtitutum eſt. Ac de hoc regno ſic loquitur apud S. Lucam Dominus: *g* Regnum Dei intra vos eſt: Nam etſi Ieſus Chriſtus per fidem regnat in omnibus qui gremio, ac ſinu ſanctiſſimæ matris Eccleſiæ continẽtur, præcipuo tamen modo regit eos, qui præſtanti fide, ſpe, & charitatẽ prædití, ſe tanquam pura quædam, & viua membra Deo præbuerunt; & in his regnum Dei gratiæ eſſe dicitur.

Quomodo Chriſtus in fidelibus ſuis regnet.
f Gal. 2. 20.
Quomodo regnum ſit iuſtitia.
g Luc. 17. 22.
In quibus præcipuè regnet Chriſtus.

10 *De regno gloriæ Chriſti Domini noſtri.*

Eſt verò etiam Dei gloriæ regnum illud, de quo Chriſtum Dominum apud S. Matthæum loquentẽ audimus, *h* Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Quod idem ab eo regnum, apud S. Lucam, latro admirabiliter, ſua ſcelera recognoſcens, expetebat, in hunc modum, *i* Domine memento

Tertio gloriã, et maieſtatem deſignat quã Deus in cœlo obtinet.
h Mat. 25. 34.
i Luc. 3. 42.

memento mei, cum veneris in regnum tuum. Sanctus etiam Ioannes meminit huius regni. *a* Niſi quis renatus fuerit ex acqua, & ſpiritu, † non poteſt introire in Regnū Dei. Meminit item Apoſtolus ad Epheſios: *b* Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei. Eodem *c* pertinent aliquot ſimilitudines Chriſti Domini loquentis de regno cœlorum.

a Ioan. 3. 5.
† MS. & Aug. hic addunt Sanctæ.
b Epheſ. 5. 5. MS. & Græc. exempl. legūt qui eſt idolorum ſeruus.
c Mat. 13. 1. 32. 33. 34. & 22. 2.

11 *De regnis gratiæ, & gloriæ Chriſti, natura, & diuerſitate.*

Neceſſe eſt autem prius ponere regnum gratiæ; neq; enim fieri poteſt, vt in vllo regnet Dei gloria, niſi eiuſdē gratia in illo regnarit. Eſt vero gratia, ipſius ſentētia Saluatoris, *d* Fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Gloriam autem quid eſſe dicemus, *e* niſi gratiā quandam perfectā, & abſolutam? quamdiu enim fragili hoc, *f* & mortali corpore veſtiti ſumus, dum in hac cæca peregrinatione, & exilio vagi, & imbecilles abſumus a Domino, ſepę labimur, & cadimus, abiecto regni gratiæ adminiculo, quo nitebamur: cùm autē regni gloriæ, *g* quod perfectum eſt, lux nobis illuxerit, firmi ac ſtabiles perpetuò cōſiſtemus; omne enim, & vitiū, & incommodū exhaurietur, omnis infirmitas confirmata roborabitur: ipſe deniq; noſtra in anima, & in corpore regnabit Deus; quæ res vberius in ſymbolo tractata eſt, cū de reſurrectione carnis ageretur.

d Ioan. 4. 14. Quid gratia
e Sic Apoſt. Rom. 6. 23. vitam æternam gratiā vocat. Regno gratiæ frequenter excidimus.
f 2. Cor. 5. 6.
g 1. Cor. 13. 10. Regnum gloriæ ſemel ſi ab homine poſſideatur nūquā amittitur.

12 *Quid in primis igitur hac petitione Deum oremus.*

His igitur expoſitis, quæ communem regni Dei ſententiam declarant, quid ſibi hæc petitio propriè velit, dicendum eſt. Petimus autem à Deo, vt regnum Chriſti, quod eſt Eccleſia, propagetur, vt ſe ad fidem Chriſti Domini, & ad accipiendam veri Dei cognitionem conuertant infideles, & Iudæi, & ſchiſmatici, ac hæretici redeant ad ſanitatem, & ad Eccleſiæ Dei communionem, a qua deſciuerunt, reuertantur, vt compleatur, & ad exitum perducatur, quod Iſaię ore dixit Dominus: *h* Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorū extende, ne parcas, longos fac funiculos tuos & clauos tuos conſolida; ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis: *i* quia dominabitur tui, qui fecit te: Et idem; ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui; leua in circuitu oculos tuos, & vide omnes

Qūo maximè hic in terris regnum Dei adueniat.

h Iſa. 5. 4. 2.
i Ibid. 5. Iſa. 60. 5. Ibid. 4. & 49. 28.

iſti

iſti congregati ſunt, venerunt tibi, filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent.

13 *Secundò quid nam hic poſtuletur.*

Verum quia ſunt in Eccleſia, *a* qui verbis confitentes Deum, factis negantes, deformatam fidem præſeferant, in quibus propter peccatum dæmon habitat, ac dominatur tanquam in proprijs domicilijs, petimus etiam, vt ad eos veniat regnum Dei, quo illi, peccatorum diſcuſſa caligine, & radijs diuinæ lucis illuſtrati, reſtituantur in filiorum Dei priſtinam dignitatem, vt omnibus è ſuo regno, cæleſtis parens, ſublatis hæreticis, atque ſchiſmaticis, eiectisq; offenſionibus, ac ſcelerum cauſis, *b* areā purget Eccleſiæ, quæ Deo cultum piè, ſanctèque adhibendo, quieta, ac tranquilla pace perfruatur.

a Tit. 1. 16. in Chriſtianis. pæna Viuentibus dominatur etiam diabolus.

b Matt. 3. 12.

14 *Quid tertio loco eadem petitione quæramus.*

Petimus denique vt ſolus in nobis viuat, ſolus regnet Deus, ne ſit poſthac morti locus; ſed, vt illa *c* abſorbeatur in victoria Chriſti Domini noſtri, qui *d* diſiecto, ac diſſipato omni hoſtium principatu, poteſtate, & virtute, ſuo omnia ſubijciat imperio.

c 1. Cor. 15. 55. d 1. Cor. 15. Col. 2. 15.

15 *Quæ Chriſtianis huius petitionis occaſione præcipuè agenda, & contemplanda offerantur.*

Erit autem curæ Parochis, vt, quod poſtulat huius ratio petitionis, fidelem populum doceant, quibus cogitationibus, & meditationibus inſtructus has piè Deo preces facere poſſit. Ac primum hortabuntur, vt vim, ac ſententiam intueatur illius ſimilitudinis à Saluatore introductæ; *e* Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem, qui inuenit homo abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa, quæ habet, & emit agrum illum: nam qui nouerit Chriſti Domini diuitias, is præ illis omnia contemnet, huic facultates, opes, potentia ſordeſcent: nihil enim eſt quod illi ſummo pretio comparari, immò verò quod in conſpectu eius ſtare poſſit. Quare, quibus id noſſe contigerit, exclamabunt, illi, vt Apoſtolus, *f* Omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam. Hæc eſt illa inſignis Euangelij *g* margarita, in quam, qui pecuniam ex omni bonorum vēditione redactam erogarit, is beatitudine fruetur ſempiterna.

e Matt. 13. 44. Chriſti regnū ac conſequentur, omnia terrena ſunt contemnenda.

Huc pertinere poſſunt q̄ de Sapientia ſcripſit Iob. 28. 15. Sala. Pro. 8. 10. 11. & Sap. 8. 9. 10.

f Phil. 3. 8.

g Matt. 13. 45.

19 *Quam ſit deſiderabile regnum Christi hic per gratiam, & in futuro per gloriam.*

Quam pretioſa ſit diuinæ gratiæ margarita.

a Rom. 8. 35.

Quam excellens ſit diuinę glorię theſaurus.

b Iſa. 64. 4. c. 1. Cor. 29.

Conſideratio niſi ipſorum oboculos ponenda.

O nos felices, ſi tantum luminis nobis præferret Ieſus Chriſtus, vt illam videre poſſemus diuinæ gratiæ margaritam, qua ipſe regnat in ſuis nam; & noſtra omnia, & nos ipſos venundaremus, vt empram illam tuenia, & nos ipſos venundaremus, vt emptam illam tueremur: tum enim denique nobis id non dubitanter diceremus: a Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Præſtantem verò gloriæ excellentiam, ſi, quæ ſit, ſcire volumus, eandem de illa, & b Prophetæ, & c Apoſtoli vocem atque ſententiam audiamus; Oculos non vidit, neq auris audiuit, neque in cor hominis aſcēdit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum.

17 *De humilitate, quam in hac petitione, & alijs præ nobis ferre debemus.*

d Ge. 3. 23. 24.

Humiliter regnum petendum.

e Luc. 18. 13.

f Ro. 8. 25.

Proficiet autē ad impetrandū maximè, quod petimus, ſi, qui ſimus ipſi, nobiſcū reputemus; id eſt Adā progenies, d iure è paradiſo eiecti, & exules, quorū indignitas, ac peruerſitas ſūmū Dei odiū, ac ſēpiternas pœnas poſtularet. Quare demiſſo tū, & abiecto animo ſimus oportet. Noſtra etiā erit plena Chriſtianę humilitatis oratio, & omnino nobis ipſi diffidentes, e illius more publicani cōfugiemus ī Dei miſericordiā, totūq; eius benignitati tribuētes, ipſi gratias agemus immortales, qui nobis ſuū ſpiritū ſit, elargitus f quo freti clamare audeamus, Abba Pater

18 *Quāto ſtudio nobis īcūbēdū ſit, vt iādē cœlorū regno potiamur*

Quid ſequi, vel fugere debeamus vt ſimus beati ſæpe cogitandū.

g Hoc docet Parabola Euāgelica de vinea. Matt. 20. 1.

h Matt. 11.

i Matt. 19. 17.

Diligentia adhibenda.

K 1. Cor. 9. 3.

Quō ſimus diuinæ gratiæ adiutores.

l Matt. 28. 20.

Suſcipiemus, etiam illam curam, & cogitationem quid agendum, quid contra vitandum ſit, vt ad celeſte regnum peruenire poſſimus; non enim à Deo g ad otium, & ad inertiam vocati ſumus: quin immò inquit, h Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud; & i Si vis ad vitā ingredi, ſerua mandata; Itaq; non eſt ſatis petere regnum Dei, niſi ſuum ipſi etiam ſtudium, & operam adhibeant homines, nam k adiutores ſint oportet, & adminiſtri Dei gratiæ; eo tenendo curſu quo peruenitur in cœlum. Nūquam nos deſerit Deus, l qui nobiſcum ſe futurum perpetuò pollicitus eſt., vnum vt nobis videndum ſit, ne Deum, & nos ipſos deſeramus, Ac Dei quidem ſunt in hoc Eccleſiæ regno omnia, quibus, & vitam tuetur hominum, & ſalutem perficit ſempiternā, &

quæ

quæ ſub aſpectum non cadunt, angelorum copiæ, & pleniſſimum virtutis cœleſtis viſibile hoc munus Sacramentorum: In his tantum nobis præſidij eſt diuinitus conſtitutum, vt non modo ab acerrimorum hoſtium regno tuti eſſe, ſed ipſum etiam tyrannum, eiuſque nefarios ſatellites proſternere, & conculcare poſſimus.

Quantis præſidiis hominis inſtruxerit Deus ad cæleſtem regni cõſecutionem.

19 *Conclusio huius petitionis, & breuis illius alia expoſitio.*

Quare vehementer ad extremum petemus à † Deo Spiritum, nos vt omnia iubeat è ſua voluntate facere. Satanæ vt tollat imperium, nullam vt in nobis ſummo illo die poteſtatem habeat, vt vincat, & triumphet Chriſtus vt vigeant eius leges toto orbe terrarum, vt decreta ſeruentur, nullus vt proditor, aut deſertor eius ſit; ſed tales ſe præbeant omnes, vt in regis Dei conſpectum non dubitanter veniant, & *a* conſtitutam illis ex omni æternitate poſſeſſionem adeant regni cœleſtis, vbi Beati cum Chriſto ſempiterno æuo fruantur.

† A Dei Spiritu legunt alia exempla ia nihilſamẽ multa nim⁹ eo quod Deo Spũs, & Dei Spiritus vna es Trinitatis perſona quã inuocare omnes debent.
a Matt. 15, 24.

DE TERTIA PETITIONE

Cap. VII. Fiat voluntas tua.

1 *Quare poſtulato Dei regno, ſtatim ſubijciantur, vt eiuſdem voluntas fiat.*

CVm à Chriſto Domino dictum ſit, *b* Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnũ cælorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum: quicumque in illud cæleſte regnum peruenire cupiunt, id à Deo petere debent, vt fiat voluntas eius. Quamobrẽ hoc loco poſtea petitio eſt ſtatim poſt regni cæleſtis poſtulationem.

b Ma. 7. 2. Multa quę in huius petitiõ. explicatione pertractantur, his reſpondent, quę duob⁹ poſtremis præceptis de concupiſcentię prauæ motibus ſunt in mediũ producta.

Præuaricatio Adæ quanta mala inuexerit.

2 *Qua methodo ad veram huius petitionis intelligentiam perueniendum ſit.*

Vt autem intelligant fideles, quàm neceſſarium id nobis ſit, quod hac prece poſtulamus, quantamque vim ſalutarium munerũ ex eius impetratione cõſequamur, demõſtrabũt Parochi, quibus miſerijs, & ęrumnis oppreſſum fuerit hominis genus propter peccatũ primi parẽtis.

Quo aĩantia ſuum expetãt finem vide

Thom. in 1. q. art. 8. Homo in initio ſuæ creationis in Deũ tam quam ſuæ beatitudinis auctorem recta ferebatur. Eccl. 7. 29. Au. in 14. de ciu. c. 10. Th. in 1. pa. q. 95. art. 1. & 2.

3 *Quæ mala præuaricatio primi parentis, in humanum genus inuexerit.*

Nam à principio Deus proprij boni appetitionem creatis rebus ingenerauit, vt naturali quadam propenſione ſuum quærerẽt, & expeterent finem, à quo illæ nũquam, niſi obiecto extrinſecus impedimento, declinant. Hæc autem initio fuit in homine expetendi Deum ſuæ beatitudinis auctorem, parentemque, eò præclarior, & præſtantior vis, quòd is compos eſſet rationis atque conſilij. Sed hunc amorem ſibi naturaliter ingenitum cùm reliquæ naturæ rationis expertes cõſeruaſſent, quę vt initio procreatæ fuerunt, natura bonæ, ſic in eo ſtatu, & cõditione manſerunt, hodieque manent, miſerum hominũ genus curſum non tenuit: non enim ſolum bona iuſtitiæ originalis amiſit, quibus à Deo ſupra naturæ ſuæ facultatẽ auctum, ornatumq; fuerat, ſed etiam inſitum in animo præcipuum virtutis ſtudiũ obſcurauit, *a* Omnes, inquit, declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt, qui faciat bonũ, non eſt vſque ad vnum. Nam *b* ſenſus, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua, vt inde facilè intelligi poſſit, neminem per ſe ſalutariter ſapere, ſed omnes ad malum eſſe propenſos, innumerabileſq; eſſe hominũ prauas cupiditates, dum procliues ſunt, & flagranti ſtudio ferũtur ad irã, ad odiũ, ad ſuperbiam, ad ambitionem ad omne ferè malorũ genus.

Peccato originali, & amiſſa iuſtitia & ad virtutem inclinatio corrupta eſt.
a Pſ. 13. 4. & 12. 3.
b Gen. 8. 21. itẽ 6. 5. Omnes ab adoleſcentia ad malum sũt proclines: Seſ. 5. cõ. Tr. de peccato originali.

4 *Homo & ſi multis miſerijs obrutus ſit, ſuum tamen ſtatum ignorat.*

Homo cupiditatib. ſuis obcæcatus ne videt quidem ſuum malum, quin hoc ipſum bonum eſſe exiſtimat.

Quibus in malis quamquam aſſiduè verſemur: tamen, quæ ſumma eſt noſtri generis miſeria, permulta ex illis ſunt, quæ nobis minimè mala videantur: quæ res inſignem arguit hominum calamitatem, qui cupiditatibus ac libidinibus obcæcati, non videant, quæ ſalutaria opinantur, plerumque eſſe peſtifera; immò verò ad illa pernicioſa mala tamquã ab optabile, & expetendum bonum, rapiantur præcipites: ab ijs quæ verè bona ſunt, & honeſta tanquam à contrarijs rebus, abhoreant. Hanc opinionem corrumptumque iudicium deteſtatur Deus illis verbis: *c* Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras; ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

c Iſa. 5. 20. Guſtum ſpiritualem admiſit homo.

5 Quo-

5 *Quomodo noſtram hanc miſeriam ſacræ litteræ nobis ob oculos ſubijciant.*

Itaque, noſtris vt ſubijciant oculis noſtras miſerias, comparant nos diuinæ litteræ ijs, *a* qui verùm guſtandi ſenſum amiſerunt, quare fit, vt à ſalubri victu alieni ſint, appetantq; contrarium. *b* Cum ægrotis præterea nos conferunt; vt enim illi, niſi morbum depulerint, ſanorum, & integrorum hominum officia, ac munera obire non poſſunt; ſic nos actiones, quæ Deo gratæ ſint, ſuſcipere ſine diuinæ gratiæ adiumento nequimus.

a Iſaiæ 24. 9. Hier. 4. 28. & 31. 29. Ezec. 8. 2. Homines os 7. poſt peccatũ ſunt ęgrotis ſimiles.

b Pſal. 6. 3. & 26. & 106 12. Iſ. 144. & 53. 4.

6 *In ſtatu naturæ corrupto quanta ſit ad aliquid boni agendum hominum infirmitas.*

Quòd ſi quædam ſic affecti aſſequimur, leuia illa ſunt, & quæ ad conſequendam cœleſtem beatitudinem, parum vel nihil momenti habent. At Deum, vt par eſt, amare, & colere, quod maius quidem, & altius eſt, quã vt nos humi ſtrati id humanis viribus aſſequamur, nũquã poterimus, niſi adminiculo diuinę gratię ſubleuemur.

Virtutes cœlo dignas homo ſibi relictus pficere nõ poteſt. Repetantur hic quę prima ſectione præfationis huius Catechiſmi ſunt explicata, & quæ ſub ſing. q. 9. paulo poſt ſubijcientur vide item Cœle. 1. ep. 1. cã. 4. Aug. ep. 95. & 1. Pela cap. 2. Proſ. cõt. col. art. c. 22. Conc. Trid. ſeſ. 6. c. 1.

7 *In rebus diuinis nos omnino pueris eſſe perſimiles.*

Quamquam aptiſſima etiam eſt illa comparatio ad ſignificandã miſeram humani generis conditionem, quòd ſimiles eſſe dicimur puerorum, qui ſuo relicti arbitrio temerè mouentur ad omnia: pueri, inquam, ſumus, & imprudẽtes, ludicris ſermonibus, & inanibus actionibus deditι, ſi à diuino præſidio deſeramur. Sic enim nos obiurgat Sapientia: *c* Vſquequò paruuli diligitis infantiã, & ſtulti ea quę ſibi ſunt noxia cupient? Et in hunc modũ hortatur Apoſtolus. Nolite pueri effici ſenſibus: etſi in maiori inanitate, & errore verſamur, quàm illa puerilis ætas, cui tantum abeſt humana prudentia, ad quam tamẽ per ſe tempore poteſt peruenire: cum ad diuinam prudentiam, quę ad ſalutem neceſſaria eſt, nos, niſi Deo auctore, & adiutore adſpirare non poſſumus: niſi enim preſto nobis ſit Dei auxilium, reiectis ijs, quæ verè ſunt bona, ad interitum ruimus voluntarium.

c Homines per Adæ peccatũ nũc ſunt ipſis pueris inſipiẽtiores.

Prudentiam ſaluti neceſſariam niſi Deo adiutore conſequi nõ poſſumus.

8 *Quodnam hac petitione tantorũ malorũ proponatur remediũ.*

Ac, ſi quis, diſcuſſa diuinitùs animi caligine, has videat hominum miſerias, & ſublato ſtupore, ſentiat *d* legem membrorum, ac ſenſus cupiditates ſpiritui repugnantes recognoſcat, omnemque diſpiciat naturæ

d Rom. 7. 23. Oĩum actionũ & cogitationũ

noſtræ propenſionem ad malum; qui poterit non ardenti ſtudio opportunum tanto huic malo, quo naturæ vitio premitur, remedium quærere, ſalutaremque illam regulam expetere, ad quam Chriſtiani hominis vita dirigenda, & confirmanda ſit? Hoc igitur illud eſt, quod imploramus, cum ita precamur Deum: Fiat voluntas tua. Cum enim abiecta obedientia, & Dei voluntate neglecta, in has miſerias inciderimus, vnum illud tantorum malorum remedium nobis diuinitus propoſitum eſt, vt ex Dei voluntate quam peccando contempſimus, aliquando viuamus, omneſque cogitationes, & actiones noſtras ea regula metiamur: quod vt aſſequi poſſimus ſuppliciter illud a Deo petimus, Fiat voluntas tua.

humanorũ bonitas ex conſenſu, quẽ habent cũ diuina volũtate eſt metienda. Suã autẽ voluntatem Deus manifeſtauit hominibus per decalogum.

a Rom. 5. 19. Trid. Syn. de iuſtific. ſeſſ. 6. cap. 11. Conc. Mil. c. 7. & 8.

P. p. prori a- tẽ ad malum vita hac durã te ſemper periclitatur. Cõc Trid. ſeſſ. 6. ca. 12. & 3. vide Ezech c. 26. Hier. 16. 2. aduerſ. Iou. & Auguſt. de hæreſ. hæ. 82.

9. *Etiam à iuſtificatis, qui iam Deo parent, vſurpanda hæc precatio eſt.*

Id vero illis etiam vehementer petendum eſt, in quorum animis iam regnat Deus, quique iam ſunt radijs diuini luminis illuſtrati; cuius gratiæ beneficio, Dei obtemperent voluntati. Quibus licèt ita comparatis, propriæ tamen cupiditates aduerſantur, propter procliuitatem ad malum inſitam in hominum ſenſibus; vt, etiam ſi tales ſimus, magnum tamen hoc loco nobis periculum ſit à nobis ipſis, ne *a* abſtracti, & illecti a concupiſcentijs, quæ militant in membris noſtris, iterum de ſalutis via deflectamus: de quo nos periculo Chriſtus Dominus admonuit illis verbis: *b* Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem; ſpiritus quidem promptus eſt caro autem infirma.

b Iacob. 4. 1.

c Matt. 26. 41.

10 *In iuſtificatis adhuc viget concupiſcentia, quam quidem nemo penitus poteſt extinguere.*

Iuſtificatorũ mentem ſanat Dei gratia, nõ etiã carnẽ. Iuſtitia originalis fuit tanquã frænum quo carnis cupiditates, eoque ſemel amiſſo nũquam ita regi potuerũt quin identidem noxia appeterẽt.

Non enim eſt in hominis poteſtate, ne in eius quidem, qui per Dei gratiam eſt iuſtificatus, ita domitos habere carnis affectus, vt nunquam illi poſtea excitentur. Quippe cùm eorum, qui iuſtificati ſunt mentem ſanet Dei gratia, non etiam carnem: de qua illud ſcripſit Apoſtolus, Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum. Nam vt ſemel primus homo iuſtitiam originalem, quo tanquam fręno quodam cupiditates regebantur, amiſit, minimè eas poſtea ratio, ita continere potuit in officio, vt ea non appeterent, quæ etiam

rationi

rationi repugnant. Itaque in ea hominis parte *a* peccatum, id eſt, peccati fomitem habitare ſcribit Apoſtolus, vt intelligamus, eum non ad tempus, quaſi hoſpitẽ diuerſari apud nos, ſed quamdiù viuimus, tanquam incolā noſtri corporis, in domicilio mẽbrorũ hærere perpetuo. Ergo domeſticis, & inteſtinis hoſtibus aſſiduè oppugnati, facilè intelligimus, confugiendum eſſe ad Dei auxiliũ, petendumque, vt fiat in nobis volũtas eius. Iam verò faciendum eſt, vt ſciant fideles, quę ſit petitionis huius vis.

a Rom. 7. 18. Fomes peccati ſeu concupiſcentia perpetuo in membris noſtris latitat. vide etiã perpetuo· aduertius, illam quęrendaſunt auxilia.

11 *Quomodo voluntas Dei in hac petitione accipiatur.*

Quo loco multis omiſſis, quæ à doctoribus ſcholaſticis de Dei voluntate vtiliter, & copioſè diſputantur, voluntatem hic accipi dicimus pro ea, quam, ſigni, appellare ſolent, hoc eſt, pro eo quod à nobis fieri, aut caueri iuſſerit, aut monuerit. Quare voluntatis nomine hoc loco comprehenſa ſunt vniuerſa, quæ nobis ad cœleſtẽ beatitudinem comparandam proponuntur, ſiue illa ad fidem, ſiue ad mores pertineant; omnia denique, quæcunque nos Chriſtus Dominus per ſe, vel per Eccleſiam ſuam facere, aut imperarit, aut prohibuerit: de qua voluntate ita ſcribit Apoſt. *b* Nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei.

b Rom. 7. 20. Vide magiſtrũ in 2. d. 45. lit. g. h. & 2. & Tho. in 1. p. q. 19 & ipſum, & alios in 1. diſt. 4.

12 *Quam includat tertia petitio ſententiam.*

Cum igitur illud precamur, Fiat volũtas tua, petimus in primis nobis, vt Pater cęleſtis facultatem cõcedat obtẽperandi diuinis iuſſis, & *c* inſeruiendi ei in ſanctitate, & iuſtit a, omnibus diebus noſtris: vt ad nutum, & voluntatem eius omnia faciamus: vt ea colamus officia, de quibus in ſacris litteris admonemur: vt ipſo duce, & auctore reliqua omnia præſtemus, quæ eos decent, *d* Qui non ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt, exemplum Chriſti Domini ſecuti, *e* qui factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, vt parati ſimus omnia perpeti potiùs, quam vel minimùm ab eius voluntate diſcedere.

c Ephes. 5. 17. 1. Theſ. 4. 3. & Rom. 12. 2. 1. Pet. 2. 15.

d Luc. 1. 74. 75.

e Ioan. 1. 15. Phil. 2. 3. Parere Deo libertas eſt inqt Seneca, lib. de beata vita ca. 15. ex quo D. Bern. ſer. 3. de An. hęc ſum pſiſſe videtur ſeruire Deo regnare eſt.

13 *Quibus potiſſimum datum ſit eorum, quæ hic petuntur ſtudio, & amore ardentiſſime flagret.*

Nec verò quiſquã eſt, qui huius ſtudio, & amore petitionis flagret ardentiùs, quàm is, cui conceſſũ ſit, vt ſummam eorum dignitatẽ intueatur qui Deo obediunt. Idẽ

a Matt. 12. 50. Marc. 3. 35. Luc. 8. 21. Omnes ſancti diuinā voluntatē ſēpetſrei ſ optarunt vt Chriſtus. Matt. 26. 41. & Paul. Act. 21. 4. Heli. 1. Reg. 3. 18. b Pſal. 118. 5. c Ibid. 35. d Ibid. 133. e Ibid. 71. † Et legunt 6. 15. Græc. q. habet & Chal. f Ibid. 108. g Ibid. 125.

enim illud veriſſime dici intelligit, Seruire Deo, & illi obedire, regnare eſſe *a* Quicumq; inquit Dominus, fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt, hoc eſt, cū illo ſum omnibus amoris, & beneuolētiæ vinculis cōiunctiſſimus. Nemo ferè eſt ex viris ſanctis, quin præcipuum huius petitionis munus vehementer a Deo poſtularit: ac præclara quidē omnes, ſed varia perſæpe oratione viſū: in quibus mirificū, & ſuauiſſimum Dauidē videmus illud variè poſtulantem. Modo enim inquit, *b* vtinā dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas; interdū, *c* Deduc me in ſemitam mandatorū tuorū, Nonnunquā; *d* Greſſus meos dirige ſecūdū eloquiū tuū, & nō dominetur mei omnis iniuſtitia. Huc pertinent illa; *e* Da mihi intellectū, † vt diſcā mādata tua; *f* Iudicia tua doce me: *g* Da mihi intellectū, vt ſciā teſtimonia tua: Sæpe alijs verbis eandē tractat verſatque ſententiā qui loci diligenter animaduertendi sūt, & fidelibus explicandi, vt, quanta ſit in prima huius petitionis parte vis, & copia ſalutarium rerum, omnes intelligant.

14 *Quid præterea hac petitione ſignificemus.*

h Gal. 5. 19. 20 21. Hic nō tantū petitur vt bonam Dei volūtatem ſequamur, ſed etiam vt ex animo opera carnis deteſtemur.

Secundo loco, cum illud precamur, Fiat voluntas tua, deteſtamur opera carnis; de quibus ſcribit Apoſtolus; *h* Manifeſta ſunt autem opera carnis: quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, riſæ, iræ, diſſenſſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia. Et, ſi ſecūdum carnē vixeritis, moriemini. Petimuſque ne ſinat Deus ea nos perficere, quæ ſenſus, quæ cupiditas, quæ imbecillitas noſtra ſuaſerit, ſed, vt noſtram volūtatem ſua voluntate moderetur.

Voluntatijs terrenis queat ſectib. implicati, niſi ſuam cupiditatem exuant, nō verè iſtud precantur.

Alieni ſunt ab hac voluntate voluptarij homines, qui in terrenarum rerum cura, & cogitatione defixi ſunt. Feruntur enim libidine præcipites ad potiēdum, quod concupierunt, & in illo fructu prauæ cupiditatis felicitatē ponunt, vt beatū etiā eſſe dicāt, qui, quodcumq; optarit cōſequatur. Nos contra petimus à Deo, vt ait Apoſtolus, *i* ne carnis curā faciamus in deſiderijs, ſed vt fiat volūtas eius.

i Rom. 13. 14

15 *Melius eſt, id optare fieri, quod Deus vult, quā id quod cupimus.*

Et ſi non facilè adducimur, vt precemur Deum vt cupiditatibus noſtris nō ſatisfaciat. Habet enim difficultatem

tem hæc animi inductio, quo ipſi quodámodo, id petentes, nos videmur odiſſe; quod etiā ſtultitiæ tribuūt ij, qui toti hęrent in corpore, ſed nos ſtultitiæ famam ſubeamus libēter Chriſti cauſa: cuius eſt illa ſententia; *a* Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipsū. Præſertim cùm ſciamus multò præſtare, id optare, quod rectum, iuſtumque ſit, quàm id aſſequi, quod à ratione, a virtute, à Dei legibus ſit alienū: & certè deteriore loco is eſt, quicunq; ad id peruenit, quod temerè, ac libidinis impulſu cupiebat, quàm qui, optimè, quod optauit, non aſſequitur.

Difficile eſt ad ierſus propriam cupiditatem præcari, ſed ſalutare & tamen glorioſum.
a Matt. 6. 24. Luc. 9. 23. Mar. 8.3.

16 *Etiam ea quæ pietatis ſpeciē nō habēt, à Deo petenda nō ſunt.*

Quamquam non id modò petimus; ne concedatur nobis à Deo, quod ipſi noſtra ſponte cupimus, cùm ſtudium noſtrum deprauatum eſſe conſtet, ſed ne id etiam detur, quod ſuaſore, & impulſore dæmone, *b* ſimulato lucis angelo, tanquam bonum interdum poſtulamus; rectiſſimum illud principis *c* Apoſtolorum ſtudium videbatur, pietatiſq; pleniſſimum, cùm Dominum a conſilio proficiſcendi ad mortem auocare conabatur, & tamen eum qui humanis ſenſibus, non diuina ratione, ducebatur, Dominus acriter obiurgauit. Quid amantius in Dominum videbatur eo poſtulari potuiſſe, quod ſancti viri *d* Iacobus, & Ioannes illis irati Samaritanis, qui magiſtrum hoſpitio accipere noluiſſent, ab eo petierunt, vel iuberet ignem è cælo deſcendere, qui duros illos, & inhumanos abſumeret? At à Chriſto Domino reprehenſi ſunt illis verbis; Neſcitis, cuius ſpiritus eſtis; *e* Filius enim hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare.

Petitur hîc et ne id Deus det, quod ſuaſore dæmone ſimulatio lucis Angelo, velut bonum eſſet poſtulamus, ſeu ne imaginarium boni, ſi quando à nobis poſtuletur impetremus.
b 1 Cor. 11. 14. c Matt. 16. 22.
Imaginatium bonum poſtulauit Iacob, & Ioannes.
d Luc. 9. 54. e Luc. 9. 56. Ioan. 3. 16.

17 *Cum quæ cupimus ad naturæ conſeruationem ſpectant, ea maximè vt fiant ſi Deus velit petendum eſt.*

Neque verò ſolùm, cùm quod cupimus malum eſt, aut mali ſpeciem habet, Deū precari debemus, vt fiat voluntas eius, ſed etiam, cùm re vera malum non eſt, veluti cùm voluntas ſequitur primam illam naturæ inclinationem, vt appetat ea, quæ naturā conſeruant, & rejciat, quæ ei contraria videatur. Quocirca, cū in eum locū ventum eſt, vt aliquid petere velimus huius generis, tum verò dicamus, ex animo, Fiat voluntas tua, imitemur illum ipſum, à quo ſalutem, & ſalutis diſciplinam accepimus, *f* qui cum naturaliter inſito cruciatu & acerbiſſimæ mor-

In his etiam quæ per ſe mali non ſunt naturamq; conſeruant, rogandus eſt etiam Deus, vt eius fiat voluntas.
f Matt. 26.37. 38. Mar. 14.33.
Qualis autem in Chriſto fuerit triſtitia, & timor.

a Luc. 22. 42.

tis timore commoueretur, tamen in illo horrore ſummi doloris, ſuam, ad Dei Patris retulit voluntatē; a Non mea, inquit, voluntas, ſed tua fiat.

18 *Cum citra Dei auxilium peccatum vitare nō poſſimus, id etiā hac petitione poſtulamus.*

Homines primi parentis pecc ato adeo imbecilles ſunt effecti. vt quāuis refrænet ſuam cupiditatem. Peccata euitare non poſſint niſi diuinum accedat auxilium vide Aug. in li. de nat. & gra c. 26. D. Th. in 1. 2. q. 109. ar. 9. & 10.

b 1. Tim. 2. 4.

c Col. 1. 26.

Sed mirabiliter deprauatum eſt hominum genus; qui, cùm vim ſuæ etiam attulerint cupiditati, eamque diuinæ voluntati ſubiecerint, tamen ſine Dei auxilio, quo & à malo protegimur, & in bonū dirigimur, peccata vitare non poſſunt. Ergo confugiendum eſt ad hanc precationem, & petendum à Deo, vt in nobis ipſe inſtituta perficiat, vt exultantes cupiditatis motus cōprimat, vt appetitus, rationi obedientes efficiat, vt nos demq; totos ad ſuam conformet voluntatem. Precamur etiam, vt b Dei voluntatis cognitionē totus orbis terrarum accipiat, quo c diuinum myſterium abſconditum à ſeculis, & generationibus, notum, ac peruulgatum ſit apud omnes.

Sicut in cœlo, & in terra.

19 *Quid ſibi iſta clauſula velit.*

Precamur etiā vt promulgata apud omnes Dei voluntate eam totus mūdus ſequatur. De hac particula quædam ſect. 3. primæ petit. cuius explicata ſunt.

Formam præterea, & præſcriptionem illius obedientiæ poſtulamus, vt videlicet ad eam regulam dirigatur, quam in cœlo, & ſeruant beati Angeli, & colit reliquus cæleſtium animarum chorus; vt quemadmodū illi ſponte, & ſumma cum voluptate obediūt diuino nomini, ſic nos Dei voluntati, quomodo ipſe maximè vult, libentiſſimè pareamus.

20 *Deo non pretij alicuius cauſa, ſed amore ipſius parendum eſt.*

Vide D. Bern. in lib. de diligendo Deo ſe re in medio.

Et verò in opera, & ſtudio, quod Deo nauamus, ſummum à nobis amorem Deus, & eximiam charitatem requirit; vt, etiam ſi ſpe cęleſtium præmiorum totos nos ei dicauerimus, tamen ideò illa ſperemus, quòd vt in eā ſpem ingrederemur, placuit diuinæ maieſtati. Quare tota nitatur illo in Deum amore noſtra ſpes, qui mercedē amori noſtro propoſuit æternam beatitudinem. Sunt enim, qui amanter alicui ſeruiant, ſed tamen pretij cauſa, quò amorem referunt. Sunt præterea, qui tantūmodo caritate, & pietate commoti, in eo cui dant operam, nihil ſpectant, niſi illius bonitatem, atque virtutem; cuius cogitatione, & admiratione ſe beatos arbitrantur, quòd ei ſuum officium præſtare poſſint.

21 Aliæ

21 *Aliæ item eius clauſulæ expoſitiones.*

Et hanc habet ſententiã illa appoſitio, Sicut in cœlo, & in terra. Maximè enim nobis enitendũ eſt, vt Deo ſimus obedientes, quemadmodũ beatas mentes eſſe diximus: quorũ laudes in illo ſummæ obedientiæ munere obeũdo, eo Pſalmo perſequitur Dauid; *a* Benedicite Domino omnes virtutes eius, miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius. Quòd ſi quis Sanctũ Cyprianum ſecutus, ſic illa interpretatur, vt dicat, in cælo, in bonis, & pijs; in terra, in malis, & impijs. Nos verò etiã eius ſententiã comprobamus, vt pro cælo, ſpiritus, pro terra, caro intelligatur; vt & omnes, & omnia in omnibus, Dei voluntati obediãt.

a Pſ. 102. 21.

S. Cypr in ſer. de orat. Dom. petitur etiam vt mali, ſicut & boni caro ſicut & ſpiritus tandem Deo obtemperent.

22 *Quomodo etiam gratiarum actionem contineat hæc petitio.*

Gratiarum item actionem continet hæc petitio; veneramur enim Dei ſanctiſſimam voluntatem, & maximo perfuſi gaudio, ſummis laudibus, & gratulationibus, omnia eius opera celebramus, quem certo ſciamus *b* eum omnia bene feciſſe. Cùm enim conſtet, eſſe omnipotentem Deum, neceſſariò ſequitur, vt omnia eius nutu facta eſſe inteligamus. Cùm verò etiam ipſum, ſicut eſt, ſummum bonum eſſe affirmemus, nihil ex eius operibus non eſſe bonum, cum in omnibus ipſe ſuam impertinerit bonitatem, confitemur. Quod ſi in omnibus diuinam rationem, non aſſequimur, in omnibus tamen, & ambigui cauſa neglecta, & reiecta omni hæſitatione, illud Apoſtoli profitemur, *c* inueſtigabiles eſſe vias eius. Sed ob id maximè etiam Dei voluntatem colimus, quòd ab eo cæleſti lumine dignati ſumus: *d* Ereptos enim de poteſtate tenebrarum, tranſtulit in regnũ filij dilectionis ſuæ.

b Mat. 7. 37. Eccl. 39. 21.

c Rom. 11. 33. † Omnes legunt inueſtigabiles, tamẽ hic Textum vt homo nymiam tolleret quam vt vocẽ Græcam an exinani, exprimeret in inueſtigabiles voluit legere.

d Col. 1. 13.

23 *Quid ex hac petitione ad contemplatione referendum ſit.*

Sed, vt extremo loco id explicetur, quod ad meditationem pertinet huius petitionis; redeundum eſt ad id, quod initio attigimus, debere fidelem populum in huius pronunciatione petitionis eſſe demiſſio, & humili animo, reputantem ſecum eam, quæ in natura eſt inſita, cupiditatum vim, diuinæ voluntati repugnantem, cogitantem ſe in eo officiò vinci a naturis omnibus: de quibus ita ſcriptum eſt: *e* Omnia ſeruiunt tibi: maximè que imbecillem eſſe, qui nullum opus Deo gratum, non modò non perficere, ſed *f* ne inſtituere quidem poſ-

e Pſ. 118. 95. Nullum opus Deo gratum poteſt homo citra illius auxilium inſtituere.

f Ioan. 16. 6. & 2. Cor. 3. 5.

ſit,

ſit, niſi Dei adiumento ſubleuetur. Quoniam verò nihil magnificentius eſt, nihil præſtantius, quam, vt diximus, Deo ſeruire, & vitam ex eius lege, ac præceptis agere, quid, optabilius eſſe poteſt homini Chriſtiano, quam *a* ambulare in vijs Domini, quam nihil agitare animo, nihil actione ſuſcipere, quod à diuina volũtate abhorreat? vt verò eam exercitationem capiat, & illud inſtitutum teneat diligentius, petat ex diuinis libris exẽpla eorum, quibus, cùm illi conſiliorum ſuorum rationem non retuliſſent ad Dei voluntatem, omnia malè ceciderunt.

a Pſ. 118. 1. Nihil optabilius quã mixta voluntate Dei viuere. Infelices, qui ſua cõſilia diuinæ voluntati non accommodant. exemplum vide in Pharaone Exod. 4. 5. & 6. & ſeq. cap.

24 *Quantum commodi ad vitam tranquille agendum ex huius petitionis meditatione conſequi poſſimus.*

Quiſque ſuæ tentationi acquieſcat.

Moneantur poſtremò fideles, vt in ſimplici, & abſoluta Dei voluntate acquieſcant, ferat æquo animo conditionem ſuam, qui ſibi inferiori loco videtur eſſe, quã eius dignitas poſtulet: ne deſerat ordinem ſuum, ſed *b* in ea vocatione maneat, in qua vocatus eſt, & proprium iudicium ſubijciat Dei voluntati, qui nobis melius conſulit, quàm ipſi optare poſſimus. Si anguſtia rei familiaris, ſi corporis valetudine, ſi perſecutionibus, ſi alijs moleſtijs, & angoribus premimur, certò ſtatuendum eſt, nihil horum ſine Dei voluntate, quæ ſumma omnium ratio eſt, nobis accidere poſſe; ideòque non debere nos grauiùs commoueri, ſed inuicto animo ferre, ſemper illud in ore habentes; *c* Domini voluntas fiat, & illud beati Iob; *d* Sicut Domino placuit, ita factum eſt: Sit nomen Domini benedictum.

b 1. Cor 7. 20. & Epheſ. 4 1.

Voluntas Dei eſt ratio ſumma omnium quæ ſunt, vide Tho. in 1. p. q. 19. art. 4.

c Act. 21. 14. d Iob 1. 22.

DE QVARTA PETITIONE CAP. XIII.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

1 *Quanam in hac oratione Dominica ratio ordinis ſeruata ſit.*

Quatuor poſteriores petitiones ad tres priores referuntur.

QVarta petitio, & reliquæ deinceps, quibus animæ, & corporis ſubſidia propriè, ac nominatim poſtulamus, ad ſuperiores petitiones referuntur. Habet enim hunc ordinem, ac rationem precatio Dominica, vt poſtulationem rerum diuinarum conſequa-

ſequatur earum, petitio, quæ ad corpus, & ad hanc vitam tuenduam pertinent. Nam vt ad Deum, tanquam ad vltimum finem, referuntur homines; ſic humanæ vitæ bona ad diuina eadem ratione diriguntur.

Quis ordo in precatione Dominica ſeruetur.

2 *Cur humanæ vitæ bona à Deo licitè optentur, & petantur.*

Quæ quidem ideò optanda, ac petenda ſunt, vel quòd ita diuinus ordo poſtulat, vel quòd illis adiumentis ad diuinorum bonorum adeptionem, indigemus, vt ijs adminiculis propoſitum finem conſequamur, qui regno, & gloria cœleſtis Patris, atque ijs præceptis colendis ſeruandiſq; continetur; quam Dei voluntatē eſſe, non ignoramus; quare omnem vim, & rationem huius petitionis, ad Deum, eiuſque gloriam referre debemus.

Quem in finē homo ſit conditus.

Temporalia bona iuxta Dei præſcriptū ſunt poſtulanda, vide Tho. in 2.2.q.73.ar. 6.

3 *Quo fine, & modo temporalia bona ſint poſtulanda.*

Præſtabunt igitur ſuū officiū Parochi fidelibus auditoribus, vt intelligant in ijs petēdis, quæ ad vsū, ac fructū, pertinēt rerū terrenarū, eſſe intendendū animū, ac ſtudiū noſtrum ad Dei preſcriptionē, nec inde vlla ex parte declinandum. Nā in eo, quod ſcribit Apoſt. *a* Quid oremus ſicut oportet, neſcimus; maximè peccatur his poſtulationibus terrenarum, & caducarum rerū. Ergo petenda ſunt bona hæc, vt oportet, ne, perperàm aliquid poſtulantes, reſponſum illud à Deo feramus, *b* Neſcitis, quid petatis. Erit autem certa iudicandi nota, quę praua ſit, quæ ve recta petitio, conſiliū, & propoſitū poſtulantis. Nam ſi quis terrena petit eo animo, vt illa omninò bona exiſtimet, & in illis tanquam in optato fine conquieſcens, nihil præterea requirat, ſine dubio non orat, ſicut oportet: Non enim, inquit S. Auguſtinus, petimus temporalia hæc tanquàm bona noſtra, ſed tanquàm neceſſaria noſtra: Apoſtolus etiam in epiſt. ad Corinth. docet, omnia, quæ ſpectant ad vſus vitæ neceſſarios, ad Dei gloriam referri oportere: *c* Siue enim manducatis, inquit, ſiue bibitis, ſiue † aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facere.

a Rom. 8.26.
b matt. 20.22.
In petitione rerū tpalium qualitas orationis ex propoſito poſtulantis etiam metienda.
S. Aug lib. 2 de ſer. do. in monte, c. 16 item epi. 121. cap. 6.
c 1. Cor. 10.31. Col. 3. 18
† Vocem aliud duo MS. Ambro. Græc. & Syr. exemp. nō habent.

4 *Quot quantiſque commoditatibus in ſtatu innocentiæ homo ſit potitus.*

Sed, vt videant fideles, quantam habeat hæc petitio neceſſitatem, commemorabunt Parochi, quanta ad victum, & ad vitam colendam indigentia ſit externarum rerum; quod magis intelligent, ſi comparatio

Primi parētes ſi in ſtatu innocentiæ perſeueraſſent neceſſario cibo vti debuiſſent vide Th. in 1. p. q. 97. art. 3.

fiet

Quam multis indigeamus, quib⁹ in innocẽtiæ ſtatu nõ opus fuiſſet.

Homo in ſtatu innocẽtię vſu fructus arboris vitæ immortalis permanſiſſet.

Aug. in lib. de queſ. 10. ver. & no. teſt. q. 19. & Tho. in 1. p. q. 97. art. 4.

fiet eorum, quæ primo illi parenti noſtri generis, & reliquis deinceps hominibus fuerunt ad viuendum neceſſaria. Nam etſi ille in ampliſſimo innocẽtiæ ſtatu, vnde & ipſe, & eius culpa omnis poſteritas corruit, neceſſe habuiſſet adhibere cibum ad reficiendas vires: tamen inter illius, & noſtræ vitæ neceſſitates multum intereſt. Non enim ei veſtibus ad tegumentũ corporis opus fuiſſet, non tecto ad perfugium, non armis ad defenſionem, non remedijs ad valetudinem, non alijs multis, quorum ſubſidio nos ad hanc naturæ imbecillitatem, ac fragilitatem tuendam egemus: ſatis ei fuiſſet ad immortalem vitam ille fructus, quẽ feliciſſima vitæ arbor nullo eius, aut poſterorũ labore præbuiſſet. Neque verò futurus erat homo in tantis paradiſi delicijs otioſus *a* quẽ ad agendũ Deus in eo voluptatis domicilio collocarat: verũ nulla ei opera moleſta, nullum officij munus non iucundum fuiſſet: tuliſſet ille perpetuò ſuauiſſimos fructus ex cultura felicium hortorum, nec eum vnquam opera, aut ſpes feſelliſſet.

a Gen. 2. 15. Labor omnis corporis in Paradiſo iucundus homini fuiſſet terraq; ſemper fertilis Tho. in 1. p. q. 103. art. 3.

5 *Quanta mala Adæ præuaricationem ſint ſecuta.*

Poſterorũ Adę quãta miſeria.

b Ge. 3. 17. 18. +8. MS. & Reg. & Heb. et Ch. exemp. nõ habẽt vocẽ tuo.

Opera noſtra, & omnis labor ſæpe inanis propter ſcelerum noſtrorũ immanitatem vide Leu. 26. Pſ. 106. 34.

At poſterorum plores non ſolum fructu priuata vitalis arboris, verùm etiam horribili illa ſententia cõdemnata eſt, *b* Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: ſpinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ: in ſudore vultus tui veſceris pane † tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es; quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Nobis igitur contra euenerunt omnia, atq; illis & poſteris contigiſſet, ſi Dei dicto audiens fuiſſet Adã. Itaque verſa ſunt omnia, & mutata in deterrimam partem. In quo illud grauiſſimum eſt, quod maximos ſumptus, ſummum laborem, ac ſtudorem ſæpiſſimè nullus fructus conſequitur: cum fruges datæ in deteriorem ſegetem, vel luccreſcenti agreſtium herbarum aſperitate opprimuntur, vel nimbis, vento, grandine, vredine, rubigine perculſæ, & proſtratæ intereunt; vt omnis anni labor, exiguo tempore, aliqua cæli, vel terræ calamitate recidat ad nihilum: quod accidit immanitate noſtrorum ſcelerum; à quibus auuerſus Deus noſtris minimè benedicit operibus: ſed horrenda manet ſenten-

tia,

tia, a quam de nobis initio pronunciauit. a Gen. 3.17.18

6 *Homines, vt ſuccurrant ſuis neceſſitatibus laborare tenentur, qui tamen, niſi Deus faueat fruſtra laborant.*

Ergo Paſtores in huius loci tractationem incũbent, vt ſciat fidelis populus ſua culpa homines in has anguſtias, & miſerias incidere: & vt intelligat deſudãdũ quidẽ, & elaborandũ eſſe in parandis ijs, quæ ad viuendum ſunt neceſſaria, veruntamen, niſi laboribus noſtris benedixerit Deus, fallacem ſpem, & inanẽ fore omnẽ contentionẽ. Nã b neq; qui plantat eſt aliquid, nec qui rigat, ſed qui incrementũ dat Deus, & c Niſi Dominus ædificauerit domũ, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.

Curan. debet vt laboribus noſtris Deus benedicat.

b 1. Cor. 3. 7.

c Pſ. 126. 1.

7 *Deus rogandus, vt ea, quibus indigemus, ſuppeditet, quod prolixè facit.*

Docebunt igitur Parochi, eſſe res penè innumerabiles, quæ ſi nobis deſint, vel vitam amittimus, vel agimus inſuauem. Hac enim cognita rerũ neceſſitate, naturæq; ſuæ imbecillitate, Chriſtianus populus cœleſtem patrem adire cogetur, & ab eo terrena, & cæleſtia bona ſuppliciter petere. Imitabitur d prodigum illum filium, qui cum in regione longinqua cœpiſſet egere, nec eſſet, cùm eſuriret, qui ei ſiliquidas daret, aliquando ad ſe rediens, intellexit, malorum, quibus premebatur nuſquam niſi à patre eſſe expetendum remedium. Quo loco accedet etiam fidentiùs ad orandum fidelis populus, ſi in cogitatione diuinæ benignitatis recordabitur, paternas aures perpetuò patere filiorum vocibus. nã dum hortatur nos, vt panem petamus, eo ſe rectè petentibus abundè largiturum pollicetur. Docendo enim, quomodo petamus, hortatur, hortando impellit, impellendo ſpondet, ſpondendo nos in ſpem certiſſimæ impetrationis inducit.

Multa ad hanc vitã ſuſtentandam ſunt neceſſaria, quæ Dei manu præſtantur.

d Luc. 15. 16. 17

Deus filios ſuos, fidenter neceſſaria petentes exaudit vt ſe Mat. 7. 9. 10. 11.

8 *Quid panis nomine intelligatur, quæque huius petitionis ſit ſententia.*

Excitatis igitur, & inflammatis animis fidelis populi ſequitur, vt quid hac petitione poſtuletur declarandum ſit: primùm, quid ſit ille panis, quem petimus. Sciendum igitur eſt, in diuinis litteris hoc e panis nomine multa quidem ſignificari, ſed illa duo præcipuè, primum quidquid in victu, cæteriſq; rebus ad corpus, vitamq; tuendam adhibemus: deinde, quicquid nobis ad ſpiritus & ani-

Panis nomen in ſcrip. multa ſignificat.

e Gen. 3. 19. f. Eccl. 15. 3. doctrinam ſalutarem, & Luc 14 15. ipſam felicitatem.

animæ vitam, ac ſalutem Dei munere tributum eſt. Petimus autem hoc loco huius, quam in terris agimus, vitæ ſubſidia, ſanctorum a Patrũ ita ſentientium auctoritate.

a Tertul. lib. de orat. cap. 6, Cyp. lib. de orat. Dom. Baſi. in reg. breuio. inter 252. Aug. lib. 2. de ſerm. Do. in monte, c. 14. & ep. 121. & alibi.

7 *Temporalia à Deo beneficia peti poſſe demonſtrat.*

Quod terrena petere liceat Patres ijdem qui ſupra, & alij permulti.

Quamobrem minimè ſunt audiendi, qui dicunt non licere Chriſtianis hominibus à Deo petere terrena huius vitæ bona. Nam huic aduerſantur errori præter conſentientem Patrum ſententiam, exempla permulta, tùm veteris, tùm noui teſtamenti. Iacob enim vouens, ſic orabat; *b* Si fuerit † Dominus mecum, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum & veſtimentum ad induendum, reuerſuſq; proſperè fuero ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum & lapis iſte, quem erexi in titulum vocabitur domus Dei; cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Salomon etiam certum petebat huius vitæ ſubſidium, cùm illud precabatur: Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, ſed tribue tãtùm victui meo neceſſaria. Quid, quod Saluator humani generis illa iubet petere, quæ nemo negare audeat, ad corporis vſum pertinere; *c* Orate, inquit, vt non fiat fuga veſtra † in hieme vel ſabbatho. Quid dicemus de ſancto Iacobo? cuius illa ſũt: *d* Triſtatur aliquis † veſtrum? oret: æquo animo eſt? pſallat. Quid de Apoſtolo? qui ſic cum Romanis agebat: *e* Obſecro vos fratres per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum & per charitatem † ſancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus † pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa; Quare cum & diuinitus conceſſum ſit fidelibus, vt petant hæc ſubdia rerum humanarum, & perfecta hæc à Chriſto Dño tradita ſit orandi formula, ne illud quidẽ dubium relinquitur, vnã ex ſeptem hanc eſſe petitionẽ.

Votum Iacob. b Gen. 28. 20. † Deus legunt MS. Reg. Ra. Heb. eo. Dominus Deus. Græ. Ver. Domini Chald. exempl. c Prou. 30. 8. d Mat. 24. 20. † 2. MS. & Gr. exemp. nõ habent in. e Iacob 5. 13. † autẽ hic addunt MS. quędam. Rom. 15. 30. † Voce Sancti 3 MS. non habent nec Græc. & Syr. exemp. † Pro me non habent MS. quædam.

Petitionis ſententia illuſtratur.

10 *Panis nomine quid hic ad corporis neceſſitatem pertinens intelligatur.*

Panis nomen interdum victum & amictũ ſignificat.

Petimus præterea Panem quotidianum, ideſt victui neceſſaria: vt panis nomine, quod ſatis ſit, & veſtium ad tegendum, & cibi ad veſcendũ, ſiue panis is ſit, ſiue caro, ſiue piſcis, ſiue quodcunq; aliud intelligamus. Videmus enim vſum eſſe hoc loquendi modo Eliſeum, cùm regem moneret, *f* vt præberet panem militibus Aſſyrijs, qui

f 4. Reg. 6. 23.

quibus magna ciborū copia data eſt. Illud etiā de Chriſto Domino ſcriptū ſcimus *a* Ingreſſus eſt in domū cuiuſdam principis Phariſæorum ſabbatho manducare panē: qua voce, quæ ad cibū, quæque ad potum pertinent, ſignificari videmus. Ad huius petitionis abſolutam ſignificationem præterea animaduertendū eſt; hoc panis vocabulo, nō abundantē, & exquiſitā ciborum ac veſtium copiā, ſed neceſſariam, ac ſimplicem intelligi debere: quemadmodum Apoſtolus ſcripſit: *b* Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus; & Salomon vt diximus: *c* Tribue tantum victui meo neceſſaria.

Luc. 14. *a* panus ſubindeci bum, & potum ſignificat Panis nomē deliciæ ſed neceſſaria vitæ includit Ter. vbi ſupra.

a 1. Ti. 6. 8.

b Pro. 30. 8.

Quem primo panem noſtrū hic dicamus.

11 *Cur non ſimpliciter panem, ſed panem noſtrum hic petamus.*

Huius quoque frugalitatis, & parſimoniç hac voce, quæ proximè ſequitur, admonemur. Cū enim, Noſtrum, dicamus, Panem illū ad neceſſitatem noſtram, non ad luxuriam petimus; non enim noſtrum dicimus, quia eum nobis, opera noſtra, ſine Deo parare poſſimus (eſt enim apud Dauidem: *d* Omnia à te expectant, vt des illis eſcā in tempore: dante te illis colligent; aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate: & alio loco: *e* Oculi omnium in te ſperant † Domine, & tu das illis eſcam in tempore oportuno) ſed quia neceſſarius eſt, & à parente omnium Deo *f* qui omnes ſua prouidentia alit animantes, nobis atributus.

c Pſ. 103. 27. 28 29. Pſ. 144. 15. † hęc vox Domine non, eſt inteſtum ſed eam habent M S. q. Hil. Hier. d Pſ. 146. 10 Secundo panis noſter dicitur iuſto labore paratus.

12 *Labore noſtro parandus eſt nobis panis, quem eſſe volumus, ſi noſtrum poſtulamus.*

Ob eā quoque cauſam panis noſter appellatur, quòd iure eſt a nobis acquirēdus, nō iniuria, fraude, aut furto parandus: quæ enim nobis malis artibus conciliamus, non noſtra sūt, ſed aliena, ſępiuſq; illorum calamitoſa eſt vel adeptio, vel poſſeſſio, vel certè iactura. Contra verò honeſtis, ac laborioſis piorum hominum lucris, & Prophetæ ſententia tranquillitas ineſt, & magna fælicitas, *g* Labores enim, inquit, manuum tuarū quia mādúcabis, beatus es, & benè tibi erit. Iā vero ijs qui iuſto labore victū quærunt, fructū ſuæ benignitatis eo loco pollicetur Deus, *h* Emittet Dominus benedictionem ſuper cellaria tua, & ſuper omnia opera manuum tuarum, benedicetque tibi.

e Pſ. 127. 2.]

Poſtulatur etiā hic, vt rectè partis, rectè vtimur.

Neque ſolum petimus à Deo nobis, vt illo vti liceat, quod noſtro ſudore, ac virtute peperimus eius adiumen-

to benignitatis, id enim verè dicitur noſtrum, ſed etiam bonam mentem poſtulamus; vt rectè partis rectè item, ac prudenter vti poſſimus.

Prima ratio ob quam panem quotidianum poſtulare iubeamur.

13 *Quare, & hæc particula quotidianum, adijciatur.*

Quotidianum; huic etiam voci ſubiecta eſt ea notio frugalitatis, ac parſcimoniæ, quam proximè diximus: Nō enim multiplicem, aut delicatū cibū poſtulamus; ſed eū, qui naturæ neceſſitati ſatisfaciat; vt eos pudeat hoc loco, qui faſtidio cōmunis cibi, & potionis, conquiſitiſſima eſcarū, ac vinorū genera perſequuntur. Nec minus hac voce, Quotidianū, improbantur ij, quibus horrēdas illas minas proponit Iſaias: *a* Væ, qui coniungitis domū ad domum, & agrū agro copulatis vſque ad terminū loci: numquid habitabitis vos ſoli in medio terræ? Etiam eſt inexplicabilis horum hominū cupiditas, de quibus illud ſcriptum eſt à Salomone, *b* Auarus non implebitur pecunia; ad quos dictū etiā illud pertinet Apoſtoli: *c* Qui volūt diuites fieri incidunt in tentationē, & in laqueū † diaboli.

Delitiæ, & habendi cupiditas reprehenſa.

a Iſaiæ 5. 8.

b Eccl. 5. 9. 10.
c 1. Tim. 6. 9.

† vox diaboli, non habetur in MS. Ambr. & Gr. & Syr. exemp.

Quotidianum præterea panem appellamus, quod veſcimur eo ad reficiendum vitalem humorem, qui quotidie conſumitur vi naturalis caloris. Eſt denique illa huius ratio nominis, quòd aſſiduè petendus eſt; vt in hac conſuetudine amandi, & colendi Deum retineamur; nobiſque omnino perſuadeamus, id quod eſt, vitam, ac ſalutem noſtram ex Deo pendere.

14 *Quid hæc duo verba, da nobis ſibi velint.*

Da nobis; quantā hæ duæ voces materiā præbeāt ad cohortandū fideles, vt infinitam Dei potentiam piè sācteq; colāt & venerētur, in *d* cuius manus sūt omnia, & vt nefariā illā ſathanæ ſententiā deteſtētur, *e* Mihi tradita ſunt omnia, & cui volo, do illa, nemo non videt. Nam vnius nutu Dei diſtributa cuncta, & conſeruātur, & augentur.

d Pſal. 23. 2. & 40. 12. & 94. 4. Eſter. 13. 9.

e Luc. 4. 6. Dei nutu cuncta diſtribuitur & conſeruantur. Chryſ. hom. 14. opere imper. in Mat. hæc habet.

15 *Cur diuites, etiam ſi rebus omnibus abundent, his verbis vti debeant.*

Sed quæ diuitibus hæc eſt impoſita neceſſitas, petendi quotidianum panem, cùm rebus omnibus abundent? Hæc illis neceſſitas eſt orandi in hunc modum, non vt dentur eis quorum Dei benignitate habent copiam, ſed ne quæ abundè illis adſunt, amittāt. Quamobrem vt ſcribit Apoſt. *f* hinc diſcant diuites non ſublime ſapere, neque

f 1. Tim. 6. 7.

que ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abundè ad fruendum. Huius autem neceſſariæ petitionis affert hanc cauſam S. Chryſoſtomus, non ſolùm vt nobis ſuppetat cibus, ſed vt eum ſuppeditet nobis Domine manus, quæ ſalubrem atque adeò ſalutarem vim inſerens pani quotidiano, efficit vt & cibus corpori proſit, & corpus animæ ſeruiat.

Cur petimus Deus det nobis panem Chryſ. hom. 14. oper. per. in Matt.

16 Cur Da nobis, non Da mihi dicamus.

Sed, quid eſt, quamobrem Da nobis numero multitudinis dicimus; non autem mihi; quia proprium illud eſt Chriſtianæ charitatis, non *a* vt quiſque de ſe vno ſollicitus ſit, ſed vt præterea de proximo laboret, & in cura ſuę vtilitatis, meminerit etiam aliorum Accedit eò, quòd, quæ alicui munera diuinitus tribuuntur, non idcircò tribuuntur, vt ſolus is ea poſſideat, vel in illis luxurioſè viuat, ſed cum alijs communicet, quæ neceſſitati ſuperfuerint: Nam inquiunt ſancti Baſilius, & Ambroſius: Eſurientium panis eſt quem tu detines, nudorum indumentum eſt, quod tu recludis: miſerorum redemptio eſt & abſolutio, pecunia, quam tu in terram defodis.

a 1. Cor. 12. 5. vide ité Cypr. in l. de orat. & Th. in 2. 2. q. 82 a. [illegible] ad 1. Bas. hom. 6. va riorum arg. quam dein. D. Ambr. latinefecit eique inter eius ſermo [illegible]. Quòd autem diuitum bona pauperum ſint vide Tho. in 2. 2. qu. 2. ar. vocula hodie, duo inſinuat Oratio Dominica quotidie dicenda.

17 Quid vocula, Hodie, hic appoſita inſinuet.

Hodie, admonet nos hæc vox communis infirmitatis, quis enim eſt, qui, ſi minus ſua vnius opera prouidere ſe poſſe ſperat in longinquum tempus neceſſarios vitæ ſumptus, ſaltem in diem victus ſubſidia paraturum non confidat? Sed ne huius quidem fiduciæ facultas nobis à Deo permittitur, qui nos ſingulorum etiam dierum cibum ſe petere iuſſit. Quæ ſententia habet neceſſariam illam rationem, quia quotidiano pane egemus omnes, quotidiè etiam Dominica precatione ſingulis vtendum eſſe. Hæc de pane, qui ore perceptus, corpus alit, atque ſuſtentat, qui communis fidelium, & infideliũ, piorum; & impiorum, admirabili Dei bonitate, *b* qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos omnibus impertitur.

b Matt. 5. 45. Luc. 6. 27. Cibus aïæ vt & corporis eſt multiplex.

18 Quidnam ſpirituali pane, qui amplitudine huius petitionis etiam includitur; hic intelligendum ſit.

Reliquus eſt ſpiritualis panis, quem etiam hoc loco petimus, quo ſignificantur omnia quæcunque in hac vita ad ſpiritus, & animæ ſalutem, & incolumitatẽ requirũtur.

tur. Vt enim multiplex eſt cibus, quo corpus alitur, & ſuſtentatur: ſic non eſt vnius generis eſca, quæ ſpiritus, & animæ vitam continet: nam & verbū Dei cibus eſt animæ: Sapientia enim inquit, *a* Venite comedite panē meū, & bibite vinum, quod miſcui vobis. Huius autem verbi facultatem cùm adimit Deus hominibus, quod efficere ſolet, cùm grauius noſtris ſceleribus offenditur, fame dicitur premere genus humanum. Sic enim eſt apud Amos: *b* Emittam famem in terram, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini. Vt autē illud eſt certum propinquæ mortis ſignum, cū non poſſint homines vel cibum ſumere, vel ſumptum retinere; ſic magnum eſt deſperatę ſalutis argumentum, cum vel non quærunt verbum Dei, vel ſi adſit, non ſuſtinent, & eam impietatis vocem in Deum effundunt. Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. In hoc furore animi, & mentis cæcitate verſantur illi, qui neglectis ijs, qui legitime eis pręſunt, Catholicis, & Epiſcopis, & ſacerdotibus, à ſancta Romana Eccleſia diſcedentes, corruptoribus verbi Dei hæreticis ſe in diſciplinam tradiderunt.

Verbum Dei panis.
a Prou. 5. 9.
Quando Deus fame verbi ſui homines præmat.
b Amos 8. 11.
Deſperata é reipublicæ ſalus in qua verbum Dei reijcitur.
Iob 21. 4. Qui relictis legitimis paſtoribus alijs adhærent dānatur vide c. à recta &c. congamus & cap. Aduocauit 2.4. c.1 & c. ad abolenda & c. cum ex iniuncto, de hæreticis.

19 *De vero pane ſuperſubſtantiali, qui eſt Chriſtus Dominus.*

Iam verò panis eſt Chriſtus Dominus, animæ cibus, inquit enim ipſe de ſe, *c* Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Incredibile eſt, quanta voluptate, ac lætitia perfundat piorum animas hic panis, tùm, cùm maximè terrenis moleſtijs, & incommodis conflictantur. Exemplo nobis eſt, ſanctus ille chorus Apoſtolorū, de quibus extat, *d* Illi quidem ibant gaudentes à conſpectu cōcilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliā pati. Referti ſunt huiuſmodi exemplis libri de vita ſanctorum hominum, & de intimis his bonorū gaudijs ita loquitur Deus, *e* Vincenti dabo manna abſconditum.

Io. 6.
d Act. 5. 41.
e Apo. 8. 17.
Deut. 28. 8.

20 *Chriſtus in Euchariſtiæ ſacramento vere continetur, atque ideo propriè panis noſter dicitur.*

Præcipuè autē panis noſter eſt ipſe Chriſtus Dn̄s, qui in ſacramēto Euchariſtiæ ſubſtantialiter cōtinetur. Hoc inexplicabile pignus charitatis, dedit nobis rediturus ad Patrē, de quo dixit, *f* Qui māducat meam carnē, & bibit meū ſanguinē, in me manet, & ego in illo, *g* Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum. Ea petent Parochi

Sacramentum corporis Chriſti, panis eſt animæ, ſic hanc petitionem interpretatur Ter. l. de ora. Cyp. item & Aug. & alij.
f Ioan. 6. 16.
g Marc. 26. 26.

quæ ad fidelis populi vtilitatem pertinebunt ex eo loco, quo ſeparatim huius ſacraméti vis, ac ratio cōtinetur. Et verò dicitur hic Panis noſter, quia fidelium modò hominum eſt, id eſt, eorum, qui charitatem cum fide coniungentes, pœnitentiæ ſacramento ſordes eluunt peccatorum, qui non dimittentes memoriam, ſe Dei filios eſſe, diuinum ſacramentum ſumunt, & colunt, quanta maxima poſſunt ſanctitate, ac veneratione.

1. Cor. 11. 24. Marc. 14. 11. Luc. 22. 1. 3. quomodo Euchariſtia proprie ſit panis noſter.

21 *Cur Euchariſtia quotidianus noſter panis dicatur.*

Quotidianus vero quamobrem dicatur, in promptu duplex ratio eſt: altera quod in ſacris Chriſtianæ eccleſiæ myſterijs quotidiè, & offertur Deo, & datur piè, ſanctèque poſtulantibus: altera, quòd quotidiè ſumendus eſt, vel certè ita viuendum, vt quotidiè, quo ad eius fieri poſſit dignè ſumere queamus. Audiant qui contrà ſentiunt, niſi longo interuallo ſalutaribus his epulis animæ veſci non oportere, quid ſanctus dicat Ambroſius; Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis?

Euchariſtia ér quomodo ſit panis quotidianus. Prima ratio Secunda ratio Frequenter cōmicandum S. Ambr. in l 5. de Sacr. cap. 4. vide ca. peracta & c. ſi quotieſcumque, & c. Non iſte panis alia, & multa de conſec. diſt. 2.

22 *Quomodo affecti eſſe debeamus ſi petitum panem mox non impetremus.*

Sed in hac petitione ad illud præcipuè cohortandi ſunt fideles, vt, cum rectè, & conſilium, & induſtriam ſuam poſuerint in comparandis rebus vitæ neceſſarijs, rei exitum Deo permittant, ſuumque deſiderium ad eius referant voluntatem, qui *a* nō dabit in ęternum fluctuationem iuſto. Nam vel concedet Deus quæ petuntur, & ita ſuum optatum conſequentur, vel non concedet, & id erit certiſſimum argumentum nec ſalutare illud eſſe, nec vtile, quod pijs à Deo negatur; cui magis curæ eſt de eorum ſalute, quàm illis ipſis. Quem locum inſtruere poterunt, explicandis ijs rationibus, Parochi, quę à S. Auguſtino in epiſtola ad Probam præclarè colliguntur.

Exitus petitionis Deus eſt reliquerib.

a Pſ. 54. 23.

S. Auguſt. in epiſt. 121. ad probam c. 14.

23 *Cuius rei meditanda occaſio ſe hic exhibeat.*

Extremū illud erit in huius tractatione petitionis, vt meminerint diuites facultates ſuas, & copias Deo acceptū referre, cogitētq; ſe idcircò illis bonis eſſe cumulatos, vt illa diſtribuant indigentibus. In quā ſententiā conueniūt, quæ in *b* prima epiſt. ad Timoth. ab Apoſt. diſſerūtur, vnde magnā vim Parochus petere licebit diuinorum præceptorū, ad hunc locū vtiliter & ſalutariter illuſtrandū.

b 2. Tim. 6. 5. 18. 19.

DE QVINTA PETITIONE

CAP. XIV.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris.

SECTIO PRIMA.

1 *Ex paſſione Chriſti omniū peccatorū noſtrorū remiſſio emanauit.*

Nihil magis charitatē Dei erga hominē declarat, quā Dei paſſio vide Io. ca. 3. 15. Rom 5. 6. 7. 8. Hebr. 9. 15. 18. 1. Ioan. 4. 9. Apoc. 1. 5.

CVm multa ſint, quæ infinitam Dei potentiam, cū pari ſapientia, ac bonitate coniunctam ſignificent, vt quocunque oculos cogitationemq; conuerteris, certiſſima ſigna immenſæ poteſtatis, ac benignitatis occurrant, nihil profectò eſt, quod ſummum eius amorem, & admirabilem in nos caritatem magis declaret quam inexplicabile myſterium Ieſu Chriſti paſſionis: vnde perennis ille fons ad eluendas peccatorum ſordes erupit, quo perfundi, & expiari Deo duce ac largitore exoptamus, cum illud ab eo petimus: dimitte nobis debita noſtra.

2 *Quid hæc quinta petitio contineat.*

a Iſaiæ 27. 9. Vide eūdē 53. 4. 5. 9. Rom. 4. 26. & 1. Cor. 15. 5. b Pſal. 31. 1. Rom. 4. 7.

Continet autem hæc petitio ſummam quandam eorum bonorum, quibus per Ieſum Chriſtum cumulatum eſt humanum genus. Id enim docuit Iſaias: *a* Dimittetur, inquit, iniquitas domui Iacob, & iſte omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. Quod Dauid etiam oſtendit Beatos prædicans eos, qui ſalutarem illum fructum percipere potuerunt, his verbis, *b* Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates. Quare eſt accuratè, ac diligenter Paſtoribus huius poſtulationis animaduertenda, & exponenda ſententia, quam ad cœleſtem vitam conſequendam tantùm valere intelligimus.

Qūo ante Chriſti aduentum Paſſio ſit operata remiſſionē noſtrorum peccatorū vide Th. in 2. p. q. 48. art. 1. & 3 d. 19. art. 1.

3 *Quomodo hic non ſit eadem precandi ratio, qua in ſuperioribus fuit.*

Diuiſio orationis Dominicæ ex D. Th. in 2. 2 q. 85. ar. 9. vide aliā apud Au-

Ingredimur autem nouam precandi rationem. Nam hactenus à Deo non ſolùm æterna, & ſpiritualia bona, ſed caduca, & quæ ad hanc vitam pertinent, commoda petiuimus: nunc vero mala deprecamur, & animæ, & corporis, & huius, & ſempiternæ vitæ.

4 *Qua*

4 *Quæ in eo, qui veniam peccati impetrare velit, requirantur.*

Sed, quoniam ad impetrandum, quod poſtulamus, requiritur recta poſtulandi ratio, quo modo affectos eſſe oporteat eos, qui Deum modo hoc orare velint, dicendum videtur. Monebunt igitur Parochi fidelem populum; primum neceſſe eſſe, vt is, qui ad hoc petendum velit accedere, ſuum ipſe peccatum agnoſcat, deinde, vt eius ſenſu, ac dolore commoueatur, tùm vt ſibi omnino perſuadeat, Deũ in hac eſſe volũtate, vt ijs, qui peccauerunt, ita vt diximus affectis, & comparatis, ignoſcat: ne fortè acerbam delictorum recordationem ac recognitionem, illa veniæ deſperatio conſequatur, quæ olim *a* Cam, & *b* Iudæ animum occupauit, qui Deum, modo vindicem & vltorem, non etiam mitem, & miſericordiem exiſtimarunt. Ergo in hac petitione ſic affecti ſimus, oportet, vt dolenter peccata noſtra recognoſcentes, ad Deum, tanquam ad parentem, non quaſi ad iudicem confugiamus, à quo, non vt ex iuſtitia nobiſcum agati, ſed ex miſericordia, poſtulemus.

5 *Quibus rationibus homo ad agnitionem peccatorũ perducatur.*

Facilè autem adducemur, vt peccatum noſtrum agnoſcamus, ſi ipſum audierimus Deum, nos in ſacris litteris huius rationis admonentem: eſt enim illud apud Dauidem: *c* omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. In eandem ſententiam loquitur Salomon, *d* Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Quò illud etiam pertinet, *e* Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato? Quod idem à S. Io. ad deterrendos homines ab arrogantia, ſcriptum eſt, *f* Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Et à Hierem. dixiſti: abſque peccato, & innocens ego ſum, & propterea auertatur furor tuus à me, ecce ego iudicio contendam tecum, eò quòd dixeris, non peccaui. Quorum ſententias omnium idem, qui eas eorum ore protulerat Chriſtus Dominus, hoc petitionis præſcripto confirmat, quo iubet nos delicta noſtra confiteri. Id enim ſecus interpretari prohibuit auctoritas Mileuitani Conc. in hunc modum: Placuit, vt quicunque verba

in Ench. c. 115 in 2. de ſerm. Dom. in mõt. c. 17. Tr. requiſita in eo qui veniã peccati poſtulat Agnitio peccati eſt primus ad penitẽtiã gradus Ber. 3, de S. Andr. Dolor de peccatis ad peccati remiſſionem neceſſarias Aug. ep. 43. ad vinc. & habetur de pęnit. d. 1. neminem. Tertium ſpes veniæ. Hæc eſt fuſe tractata eſt. 4. & ſequ. de Sacram. pęnitentiæ.

a Gen. 4.

b Matt. 2. 4. Actor. 1. 18. Sacra pęnitentiæ.

c Gen. 4.

d Matt. 2. 4. Actor. 1. 18. Nemo eſt qui ré peccatorem ręmagnoſcere non debeat, & agere Dei gr.

e Pſal. 13. 3. & 50. hom 3. 12. f Eccl. 7. 210. 3. 108. 46. & 2. Paral. 6. 16. Prou. 10. 9. 1. Ioa. 2. 8. & Iob 14. 4. maxime iuxta verſionem 10. & Iac. 3. 1. Hier. 2. 35. ſed legat parochus totũ hoc caput, ex quo multa ad concionãdum argum deſumit. Mileu. Conc. c. 7. 8. & 6. Item

Cōc.Trid.ſeſ.6 de iuſtific. ca. 11. vide item Aug. in Ench. ca.71.relatum. de pæn.d.3.de ca.quotidia & in de decr. ca. hom.1.1 1.l.vi de l. 2. deſum. bon. cap. 18.

ipſa Dominicę orationis, vbi dicimus, Dimitte nobis debita noſtra, ita vult a ſanctis dici, vt humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema ſit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus ſed ipſi Domino mentientem, qui labijs ſibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ ſibi dimittantur debita, non habere?

6 *Quo pacto poſt agnitum peccatum dolor remordens, & vera eiuſdem pœnitentia in animo excitetur.*

Non ſimpliciter, ſed cum mœrore cognoſcenda ſunt peccata Vnde prouocādi ſūt homines ad agnitionē turpitudinis & indignitatis peccati.

Verum in neceſſaria recognitione peccatorum non eſt ſatis illa leuiter recordari. Nam vt acerba nobis ſit ea memoria, vt cor pungat, animum ſtimulet, & dolorem inurat, neceſſe eſt. Quare pertractabunt locum hunc diligenter Parochi, vt non ſolum facinorum, ac flagitiorum ſuorum meminerint fideles auditores, ſed vt moleſtè, dolenterque meminerint, vt, cùm angantur intimis ſenſibus, conferant ſe ad Patrem Deum, a quo vt inhærentes euellat ſcelerum aculeos, ſuppliciter petant. Nec verò ſolum erratorum turpitudinem ſtudebunt ſubijcere oculis fidelis populi; verum etiam indignitatem, ac ſordes hominum, qui, cum nihil ſimus, niſi putrida caro, niſi ſumma fœditas, incomprehenſibilem illam Dei maieſtatem, & inexplicabilem præſtantiam, incredibilem in modum audeamus offendere, præſertim à quo procreati, liberati innumerabilibus maximiſque beneficijs aucti ſumus.

Dei hominum vanitate leg. Iſa. 40.67. Eccl. 4. 18. Iac. 1. 10. 1.Petr. 2.24.& Iacob.7.5. 6.7. Ia. 9. 10. De Dei incōprehenſibili maieſtate, vide Iob. 94. 5. 6. & 12. 13. 4. 5. & ſæpe alibi. & Hiero. 6. 7.

7 *Quomodo per peccatum grauiſſimæ diaboli ſeruituti, nos tradamus.*

a vide Hier. cap. 3. per totum, & 5. per totum 2. 13.14
b Diabolo ſeſe per peccatum homines adducunt. Auguſt.in lib. expoſ. ad Roman.
c Io.12. 32. & 11.30.
d Epheſ. 6.12.
e Iob 4. 25.

Vt quid? vt *a* abalienati a Patre Deo, qui ſummum bonum eſt, turpiſſima peccati mercede, *b* diabolo nos addicamus in miſerrimam ſeruitutem; neque enim dici poteſt, quàm crudeliter ille dominetur in eorum animis, qui repulſo ſuaui iugo Dei, ruptoque caritatis, amabiliſſimo nodo, quo parenti Deo ſpiritus noſter adſtringitur, ad hoſtem acerrimum deſciuerunt, qui eo nomine *c* princeps, & *d* rector mundi, & princeps tenebrarum, & *e* rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ, dicitur in diuinis litteris. In eos autem, qui dæmonis tyrannide opprimuntur, verè conuenit illa vox Iſaiæ, Domine Deus noſter, poſſederunt nos domini abſque te.

8 Quan-

8 *Quanta mala peccatum in anima inuehat.*

Hæc ſi nos minus mouent rupta fœdera charitatis, moueant certè calamitates, & ærumnæ, in quas per peccatum incidimus. Violatur enim ſanctitas animæ, quam *a* Chriſto deſponſam eſſe ſcimus: profanum fit illud idem *b* templum Domini, quod qui contaminant, in eos dicit Apoſt. *c* Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Innumerabilia ſunt mala, quæ peccatum inuexit in hominem: quam penè infinitam peſtem Dauid his verbis expreſſit: *d* Non eſt ſanitas in carne mea, a facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis, a facie peccatorum meorum. Nimirùm notat hanc plagæ vim, cum nullam ſui partem peſtifero peccato intactam, fateretur. Peruaſerat enim in oſſa peccati virus, ideſt rationem, & voluntatem quæ maximè ſolidæ ſunt animi partes, infecerat. Hāc latè patentem peſtem indicant ſacræ litteræ, cum peccatores *e* claudos, *f* ſurdos, *g* mutos *h* cæcos, & omnibus membris captos, appellant. Sed præter dolorē, quem ex peccatorum, quaſi ſcelere ſentiebat, magis etiam angebatur Dauid ex ira Dei, quam in ſe propter peccatum commotam intelligebat. Bellum enim eſt ſceleratis cum Deo, quorum ſceleribus incredibiliter offenditur; inquit enim Apoſtolus, *i* Ira, & indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum. Nam etſi tranſierit actio peccati, tamen peccatum macula, & reatu permanet; cui ſemper imminens ira Dei illud perſequitur, tanquam vmbra corpus.

a Iſa. 25. 13. b Anima eſt ſponſa Chriſti, Hier. 3. 2. Oſeæ 10. 20. 2. Cor. 11. 2. 1 Cor. 1. c Eſt templum Domini ſpiritu ſancti. 1. Cor. 6. 11. 12. Cor. 3. 17. d Pſ. 1. 37. 4. e Prou. 26. 6. Iſa. 33. 23. Hier. 31. 8. Luc. 14. 13. f Iſa. 42. 18. 19. 3. 43. 89. g Pſ. 3. 5. & Iſa. 50. 10. h Iſa. 42. 16. 18. 19. & 43. 8. & 59. 10. & 59. 10 Bellum eſt ſceleratis cū Deo Iſa. 59. 2.

i Rom. 2. 2. 8. 9 Peccato commiſſo remanet macula, & reatus.

9 *Quomodo perſpecta peccatorum calamitate ad pœnitentiam conuerti debeamus.*

Exemplo Dauidis excitandus eſt animus ad pænitentiā.

Cū igitur Dauid his vulneraretur aculeis, ad petendā delictorum veniam excitabatur: cuius, & exemplum doloris, & doctrinæ rationē ex quinquageſimo eius Pſalmo depromptam, proponent Parochi fidelib. auditorib. vt Prophetæ imitatione, & ad doloris ſenſum. i. ad verā pænitentiam, & ad veniæ ſpem erudiri poſſint. Quantā habeat vtilitatē hæc docendi ratio, vt ex peccatis dolere diſcamus, illa Dei apud Hieremiam declarat oratio, qui cū Iſraelē ad pœnitentiam hortaretur, admonebat eū, vt malorum ſenſum perciperet, quæ peccatum conſequuntur, *a* Vide enim inquit, quia malum & amarum eſt, re-

Vtilitas veræ pænitentiæ, & contritionis.

liquiſſe

a Tertul. lib. de orat. cap. 6, Cyp. lib. de orat. Dom. Baſi. in reg. breuio. iter 252. Aug. lib. 2. de ſerm. Do. in monte, c. 14. & cp. 12. & alibi.

animæ vitam, ac ſalutem Dei munere tributum eſt. Petimus autem hoc loco huius, quam in terris agimus, vitæ ſubſidia, ſanctorum a Patrũ ita ſentientium auctoritate.

Quod terrena petere liceat. Patres ijdem qui ſupra, & alij permulti.

7 *Temporalia à Deo beneficia peti poſſe demonſtrat.*

Quamobrem minimè ſunt audiendi, qui dicunt non licere Chriſtianis hominibus à Deo petere terrena huius vitæ bona. Nam huic aduerſantur errori præter conſentientem Patrum ſententiam, exempla permulta, tùm veteris, tùm noui teſtamenti. Iacob enim vouens, ſic orabat; *b* Si fuerit † Dominus mecum, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum & veſtimentum ad induendum, reuerſusq; proſperè fuero ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum & lapis iſte, quem erexi in titulum vocabitur domus Dei; cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Salomon etiam certum petebat huius vitæ ſubſidium, cùm illud precabatur: Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, ſed tribue tãtùm victui meo neceſſaria. Quid, quod Saluator humani generis illa iubet petere, quæ nemo negare audeat, ad corporis vſum pertinere; *c* Orate, inquit, vt non fiat fuga veſtra † in hieme vel ſabbatho. Quid dicemus de ſancto Iacobo? cuius illa ſũt: *d* Triſtatur aliquis † veſtrum? oret: æquo animo eſt? pſallat. Quid de Apoſtolo? qui ſic cum Romanis agebat: *e* Obſecro vos fratres per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum & per charitatem † ſancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus † pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa; Quare cùm & diuinitus conceſſum ſit fidelibus, vt petant hæc ſubſidia rerum humanarum, & perfecta hæc à Chriſto Dño tradita ſit orandi formula, ne illud quidẽ dubium relinquitur, vnã ex ſeptem hanc eſſe petitionẽ.

Votum Iacob. b Gen. 28. 20. † Deus legunt MS. Reg. Ra. Heb. co. Dominus Deus. Græ. Ver. Domini Chald. exempl.
Prou. 30. 8.
c Matt. 24. 34. † 2. MS. & Gr. exemp. nõ habent in.
d Iacob 5. 13. † autẽ hic addunt MS. quędam.
e Rom. 15. 30. † Voce Sancti 3 MS. non habet nec Græc. & Syr. exemp. † Pro me non habent MS. quædam.

Petitionis ſententia illuſtratur.

10 *Panis nomine quid hic ad corporis neceſſitatem pertinens intelligatur.*

Panis nomen interdum victum & amictũ ſignificat.

Petimus præterea Panem quotidianum, ideſt victui neceſſaria: vt panis nomine, quod ſatis ſit, & veſtium ad tegendum, & cibi ad veſcendũ, ſiue panis is ſit, ſiue caro, ſiue piſcis, ſiue quodcunq; aliud intelligamus. Videmus enim vſum eſſe hoc loquendi modo Eliſeum, cùm regem moneret, *f* vt præberet panem militibus Aſſyrijs,

f 4. Re. 6. 23.

qui

quibus magna ciborũ copia data eſt. Illud etiã de Chriſto Domino ſcriptũ ſcimus *a* Ingreſſus eſt in domũ cuiuſdam principis Phariſæorum ſabbatho manducare panẽ: qua voce, quæ ad cibũ, quæque ad potum pertinent, ſignificari videmus. Ad huius petitionis abſolutam ſignificationem prætereà animaduertendũ eſt; hoc panis vocabulo, nõ abundantẽ, & exquiſitã ciborum ac veſtium copiã, ſed neceſſariam, ac ſimplicem intelligi debere: quemadmodum Apoſtolus ſcripſit: *b* Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus; & Salomon vt diximus: *c* Tribue tantum victui meo neceſſaria.

Luc. 14. 1 panus ſubindecibum, & potum ſignificat Panis nomẽ delicias ſed neceſſaria vitæ includit Tet. vbi ſupra.

a 1. Ti. 6. 8.

b Pro. 30. 8.

Quem primo panem noſtrũ hic dicamus.

11 *Cur non ſimpliciter panem, ſed panem noſtrum hic petamus.*

Huius quoque frugalitatis, & parſimonię hac voce, quæ proximè ſequitur, admonemur. Cũ enim, Noſtrum, dicamus, Panem illũ ad neceſſitatem noſtram, non ad luxuriam petimus; non enim noſtrum dicimus, quia eum nobis, opera noſtra, ſine Deo parare poſſimus (eſt enim apud Dauidem: *d* Omnia à te expectant, vt des illis eſcã in tempore: dante te illis colligent; aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate: & alio loco: *e* Oculi omnium in te ſperant † Domine, & tu das illis eſcam in tempore oportuno) ſed quia neceſſarius eſt, & à parente omnium Deo *f* qui omnes ſua prouidentia alit animantes, nobis atributus.

c Pſ. 103. 27. 28 29. Pſ. 144. 15. † hęc vox Domine non, eſt inteſtum ſed eam habent M S. q. Hil. Hier. d Pſ. 146. 10 Secundo panis noſter dicitur iuſto labore paratus.

12 *Labore noſtro parandus eſt nobis panis, quem eſſe volumus, ſi noſtrum poſtulamus.*

Ob eã quoque cauſam panis noſter appellatur, quòd iure eſt a nobis acquirẽdus, nõ iniuria, fraude, aut furto parandus: quæ enim nobis malis artibus conciliamus, non noſtra sũt, ſed aliena, ſępiuſq; illorum calamitoſa eſt vel adeptio, vel poſſeſſio, vel certè iactura. Contra verò honeſtis, ac laborioſis piorum hominum lucris, & Prophetæ ſententia tranquillitas ineſt, & magna fælicitas, *g* Labores enim, inquit, manuum tuarũ quia mãducabis, beatus es, & benè tibi erit. Iã vero ijs qui iuſto labore victũ quærunt, fructũ ſuæ benignitatis eo loco pollicetur Deus, *h* Emittet Dominus benedictionem ſuper cellaria tua, & ſuper omnia opera manuum tuarum, benedicetque tibi.

e Pſ. 127. 2.]

Poſtulatur etiã hic, vt rectè partis, rectè vtimur.

Neque ſolum petimus à Deo nobis, vt illo vti liceat, quod noſtro ſudore, ac virtute peperimus eius adiumen-

to benignitatis, id enim verè dicitur noſtrum, ſed etiam bonam mentem poſtulamus; vt rectè partis rectè item, ac prudenter vti poſſimus.

Prima ratio ob quam panem quotidianum poſtulare iubeamur.

13 *Quare, & hæc particula quotidianum, adijciatur.*

Delitiæ, & habendi cupiditas reprehenſa.

Quotidianum; huic etiam voci ſubiecta eſt ea notio frugalitatis, ac parſcimoniæ, quam proximè diximus. Nō enim multiplicem, aut delicatū cibū poſtulamus; ſed eū, qui naturæ neceſſitati ſatisfaciat; vt eos pudeat hoc loco, qui faſtidio cōmunis cibi, & potionis, conquiſitiſſima eſcarū, ac vinorū genera perſequuntur. Nec minus hac voce, Quotidianū, improbantur ij, quibus horrēdas illas minas proponit Iſaias: *a* Væ, qui coniungitis domū ad domum, & agrū agro copulatis vſque ad terminū loci: numquid habitabitis vos ſoli in medio terrę? Etiam eſt inexplicabilis horum hominū cupiditas, de quibus illud ſcriptum eſt à Salomone, *b* Auarus non implebitur pecunia; ad quos dictū etiā illud pertinet Apoſtoli: *c* Qui volūt diuites fieri incidunt in tentationē, & in laqueū † diaboli.

a Iſaiæ 5. 8.

b Eccl. 5. 9. 10.
c 1. Tim. 6. 9.

† vox diaboli, non habetur in MS. Ambr. & Gr. & Syr. exemp.

Quotidianum præterea panem appellamus, quod veſcimur eo ad reficiendum vitalem humorem, qui quotidie conſumitur vi naturalis caloris. Eſt denique illa huius ratio nominis, quòd aſſiduè petendus eſt; vt in hac conſuetudine amandi, & colendi Deum retineamur; nobiſque omnino perſuadeamus, id quod eſt, vitam, ac ſalutem noſtram ex Deo pendere.

14 *Quid hæc duo verba, da nobis ſibi velint.*

Da nobis; quantā hæ duæ voces materiā præbeāt ad cōhortandū fideles, vt infinitam Dei potentiam piè ſācteq; colāt & venerētur, in *d* cuius manus ſūt omnia, & vt nefariā illā ſathanæ ſententiā deteſtētur, *e* Mihi tradita ſunt omnia, & cui volo, do illa, nemo non videt. Nam vnius nutu Dei diſtributa cuncta, & conſeruātur, & augentur.

d Pſal. 23. 1. & 40. 12. & 94. 4. Eſter. 13. 9.

e Luc. 4. 6. Dei nutu cuncta diſtribuitur & conſeruantur. Chryſ. hom. 14. opere imper. in Mat. hæc habet.

15 *Cur diuites, etiam ſi rebus omnibus abundent, his verbis vti debeant.*

Sed quæ diuitibus hæc eſt impoſita neceſſitas, petendi quotidianum panem, cum rebus omnibus abundent? Hæc illis neceſſitas eſt orandi in hunc modum, non vt dentur eis quorum Dei benignitate habent copiam, ſed ne quæ abundè illis adſunt, amittāt. Quamobrem vt ſcribit Apoſt. *f* hinc diſcant diuites non ſublime ſapere, ne-

f 1. Tim. 6. 7.

que

que ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abundè ad fruendum. Huius autem neceſſariæ petitionis affert hanc cauſam S. Chryſoſtomus, non ſolum vt nobis ſuppetat cibus, ſed vt eum ſuppeditet nobis Domine manus, quæ ſalubrem atque adeò ſalutarem vim inſerens pani quotidiano, efficit vt & cibus corpori proſit, & corpus animæ ſeruiat.

Cur petimus Deus det nobis panem. Chryſ. hom. 14. oper. per. in Matt.

16 *Cur Da nobis, non Da mihi dicamus.*

Sed, quid eſt, quamobrem Da nobis numero multitudinis dicimus; non autem mihi; quia proprium illud eſt Chriſtianæ charitatis, non *a* vt quiſque de ſe vno ſollecitus ſit, ſed vt præterea de proximo laboret, & in cura ſuæ vtilitatis, meminerit etiam aliorum. Accedit eò, quòd, quæ alicui munera diuinitus tribuuntur, non idcircò tribuuntur, vt ſolus is ea poſſideat, vel in illis luxurioſè viuat, ſed cum alijs communicet, quæ neceſſitati ſuperfuerint: Nam inquiunt ſancti Baſilius, & Ambroſius: Eſurientium panis eſt quem tu detines, nudorum indumentum eſt, quod tu recludis: miſerorum redemptio eſt & abſolutio, pecunia, quam tu in terram defodis.

a 1.Cor.12.5. vide ité Cypr. in l.de orat. & Th. in 2.2.q.82 a. tit. ul.7. ad 1. Bas. hom.6. variorum arg. quam dein. D. Ambr. l. tine fecit eiſque inter eius ſermo 81. Qũo autem diuitum bona pauperum ſint vide Tho. in 2. 2. qu. 2. ar. vocula hodie, dum inſinuat Oratio Dominica quotidie dicenda.

17 *Quid vocula, Hodie, hic appoſita inſinuet.*

Hodie, admonet nos hæc vox communis infirmitatis, quis enim eſt, qui, ſi minus ſua vnius opera prouidere ſe poſſe ſperat in longinquum tempus neceſſarios vitæ ſumptus, ſaltem in diem victus ſubſidia paraturum non confidat? Sed ne huius quidem fiduciæ facultas nobis à Deo permittitur, qui nos ſingulorum etiam dierum cibum ſe petere iuſſit. Quæ ſententia habet neceſſariam illam rationem, quia quotidiano pane egemus omnes, quotidiè etiam Dominica precatione ſingulis vtendum eſſe. Hæc de pane, qui ore perceptus, corpus alit, atque ſuſtentat, qui communis fidelium, & infideliũ, piorum; & impiorum, admirabili Dei bonitate, *b* qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos omnibus impertitur.

b Matt.5.45. Luc.6.27. Cibus aiæ; vt & corporis eſt multiplex.

18 *Quidnam ſpirituali pane, qui amplitudine huius petitionis etiam includitur; hic intelligendum ſit.*

Reliquus eſt ſpiritualis panis, quem etiam hoc loco petimus, quo ſignificantur omnia quæcunque in hac vita ad ſpiritus, & animæ ſalutem, & incolumitatẽ requirũ-

tur. Vt enim multiplex eſt cibus, quo corpus alitur, & ſuſtentatur: ſic non eſt vnius generis eſca, quæ ſpiritus, & animæ vitam continet: nam & verbũ Dei cibus eſt animæ: Sapientia enim inquit, *a* Venite comedite panẽ meũ, & bibite vinum, quod miſcui vobis. Huius autem verbi facultatem cum adimit Deus hominibus, quod efficere ſolet, cùm grauius noſtris ſceleribus offenditur, fame dicitur premere genus humanum. Sic enim eſt apud Amos: *b* Emittam famem in terram, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini. Vt autẽ illud eſt certum propinquæ mortis ſignum, cũ non poſſint homines vel cibum ſumere, vel ſumptum retinere; ſic magnum eſt deſperatę ſalutis argumentum, cum vel non quærunt verbum Dei, vel ſi adſit, non ſuſtinent, & eam impietatis vocem in Deum effundunt. Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. In hoc furore animi, & mentis cæcitate verſantur illi, qui neglectis ijs, qui legitime eis pręſunt, Catholicis, & Epiſcopis, & ſacerdotibus, à ſancta Romana Eccleſia diſcedentes, corruptoribus verbi Dei hæreticis ſe in diſciplinam tradiderunt.

Verbum Dei panis.
a Prou. 5. 9.
Quando Deus fame verbi ſui homines præmat.
b Amos 8. 11.
Deſperata é reipublicæ ſalus in qua verbum Dei reijcitur.
Iob 21. 4. Qui relictis legitimis paſtoribus alijs adhærent dãnatur vide c. a recta &c. cogamus & cap. Aduocauit 2.4. c. 1 & c. ad abolenda & c. cum ex iniũcto, de hæreticis.

19 *De vero pane ſuperſubſtantiali, qui eſt Chriſtus Dominus.*

Iam verò panis eſt Chriſtus Dominus, animæ cibus, inquit enim ipſe de ſe, *c* Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi. Incredibile eſt, quanta voluptate, ac lætitia perfundat piorum animas hic panis, tùm, cùm maximè terrenis moleſtijs, & incommodis conflictantur. Exemplo nobis eſt, ſanctus ille chorus Apoſtolorũ, de quibus extat, *d* Illi quidem ibant gaudentes à conſpectu cõcilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliã pati. Referti ſunt huiuſmodi exemplis libri de vita ſanctorum hominum, & de intimis his bonorũ gaudijs ita loquitur Deus, *e* Vincenti dabo manna abſconditum.

Io. 6.
d Act. 5. 41.
e Apo. 8. 17.
Deut. 28. 8.

20 *Chriſtus in Euchariſtiæ ſacramento vere continetur, atque ideo propriè panis noſter dicitur.*

Præcipuè autẽ panis noſter eſt ipſe Chriſtus Dñs, qui in ſacramẽto Euchariſtiæ ſubſtantialiter cõtinetur. Hoc inexplicabile pignus charitatis, dedit nobis rediturus ad Patrẽ, de quo dixit, *f* Qui mãducat meam carnẽ, & bibit meũ ſanguinẽ, in me manet, & ego in illo, *g* Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum. Ea petent Parochi

Sacramentum corporis Chriſti, panis eſt animæ, ſic hanc petitionem interpretatur Ter. l. de ora. Cyp. item & Aug. & alij.
f Ioan. 6. 16.
g Marc. 26. 26.

quæ ad fidelis populi vtilitatem pertinebunt ex eo loco, quo ſeparatim huius ſacramēti vis, ac ratio cōtinetur. Et verò dicitur hic Panis noſter, quia fidelium modò hominum eſt, id eſt, eorum, qui charitatem cum fide coniungentes, pœnitentiæ ſacramento ſordes eluunt peccatorum, qui non dimittentes memoriam, ſe Dei filios eſſe, diuinum ſacramentum ſumunt, & colunt, quanta maxima poſſunt ſanctitate, ac veneratione.

1. Cor. 11. 24. Marc. 14. 12. Luc. 22. 1. 3. quomodo Euchariſtia propriè ſit panis noſter.

21 *Cur Euchariſtia quotidianus noſter panis dicatur.*

Quotidianus vero quamobrem dicatur, in promptu duplex ratio eſt: altera quod in ſacris Chriſtianæ eccleſiæ myſterijs quotidiè, & offertur Deo, & datur piè, ſanctèque poſtulantibus: altera, quòd quotidiè ſumendus eſt, vel certè ita viuendum, vt quotidiè, quo ad eius fieri poſſit dignè ſumere queamus. Audiant qui contrà ſentiunt, niſi longo interuallo ſalutaribus his epulis animæ veſci non oportere, quid ſanctus dicat Ambroſius; Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumis?

Euchariſtia ét quomodo ſit panis quotidianus. Prima ratio Secunda ratio Frequenter cōmicandum S. Ambr. in l 5. de Sacr. cap. 4. vide ca. peracta & c. ſi quotieſcumque, & c. Non iſte panis alia, & multa de conſec. diſt. 2.

22 *Quomodo affecti eſſe debeamus ſi petitum panem mox non impetremus.*

Sed in hac petitione ad illud præcipuè cohortandi ſunt fideles, vt, cum rectè, & conſilium, & induſtriam ſuam poſuerint in comparandis rebus vitæ neceſſarijs, rei exitum Deo permittant, ſuumque deſiderium ad eius referant voluntatem, qui *a* nō dabit in ęternum fluctuationem iuſto. Nam vel concedet Deus quæ petuntur, & ita ſuum optatum conſequentur, vel non concedet, & id erit certiſſimum argumentum nec ſalutare illud eſſe, nec vtile, quod pijs à Deo negatur; cui magis curæ eſt de eorum ſalute, quàm illis ipſis. Quem locum inſtruere poterunt, explicandis ijs rationibus, Parochi, quę à S. Auguſtino in epiſtola ad Probam præclarè colliguntur.

Exitus petitionis Deus eſt relinquetib.

a Pſ. 54. 23.

S. Auguſt. in epiſt. 121. ad probam c. 14.

23 *Cuius rei meditandæ occaſio ſe hic exhibeat.*

Extremū illud erit in huius tractatione petitionis, vt meminerint diuites facultates ſuas, & copias Deo acceptū referre, cogitētq; ſe idcircò illis bonis eſſe cumulatos, vt illa diſtribuant indigentibus. In quā ſentētiā conueniūt, quæ in *b* prima epiſt. ad Timoth. ab Apoſt. diſſerūtur, vnde magnā vim Parochus petere licebit diuinorum præceptorū, ad hunc locū vtiliter & ſalutariter illuſtrandū.

b 2. Tim. 6. 5. 18. 19.

DE QVINTA PETITIONE
CAP. XIV.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris.

SECTIO PRIMA.

1 *Ex paſſione Chriſti omniũ peccatorũ noſtrorũ remiſſio emanauit.*

Nihil magis charitaté Dei erga hominé declarat, quã Dei paſſio vide Io.ca.3. 15. Rom 5.6.7.8. Hebr.9.15.18. 1. Ioan. 4.9. Apoc. 1.5.

CVm multa ſint, quæ infinitam Dei potentiam, cũ pari ſapientia, ac bonitate coniunctam ſignificent, vt quocunque oculos cogitationemq; conuerteris, certiſſima ſigna immenſæ poteſtatis, ac benignitatis occurrant, nihil profectò eſt, quod ſummum eius amorem, & admirabilem in nos caritatem magis declaret quam inexplicabile myſterium Ieſu Chriſti paſſionis: vnde perennis ille fons ad eluendas peccatorum ſordes erupit, quo perfundi, & expiari Deo duce ac largitore exoptamus, cum illud ab eo petimus: dimitte nobis debita noſtra.

2 *Quid hæc quinta petitio contineat.*

a Iſaiæ 27.9. Vide eũdé 53. 4.5.9. Rom. 4. 26. & 1.Cor. 15.5. b Pſal. 31.1. Rom. 4 7.

Continet autem hæc petitio ſummam quandam eorum bonorum, quibus per Ieſum Chriſtum cumulatum eſt humanum genus. Id enim docuit Iſaias: *a* Dimittetur, inquit, iniquitas domui Iacob, & iſte omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. Quod Dauid etiam oſtendit Beatos prædicans eos, qui ſalutarem illum fructum percipere potuerunt, his verbis, *b* Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates. Quare eſt accuratè, ac diligenter Paſtoribus huius poſtulationis animaduertenda, & exponenda ſententia, quam ad cœleſtem vitam conſequendam tantùm valere intelligimus.

Qũo ante Chriſti aduentum Paſſio ſit operata remiſſioné noſtrorum peccatorũ vide Th. in 2.p. q.48.art.1.& 3 d.19.art, 1. Diuiſio orationis Dominicæ ex D.Th.in 2.2 q.85.ar.9.vide aliã apud Au.

3 *Quomodo hic non ſit eadem precandi ratio, quæ in ſuperioribus fuit.*

Ingredimur autem nouam precandi rationem. Nam hactenus à Deo non ſolùm æterna, & ſpiritualia bona, ſed caduca, & quæ ad hanc vitam pertinent, commoda petiuimus: nunc vero mala deprecamur, & animæ, & corporis, & huius, & ſempiternæ vitæ.

4 *Quæ*

4 Quæ in eo, qui veniam peccati impetrare velit, requirantur.

Sed, quoniam ad impetrandum, quod poſtulamus, requiritur recta poſtulandi ratio, quo modo affectos eſſe oporteat eos, qui Deum modo hoc orare velint, dicendum videtur. Monebunt igitur Parochi fidelem populum; primum neceſſe eſſe, vt is, qui ad hoc petendum velit accedere, ſuum ipſe peccatum agnoſcat, deinde, vt eius ſenſu, ac dolore commoueatur, tùm vt ſibi omnino perſuadeat, Deũ in hac eſſe volũtate, vt ijs, qui peccauerunt, ita vt diximus affectis, & comparatis, ignoſcat: ne fortè acerbam delictorum recordationem ac recognitionem, illa veniæ deſperatio conſequatur, quæ olim *a* Cam, & *b* Iudæ animum occupauit, qui Deum, modo vindicem & vltorem, non etiam mitem, & miſericordem exiſtimarunt. Ergo in hac petitione ſic affecti ſimus, oportet, vt dolenter peccata noſtra recognoſcentes, ad Deum, tanquam ad parentem, non quaſi ad iudicem confugiamus, à quo, non vt ex iuſtitia nobiſcum agat, ſed ex miſericordia, poſtulemus.

5 Quibus rationibus homo ad agnitionem peccatorũ perducatur.

Facilè autem adducemur, vt peccatum noſtrum agnoſcamus, ſi ipſum audierimus Deum, nos in ſacris litteris huius rationis admonentem: eſt enim illud apud Dauidem: *c* omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. In eandem ſententiam loquitur Salomon, *d* Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Quò illud etiam pertinet, *e* Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato? Quod idem à S. Io. ad deterrendos homines ab arrogantia, ſcriptum eſt, *f* Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Et à Hierem. dixiſti: abſque peccato, & innocens ego ſum, & propterea auertatur furor tuus à me, ecce ego iudicio contendam tecum, eò quòd dixeris, non peccaui. Quorum ſententias omnium idem, qui eas eorum ore protulerat Chriſtus Dominus, hoc petitionis præſcripto confirmat, quo iubet nos delicta noſtra confiteri. Id enim ſecus interpretari prohibuit auctoritas Mileuitani Conc. in hunc modum: Placuit, vt quicunque verba ipſa

in Ench. c. 115 in 2. de ſerm. Dom. in mõt. c. 17. Tr. requiſita in eo qui veniã peccati poſtulat Agnitio peccati eſt primus ad penitẽtiã gradus Ber. 3. de S. Andr. Dolor de peccatis ad peccati remiſſionem neceſſarias Aug. ep. 43. ad vinc. & habetor de pę nit. d. 1. neminem. Tertium ſpes veniæ. Hæc eſt fuere tractata eſt. 4. & ſequ. de Sacram. pęnitentiæ.

a Gen. 4.
b Matt. 2. 4. Actor. 1. 18.
Sacra pęnitentiæ.
c Gen. 4.
d Matt. 2. 4. Actor. 1. 18.
Nemo eſt qui rẽ peccatorem ſe magnoſcere non debeat, & agere Dei gr.
c Pſal. 13. 3. & 50. hom 3. 12.
f Eccl. 7. 210. 3. 108. 46. & 2. Paral. 6. 16. Prou. 10. 9. 1. Ioa. 2. 8. & Iob 14. 4. maxime iuxta verſionem 10. & Luc. 3. 1. Hier. 2. 35. ſed legat parochus totũ hoc caput, ex quo multa ad concionãdum argum deſumit. Mileu. Conc. c. 7. 8. & 6. Item

Cōc.Trid.ſeſ.6 de iuſtific. ca. 11. vide item Aug. in Ench. ca.7:.relatum. de pœn.d.3.de ca.quotidia & in de decr. ca. hom.1.1.l.vi de l. 2. deſum. bon. cap. 18.

ipſa Dominicę orationis, vbi dicimus, Dimitte nobis debita noſtra, ita vult a ſanctis dici, vt humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema ſit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus ſed ipſi Domino mentientem, qui labijs ſibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ ſibi dimittantur debita, non habere?

6 *Quo pacto poſt agnitum peccatum dolor remordens, & vera eiuſdem pœnitentia in animo excitetur.*

Non ſimpliciter, ſed cum mœrore cognoſcenda ſunt peccata Vnde prouocādi ſūt homines ad agnitionē turpitudinis & indignitatis peccati.

Dei hominum vanitate leg. Iſa. 40.67. Eccl. 4. 18. Iac. 1. 10. 1. Petr. 2.24.& Iacob.7.5. 6.7. Ia. 9. 10. De Dei incōprehenſibili maieſtate, vide Iob. 94. 5. 6. & 12. 13. 4. 5. & ſæpe alibi. & Hiero. 6. 7.

Verum in neceſſaria recognitione peccatorum non eſt ſatis illa leuiter recordari. Nam vt acerba nobis ſit ea memoria, vt cor pungat, animum ſtimulet, & dolorem inurat, neceſſe eſt. Quare pertractabunt locum hunc diligenter Parochi, vt non ſolum facinorum, ac flagitiorum ſuorum meminerint fideles auditores, ſed vt moleſtè, dolenterque meminerint, vt, cùm angantur intimis ſenſibus, conferant ſe ad Patrem Deum, a quo vt inhærentes euellat ſcelerum aculeos, ſuppliciter petant. Nec verò ſolum erratorum turpitudinem ſtudebunt ſubijcere oculis fidelis populi; verum etiam indignitatem, ac ſordes hominum, qui, cum nihil ſimus, niſi putrida caro, niſi ſumma fœditas, incomprehenſibilem illam Dei maieſtatem, & inexplicabilem præſtantiam, incredibilem in modum audeamus offendere, præſertim à quo procreati, liberati innumerabilibus maximiſque beneficijs aucti ſumus.

7 *Quomodo per peccatum grauiſſima diaboli ſeruituti, nos tradamus.*

a vide Hier. cap. 3. per totum, & 5. per totum 2. 13. 14
b Diabolo ſeſe per peccatum homines adducunt. Auguſt. in lib. expoſ. ad Roman.
c Io. 12. 32. & 11. 30.
d Epheſ. 6. 12.
e Iob 4. 25.

Vt quid? vt *a* abalienati a Patre Deo, qui ſummum bonum eſt, turpiſſima peccati mercede, *b* diabolo nos addicamus in miſerrimam ſeruitutem; neque enim dici poteſt, quàm crudeliter ille dominetur in eorum animis, qui repulſo ſuaui iugo Dei, ruptoque caritatis, amabiliſſimo nodo, quo parenti Deo ſpiritus noſter adſtringitur, ad hoſtem acerrimum deſciuerunt, qui eo nomine *c* princeps, & *d* rector mundi, & princeps tenebrarum, & *e* rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ, dicitur in diuinis litteris. In eos autem, qui dæmonis tyrannide opprimuntur, verè conuenit illa vox Iſaiæ, Domine Deus noſter, poſſederunt nos domini abſque te.

8 Quan-

8 *Quanta mala peccatum in anima inuehat.*

Hæc ſi nos minus mouent rupta fœdera charitatis, moueant certè calamitates, & ærumnæ, in quas per peccatum incidimus. Violatur enim ſanctitas animæ, quam *a* Chriſto deſponſam eſſe ſcimus: profanum fit illud idem *b* templum Domini, quod qui contaminant, in eos dicit Apoſt. *c* Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Innumerabilia ſunt mala, quæ peccatum inuexit in hominem: quam penè infinitam peſtem Dauid his verbis expreſſit: *d* Non eſt ſanitas in carne mea, a facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis, a facie peccatorum meorum. Nimirùm notat hanc plagæ vim, cum nullam ſui partem peſtifero peccato intactam, fateretur. Peruaſerat enim in oſſa peccati virus, ideſt rationem, & voluntatem quæ maximè ſolidæ ſunt animi partes, infecerat. Hāc latè patentem peſtem indicant ſacræ litteræ, cum peccatores *e* claudos, *f* ſurdos, *g* mutos *h* cæcos, & omnibus membris captos, appellant. Sed præter dolorē, quem ex peccatorum, quaſi ſcelere ſentiebat, magis etiam angebatur Dauid ex ira Dei, quam in ſe propter peccatum commotam intelligebat. Bellum enim eſt ſceleratis cum Deo, quorum ſceleribus incredibiliter offenditur; inquit enim Apoſtolus, *i* Ira, & indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum. Nam etſi tranſierit actio peccati, tamen peccatum macula, & reatu permanet; cui ſemper imminens ira Dei illud perſequitur, tanquam vmbra corpus.

a Iſa. 25. 13.
b Anima eſt ſponſa Chriſti, Hier. 3. 2. Oſeæ 10. 20. 2. Cor. 11. 2. 1 Cor. 1.
c Eſt templum Domini ſpiritu ſancti. 1. Cor. 6. 11. 12. Cor. 3. 17.
d Pſ. 1. 37. 4.
e Prou. 26. 6. Iſa. 33. 23. Hier. 31. 8. Luc. 14. 13.
f Iſa. 42. 18. 19. 3. 41. 89.
g Pſ. 3. 5. & Iſa. 5?. 15.
h Iſa. 42. 16. 18. 19. & 43. 8. & 59 10. & 59. 10
Bellum eſt ſceleratis cū Deo Iſa. 59. 2.
i Rom. 2. 2. 8. 9
Peccato commiſſo remanet macula, & reatus.

9 *Quomodo perſpecta peccatorum calamitate ad pœnitentiam conuerti debeamus.*

Cū igitur Dauid his vulneraretur aculeis, ad petendā delictorum veniam excitabatur: cuius, & exemplum doloris, & doctrinæ rationē ex quinquageſimo eius Pſalmo depromptam, proponent Parochi fidelib. auditorib. vt Prophetæ imitatione, & ad doloris ſenſum. i. ad verā pænitentiam, & ad veniæ ſpem erudiri poſſint. Quantā habeat vtilitatē hæc docendi ratio, vt ex peccatis dolere diſcamus, illa Dei apud Hieremiam declarat oratio, qui cū Iſraelē ad pœnitentiam hortaretur, admonebat eū, vt malorum ſenſum perciperet, quæ peccatum conſequuntur, *a* Vide enim inquit, quia malum & amarum eſt, reliquiſſe

Exemplo Dauidis excitandus eſt animus ad pænitentiā

Vtilitas veræ pænitentiæ, & contritionis.

a Hier. 2. 19.
liquiſſe te Dominum Deum tuum, & non eſſe timorem eius apud te, dicit Dominus Deus exercituum. Qui carent neceſſario hoc recognitionis ac doloris ſenſu, ij apud Prophetas Iſaiam, Ezechielē, & Zachariam, *b* cor durum, *c* lapideum, & *d* adamantinum habere dicuntur. Sunt enim inſtar lapidis nullo dolore molliti, nullum vitæ, id eſt ſalutaris recognitionies ſenſum habentes.

b Iſa. 46. 12. Ezech. 3. 7. c Ezec. 30. 16. d Zach. 7. 11.

Quomodo ſpes ſit peccatoribus excitanda.

10 *Quibus meditationibus poſt peccati agnitionem, & deteſtationem ſpes impetrandæ veniæ concipienda ſit.*

Sed ne peccatorum grauitate deterritus ſe populus veniam impetrare poſſe deſperet, ipſum ad ſpem vocare Parochi debebunt his rationibus, quòd & Eccleſiæ Chriſtus Dominus *e* poteſtatem dedit remittendi peccata, quemadmodum ſacroſancti ſymboli articulo declaratur, & hac petitione docuit, quanta eſſet Dei bonitas, ac liberalitas in genus humanum; niſi enim promptus eſſet, ac paratus Deus ad condonandum peccata pœnitentibus, nunquam nobis hanc precandi formulam præſcripſiſſet, Dimitte nobis debita noſtra. Quamobrem illud fixum in animis noſtris tenere debemus, fore, vt is paternam miſericordiam nobis impertiat, qui ipſam his precibus iuſſit expoſcere.

e Matt. 16. 10. & 18. 18. & Ioã. 20. 23.

Promptus eſt Deus ad ignoſcendum ſi nobis ipſi non deſimus vide Hie. 3. 1. Ezec. 18. 23. 30. 31. Ioel. 2. 1. 14. Io. 3. 9. 10 & in nouo teſtamento poſſem.

11 *Quomodo ſi nos pœniteat, Deus facile peccatis noſtris indulgeat.*

Nam omnino ſub hac petitione illa eſt ſubiecta ſententia, ſic eſſe in nos affectum Deum, vt verè pænitentibus libenter ignoſcat. Eſt enim Deus is, in quem, abiecta obedientia, peccamus, cuius ordinem ſapientiæ perturbamus, quãtum eſt ſitum in nobis, quem offendimus, quem factis, dictiſq; violamus. Verum idem eſt ille beneficentiſſimus parens qui cum poſſit omnia condonare, non modò ſe id velle declarauit, ſed etiam impulit homines vt à ſe veniam peterent, & quibus verbis id facerent, docuit. Quare nemini dubium eſſe poteſt, quin, illo auctore, in noſtra poteſtate ſit nobis Dei gratiam reconciliare. Et quoniam hæc teſtificatio propenſæ ad ignoſcendum diuinæ voluntatis, fidem auget, ſpem alit, charitatē inflammat; operæ pretiũ eſt ornare hunc locũ nõ nullis diuinis teſtimonijs, & hominũ exemplis; quibus maximorum ſcelerum pœnitentibus Deus veniam conceſſerit. Quam ſententiam quoniam perſecuti ſumus,

Peccatũ propriè aduerſus Deum pugnat

Quam ſit propenſus Deus ad ignoſcendum exemplis illuſtratur.

Pænitẽtiæ vera exempla ſunt. Iudi. 19. 15. 16. & 1. Reg. 73. & 2. Reg. 12. 13 & 24. 20. 17. & 2.

mus, quantum res ferebat, in proœmio huius precationis, & in ea ſymboli parte, quæ eſt de remittendis peccatis: inde aſſument Parochi quæ ad hunc locum inſtruendum pertinere videbuntur, reliqua haurient ex diuinarum litterarum fontibus.

Para. Ionæ 3. per totum. Iudic. 7. 4. 8. noui teſtaméti exépla notoria ſunt.

12 *Quid in illa petitionis ſententia debitorum nomine intelligẽdum ſit.*

Tum verò eodem vtantur inſtituto, quo in cæteris petitionibus vtendum duximus, vt intelligant fideles, quid hic debita ſignificent; ne fortè decepti ambiguo, aliud ab eo, quàm quod petendum ſit, poſtulent.

Primum autem ſcire oportet minimè petere nos nobis, vt remittatur amor ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente noſtra, quem omnino Deo debemus, & cuius debiti ſolutio eſt ad ſalutem neceſſaria.

Neque verò, quia debiti nomine, etiam obedientia, cultus, veneratio, &c. huius generis officia continentur, poſtulamus, vt non ampliùs ea debeamus.

Sed precamur, vt liberet à peccatis: ſic enim ſanctus *a* Lucas eſt interpretatus: qui peccata pro debitis poſuit ob eam cauſam, quòd illis committendis rei efficimur Deo, & debitis pœnis propoſiti, quas vel ſatisfaciendo, vel patiendo pendimus: Huius generis debitum fuit, quod Chriſtus Dominus locutus eſt ore Prophetæ: *b* Quæ non rapui, tunc exoluebam. Qua Dei verbis ſententia licet intelligere, non ſolùm nos debitores eſſe, ſed etiam non eſſe ſoluendo, *c* cùm peccator per ſe ſatisfacere nullo modo poſſit.

Deo debemus amorem ex toto corde, & ex tota anima & ex tota méte. Deut. 6. 5. Matt. 22. 37. Marc. 12. 19 qui debitum non poteſt remitti. Rom. 13. 8. Deo item debemus cultũ, & honorem, quod item remitti non debet. Galat 5. 3. Debitũ petentium ſignificat Luc. 7. 41. a Luc. 11. 4. b Pſ. 68. 5. c Luc. 7. 1.

13 *Cùm peccator per ſe non ſit ſoluendo, vnde debito per peccatũ contracto ſatis fieri poſſit.*

Quare confugiendũ erit ad Dei miſericordiã: cui quia *d* par iuſtitia reſpõdet, cuius eſt retinẽtiſſimus Deus, vtẽdum erit *e* deprecatione, & patrocinio paſſionis Dñi noſtri Ieſu Chriſti; ſine qua nemo vnquàm veniam delictorum impetrauit, à qua omnis, & ſatisfaciendi vis, & ratio, tanquàm ex fonte profluxit. Nam pretium illud in Cruce à Chriſto Dño perſolutum, & nobiſcum per ſacramenta, re, vel ſtudio ac deſiderio adhibita communicatum, tanti eſt, vt nobis impetret, & conficiat, quod hac petitione poſtulamus, vt peccata noſtra remittantur.

d Pſal 100. 1. e 1. Io. 2. 1. 2. Chriſti implorandũ patrocinium, vt ex theſauro paſſionis eius prætereat quo contractu per peccatum debita nobis diſſoluantur. Chriſti paſſio eſt fós omnis noſtræ ſatisfactionis, vide Tho. in 3. p. q. 48. art. 1. & 2. Pro remiſſione peccatorũ ve-

14 Hic

[Margin: …nialium & capitaliũ ſit hæc oratio.]

14 *Hic pro indulgentia, ac remiſſione culpæ venialis, & mortiferæ oratur.*

[Margin: Peccatũ mortiferum nõ remittitur ſine pœnitẽtiæ ſacramẽto, vide quæ de ſacramento penitentiæ in 2. p. dicta ſunt]

Quo loco non id modò prò leuibus erratis, & facillimis ad impetrandã veniã, ſed pro grauibus & mortiferis peccatis deprecamur, quę precatio in ſcelerum grauitate pondus nõ habebit, niſi id à penitentiæ ſacramẽto, re, vel certè deſiderio ſuſcepto, vt iam dictum eſt, aſſumpſerit.

15 *Non eadẽ eſt ratio cur, Debita noſtra, hic dicamus, quæ fuit, dum, Panem noſtrum, peteremus.*

[Margin: Aliter panẽ noſtrum, aliter debita noſtra dicimus.]

[Margin: Peccatum oẽ voluntarium Aug li. 1. retrã. c. 13 & 15. & l de vera relig. c. 14. & ſæpè alias, vide Mag. in 4. d. 41. lit. e. & f. & Tho. in 1. 2. q. 64 art. 1.]

[Margin: Non auferendæ accuſationes in peccat.]

[Margin: a Gen. 3. 12. 13. b Pſ. 140. 4.]

Dicimus autem, Debita noſtra, longè aliter, atque, Panem noſtrum, anteà diximus. Noſter enim ille eſt panis, quià nobis Dei munere tribuitur, at peccata noſtra ſunt, quia illorum culpa reſidet in nobis; nam noſtra volũtate ſuſcipiuntur; quæ peccati vim nõ haberent, niſi eſſent voluntaria. Nos igitur eam culpã ſuſtinentes, & cõfitentes, ad expiandũ peccata neceſſariam Dei clementiã imploramus: in quo non vtimur excuſatione cuiuſquã, nec cauſam in quemquã transferimus, vt primi homines *a* Adã, & Eua fecerunt; ipſi nos iudicamus, illã, ſi ſapimus, Prophetæ precationẽ adhibentes, *b* Non declines cor meũ in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis.

16 *Cur in numero multitudinis, Dimitte nobis debita poſtulem⁹.*

[Margin: Alij pro alijs male debemus.]

[Margin: c Rom. 1. 9. 2. Col. 1. 28. 2. Pet. 1. 15.]

[Margin: d Exo. 32. 32. e Rom. 9. 3.]

Nec verò dicimus Dimitte mihi ſed nobis; quòd fraterna neceſſitudo, & charitas, quæ inter omnes homines intercedit, à nobis ſingulis poſtulat, vt de communi proximorum ſalute ſolliciti, cum pro nobis preces facimus, pro illis etiam deprecemur: Hunc orandi morem à Chriſto Domino traditum, deinceps ab Eccleſia Dei acceptum, perpetuòque ſeruatum, *c* ipſi, & maximè tenuerunt Apoſtoli, & vt cæteri adhiberent, auctores fuerunt. Huius autem flagrantis ſtudij, & cupiditatis in deprecando pro ſalute proximorum, habemus in vtroque teſtamento ſanctorum Moyſis, & Pauli præclarum exẽplum: quorum alter ſic Deum precabatur: *d* Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo; alter in hunc modum, *e* Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.

17 *Quomodo hæc verba, Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris ſint intelligenda.*

Illud, ſicut, dupliciter intelligi poteſt: nam & ſimili-

tudi-

tudinis vim habet, cũ videlicet à Deo petimus, vtquẽadmodũ nos iniurias, & cõtumelias remittimus ijs, à quibus læſi ſumus, ſic ipſe nobis peccata condonet; eſt præterea conditionis nota: in quã ſententiã Chriſtus Dñs eam formulam interpretatur: a Si enim dimiſeritis hominibus, inquit, peccata eorũ, dimittet & vobis Pater veſter cœleſtis delicta veſtra: ſi autẽ non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Verùm habet vterque ſenſus eandem ignoſcendi neceſſitatẽ: vt, ſi volumus nobis Deum veniam concedere delictorũ, parcamus illis ipſis neceſſe ſit, à quibus iniuriam accepimus. Sic enim Deus obliuionẽ iniuriarum mutuumq; ſtudium, & amorem requirit à nobis, vt eorũ b qui in gratiã non ſunt reconciliati, dona, ac ſacrificia reijciat, & aſpernetur.

Duplex acceptio particulę ſicut. Primo. Secundo.

a Mat. 6. 14. 15. & 18. 35. Mar. 11. 25. 26. Eccl. 28. 3.

Multa, quæ ad hunc locum facere poſſunt nos in expoſitione 5 præcepti, & alibi notauimus.

b Mat. 5. 24. 22.

18 *Remiſſio omnium iniuriarum probatur eſſe & naturæ præceptis, & Chriſti mandatis conſentanea.*

Eſt etiam naturæ lege ſancitum, c vt tales nos alijs præbeamus, quales eos in nos eſſe cupimus: verè vt impudentiſſimus ille ſit, qui poſtulet à Deo, vt ſui ſceleris pœnam prætermittat, cum ipſe in proximum, animum retineat armatum. Quare parati, & prompti ad ignoſcendum eſſe debent ij, quibus impoſitæ ſunt iniuriæ, cũ & vrgeantur hac precandi formula: & apud S. Lucam id iubeat Deus, d Si peccauerit † in te frater tuus, increpa illum; & ſi pœnitentiã egerit, dimitte illi; & ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me, dimitte illi; Et in Euangelio S. Matthæi ſic: e Diligite inimicos veſtros. Et f Apoſtolus, & ante eum g Salomon ſcripſerit, Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit, potum da illi: & ſic apud S. Marcum Euangeliſtam. h Cum ſtabitis ad orandum, dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquem, vt & Pater veſter, qui in cælis eſt dimittat vobis peccata veſtra.

c Matt. 7. 12. Luc. 6. 31. Tob. 4. 16.

Quod eſſe iuris naturæ habes d. 1. c. 1. vide it in Augu. in Enchir. & de ſer. Dom. in mon. li. c. 41. & 42.

d Luc. 17. 3. 4. & 1, Ma. & Syria exemp. non habẽt vocem in te.

e Mat. 5. 44.

f Ro. 12. 20.

g Prou. 25. 21.

h Mar. 11. 25.

Difficile eſt conceptũ vlciſcendi appetitum deponere.

19 *Quibus rationibus flectendi ſint hominum animi ad lenitatem, quam hic Deus exigit.*

Sed quoniam deprauatæ naturæ vitio, nihil ægrius fit ab homine quàm vt inferenti condonet iniurias, omnem conferant Parochi animi, & ingenij vim ad commutandos, & flectendos animos fidelium ad hanc lenitatem, & miſericordiam, Chriſtiano homini neceſſariam

Clementia in proximos Chriſtianis eſt neceſſaria.

i Præter ſuperiora hæc illi indicanda duximus.

Exo. 23. 45. Leu. 19. 17. 18. Deut. 32. 35. & 1. Reg. 24. 5. 6. 10. 11. & 26. 10. 11. Iob 31. 29. 43. Pſ. 67 & 9 13. Prou 20. 22. & 24. 49. Ezec 25. 12. 1. a Ro. 5. 8. 9 10. b Matt. 5. 44.

riam. Commorentur in traditione *a* diuinorum oraculorum, in quibus audire licet imperantem Deum, inimicis ignoſcendum. Prædicent id quod veriſſimum eſt, magno eſſe argumento hominibus, eos eſſe Dei filios, ſi facilè remittant iniurias, & inimicos diligant ex animo. Elucet enim in eo, quòd inimicos diligimus, ſimilitudo quædam cum parente Deo, *b* qui ſibi inimiciſſimũ, & infeſtiſſium genus hominum, filij ſui morte ab æterno exitio redemptum, reconciliauit. Sit autem huius cohortationis, & præcepti clauſula illud imperium Chriſti Domini, quod recuſare non poſſumus ſine ſummo dedecore, & pernicie, *c* Orate pro perſequentibus, & calũniantibus vos, vt ſitis filij Patris veſtri qui in cælis eſt.

Quanta obliuio iniuriarũ requiratur à Chriſtianis. vide Th. in 2. 2. q. 2. ar. 2. vide item de iniurijs. vlciſcendis quæ habentur 23. q. 4 cap. finis qui, &c eſt iniuria, & c. diſplicet & multis alijs.

20 *Quomodo cum ijs agendum ſit, qui ex animo omnem iniuriarum obliuionem delere nequeunt.*

Verùm hoc loco non vulgaris Paſtorum prudentia requiritur, ne quis cognita huius difficultate, ac neceſſitate præcepti, ſalutem deſperet. Sunt enim qui, cũ ſe debere intelligant conterere iniurias obliuione volũtaria, & eos diligere qui læſerunt, id cupiunt, & prò viribus faciunt, ſed vniuerſam memoriam iniuriarũ ſibi exhauriri nõ poſſe, ſentiũt. Nã reſident in animo quædã reliquiæ ſimultatis; quamobrem magis agitantur conſcientiæ fluctibus, verentes, ne parum ſimpliciter, & candidè poſitis inimicitijs, Dei iuſſo non obediant. Hic igitur Paſtores *d* contraria ſtudia carnis, & ſpiritus explicabũt, quòd illius ſẽſus ſit ad vindicationem procliuis, huius ratio propenſa ad ignoſcendũ, hinc inter ipſos perpetuam turbã ac rixã exiſtere: quarè ſaluti minimè diffidendum eſſe demonſtrabunt, reclamantibus, & aduerſantibus rationi, corruptæ naturę appetitionibuus, modo ſpiritus perſtet in officio, & volũtate remittẽdi iniurias, proximumq; diligẽdi

d Matt. 26. 4. Rom. 8. 18. 19. Gal. 5. 17. Qui ex corde obliuiſci iniuriarum nequit non debet huius clauſulæ precatione intermittere.

21 *Qui appetitum vindictæ ad huc retinent, poſſunt, & debent orationem Dominicam abſq; culpa recreare.*

Prima ratio Orant Chriſtiani nomine totius Eccleſiæ. Th. in 2. 2. q. 83. art. 16.

Quod autem aliqui fortaſſe fuerint, qui cum nondum animum inducere poſſint, vt obliti iniurias, ament inimicos: propterea deterriti, ea quam diximus, conditione huius petitionis Dominica precatione non vtantur duas has rationes aſſerent Parochi, quibus exitioſum hunc errorem illis eripiant. Nam quiquis vnus è fide

lium

lium numero preces has facit, totius Eccleſiæ nomine in qua pios aliquot eſſe neceſſe eſt, qui debitoribus ea, quæ hic commemorantur debita remiſerunt.

Cum petitur an quid à Deo petitur etiam facultas perficiendi illud, quod homini alioqui eſſe videtur impoſſibile.

Accedit eò, quòd, id à Deo petentes, vna etiam petimus quicquid ad illud impetrandum in eam petitionem à nobis neceſſario conferendum eſt. Petimus enim & veniam peccatorum & donum veræ penitentiæ: petimus facultatem intimi doloris; poſtulamus, vt à peccatis abhorrere, & illa ſacerdoti verè ac piè confiteri poſſimus. Itaq; cum neceſſe etiam nobis ſit parcere ijs, qui damnũ aut malum aliquod dederint, cum, vt nobis Deus ignoſcat precamur, ſimul oramus, vt largiatur facultatem reconciliandi nos illis, quos odimus. Quare deterrendi sũt ab ea opinione qui inani illo, & prauo timore cõmouentur, ne ſibi Deum reddant offenſorem hac petitione, cõtràq; etiam cohortandi ad frequentem orationis vſum, quò à parente Deo poſtulent, vt ſibi det eam mentem, vt ijs, qui læſerint ignoſcant, & inimicos diligant.

22 *Quid illi ſit faciendum, qui orationem de remiſſione peccatorum ſibi cupit eſſe fructuoſam.*

Pœnitere.

Sed, vt precatio omnino fructuoſa ſit; primum hæc in ea eſt cura meditatioq; adhibenda; nos Deo ſupplices eſſe, & ab eo veniam petere, quę non datur niſi pænitenti; itaque nos ea charitate, & pietate præditos eſſe oportere, quæ pænitentibus conueniat: conuenire autem maximè ijs, ſubiecta quaſi oculis propria flagitia atque facinora lachrymis expiare. Cum hac cogitatione coniungenda eſt cautiò in poſterum earum rerum; In quibus fuit aliqua occaſio peccandi; quæque nobis anſam dare poſſint ad offendendum parentem Deum; In his curis verſabatur Dauid cum diceret: *a* Et peccatum meum contrà me eſt ſemper. Et alio loco: *b* Lauabo per ſingulas noctes lectum meum; lacrymis meis ſtratum me m rigabo. Proponat ſibi præterea vnuſquiſque ardentiſſimum orandi ſtudium eorum, qui à Deo precibus impetrauerunt veniam delictorum, *c* vt publicani illius, qui longè conſiſtens præ pudore, ac dolore, & oculis humi defixis, tantùm pulſabat pectus, eam habens orationem: Deus propitius eſto mihi peccatori; tùm *d* illius peccatricis mulieris, quæ Christo Domino, retrò ſtans,

Lachrymari occaſione peccatorum euenire.

a Pſal. 56. 6.
b Pſal. 6. 7.
Exempla eorũ proponenda qui precibus veniam impetrarunt.
c Luc. 18. 13.
d Luc. 7. 38.

ſtans, rigatos à ſe eius pedes, capillis etiam abſterſos oſculabatur, *a* Petri denique Principis Apoſtolorum, qui egreſſus foràs, fleuit amarè.

a. Matt. 26. 74.

22 *Quæ ſint præcipua ad ſananda animæ vulnera remedia.*

Remedia præcipua ægrotantis animæ ſunt pœnitentia. & Euchariſtiæ Eleemoſynæ virtus.

Deinde, cogitandum eſt, quò infirmiores ſunt homines, & ad morbos animi, quæ ſunt peccata, propenſiores, eò pluribus & frequentioribus medicamentis indigere: Sunt autem ægrotæ animæ remedia, Pœnitentia, & Euchariſtia. Hæc igitur ſæpiſſimè adhibeat fidelis populus: deinde Eleemoſyna, quemadmodum tradunt *b* diuinæ litteræ, medicina eſt accommodata ſanandis animæ vulneribus. Quare, qui piè hac prece vti cupiunt, pro viribus benignè faciant egentibus: quantam enim vim habeat ad delendas ſcelerum maculas; teſtis eſt in Tobia angelus Domini S. Raphael, cuius eſt illa vox: *c* Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire † miſericordiam & vitã æternã. Teſtis eſt Daniel, qui Nabuchodonoſor regem ſic admonebat; *d* Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum. Optima autem largitio, & impertiendæ miſericordiæ ratio eſt obliuio iniuriarum, & bona voluntas erga eos, qui rem, vel exiſtimationem, vel corpus tuum, tuorumve violauerint. Quicunque igitur cupit in ſe eſſe maximè miſericordem Deum, is ipſi Deo ſuas donet inimicitias, remittatque omnem offenſionem, & pro hoſtibus libentiſſimè deprecetur, omnem captans occaſionem, de illis ipſis benè promerendi. Sed quoniam hoc argumentum explicatum eſt, cum homicidij locum tractauimus eò reijcimus Parochos: Qui hanc petitionem hoc fine concludãt, nihil, iniuſtius eſſe, aut fingi poſſe, quam eum, qui cum hominibus durus ſit, vt nemini ſe det ad lenitatem, idem poſtulet, vt in ſe ſit mitis, & benignus Deus.

b vide Deut. 15. 7. 8. Tobiæ 4. 7. Pſal. 42. 2. Prou. 4. 21. 22. & 19. 17. & 9. Eccl. 3. 33. Luc. 11. 41. & 12. 32. 34. & 16. 9. & ſæpe alibi.

c Tob. 12. 8. 9.

† Vocem miſericordiam, & non habẽt 10. MS. Reg. & Græc. exempl.

d Dan. 4. 24.

Optima eleemoſina eſt iniuriarum obliuio.

Indignum eſt venia a Deo poſtulare, quã offenſus alij præſtare nolit.

DE

DE SEXTA PETITIONE CAP. XV.

Et ne nos inducas in tentationem.

SECTIO PRIMA.

1 *Quantum periculum ſit, ne poſt peccatorũ remiſſionem perceptã iterum in peccatum relabamur.*

NOn dubium eſt quin filij Dei, cum poſt impetratam delictorum veniam, incenſi ſtudio adhibẽdi Deo cultum, & venerationem, cæleſte regnũ exoptant, & omnia diuino numini tribuentes pietatis officia, toti pẽdent à paterna eius voluntate ac prouidẽtia, tùm eò magis humani generis † hoſtis omnes aduerſus illos artes excogitet, omnes machinas paret quibus oppugnentur, ſic, vt verendũ ſit, ne labefactata, & mutata ſententia rurſùm in vitia delabantur, longèque deteriores euadãt, quàm antea fuerint, de quibus illud principis Apoſtolorum iure dici poſſit: *a* Melius erat illis, nõ cognòſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato.

Qui recens iam vitam emendarunt, maioribus ſunt obſtatij, Bern. ſerm. 4. de aſſumpt.

† Cod. alias legit hoſtis artib. ac machinis propoſiti ſunt.

Quomodo dæmon eos maxime impugnet, qui ab eo defecerunt vide Luc. 11. 24. 25. 26. 12. Pet. 2. 2.

2 *Quomodo Chriſtus nos hac oratione aduerſus acerrimi hoſtis inſidias munire voluerit.*

Quare nobis à Chriſto Domino datum eſt huius petitionis præceptum, vt quotidiè nos Deo commendemus, eiuſque patriam curam, & præſidium imploremus, minimè dubitantes fore, vt ſi deſeramur diuino patrocinio, vaferrimi hoſtis laqueis irretiti teneamur. Neque verò ſolum in hac orandi regula iuſſit à Deo petere, ne patiatur nos induci in tentationem, ſed illa etiam oratione, quam ad ſacros habuit Apoſtolos, ſub ipſum mortis tempus, cum quidem *b* ipſos mundos eſſe dixiſſet, eos huius officij his verbis admonuit: *c* Orate, vt non intretis in tentationem. Quæ iterum à Chriſto Domino adhibita admonitio, magnum diligentiæ onus imponit Parochis excitandi fidelem populum ad frequentẽ huius vſum precationis, vt, cum tanta

a Ioann. 13. 10. b Matt. 26. 4. Matt. 14. 38. Luc. 22. 40.

Quare Chriſtiani vehemẽtius ad fre-

quẽtem huius precationis vſum ſint excitandi.

hominibus ab hoſte diabolo in ſingulas horas pericula huius generis intẽdantur, à Deo, qui ſolus illa propulſare poteſt, petant illud aſſiduè: Ne nos inducas in tẽtationẽ.

3 *Quibus præcipuè rationibus homines huius petitionis neceſſitatem intelligere poſſint.*

Intelliget autem fidelis populus, quãtoperè egeat diuini huius adiumenti, ſi ſuæ imbecillitatis, inſcitiæque meminerit, ſi recordabitur illam Chriſti Domini ſententiã; *a* Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma, ſi ei venerit in mentẽ quàm graues ſint, & exitiales hominum caſus, impellente dæmone, niſi ſuſtineãtur dexteræ celeſtis auxilio. Quod illuſtrius eſſe poſſit humanæ infirmitatis exemplum, quàm ſacer ille chorus Apoſtolorum, *b* qui magno antea animo cum eſſent primo quoque obiecto terrore, relicto Saluatore, diffugerunt; etſi illuſtrius etiam eſt, illud principis Apoſtolorum qui in tanta profeſſione ſingularis, & fortitudinis, & amoris in Chriſtum Dominum, cum paulò ante, ſibi bene fidens ita dixiſſet: *c* Si oportuerit me mori tecũ, non te negabo; ſtatim vnius voce mulierculæ perterritus ſe Dñm non noſſe iureiurando affirmauit: nimirum illi in ſumma ſpiritus alacritate non reſpondebãt vires. Quod ſi viri ſanctiſſimi, humanæ naturæ fragilitate, cui confidebant, grauiter peccauerunt quid non timendum eſt cæteris, qui ab eorum ſanctitate abſunt longiſſimè?

a Matt. 20. 4. Mar. 14. 33.

Humanæ imbecilitatis exemplum in Apoſtolis.

b Matt. 26. 35. 56.

Petri inbecilitas.

c Matt. 26. 35. 70. 71. Mar. 14. 29. 68. 69.

A maiori, & minus.

4 *Quod quantiſque tẽtationũ periculis hominũ vita ſit expoſita.*

Quare proponat fideli populo Parochus prælia, & pericula, in quibus aſſiduè verſamur, *d* dum anima eſt in hoc mortali corpore, quos vndique caro mundus, & ſathanas oppugnãt. Quid ira quid cupiditas in nobis poſſit quotus quiſque eſt, qui magno ſuo malo nõ experiri cogatur? Quis non his laceſſitur ſtimulis? quis hos non ſentit aculeos? quis ſubiectis non vritur ardentibus facibus? & quidẽ tam varij ſunt ictus tam diuerſæ petitiones, vt difficillimum ſit grauem aliquam plagam non accipere. Ac præter hos inimicos, *e* qui habitant & viuunt nobiſcum, ſunt præterea hoſtes illi accerrimi, de quibus ſcriptum eſt. *f* Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus Principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiri-

Periculariter quę fideles verſantur ſæpius ad memoriam ſunt reuocanda.

d Iob 7. 1. iuxta 70.

Triplex eſt in hac vita tentatio. Mat. 4. 3. 5. 9. & 1. Io. 2. 16. Aug libr. de ver. rel. c. 38.

vnde inſtittes hoſtes ſunt infeſtiſſimi.

Hoſtes inter.

e Matt. 10. 29.

f ad Epheſ. 6. 12.

ſpiritualia nequitię in cæleſtibus.

5 *Quam graues ſint dæmonum in nos inſultus, ex ſententia D. Pauli exponitur.*

Accedunt enim ad intimas pugnas externi impetus, & impreſſiones dæmonũ, qui, & apertè nos petũt, & per cuniculos influũt in animas noſtras, vix vt ab illis cauere poſſimus. Illos, & principes Apoſtolus appellat propter naturæ excellentiã, (nã natura hominibus, & cæteris, quę ſub ſenſum cadunt creatis rebus, antecellunt) & poteſtates vocat, quod non ſolum naturæ vi, ſed poteſtate etiã ſuperant, & rectores nominat mundi tenebrarum; non enim clarũ, & illuſtrẽ mundũ regũt, ideſt bonos, & pios, ſed obſcurum, & caliginoſum, nempe eos qui flagitioſę, & facinoroſæ vitæ ſordibus, ac tenebris obcæcati, duce tenebrarũ Diabolo delectantur. Nuncupat etiã dæmones ſpiritualia nequitiæ, eſt enim carnis, & ſpiritus nequitia: Carnalis, quæ dicitur nequitia, incendit appetitum ad libidines, & voluptates, quæ percipiuntur ſenſibus; Spiritualia nequitiæ, ſunt mala ſtudia, & praue, cupiditates, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus, quę ad ſuperiorẽ pertinẽt animę partẽ, quæ tantò peiores ſunt, quàm reliquæ quantò mens ipſa & ratio altior eſt, atque pręſtantior. Quæ ſathanæ nequitia quia maximè ſpectat illuc, vt cæleſti nos hæreditate priuet, propterea dixit *a* Apoſtolus, in cæleſtibus; Ex quo licet intelligere, magnas eſſe hoſtiũ vires, inuictũ animum immane in nos, & infinitũ odium, bellum etiã perpetuum eos gerere nobiſcũ, vt nulla pax eſſe cum illis, nullæ induciæ fieri poſſint.

Ibid.

Dæmonum poteſtas reliquijs rebus antecellit.

Iob 4. 1. 24. vide Greg. 34. mor. c. 17.

Rectores mundi tenebrarum cur dicantur dæmones.

Aug. in Pſ. 54.

Carnalis nequitia quæ ſit.

a Epheſ. 5. 12.

6 *Quanta ſit Diaboli ad tentandum audacia, & peruerſitas.*

Quantum verò audeant, declarat ſathanæ, apud Prophetam, vox, *b* in cœlum conſcendã, *c* aggreſſus eſt Primos homines in Paradiſo, *d* adortus eſt Prophetas, appetiuit Apoſtolos, vt quemadmodum apud Euangeliſtam loquitur Dominus, *e* cribraret eos ſicut triticum, *f* Ne ipſum quidem Chriſti Domini os erubuit, itaque eius inexplicabilem cupiditatem, & immenſam diligentiam S. Petrus expreſſit cum dixit, *g* Aduerſarius veſter Diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Quamquam non vnus modo tentat homines Sathan, ſed gregatim interdum demones in ſingulos

Quanta dæmonum ſit audacia, & inuida.

b Iſ. 14. 13.

c Gen. 3. 12.

d Iob 1. & 2. Dauid 1. Paral. 20. 1. ſeſuum Sacerdotem magnum, Zach 3. 12.

e Luc. 22. 31.

f Matt. 4. 3.

g 1. Pet. 5. 8.

Dæmones non ſinguli ſed plures in

impetum faciunt quod ille confeſſus eſt dæmon, *a* qui interrogatus à Chriſto Domino quod ſibi nomen eſſet, reſpondit: legio mihi nomen eſt: nempe dæmonum multitudo, quæ miſerum illum diuexerat. Et de alio ſcriptũ eſt; *b* Aſſumpſit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe & intrantes habitabant ibi.

feſtant interdum homines a Matt. 8. 18. 19. Mar. 59. Luc. 6. 3. b Matt. 12. 45. Luc. 11. 26.

7 *Cur peruerſi minus, pij autem magis à dæmonibus infeſtentur.*

Multi ſunt, qui quòd inpulſus atque impetus dæmonum in ſe minimè ſentiunt, totam rem falſam eſſe arbitrantur; quos ipſe à dæmonibus non oppugnari, mirum non eſt, quibus ſe ſponte tradiderunt; non eſt in illis pietas, non charitas, non virtus illa Chriſtiano homine digna, quare, fit, vt toti ſint in poteſtate Diaboli, nec vllis tẽtationibus opus eſt ad eos euertendos, in quorum iam animis, ipſis libentibus commoratur. At verò qui ſe Deo dicauerunt in terris cæleſtem vitam agentes, ij maximè omnium, ſathanæ incurſibus petuntur, hos acerbiſſimè odit, his in ſingula tẽporis momenta ſtruit inſidias: plena eſt hiſtoria diuinarum litterarum ſanctorum hominum, quos præſenti etiam animo ſtantes, vel vi, vel fraude peruertit *c* Adam *d* Dauid *e* Salamon, *f* alijque quos enumerare difficile ſit, experti ſunt Dæmonum violentos impetus, & callidã aſtutiã; cui reſiſti nõ poſit cõſilio, aut hominũ viribus. Quis igitur ſe ſuo præſidio ſatis tutũ exiſtimet? Itaque piè, caſtèque petendum à Deo eſt, *g* ne nos tentari ſinat ſupra id, quod poſſumus, ſed faciat etiã cum tentatione prouentum, vt poſſimus ſuſtinere.

Dæmones improbis infeſti non ſunt Aug. ſerm. 85. & 93. de temp. Dæmones infeſtant probos hoc autem ex odio fit, quo Chriſtianos omnes & maximè monachos ire ſtantur. Athan. in vita Antonij vide item caſſ. col. 7. c. 23. ab exemplo Sanctorum c Gen. 3. 2. d 2. Reg. 11. 23. e 2. Reg. 11. 1. f Salom. Iudic. 16. 4. 5. Saulr. Reg. 15. 89. Eze. 4. Reg. 20. 13. g 1. Cor. 10. 13. 2. pet. 2. 9.

8 *Dæmones quantũ aut quã diu volũt, homines tẽtare nõ poſſũt.*

Verum hic fideles confirmandi ſunt, ſi, qui animi imbecillitate, aut rei ignoratione dæmonum vim perhorreſcunt, vt ipſi tentationum fluctibus agitati, in hunc precationis portum confugiant: non enim Sathan in tanta, & potentia, & pertinacia, in capitali odio noſtri generis, nec quantum nec quandiu vult, tentare nos, aut vexare poteſt, ſed omnis eius poteſtas Dei nutu, & permiſſu, gubernatur: notiſſimum eſt exemplum Iob: de quo niſi diabolo dixiſſet Deus; *h* Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt, nihil eius Sathanas attigiſſet, contrà verò niſi addidiſſet Dominus, *i* Tantum in eum ne extendas manum tuam, vno Diaboli ictu cum filijs ipſe facul-

Dæmonitur in nos potentia limitata eſt, Apoſt. 2. 3. & 20. 2. 3. vide Caſſ. collat. 2. cap. 18. Aug. in Pſal. 61.

h 1. Iob. 1. 18.

i Ibid.

facultatibuſque concidiſſet: ita autem aligata eſt dæmonum vis, vt ne *a* in porcos quidem illos, de quibus ſcribũt Euangeliſtæ non permittente Deo, inuadere potuiſſet.

a Matt. 8. 31. Mar. 5. 11. Luc. 8. 32. vide itẽ Caſſ. col. 7. cap. 22. Aug. in Pſal. 31. & 32.

9 *Quid tentandi vox nobis deſignet, quaque ratione a Deo tentemur.*

Sed ad intelligendam huius petitionis vim dicendum eſt, quid hic tentatio ſignificet, quid item induci in tentationem. Eſt autem tentare, periculum facere de eo, qui tentatur, vt ab ipſo, quod cupimus, elicientes, verum exprimamus; qui tentandi modus in Deum minimè cadit: quid enim eſt quod neſciat Deus? *b* Omnia enim inquit nuda, & aperta ſunt oculis eius.

Tentare quid ſit Th in 1. par. q. 214. art. 1. & 2. 2. q. 97. art. 1. & Aug. lib. 2. de conſ. Euág. cap. 72.

b Hebr. 4. 11. Pſal 23. 16. Eccl. 23. 15. 20.

Eſt alterum tentandi genus, cùm longiùs progrediendo aliud quæri ſolet vel in bonam, vel in malam partem: in bonam, cum ea re tentatur alicuius virtus, vt illa perſpecta, & cognita, js commodis & honoribus augeatur, eiuſque exemplum cæteris imitandum proponatur, ac denique omnes ob idipſum ad Dei laudes excitentur; quæ tentandi ratio ſola conuenit in Deum. Huius exemplum tentationis eſt illud in Deuter. Tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat, vtrum diligatis eũ, an non. Quomodo etiam tentare ſuos dicitur Deus, cum inopia, morbo, & alijs calamitatũ generibus premit, quod probandæ eorum patientiæ cauſa facit, & vt alijs documẽtum ſint Chriſtiani officij. In hanc partem *c* legimus Abraham eſſe tentatum, vt filium immolaret, quo facto fuit is obedientiæ, & patientiæ exemplum ſingulare ad memoriam hominum ſempiternam. In eandem ſententiam dictum eſt de Tobia. Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te.

Quomodo Deus hominẽ tentet, vide item Aug. ep. 146. in ex. q. 58. & 74.

Deut 13. 4. vide Auguſt. in Pſal. 5. & 6.

c Gen. 22. 1. vide Aug lib. 16. de ciu. Dei cap. 22.

Tob. 12. 13.

10 *Quomodo dæmon homines tentet.*

In malam partem tentantur homines, cum ad peccatũ aut exitium impelluntur, quod proprium diaboli officium eſt. Is enim eo animo tentat homines, vt decipiat, agatque præcipites: quamobrem *d* tentator in diuinis litteris appellatur. In ijs verò tentationibus modò intimos nobis admouens ſtimulos, animæ affectiones, & cõmotiones adhibet adminiſtras, modò nos exagitans extrinſecùs, externis rebus vtitur, vel proſperis ad efferendos, vel ad frangendos aduerſis; nonnunquàm habet

Tentatio deceptionis cauſa diaboli eſt propria Aug. op. 146. & alibi.

d Matth. 4. 2.

Quid dæ mõ. in tentãdis hominib⁹ vtatur inſtrumentis

Heretici ſunt ad homines decipiendos, diaboli adminiſtri.

 emiſſa-

emiſſarios & excurſores, perditos homines in primiſq; hæreticos, qui *a* ſedentes in cathedra peſtilentiæ malarum doctrinarum mortifera ſemina diſpergunt, vt illos qui nullum delectum, aut diſcrimen habent virtutis & vitiorum, homines per ſe procliues ad malum, nutantes ac præcipitantes impellant.

11 *Quibus modis dicatur quis tentationem induci.*

Dicimur autem induci in tentationem, cum tentationibus ſuccumbimus. Inducimur verò in tentationem dupliciter: primùm, cùm de ſtatu dimoti, in id ruimus malum, in quod tentando nos aliquis impulerit. At nemo quidem à Deo hoc modo in tentationẽ inducitur quia nemini eſt peccati auctor Deus, imò verò *b* odit omnes qui operantur iniquitatem. Sic verò etiam eſt apud ſanctum Iacobum, *c* Nemo cum tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum eſt.

Deinde dicitur nos in tentationem inducere is qui etſi non tentat ipſe, neque operam dat, quòd tentemur tentare tamen dicitur, quia com poſſit prohibere ne id accidat aut ne tentationibus ſuperemur, non impedit Hoc modo Deus pios, & bonos tentari quidem ſinit veruntamen ſua gratia ſuſtentatos non deſerit. Nec verò non interdum iuſto, & occulto Dei iudicio noſtris id ſceleribus poſtulantibus, nobis ipſi relicti, concidimus.

12 *Beneficia Dei quandoque nos in tentationem inducunt.*

Præterea nos in tentationem Deus inducere dicitur, cùm eius beneficijs quæ nobis ad ſalutem dedit, abutimur ad perniciem, & *d* patris ſubſtantiam, vt prodigus ille filius, diſſipamus, viuendo luxurioſè, noſtris cupiditatibus obſequentes. Quamobrem id dicere poſſumus, quod de lege dixit Apoſtolus, *e* Inuentum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem. Opportunum rei exemplum, eſt Hieroſolyma, teſte Ezechiele: quam Deus omni ornamentorum genere locupletarat, vt eius ore Prophetæ diceret Deus: *f* perfecta eras in decore meo, quem poſueram ſuper te, & tamen illa ciuitas diuinis cumulata bonis, tantum abeſt, vt optimè de ſe merito, ac merenti Deo gratiam habens, cœleſtibus beneficijs ad beatitudinem conſequendam, cuius gratia ea acceperat, vteretur, vt ingratiſſima

a Pſal. 1. 1.

Quid ſit induci tentationẽ, quodque multipliciter fieri poſſit vide Aug. in 1 de ſerm. Dom. in mont. cap. 14.

Deus peccati non eſt auctor ſed illũ hodit.

b Exod. 23. 7. & 2. para. 9. 7 & ſu hom. 5. 7. & 44 8. Pſal. 15. 8. 9. & 83. 14. 9. Eccl. 15. 21. Cſ 13. 9. & alibi ſect. 1. 2. in Mar. c. 34. Iren. lib. 3. c. 12 Baſil. in hoc Deus non ſit auctor malorũ & omnes ſácti

c Act. 1. 13.

Quomodo a Deo in intentationem inducimur.

De hac hominum nequitia vide Deut. 32. 25. & 1. Reg. 2. 23. & 1. Reg. 11. 8. & 9.

d Luc. 15. 2. 13. 14.

e Rom. 7. 10.

f Ezec. 16. 14.

g Ibid. 19. 20. & ſeq.

Ingrati Deum homines reprehenduntur

Nos loquendi ſcripturarum impropriꝰ, qñ verbis actius Dei permiſſio ſignific.

tiſſima in parentem Deũ, abiecta ſpe, & cogitatione cæleſtium fructuum, tantum præſenti abũdantia luxurioſè, ac perditè frueretur, quod, *a* Ezechiel eodem capite pluribus verbis perſecutus eſt. Quare ſunt eodem loco ingrati in Deum homines, qui præbitam ſibi ab eo diuinitus vberem materiam rectè factorum, ad vitia, illo permittente, conuertunt.

a Exod. 4. 21. & 7. 3.
b Iſ. 6. 9.
c Ro. 1. 26. 28. vide Ireneum lib. 4. cõt. hær. c. 48. Tertul. li. 2. 10. Mar. 14. Cyril. Hier. catec. & Aug. lib de præd. & grat. c. 15. & de præd. sãct. ca. 8. & lib. de gratia, & lib. arb. c. 21. 32. & 23. & Tho. in 1. 2. q. 87. art. 2. & 2. 2. q. 15. art. 1.

13 *Quomodo ſcripturæ verba intelligẽda ſint, quæ de permiſſione Dei per verba operationem ſignificantia loquantur.*

Sed oportet hunc diuinæ Scripturæ morem diligenter attendere, quæ Dei permiſſionem ijs interdum verbis ſignificat, quæ propriè ſi accipiantur tamquam actionem in Deo ſignificant: nam in Exod. ſic eſt; *c* Indurabo cor Pharaonis, & apud Iſaiam: *b* Excœca cor populi huius, & ad Rom. ſcribit Apoſt. *e* Tradidit illos Deus in paſſionem ignominiæ, & in reprobum ſenſum. Quibus in locis, alijſque ſimilibus, non id omnino eſſe actum à Deo, ſed permiſſum intelligendum eſt.

14 *In hac precationis parte nõ poſtulatur, vt prorſus ab omni tẽtatione immunes ſimus, ſed ne in tẽtationibus à Deo deſeramur*

His verò poſitis, non erit difficile, ſcire, quid in hac precationis parte poſtulemus. Nec verò petimus, ne omnino tentemur. *f* Eſt enim hominum vita tentatio ſuper terram. Eſt autem ea res vtilis, & fructuoſa hominum generi: nam in tentationibus nos ipſos, id eſt, vires noſtras cognoſcimus, quamobrem etiam *g* humiliamur ſub potenti manu Dei; viriliterque decertantes, *h* expectamus immarceſcibilem coronam gloriæ. Nam & *i* qui certat in agone, nõ † coronatur, niſi legitimè certauerit, & vt inquit ſanctus Iacobus, *k* Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Quod ſi vrgemur nonnunquam hoſtium tentationibus, magnæ nobis erit leuationi illa cogitatio, habere nos adiutorem pontificem, *l* qui poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum ipſum per omnia. Quid hic igitur petimus? ne diuino præſidio deſerti, tentationibus vel decepti aſſentiamur, vel cedamus afflicti, vt præſto ſit nobis Dei gratia, quæ, cum defecerint nos propriæ vires in malis recreet, ac reficiat.

Tentationem vtilius.

d Iob. 71. ſecundum 70.
e 1. Pet. 5. 6.
f 1. Cor. 5. 4.
g 1. Tim. 2. 5.
† Coronabitur ha[bet] MS quędam.
h Iac. 1. 21.
i Hebr. 4. 14.
Quid in hac precationis parte poſtulatur.

15 *Quomodo à Deo in noſtris tentationibus opem implorare debeamus.*

Non modo generatim, ſed ſpeciatim poſtulandum Dei auxilium in tẽtationibus.

a Pſal. 118.43.
b Pſal. 118.36.

Quare & generatim Dei opem implorare debemus in omnibus tentationibus, & nominatim, cum ſingulis affligimur, ad precationem confugere oportet: quod à Dauide factum legimus penè in vnoquoque tentationum genere: nam in mendacio ſic precabatur, *a* Ne auferas de ore meo verbum veritatis, vſquequaque. In auaritia ad hunc modum, *b* Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam. In rebus verò inanibus huius vitæ, & illecebris cupiditatum, hac prece vtebatur, *c* Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Ergo poſtulamus, ne morem geramus cupiditatibus, neque *d* defatigemur in tentationibus ſuſtinendis: ne *e* declinemus de via Domini, vt tàm in rebus incommodis quàm in proſperis, æquitatem animi, conſtantiamque ſeruemus, & nullam noſtri partem Deus ſua tutela vacuam relinquat. *f* Petimus denique, vt Sathanam conterat ſub pedibus noſtris.

c Pſal. 118.37.
d Hebr. 11.3.
e Deut 31.29.
f Rom. 16. 20.

Victoriam ex tentatione poſſumus referre per fiduciam in Deum.

16 *Quomodo de tentatiane victoria reportari, & quo auctore illa obtineri poſſit.*

Reliquum eſt, vt fidelem populũ ad ea Parochus cohortetur, quæ in hac precatione maximè cogitare & meditari oporteat; in qua erit illa optima oratio, ſi, quanta ſit hominũ infirmitas, intelligentes, viribus noſtris diffidamus, & omni ſpe noſtræ incolumitatis in Dei benignitate collocata, eo freti patrocinio, vel in maximis periculis magnum animum habuerimus, præſertim cogitantes, quàm multos hac ſpe, atque hoc animo præditos ex hiantibus Sathanæ faucibus liberarit Deus. An non *g* Ioſeph vndique circundatum ardentibus inſanæ mulieris facibus, è ſummo ereptum periculo, *h* ad gloriam extulit? Non *i* Suſannam, à Satanæ miniſtris obſeſſam, tùm cùm nihil propiùs eſſet, quàm vt nefarijs ſententijs interficeretur, ſeruauit incolumem? neque mirum: *k* erat enim inquit, cor eius fiduciam habens in Domino. Inſignis eſt laus, & gloria Iob, qui de mundo, de carne, de Satana triumphauit. Plurima ſunt huius generis exempla, quibus Parochus diligenter pium populum ad eam ſpem, fiduciamque cohortari debebit.

g Gen 39. 7. 8.9 Pſal. 104.18
h Gen. 41. 38. 39.
i Dan. 12. 61. 62. 1.
K Dan. 13. 55.

De mundo ob amicos a ſeſermonibus ſuperatos de carne ab vxorem fortiter repulſam, & de diabolo ob patiẽtiam in rebus aduerſis ſeruatam.

Noſtri

16 *Noſtri certaminis anteſignanus Chriſtus eſt, ſocij ſancti omnes, quos qui non ſequuntur vecordes ſunt.*

de diabolo ob patientiam in rebus aduerſis ſeruatum.

Cogitent etiam fideles quem in hoſtium tentationibus ducem habeant, nempè Chriſtum Dominum, qui *a* victoriam ex illo certamine retulit. Vicit ipſe Diabolum, Eſt *b* is ille fortior, qui ſuperueniens fortem ſuperauit armatum, quem & armis nudauit, & ſpolijs. De eius victoria, quam de mundo reportauit, eſt apud S. Ioannē, *c* Confidite, ego vici mundum. Et in Apocalypſi dicitur, *d* ipſe Leo vincens, Et exiſſe vincens, vt vinceret: qua in victoria ſuis etiā cultoribus facultatem vincendi dedit. Eſt Apoſtoli ad Hebręos epiſtola plena victorijs ſanctorum hominum, qui *e* per fidem deuicerunt regna, obturauerunt ora leonum: & quæ ſequuntur. Ex his verò quæ ſic acta legimus, eas victorias cogitatione complectamur, quas quotidie reportant ex intimis, & externis dęmonum prælijs, homines fide, ſpe, & charitate præſtantes, quæ tam multæ ſunt, tamque inſignes, vt, ſi ſub aſpectū caderent oculorū, nihil frequentius accidere iudicaremus, nihil glorioſius: de quorū hoſtiū clade his verbis ſcripſit S. Ioānes *f* † Scribo vobis, iuuenes, quoniā fortes eſtis, & verbū Dei manet in vobis, & vicîſtis malignum.

a Mat. 4. 4. 7. 1. Col. 2. 15.
b Luc. 11. 22.
c Ioa. 16. 33.
d Apoc. 5. 5.
e Apoc. 6. 7.
Quō Chriſtus nobis proſtrato diabolo vincendi facultatem dederit, & exempl. pbuerit vide Au. 14. de Trid. c. 13. Græc. ho. 10. in Euang. Th. in 3. p. q. 41. ar. 1 Heb. 11. p. 10
f 1. Ioa. 2. 24. † 3. Mo. & Græ. & Syr. exemp. l. Scripſi vobis adoleſcentes.

17 *Quomodo diabolus à nobis ſuperari poſſit.*

Vincitur autē Satanas, non otio, ſomno, vino, comeſſatione, libidine: ſed oratione, labore, vigilia, abſtinentia, continentia, caſtitate, *g* Vigilate, & orate, inquit, vt iam diximus, vt non intretis in tentationem, qui ijs armis ad illam pugnam vtuntur, in fugam conuertunt aduerſarios, *h* qui enim reſiſtunt Diabolo is fugiet ab eis in his tamen ſanctorum hominum victorijs quas diximus, nemo ſibi placeat, nemo ſe efferat inſolentiùs, vt ſe ſuis viribus hoſtiles dæmonum tentationes, impetuſque ſuſtinere poſſe confidat; non eſt hoc naturæ noſtræ, non humanæ imbecillitatis.

Labore, virtutib. & vigilantia dæmones ſuperantur.
g Matt. 26. 41. Matt. 14. 38. Luc. 22. 46.
h Iacob 4. 7. Et ſi propriam infirmitatem in certamine agnoſcamus Citra Dei auxilium nihil poſſumus.

18 *Quomodo omnes nobis ad vincendum vires à Deo dentur.*

Hæ vires, quibus proſternimus Satanæ ſatellites, dantur à Deo, *i* qui ponit, vt arcum æreum brachia noſtra, *k* cuius beneficio arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore, qui *l* dat nobis protectionem ſalutis, *m* cuius nos dextera ſuſcipit, qui docet ma-

i Pſal. 17. 35.
K 1. Reg. 1. 4.
l Pſal. 17. 36.
m Pſal. 12. 19.

Pſal. 43. 16. nus noſtras ad prælium, & digitos noſtros ad bellum, vt
De victoria vni Deo pro victoria ſint agendæ, & habendæ gratiæ,
Deo ſemper quo vno, & auctore, & adiutore vincere poſſumus: quod
agendæ gratiæ.
a 1. Co. 15. 57 fecit Apoſtolus: inquit enim, *a* Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum
b Apoc. 12. Chriſtum. Eundem auctorem victoriæ prædicat illa cæleſtis vox in Apocalipſi: *b* Facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius, quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, & ipſi viceru nt eũ,
c Apoc. 17. 24. propter ſãguinem agni. Teſtatur idem liber Chriſti Domini paratam, ex mundo, carneque victoriam eo loco, *c* Hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet illos. Hæc de cauſa, & de modo vincendi.

19 *Quæ ſint in ſpiritali illo certamine victorum præmia.*

His expoſitis proponent fideli populo Parochi à Deo paratas coronas, & conſtitutam victoribus ſempiternam præmiorum amplitudinem; quorum ex eadem
d Apoc. 27. Apocalypſi diuina proferent teſtimonia, *d* Qui vicerit,
e Apoc. 3. 5. non lædetur à morte ſecũda, & alio loco, *e* Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram Angelis eius: & paulò poſt, Deus ipſe
f Apoc. 3. 12. ac Dominus noſter ita loquitur ad Ioannem: *f* Qui vicerit, faciã illum columnã in templo Dei mei, & foras non
g Apoc. 3. 21. egredietur amplius. Tum, inquit. *g* Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut, & ego vici, & ſedi cũ Patre meo, in throno eius. Denique cum ſanctorum glo-
h Apoc. 24. 7. riam, & perpetuam illam bonorum vim, quibus in cælo fruentur, expoſuiſſet, adiunxit: *h* Qui vicerit, poſſidebit hæc, & ero illi Deus, & ipſe erit mihi filius.

DE SEPTIMA PETITIONE

C A P. XVI.

Sed libera nos à malo.

1 *Nihil cõtinetur ſuperiorib⁹, petitionib⁹, quod in iſta nõ includatur*

POſtrema hæc petitio eſt inſtar omnium: qua Dei filius diuinam hanc orationẽ concluſit, cuius etiam

vim,

vim & pondus oſtendens, ea vſus eſt orandi clauſula, cũ è vita migraturus, Deũ Patrẽ pro hominũ ſalute deprecaretur *a* Rogo etiã, inquit, vt ſerues eos a malo. Ergo hac precationis formula, quam & præcepto tradidit & exemplo confirmauit, quaſi quadam epitome sũmatim complexus eſt vim, & rationem cæterarũ petitionũ. Cum enim id quod ea prece continetur impetrauerimus nihil auctore S. Cypr. remanet, quod præterea adhuc debeat poſtulari, cũ ſemel protectionẽ Dei aduerſus malum petamus: qua impetrata, cõtra omnia, quæ diabolus, & mundus operantur ſecuri ſtamus, & tuti. Quare, cum tanti ſit hæc petitio, quanti diximus: debebit Parochus in ea fidelibus explicanda ſummam adhibere diligentiam. Differt autem hæc, & proxima petitio, quòd illa, vitationem culpæ, hac pœnæ liberationem poſtulamus.

a Iacob 17. 18. Poſtrema petitio vim ex ſuperiorũ ſua amplitudine concludit.

Cypr. ſer. 6. de orat. Domini ſextæ, & ſeptimę petitionis diſcrimen.

2 *Quid nos vrgeat, vt hanc præcationẽ corã Domino effundæmus*

Quare non iam monendus eſt fidelis populus quantoperè, & laboret ex incommodis, & calamitatibus, & cœleſtis egeat adiumenti: Nam quot, & quantis miſerijs propoſita ſit hominum vita, prçterquàm quòd & ſacri, & profani ſcriptores hoc argumentum ſunt copioſiſſimè proſecuti: nemo ferè eſt, qui non intelligat, & ſuo, & alieno periculo. Perſuaſum enim eſt omnibus, quod exemplum patientiæ Iob memoriæ prodidit, *b* Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs, qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & *c* fugit velut vmbra, & nunquàm in eodem ſtatu permanet. Nec verò vllum præterire diem, qui propria aliqua moleſtia, aut incommodo notari non poſſit, teſtis eſt illa Chriſti Domini vox, *d* Sufficit diei malitia ſua. Et ſi conditionem humanæ vitæ declarat ipſius Domini monitum illud, *e* quo crucem quotidiè ſumi, ſeque docuit ſequi oportere. Vt igitur quiſq; ſentit, quàm laborioſa ſit, & pericuIoſa hæc viuendi ratio, ita facilè perſuadebitur fideli populo, malorum liberationem a Deo implorandam eſſe; præſertim cum nulla re magis ad orandum adducantur homines, quàm cupiditate, & ſpe liberationis eorum incommodorum quibus premuntur, aut quæ impendeant. Eſt enim hæc inſita ratio in animis hominum, vt in malis ſtatim ad Dei auxilium

Quantis malis & incommodis hominum vita ſit obnoxia videãntutquęin tertia ſec. ſecũdæ petitioni, & alibi ſępe nos notaui mus.

b Iob 14. 1. 2.

c Iob 8. 9. & Pſal. 143. 4.

d Matt. 6. 34.

e Luc. 9. 23. In calamitatibus propendiores ſunt homines ad Deo inuocandum.

Natura inſitũ eſt in malis ad Deum confugere.

confugiant. Qua de re eſt illud ſcriptum, *a* Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.

a Pſal. 82. 17.

3 *Qua nam ratione periculorum, & calamitatum depulſio a Deo poſtulanda ſit.*

Quod non rectè precetur, qui primus, & medijs Dominicæ orat. gradibus omnis calamitatum depulſionem poſtulat.

Sed, ſi illud ferè ſua ſponte faciunt hoĩnes vt in periculis, & calamitatibus inuocent Deum: certe, quo modo id rectè facere poſſint, ab ijs quorum fidei, & prudentiæ commiſſa eſt eorum ſalus, maximè docendi ſunt. Nõ enim deſunt, qui contra Chriſti Domini iuſſum præpoſtero vtantur ordine precationis. Nam, *b* qui iuſſit nos ad ſe confugere in die tribulationis, idem orationis ordinem nobis præſcripſit: voluit enim vt priùs quàm precaremur, vt nos liberaret à malo, peteremus, vt nomen Dei ſanctificaretur, & aduenirect regnum eius, & reliqua poſtularemus, quibus quaſi gradibus quibuſdam in hunc locum peruenitur. Sed quidam ſi caput, ſi latus, ſi pes condoluit, ſi rei familiaris iacturam faciunt, ſi minæ, ſi pericula ab inimicis intenduntur, in fame, in bello, in peſtilentia, omiſſis medijs Dominicæ precationis gradibus, tantum petunt, vt ex illis eripiantur malis: at huic conſuetudini repugnat Chriſti Domini iuſſum, *c* Quærite primum regnum Dei. Itaque qui rectè preces faciunt, cum deprecantur calamitates incommoda, malorum repulſionem, id referunt ad Dei gloriam. Sic Dauid illi precationi, *d* Domine ne in furore tuo arguas me, ſubiecit rationem, qua ſe Dei gloriæ cupidiſſimum oſtendit: inquit, enim *e* Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui, in inferno autem, quis confitebitur tibi? Et idem cum oraret Deum, *f* ſibi vt miſericordiam impertiret, ſubiecit illud, *g* Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Ad hanc orandi ſalutarem rationem, & ad exemplum Prophetæ incitandi ſunt fideles auditores, & ſimul docendum, quantum interſit inter infidelium, & Chriſtianorum hominum preces.

b Pſal. 49. 15.
c Matt. 6. 33.
d Pſal. 6. 2.
e Ibid. 6.
f Pſal. 50. 2.
g Ibid. 15.

4 *Infideles ſe liberari a malo, ac Chriſtiani non perinde petunt.*

Quod in morbis, & rebus, aduerſis præcipua ſpes in externis remedijs non ſit põnenda, exem-

Petunt vehementer illi quidem a Deo, vt poſſint ex morbis, vulneribuſque conualeſcere, ſibi vt ex vrgentibus, vel imminentibus malis euadere liceat; ſed tamen illius præcipuam ſpem liberationis ponunt in remedijs, natura, vel hominum induſtria comparatis:

quin

quinetiā ſibi datum a quouis medicamentum, etiã ſi cantionibus, ſi veneficijs, ſi dæmonū opera confectū ſit, ſine vlla religione adhibent, modò aliqua valetudinis ſpes oſtendatur. Longè alia ratio eſt Chriſtianorum, qui in morbis, & in omnibus aduerſis rebus, habent ſummum perfugium, & præſidium ſalutis Deum, vnum illum omnis auctorem boni, & liberatorē ſuum agnoſcunt, ac venerantur; remedijs verò, quæ ineſt ad ſanandum vis, inſitam à Deo eſſe pro certo habent, tantumque illa ęgrotis prodeſſe exiſtimant, quantum ipſe voluerit Deus. Eſt enim à Deo data hominum generi medicina, qua morbos ſanaret. Hic eſt illa Eccleſiaſtici vox, *a* Altiſſimus creauit, de terra medicinam, & vir prudens non abhorebit illam: Itaque qui Ieſu Chriſto nomen dederunt, non in illis remedijs ſummam ſpem reponunt recuperandæ valetudinis, ſed ipſi medicinæ auctori Deo maximè confidunt.

5 *Quomodo in morbis ſoli Deo fidendum ſit, qui plurimos a præſentiſſimis periculis liberauit.*

Quare etiam in *b* diuinis litteris reprehenduntur ij, qui medicinæ fiducia nullum Dei auxilium requirunt: imò verò, qui vitam agunt, ex diuinis legibus, *c* abſtinēt omnibus remedijs, quæcunque ad curationem a Deo non adhibita eſſe conſtet quòd ſi etiam eorum vſu medicamentorum, illis explorata ſit ſpes ſanitatis, tamen ab ijs, vt cantionibus, & dæmonum artificijs, abhorent. *d* Ad id autem fideles cohortari oportet, vt Deo confidant; Ea enim re iuſſit nos beneficentiſſimus parens liberationem malorum poſtulare, vt in eo ipſo, quod iuſſit, ſpem etiam impetrationis haberemus. Multa ſunt in ſacris litteris huius rei exempla, vt qui minùs rationibus adducuntur ad bene ſperandum, exemplorum multitudine confidere cogantur: *e* Abraham, *f* Iacob, Loth, *g* Ioſeph, *h* Dauid, ſunt in oculis locupletiſſimi teſtes diuinæ benignitatis. Sacræ noui teſtamenti litteræ tàm multos enumerant, qui ex maximis diſcriminibus erepti ſunt piæ pondere precationis, vt res exemplorum commemoratione non egeat. Vna igitur illa Prophetæ ſententia contenti erimus, quæ vel infirmiſſimum quemque confirmare poteſt; *i* Clamauerunt enim, inquit, iuſti, & Dominus

plo tibi ſit Aſa Rex Iuda qui ob id e. paral. 16.12. reprehēditur. vide itē c. illud quod 26. q. 2. ex l. 2. de doctr. Chr. c. 19. 20. & 21. conſiatum, & ca. qui iiiie, ca. quæ vide item cap. non liceat 16. q. 5.

Deus ſūmum in calamitatib. debet hominibus eſſe perfugium.

a Eccl. 2. 4.

b Aſa ſicut dictum eſt.

c Pa. 16. 12. & ſine Deo nulla opem afferre medicamina indicat. Ier. cap. 9. 22. & 40. 11.

d Non eſt vtēdum remedijs a Deo nō conſtitutis ad ſanitatem recuperandam. Leu. 26. 6. vide 1 Reg. 26. 7. 8. 9 & 4. Reg. 1. 2. 3. vide item C. de maleficis, & mat. l. nullus a ruip x & l. eorum eſt, & l. nemo aruſpicem, & 26. q. 9. Si quis aliquos & c. qui diuinationes, & multa alia.

e Gen. 12. 1. 2. & 14. & 15. 2. & 17. 2.

f Gen. 28. 14.

minus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

Gen.28.14.15. & 33.3.4.5. Gen.14.12.16. & 19.17.18. Gen.58.23.24.27.& 41.14. 1.Reg.21.14.15.& 23.6 27.& 23.4.5.6. Pſal.33.18

6 *Quia mali nomine hic intelligatur, & quæ huius petitionis ſit ſententia.*

Mala quædam ſunt a quibus nos non liberari præſtat. 2.Cor.12.7.8.9.

Sequitur huius vis, & ratio petitionis, vt fideles intelligant, non omnino petere nos hoc loco, vt à malis omnibus liberemur. Sunt enim quædam, quę cōmuniter mala putātur, quę tamen sūt illis fructuoſa, qui patiūtur; vt ille ſtimulus, qui Apoſtolo erat adhibitus, vt Dei gratia adiuuante, virtus in infirmitate perficeretur: hæc, ſi cognita ſit eorū vis, sūma voluptate pios afficiūt: tantum abeſt, vt a Deo petant, vt auferantur. Quare tantū ea mala deprecamur, quę nullam animæ vtilitatem afferre poſsūt, reliqua minimè, modo aliquis inde ſalutaris fructus exiſtat.

7 *Quot, & quanta ſint malorū genera, à quibus liberari cupimus*

Mala a quibus liberari cupimus, quæ, & qualia ſint.

Omnis o igitur huic voci ea ſubiecta vis eſt, vt à peccato liberati, à tentationis etiam periculo, ab intimis externiſq; malis eripiamur; vt tuti ſimus ab aqua, ab igne, à fulgure; ne grando noceat frugibus, ne annonæ charitate, ſeditionibus, bello, laboremus: petimus a Deo, vt morbos peſtem, vaſtitatem arceat, vincula, carcerem, exilium, proditiones, inſidias, cęteraque omnia prohibeat incommoda, quibus maximè terreri, ac premi ſolet hominum vita, omnes deniq; flagitiorum, & facinorum cauſas auertat. neq; hæc ſolum, quæ omnium conſenſu mala ſunt deprecamur, ſed illa etiam, quæ penè omnes bona confitentur, diuitias, honores, valetudinem, robur, hanc ipſam vitam, petimus, inquam, ne ad malum, & ad animæ noſtræ exitium hæc conuertantur. Oramus etiam Deum, ne morte opprimamur repentina: ne in nos iram Dei concitemus, ne, quæ impios manent, ſupplicia ſubeamus: ne igne purgatorij torqueamur, a quo vt alij liberentur, piè, & ſanctè precamur. Hāc petitionem, & in Miſſa, & in Litanijs ſic interpretatur Eccleſia, nos videlicet ea præterita, præſentia, futura mala deprecari.

Purgatorium ignem aſtruit, de quo etiam actū eſt.ſ.ſect.3. qui mar.ſymbolo Apoſt.in can.Miſſę poſt orat.Dom.

8 *Deus, & impendentia mala arcet, & a preſentibus quandoque mirabiliter eripit.*

Non vno autem modo Dei nos benignitas eripit à malis; nam impendentes prohibet calamitates, quomodo legimus magnum illū Iacob eſſe liberatum ab inimicis,

micis, quos in illum concitarat Sichimitarum cædes; extat enim illud, *a* Terror Dei inuaſit omnes per circuitũ ciuitates, & non ſunt auſi perſequi recedentes: Et quidẽ beati omnes, qui cũ Chriſto Domino in cœlis regnant, *b* omnibus malis, Dei ope liberati ſunt; nos autem qui in hac peregrinatione verſamur, ab omnibus incommodis ſolutos eſſe minime vult, ſed eripit à quibuſdã, etſi ſunt inſtar liberationis malorum omnium ea ſolatia; quę dat Deus interdum ijs, qui rebus præmuntur aduerſis. His ſe conſolabatur Propheta, cùm illa dicebat: *c* Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Præterea a malis homines liberat Deus, cũ illos in ſummum diſcrimen adductos integros ſeruat, & incolumes: quod & *d* pueris illis in ardentem fornacem coniectis, & *e* Danieli contigiſſe legimus, quem leones nihil læſerunt, quemadmodum neque pueros flamma violauit.

> a Gen. 35. 5.
> b Iſa. 25. 8. Apoc. 7. 17. & 21. 4.
> c Pſ. 93. 19.
> d Dan. 6. 22. & 14. 3. 9.

9 *Diabolus hic malus dicitur, quod mali culpæ auctor & mali pœnæ exactor ſit.*

Malus verò etiam ex ſentẽtia ſanctorum *e* Baſilij magni, *f* Chriſoſt. & *g* Aug. præcipuè dicitur dæmon, quòd hominũ culpæ, ideſt ſceleris, & peccati auctor fuit, quo etiam miniſtro, vtitur Deus in repetendis pænis à ſceleratis & facinoroſis: *h* Dat enim Deus omne malũ hominibus, quod illi peccati cauſa patiuntur. In quam ſententiam loquũtur diuinæ litteræ illis verbis, *i* Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit? Itẽ, *k* Ego dominus, & non eſt alter formans lucem, & creans tenebras faciens pacem, & creans malum.

Malus quoque dicitur dæmon ob eam cauſam, quòd etſi eum nihil læſerimus, tamen perpetuum bellum nobis infert & capitali nos inſectatur odio. quòd ſi nobis, & fide armatis, & innocentia tectis nocere non poteſt, tamen nullum finem facit tentandi nos externis malis, & quacunque poteſt ratione diuexandi. Quamobrem Deum precamur, vt nos à malo liberare velit.

> e Diabolus auctor mali culpæ, Baſ. in hc. quod Deus nõ ſit auctor malorum, nõ procul a ſi
> f Diabolus malus dicitur pęr excellentiam. Chryſ. ho. 23. in Math. & eſt auctor malia idem ho. 5. in Iob.
> g Diabolus eſt malitiæ inuentor, & auctor, Aug. de Eccl. dog. c. 57. & Mag. in 2. d. 35 lit. B. ex quo omnes ſententiarij.
> h Deus eſt auctor mali pœnæ.
> i Amos 3. 6.
> K Iſ 45 7 vide item Deuter 32. 23. & 3 Re. 99. & . 1. 29. & Hier. 11. 11. & 31. 4. Dæmon

10 *Cur ſingulari non autem multitudinis voce, à malo liberari petamus.*

Dicimus autem à malo, nõ à malis, ob id, quod mala, quæ in nos à proximis proficiſcũtur, illi aſſignamus tan-

nocere nobis nonpoteſt niſi permittente Deo.
Aug. in Pſ. 99. Omnia mala quæ nobis inferũt proximi à demone proficiſcuntur vide Aug. ſer. 85. de temp.

quam auctori,& impulſori,quo minus etiam proximis iraſci debemus,quoniam odium,& iracũdiam in ipſum Sathanam conuertere oportet, à quo homines ad iniuriam inferendam impelluntur. Itaque ſi te aliqua re læſerit proximus,cum preces facis parenti Deo, pete, vt non modò te liberet à malo, ideſt ab ijs quas tibi proximus imponit iniurijs:ſed illum ipſum eripiat proximũ ex Diaboli manu, cuius impulſu homines in fraudem inducuntur.

11 *Quomodo in malis affecti eſſe debeamus,etiam ſi continuò nõ liberemur.*

Cum à malis non liberamur ea à nobis patienter ferenda ſunt.

Illud denique ſciendum eſt, ſi in precibus, & votis non liberamur à malis,debere nos,quæ premant, ferre patienter,intelligentes placere diuino numini, vt toleranter ea patiamur. Quare minimè nos indignari, aut dolere par eſt, quòd preces noſtras non audiat Deus, ſed omnia ad eius nutum ac volũtatem referre oportet, exiſtimantes id vtile,id eſſe ſalutare, quod Deo placet, vt ita ſit,non autem id, quod ſecùs nobis videatur.

12 *Quot,& quanta cõmoda ex tribulationibus ad nos proueniãt*

a 2.Tim. 3. 2.
b Act.14.21.
c Luc.24.26.
d Mat.10. 24. Luc.6.40. Ioan. 13.16.& 15.20.Ber.ſer. 8.de omnibus Sanctis.
e 2 Reg.11.12, +6.M.S.& Hebr.& Gr.exẽp. non habẽt vocem Dei. Chal.verò leg. Domini. Alia exempl. habent minùs
f Dan.3.49.50.
g 1.Machab.2 per totũ librũ.

Poſtremò docẽdi etiã sũt pij auditores, dũ in hoc vitæ curriculo verſamur,eos ad omne incommodorũ, & calamitatum genus,non ſolum æquo,ſed etiam gaudẽti animo ferẽdũ paratos eſſe debere. *a* Omnes enim inquit qui piè volũt viuere in Chriſto Ieſu,perſecutionẽ patiẽtur. Item, *b* Per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnũ Dei. Rursũ, *c* Nonne hæc oportuit pati Chriſtum,& ita intrare in gloriam ſuam? Non enim æquum eſt, *d* ſeruum eſſe maiorem Domino ſuo,ſicuti turpe eſt, è ſententia ſancti Bernardi, mẽbra eſſe delicata ſub ſpinoſo capite. Præclarum illud eſt exemplũ Vriæ propoſitum ad imitandum,qui adhortante Dauide,domi,vt ſe contineret,inquit; Arca † Dei, & Iſrael,& Iuda habitant in papilionibus, & ego ingrediar domum meam? His inſtructi rationibus,ac meditationibus,ſi ad orandũ veniamus,illud aſſequemur, vt,ſi † minùs vndique cincti,maliſque circundati, *f* quemadmodum tres illi pueri intacti ab igne, ſic nos inuiolati ſeruemur: certè, vt *g* Machabæi,caſus aduerſos conſtanter. ac fortiter feramus,In contumelijs,& cruciatibus ſacros imitabimur

Apo-

Apoſtolos, *a* qui cæſi verberibus, vehementer lætabantur, quòd digni habiti eſſent, qui pro Chriſto Ieſu contumelias paterentur, ſic nos ita comparati canemus illa, ſumma animi voluptate, *b* Principes perſecuti ſunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meũ, lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa.

a Act. 5. 41.

b Pſal. 118. 16. 126.

DE EXTREMA ORATIONIS Dominicæ particula, quæ eſt, AMEN, CAP. XVII.

SECTIO PRIMA.

1 *Quis vſus, & fructus ſit huius particulæ.*

HAnc vocem, ſicuti eſt, ſignaculum orationis Dominicæ appellat S. Hieron. in Commentarijs in Matthæum. Quare, vt admonuimus ante fideles de præparatione, quæ adhibenda ſit, priùs quàm aggrediantur ad diuinam precationem, ſic nunc faciendum duximus, vt clauſulæ, ac finis ipſius precationis cauſam, rationemque cognoſcant. Non enim *c* pluris eſt diuinas preces diligenter ordiri, quàm religioſè abſoluere. Sciat igitur fidelis populus multos eſſe, & eos vberes fructus, quos ex orationis Dominicæ fine percipimus: ſed omnium vberrimus, ac lætiſſimus fructus eſt, eorum impetratio, quæ poſtulamus: de quo ſupra ſatis dictum eſt. Non ſolum autem conſequimur poſtrema hac parte precationis, vt noſtræ preces audiantur, ſed quædam etiam maiora ac præclariora, quàm vt verbis explicari poſſint.

S. Hier. in c. 6. Mat. Curandũ eſt, vt preces, & rectè inchoentur, & rectè abſoluantur.

c Imò melior eſt orationis finis, quam principium. Eccl. 7. 9. vocula, Amen certa ſpé facit nos ea, quæ oratione Domin. poſtulauimus, impetraſſe, orationiſq; virtutem, ac fructum inſinuat.

2 *Quanta bona ex oratione ad homines promanent.*

Nam cum orando homines cum Deo colloquantur, vt S. Cyprianus ait, fit quodam inexplicabili modo orãti diuina maieſtas propior, quàm cæteris, quem præterea ſingularibus ornat muneribus; vt qui piè Deũ orant, quodammodo cum ijs, qui ad ignem accedunt, comparari poſſint, qui ſi algent, caleſcunt, ſi calent, æſtuant; ſic illi

Orationis virtus, & vtilitas, Cypr circa fin. ſer. de ora. Do. & Chryſ. or. 1. de orãdo Deo.

illi aſſiſtentes ad Deũ, pro modo pietatis, ac fidei ardentiores euadũt, inflammatur enim eorum animus ad Dei gloriam, mens illuſtratur admirabilẽ in modũ, omnino cumulantur diuinis muneribus: eſt enim illud proditum ſanctis litteris, *a* Præueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis. Exẽplo ẽ omnibus magnus ille Moyſes, *b* qui à Dei congreſſu, & colloquio digrediens, diuino quodam fulgore collucebat, ſic vt Iſraelitæ eius oculos, & os intueri nõ poſſent. Omnino qui vehemẽti illo ſtudio preces faciunt, Dei benignitate, ac maieſtate admirabiliter perfruuntur: *c* Manc aſtabo, inquit, Propheta, & videbo quoniam non Deus volens iniquitatẽ tu es. Hæc, quò magis noſcunt homines, eò Deũ vehementiori cultu ac pietate venerantur: eò etiã ſentiunt iucundius, *d* quàm ſuauis ſit, Dñs, & quã verẽ beati ſint omnes, qui ſperant in eo, tùm verò clariſſima illa luce circumfuſi, quanta ſit eorũ humilitas, quanta ſit Dei maieſtas, cõſiderant. Eſt enim illa S. Aug. regula Nouerim te, nouerim me, Itaq; fit, vt ſuis viribus diffidentes, totos ſe committãt Dei benignitati, minimẽ dubitantes, quin is ipſos paterna illa ſua, & admirabili charitate compexus, abundanter ijs omnia ſuppeditet, quæ ſint ad vitam, & ſalutem neceſſaria, hinc ſe ad agẽdas Deo gratias conuertant, quãtas animo maximas capere poſſunt, quantas oratione complecti; quod magnum Dauidẽ feciſſe legimus, qui cum ita precationem inſtituiſſet, *e* Saluũ me fac ex omnibus perſequentibus me, ſic eam abſoluit, *f* Confitebor Domino ſecundum iuſtitiam eius, & pſallam nomini Domini altiſſimi.

a Pſal. 204.
b Exo. 34. 34.
c Pſal. 5. 5.
d Pſal. 33. 9.
In initio l. 4. de Tr. habet ſenſum horũ verb. Aug. ſed non per verba.
e Pſ. 72.
f Ibid. 8.

3 *Qua ratione fiat, vt ſanctorum preces à timore inchoata, lætitia concludantur.*

Sunt eiuſmodi ſanctorum preces innumerabiles, quarum exordium eſt timoris plenum, clauſula ſpei bonæ, lętiæq; referta, ſed mirabile eſt, quàm eo in genere eniteant Dauidis ipſius precationes. Nam, cum metu perturbatus ſic orare eſſet exorſus *g* Multi inſurgunt aduerſum me: Multi dicunt animæ meæ; Non eſt ſalus ipſi in Deo eius; confirmatus aliquando, gaudioque perfuſus, ſubiunxit paulò poſt: Non timebo millia populi circũdantis me, alio etiam *h* Pſalmo ſuam cum deploraſſet miſeriam, ad extremum Deo confiſus incredibiliter læta-

Fiduciæ, & ſpei virtute efficitur, vt ſanctorũ preces à timore inchoatæ, lætitiæ concluduntur.
g Pſ. 3. 3.
h Ibid. 7. 7.
i Pſ. 4 7.
pſal. 4. 9.

tatur ſpe ſempiternę beatitudinis.*i* In pace, in idipſum, inquit, dormiam, & requieſcam. Quid illa?*a* Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, quanto cum tremore, & pallore Prophetam dixiſſe credendum eſt? Contra, quæ deinceps ſequuntur, quàm fidenti, ac lætanti animo?*b* Diſcedite a me, inquit, omnes qui operamini iniquitatem, quoniã exaudiuit dominus vocem fletus mei. Cum verò Saulis iram, furoremque pertimeſceret, quàm humiliter, ac demiſsè Dei opem implorabat,*c* Deus in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute tua iudica me; & tamen hilare ac fidenter in eodem Pſalmo ſubiecit,*d* Ecce enim Deus adiuuat me, & Dñs ſuſceptor eſt animę meæ. Quare qui ſe confert ad ſacras preces, fide, ſpeq; munitus, parentẽ adeat Deũ, vt ſe id conſequi poſſe, quod ei opus ſit, nullo modo diffidat.

a Pſ. 6. 1.
b Ibid. 9. 1.
c Pſal. 5. 5.
d Ibid. 5.

4 *Quo ſenſu illa vocula Amen, in fine hoc vſurpatur, & in Miſſa ſacerdoti pronuntianda reſeruatur.*

Quanta ſit virtus & dignitas vocis Amen.
Amen in cap. Chriſti ſer. tẽporis vox frequentiſſima.
Cur in Miſſa peculiariter, pnunciatio particulæ, Amen. ſacerdoti, non autem miniſtro vt ſit in alijs orationibus reſeruatur

Sunt autem in extremo hoc diuinæ præcationis verbo Amen, multa quaſi ſemina quædam earum rationum cogitationumq; quas diximus, & quidem adeò frequens fuit hæc Hebræa vox in ore Saluatoris, vt Spiritui ſancto placuerit vt in Eccleſia Dei retineretur. cui voci illa quodammodo ſubiecta ſententia eſt, Scito tuas auditas eſſe preces, habet enim vim reſpondentis, & illum, qui precibus, quod velit, impetrarit, cum bona gratia dimittentis Dei. Hanc ſententiam perpetua Eccleſiæ Dei conſuetudo comprobauit, quæ in ſacrificio Miſſæ, cum pronunciatur Oratio Dominica, non rei ſacræ miniſtris, quorum partes ſunt illa dicere; Sed libera nos à malo, attribuit hanc vocem, Amen, ſed ipſi Sacerdoti accommodatam reſeruauit, qui cùm Dei, & hominum ſit interpres Deum exoratum eſſe populo reſpondet.

5 *Cur in alijs præcationibus miniſter, in hac vero ſacerdotes Amen, reſpondeat.*

Nec tamen hic ritus communis eſt omnium precationum, quippe cum in cæteris miniſtrorum ſit munus reſpondendi, Amen, ſed proprius Dominicæ orationis. Nam in alijs precibus conſenſum modò, deſideriumque ſignificat, in hac ſponſio eſt, Deum orantis poſtulationi conſenſiſſe.

6 Quo-

6. Quomodo dictio, Amen, variè exponatur.

Hier. ep. 174. ad Marcela, & in Iſa.
a 2. Cor. 1. 20.
Amen, attencionem etiam excitat.
b Pſal. 53. 7.
c Hebr. 57.

Ac variè quidem a multis eſt interpretatum hoc verbum, Amen. Septuaginta interpretes verterunt, fiat: alij reddiderunt, verè: Aquila fideliter, cõuertit. ſed parui refert, hoc, an illo modo ſit redditum, modò habere intelligamus eam vim, quam diximus, confirmantis ſacerdotis, conceſſum id eſſe, quod petebatur; cuius ſententiæ teſtis eſt Apoſtolus in epiſtola ad Corinth. *a* Quotquot enim inquit, promiſſiones Dei sũt, in illo eſt, ideò, & per ipſum, Amen, Deo ad gloriam noſtram. Eſt etiam hæc nobis accommodata vox, in qua ineſt confirmatio quædam earum petitionum, quas adhuc adhibuimus, quæ etiam eos reddit attentos, qui dant operam ſacris precibus; fit enim ſepè, vt in precatione diſtracti homines varijs cogitationibus aliò traducãtur. Immò verò ſummo ſtudio petimus hac ipſa voce, vt omnia fiant, ideſt, concedãtur, quæ antea petijmus, vel potiùs intelligentes nos iam impetraſſe omnia, ac ſentientes præſentem vim diuini auxilij illud vna cum Propheta canimus; *a* Ecce enim Deus adiuuat me, & Dominus ſuſceptos, eſt animę meæ. Nec eſt, quod quiſquam dubitet, quin & nomine filij ſui, & verbo, quò ſæpiſſimè is vſus eſt moueatur Deus, qui ſemper vt ait Apoſtolus, *b* Exauditus eſt pro ſua reuerentia.

Æterno Deo, æternique Dei Filio, laus & gloria.

BVLLA

BVLLA S. D. N. D. PII DIVINA PROVIDENTIA PAPAE QVARTI.

Super forma iuramenti profeſſionis fidei.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

INiunctum nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officium requiret, vt ea, quæ Dominus omnipotens, ad præuidam Eccleſiæ ſuæ directionem ſanctis Patribus, in nomine ſuo congregatis, diuinitus inſpirare dignatus eſt, ad eius laudem, & gloriam incunctanter exequi properemus. Cum itaque iuxta Concilij Tridentini diſpoſitionem omnes, quos deinceps cathedralibus, & ſuperioribus Eccleſijs præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, canonicatibus, & alijs quibuſcunq; beneficijs eccleſiaſticis, curam animarum habētibus, prouideri continget, publicam orthodoxe fidei profeſſionem facere, ſeque in Romanæ Eccleſiæ obedientia permanſuros ſpondere, & iurare, teneantur; Nos volentes, etiam per quoſcunque, quibus de monaſterijs, conuentibus, domibus, & alijs quibuſcunque locis Regularium quorumcunque Ordinum, etiam Militiarum, quocūque nomine, vel titulo prouidebitur idem ſeruari, & ad hoc, vt vnius eiuſdem fidei profeſſio vniformiter ab omnibus exhibeatur vnicaq; & certa illius forma cunctis innoteſcat noſtræ ſolicitudinis partes, in hoc alicui minimè deſiderat formam ipſam præſentibus annotatam, publicari], & vbique gentium per eos, ad quos ex decretis ipſius Concilij, & alios predictos ſpectat, recipi, & obſeruari, ac ſub pœnis per Concilij ipſum in contrauenientes latis, iuxta hanc & non aliam formam profeſſionem prædictam ſolemniter fieri auctoritate Apoſtolica

ſtica tenore præſentium diſtrictè præcipiendo mandamus; huiuſmodi ſub tenore. Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo ſancta Romana Eccleſia vtitur, videlicet; Credo in vnum Deum Patrem Omnipotentẽ factorem cæli & terræ, viſibiliũ omnium, & inuiſibiliũ, & in vnũ Dominum Ieſũ Chriſtum, Filium Dei vnigenitum, & ex patre natũ ante omnia ſæcula, Deũ de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitũ non factũ, conſubſtantialẽ patri, per quem omnia facta sũt, qui propter nos homines, & propter noſtrã ſalutem deſcẽdit de cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt; crucifixus etiã pro nobis ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die ſecũdum Scripturas, & aſcendit in cœlum, ſedet ad dexterã Patris, & iterũ vẽturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis: & in Spiritum ſanctũ Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit, qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas, & vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſſione peccatorum & expecto reſurrectionem mortuorum & vitam venturi ſæculi, Amen. Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector. Item ſacram Scripturam iuxta enim ſenſum, quem tenuit & tenet ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarũ ſcripturarum. admitto, nec eam nunquam niſi iuxta vnanimem cõſenſum patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe verè, & propriè ſacramenta noue legis a Ieſu Chriſto, Domino noſtro, inſtituta, atque ad ſalutem humanis generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium illaq; gratiam conferre, & ex his, Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem, ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritos, in ſupradictorum omnium ſacramentorum ſolemni admini-

miniſtratione recipio,& admitto. Omnia & ſingula, quę de peccato originali, & de iuſtificatione in Sacroſanctā Tridentina Synodo definita & declarata fuerūt amplector, & recipio: Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo, verū, propriū, & propiciatoriū ſacrificium, pro viuis, & defunctis, atque in ſanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento eſſe, verè, realiter, & ſubſtantialiter corpus & ſanguiné, vna cū anima, & diuinitate Dñi N. Ieſu Chriſti fierique conuerſioné totius ſubſtantię panis, in corpus, & totius ſubſtantiæ vini, in ſanguiné, quam cōuerſionem Catholica Eccleſia Tranſubſtantiationem appellat; Fateor etiā ſub altera tantum ſpecie, totum, atque integrū Chriſtū, verumq; Sacramentū ſumi. Cōſtanter teneo Purgatoriū eſſe. Animaſq; ibi detentas fidelium ſuffragij iuuari. Similiter, & Sanctos vna cum Chriſto regnantes, venerādos atque inuocādos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis, offerre, atq; eorum reliquias eſſe venerandas: Firmiſſimè aſſero imagines Chriſti, & Dei paræ sēper virginis, nec non aliorū ſanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem, à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe illarumque vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe, affirmo: Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco, Romanoq; Pontifici, beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac iuro: Cætera item omnia à ſacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipuè à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor; ſimulque contraria omnia atque hæreſes quaſcumque ab Eccleſia damnatas, reiectas & anathematizatas, ego pariter, damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eadem integram & inuiolatam, vſque ad extremum vitæ ſpiritum, conſtantiſſimè (Deo adiuuante) retinere & confiteri; atque à meis ſubditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari quantum

tum in me erit, curaturum. Ego idem N. ſpondeo, voueo ac iuro. Sic me Deus adiuuat, & hæc Sancta Dei Euangelia. Volumus autem quod præſentes littere, in Cancellaria noſtra Apoſtolica, de more, legantur: Et vt omnibus facilius pateant, in eius Quinterno deſcribantur, ac etiam imprimantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę voluntatis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum, Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Dat. Romæ, apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, M. D. LXIV. Id. Nouembris Pontificatus noſtri anno V.

Fed. Card. Cæſius.

Cæ. Glorierius.

Lectæ, & publicatæ fuerunt ſupraſcriptæ litteræ Romæ, in Cancell. Apoſtol. anno incarnationis Dominicæ, M. D. LXIV. Die verò Sabbathi, ix. Menſis Decemb. Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. Pij Papæ IV. anno V.

A. Lomellinus Cuſtos.

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE IN ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google